UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1748. usque ad Annum 1752 - Cum Supplemento ad Ann. 1742. 1745. 1746. & 1748

Luxemburgi, 1754

urn:nbn:de:hbz:466:1-74772

Visual Library

Th. 475 a.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bibl. Theodor. Paderb.

MAGNUM BULLARIUM ROMANUM,

SEU EJUSDEM

CONTINUATIO,

Quæ SUPPLEMENTI loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt EDITIONIBUS, ROMANÆ, & LUGDUNENSI.

CUM RUBRICIS, SUMMARIIS, SCHOLIIS, ET INDICIBUS.

TOMUS DECIMUS-OCTAVUS,

Complectens Constitutiones BENEDICTI XIV. ab Anno 1748. usque ad Annum 1752.

Cum Supplemento ad Ann. 1742. 1745. 1746. & 1748.



Juxta Exemplar ROMÆ, Ex Typographia SACRÆ CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE *editum* 1753.

LUXEMBURGI,

Sumptibus HENRICI-ALBERTI GOSSE & Soc. Bibliopol. & Typograph.

MDCCLIV.

CUM PRIVILEGIO SACRÆ CÆSAREÆ ET CATHOLICÆ MAJESTATIS.

MAGNUM BULLARIUM ROMANUM,

SEU EJUSDEM

CONTINUATIO,

Cui SUPPLEMENTI loco fit, cum huicce, tum aliis quæ præcesserunt BULLARIIS ROMANIS, & LUGDUNENSE

CUM NOTITIIS, SUMMARIIS, SCHOLIIS, ET INDICIBUS

TOMUS DECIMUS-OCTAVUS,

Complectens Constitutiones BENEDICTI XIV.
ab Anno 1746. usque ad Annum 1752.

Cum Supplemento ad Ann. 1742. 1746. & 1748.

LUXEMBURGI,



INDEX
INITIORUM
SINGULARUM CONSTITUTIONUM
QUÆ IN HOC TOMO XVIII. CONTINENTUR.

Maxima, ac tam. I. pag. 1
Consentaneum planè. II. 2
Singulari Nobis. III. 3
Continuando Ella. *ibid.*
Annus, qui hunc. IV. 9
L'Anno che viene. *ibid*
Inter multiplices. V. 24
Inter arduas. VI. 26
Suprema dispositione. VII. 29
Quamvis justo Dei. VIII. 30
Benche in sequela. IX. 38
Justitiæ gladium. X. 41
Animati dal giusto. 48
Almæ Domus. XI. 52
Emanavit nuper. XII. 54
Gravissimo animi. XIII. *ibid.*
Non senza grave. *ibid*
Apostolici Ministerii. XIV. 56
Unigenitus Dei. XV. 59
Annus Jubilei. XVI. 66
Jam vobis exposuimus. XVII. 69
Peregrinantes a. XVIII. 70
Nel Pellegrinaggio. *ibid.*
Cum Nobis nuper. XIX. 77
Apostolica Constitutio. XX. 78
La nostra Costituzione. *ibid.*
Convocatis per alias. XXI. 97
Inter præteritos. XXII. 102
Fra le fatiche. *ibid.*
Essendoci sommamente. XXIII. pag. 145
Nemo Vestrum. XXIV. 147
Paterna charitas. XXV. 149
Pastoris Æterni. XXVI. 151
In Consistorio secreto. XXVII. 152
Benedictus Deus. XXVIII. 153
Celebrationem Magni. XXIX. 156
Officii Nostri ratio. XXX. 161
Anno Vertente. XXXI. 165
In eminenti supremi. XXXII. 167
Communis Ærarii. XXXIII. 169
Oneroso Sacri. XXXIV. 174
Magnitudo tuæ. XXXV. 176
Benche altre volte. XXXVI. 178
Exponi Nobis nuper. XXXVII. 179
Cum sicut accepimus. XXXVIII. 180
Inveterata Republica. XXXIX. *ibid.*
Prodiit jam dudum. XL. 185
Sotto il giorno. *ibid.*
Elapso proximè anno. XLI. 190
Fu da Noi sotto. *ibid.*
Ad Romanum Pontificem. XLII. 192
Quarta vertentis. XLIII. 195
Nella prossima passata. *ibid.*
Impositio Nobis. XLIV. 205
Etsi persuasum. XLV. 207
Assiduæ sollicitudinis. XLVI. 208
Ex commisso Nobis. XLVII. 211
Providas Romanorum. XLVIII. 212

Magno cum animi. XLIX.	pag. 215	La Città d'Antivari.	pag. 266
A quo primum ſupremæ. L.	222	*Commiſſa Nobis.* LXI.	280
Perſpectam Vobis. LI.	224	*Ad honorandam.* LXII.	*ibid.*
Injuncta Nobis. LII.	235	*Quàm propenſa.* LXIII.	299
Cum nuper chariſſimus, LIII.	240	*Romanum decet Pontificem.* LXIV.	301
Cum ſexto decimo. LIV.	242	*Quamvis jamdudum.* LXV.	304
Quanta curarum. LV.	244	*Romana Eccleſia.* LXVI.	305
Probe te meminiſſe. LVI.	247	*Biennium cum dimidio.* LXVII.	306
Avrà ella la bontà.	*ibid.*	Sono in circa due anni.	*ibid.*
In Throno Juſtitiæ. LVII.	261	*Redditæ ſunt Nobis.* LXVIII.	313
Pervetuſtus in Eccleſia. LVIII.	263	*Præclara decora.* LXIX.	314
Inexhauſti Eccleſiæ. LIX.	263	Indiarum Gentibus. LXX.	315
Urbem Antibarum. LX.	266		



INDEX
ARGUMENTORUM
EARUMDEM
CONSTITUTIONUM.

ANNO MDCCXLVIII.

PONTIFICATUS ANNO IX.

I. JOANNI V. Portugalliæ, & Algarbiorum Regi, ejusque Successoribus in perpetuum FIDELISSIMI Titulus assignatur. 23. *Decemb.* *pag.* 1.

II. Allocutio habita in Consistorio Secreto Feria die 21. *Aprilis*, super honorifico FIDELISSIMI Titulo Joanni V. Portugalliæ, & Algarbiorum Regi, ejusque Successoribus a Sanctitate Sua collato. *pag.* 2

ANNO MDCCXLIX.

III. De Matrimonii validitate inter virum Judæum, & mulierem hæreticam. Expenduntur Leges Hebræorum, & Leges Imperiales, quoad virum; Canones, & Ecclesiastica consuetudo, ejusque vis, quoad mulierem. 9. *Februarii.* *pag.* 3

IV. De Ecclesiarum cultu, & nitore; De Officiorum Ecclesiasticorum, & musices ratione: Epistola Encyclica, occasione imminentis Anni Sancti, ad Episcopos per Ditionem Ecclesiasticam constitutos scripta. 19. *Februarii.* *pag.* 9

V. Exemptio Bonorum Archihospitalis S. Spiritus in Saxia a spolio Cameræ Apostolicæ debito. 4. *Martii.* *pag.* 24

VI. De Indultis S. R. E. Cardinalium testandi, & disponendi de sacris supellectilibus. 22. *Aprilis.* *pag.* 26

VII. Abbati Monasterii Campidunensis Ordinis S. Benedicti, ejusque successoribus in perpetuum, conceditur facultas ministrandi Sacramentum Confirmationis Christifidelibus suæ Jurisdictioni spirituali subjectis. 26. *Aprilis.* *pag.* 29

VIII. Super Conservatoriis Virginum Anglicanarum nuncupatarum. 30. *Aprilis.* *pag.* 30

IX. Pro mutui commercii libertate inter Provincias Ditionis Pontificiæ asserenda, ac impedienda extractione generum ab eadem Ditione. 30. *Maji.* *pag.* 38

X. In Tribunali Gubernii Almæ Urbis, ejusque Congregationibus, certa agendi ratio præscribitur; statuitur methodus exequendi visitationes Carcerum &c. &c. 7. *Novembris.* *pag.* 41

PONTIFICATUS ANNO X.

XI. De facultate obsignandi vela statuæ Beatæ Mariæ Virginis in sacra Lauretana Æde admota, & subscribendi folia eorum identitatem testantia: cum opportunis præceptis super ipsorum distributione. 8. *Septembris.* *pag.* 52

XII. Parochi jurisdictio in Tertiarias conviventes intra Paræciæ fines. 17. *Septembris.* *pag.* 54

XIII. Ad Monasteria Monialium, ne quis etiam exemptus, & Ecclesiastica Dignitate præfulgens, accedat sine Ordinarii Localis permissu, 31. *Octobris.* *pag.* 54

XIV. Tribunali Sanctæ Inquisitionis in Portugalliæ & Algarbiorum Regnis adjudicatur cognitio *pertinentia* Causarum contra Confessarios exquirentes a Pœnitentibus complicum nomina cum denegatione absolutionis. Eâque in re delinquentes, etiam sine suspicione pravi dogmatis, eidem Inquisitionis Officio denunciari jubentur. 9. *Decembris.* *pag.* 56

XV. Erectio Cathedralis Ecclesiæ Terlitien., ejusque unio æque principaliter cum Cathedrali Ecclesia Juvenacen cum avocatione causæ, & extinctione litis antea pendentis. 26. *Novembris.* *pag.* 59

PRO ANNO JUBILÆI.

XVI. De Præparatione ad Annum Jubilæi Universalis, ac præsertim de reparandis Ecclesiis Urbis. 3. *Martii* 1749. *pag.* 66

XVII. Pro Indictione Jubilæi Universalis Allocutio. 5. *Maji* 1749. *pag.* 69

XVIII. Indictio Universalis Jubilæi Anni Sancti Millesimi septingentesimi quinquagesimi. 5. *Maji* 1749. *pag.* 70

XIX. Suspensio Indulgentiarum, & Facultatum vertente Anno Universalis Jubilæi millesimo septingentesimo quinquagesimo. 17. *Maji* 1749. *pag.* 77

XX. De Præparatione ad Annum Universalis Jubilæi, Epistola Encyclica ad omnes Patriarchas, Archiepiscopos, atque Episcopos. 26. *Junii* 1749. *pag.* 78

XXI. Pœnitentiariis in Basilicis, & Ecclesiis Urbis pro Anno Jubilæi deputatis, & Confessariis a Cardinali Urbis Vicario designandis, Facultates eodem Anno exercendæ conceduntur: adjectis opportunis monitis, & declarationibus. 25. *Novembris* 1749. *pag.* 97

XXII. De quæstionibus, & controversiis olim excitatis circa opera injuncta pro Jubilæi acquisitione, & circa facultates concessas, earumque usum, quæ per præcedentes Constitutiones sublatæ fuerunt: Epistola Encyclica ad Pœnitentiarios, & Confessarios, pro Anno Sancto in Urbe deputatos. 3. *Decembris* 1749. *pag.* 102

XXIII. Peregrinorum, & Advenarum Anno Jubilæi Romam adeuntium Causæ Civiles, & Criminales certis Judicibus summariè expediendæ committuntur. 28. *Novembris* 1749. *pag.* 145

XXIV. Portæ Sanctæ quatuor Basilicarum aperiendæ denunciantur. Ad Ostiensis, Lateranensis, & Liberianæ Basilicæ Portas Pontifico nomine recludendas deputantur tres Cardinales Legati. 1. *Decembris* 1749. *pag.* 147

XXV. In-

XXV. Indulgentiæ Jubilæi Anni Sancti MDCCL. pro Monialibus, Oblatis, Tertiariis &c. necnon Anachoretis, Eremitis, Infirmis, & in carcere, aut captivitate detentis, conceduntur. 17. *Decembris* 1749. *pag.* 149

XXVI. Regulares Apoſtatæ ad ſuos Ordines cum pœnarum condonatione revocantur. 12. *Januarii* 1750. *pag.* 151

XXVII. Ad claudendas Portas Sanctas in Exitu Anni Jubilæi deputantur tres Cardinales de Latere Legati. 7. *Decembris* 1750. *pag.* 152

XXVIII. Extenſio Univerſalis Jubilæi in Urbe celebrati Anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo ad univerſum Catholicum Orbem. 25. *Decembris* 1750. *pag.* 153

XXIX. De Jubilæi extenſione ad univerſum Catholicum Orbem, Epiſtola Encyclica. 1. *Januarii* 1751. *pag.* 156

ANNO MDCCL.

XXX. Circa Immunitatem Localem nonnulla dubia declarantur poſt Conſtitutiones Benedicti XIII. & Clementis XII. excitata, aliaque opportunè ſtatuuntur, & præcipiuntur. 15. *Martii. p.* 161

XXXI. Pro Cophtis Catholicis Indultum recipiendi Sacramentum Confirmationis a Presbytero Miſſionis Præfecto. 19. *Junii.* *pag.* 165

XXXII. Proponitur ratio ſecernendi Honorarios a veris Familiaribus S. R. E. Cardinalium, & Prælatorum Romanæ Curiæ, ad omnes juris effectus. 25. *Julii.* *pag.* 167

XXXIII. Super Inſtitutione, Gubernio, & Adminiſtratione Menſæ nummulariæ Sancti Spiritus in Saxia de Urbe; Confirmantur Litteræ Pauli V., aliaque opportunè ſtatuuntur. 10. *Aug. p.* 169

PONTIFICATUS ANNO XI.

XXXIV. Canonicis Regularibus Præmonſtratenſibus conceditur ex integro Privilegium aſſequendi, & retinendi quaſcumque Parochiales, & Vicarias tam ſæculares, quàm Regulares abſque diſpenſatione Apoſtolica. 1. *Septembris.* *pag.* 174

XXXV. Indultum celebrandi Miſſam in Altari Papali Baſilicæ S. Mariæ Majoris die 30. *Septembris anni* 1750. poſt peractam a Pontifice ejuſdem Altaris Conſecrationem. 17. *Septembris. pag.* 176

Allocutio habita in Baſilica S. Mariæ Majoris pridie Kalendas Octobris Anno Jubilæi 1750. in Feſto S. Hieronymi Confeſſoris, & Eccleſiæ Doctoris, ante conſecrationis Altaris Pontificii ejuſdem Baſilicas, *pag.* 176

XXXVI. Statuitur Methodus ſervanda in Congregationibus Capitolinis ſuper Cauſis Criminalibus Locorum Feudalium Populi Romani. 5. *Dec. pag.* 178

ANNO MDCCLI.

XXXVII. Confirmationis Sacramentum Infirmis in Archi-Hoſpitali Sancti Spiritus in Saxia de Urbe degentibus, conferri poſſit a Præceptore, ſeu Commendatario in Epiſcopali dignitate conſtituto, vel, ipſo aut Priore mandante, ab alio quocumque Catholico Antiſtite, nullius alterius obtenta licentia. 12. *Januarii.* *pag.* 179

XXXVIII. Damnatio, & prohibitio libri, cui Titulus: *Lettres avec ces mots latins: ne repugnate veſtro bono &c. Senec. de conſtantia ſap. cap.* 19. *à Londres* 1750. & Libelli inſcripti: *La voix du Sage, & du Peuple. A Amſterdam chez le ſincère MDCCL.* 25. Januarii. *pag.* 180

XXXIX. De Pertinentia Cauſarum de damno dato tam in prima, quàm in ulterioribus Inſtantiis; & intra quod tempus eædem introducendæ, finiendæ, quibuſque legibus dijudicandæ ſint: Item de integra præſtatione pœnarum Communitatibus Ditionis Eccleſiaſticæ debitarum; ac Judicum, Officialium,

& Executorum emolumentis. 25. *Januarii.* pag. 180

XL. Jejunium Vigiliæ S. Matthiæ Apostoli anno 1751. occurrentis ultima die Carnisprivii, transferri posse permittitur in Sabbatum Sexagesimæ. 30. *Januarii.* pag. 185

XLI. De Extractione Reorum ad Sacræ Inquisitionis Officium spectantium a locis immunibus, ad quæ fortè confugerint. 20. *Februarii.* pag. 190

XLII. Nova concessio, & præfinitio Indulgentiarum pro Fratribus, & Sororibus Tertii Ordinis Sæcularis S. Francisci Assisiensis. 15. *Martii.* pag. 192

XLIII. Rosæ aureæ donum Metropolitanæ Bononiensi Ecclesiæ transmissum. 24. *Martii.* pag. 195

XLIV. Latini Ritus Presbyteris in Russia Polonica degentibus permittitur in Ruthenorum unitorum Ecclesiis, deficientibus lapideis Altaribus, seu Tabulis consecratis, & Calicibus aureis, sive argenteis, Missarum sacrificia super eorumdem Ruthenorum Antimensiis, & cum Calicibus e stanno celebrare. 29. *Martii.* pag. 205

XLV. Græci Ritus observantia, & Linguæ Græcæ studium Monachis Ordinis S. Basilii injungitur, & commendatur. 20. *Aprilis.* pag. 207

XLVI. Basilicæ Lateranensis Indulgentiæ confirmantur: Illæ vero, quæ Ecclesiis ipsius Filialibus, seu ipsi aggregatis hactenus communicatæ fuerunt, suspenduntur; & interim eisdem aliæ Indulgentiæ, & gratiæ spirituales conceduntur, seu respectivè communicari permittuntur. 6. *Maji.* pag. 208

XLVII. Spicarum collectio post Messem Pauperibus non impedienda per totam Ditionem Ecclesiasticam decernitur, additis pœnis, opportunisque legibus, & conditionibus. 17. *Maji.* pag. 211

XLVIII. Nonnullæ Societates, seu Conventicula *de' Liberi Muratori*, seu *des Francs Maçons*, vel aliter nuncupata, iterum damnantur, & prohibentur; cum invocatione brachii, & auxilii Sæcularium Principum, & Potestatum. 18. *Maji.* pag. 212

XLIX. De tollendis abusibus ab Oratoriis privatis, quæ sunt in domibus Laicorum. 2. *Junii.* pag. 215

L. De his, quæ vetita sunt Hebræis habitantibus in iisdem Civitatibus, & Locis, in quibus habitant Christiani. 14. *Junii.* pag. 222

LI. Allocutio habita in Consistorio Secreto Feria secunda die 5. *Julii*, super suppressione Patriarchatus Aquilejensis, & duorum Archiepiscopatuum *Utinensis* & *Goritiensis* erectione; cum aliis Monumentis ad eam rem pertinentibus, pag. 224

LII. Aquilejensis Patriarchatus, & Sedis perpetua suppressio, & extinctio; nec non erectio duorum Archiepiscopatuum *Utinensis*, & *Goritiensis*, cum aliis opportunis dispositionibus. 9. *Julii.* p. 235

PONTIFICATUS ANNO XII.

LIII. Ecclesiæ Parochiales, aliaque Officia ad animarum curam spectantia in Indiis Occidentalibus Hispaniarum Regi subjectis, etiam sæcularibus Clericis, seu Presbyteris conferri posse conceditur, contrariis non obstantibus. 8. *Novembris.* pag. 240

LIV. Beatificatio B. Joannæ Franciscæ Fremiot de Chantal Ordinis Monialium a Visitatione Sanctæ Mariæ nuncupatarum Fundatricis. 13. *Novemb.* pag. 243

LV. Congregationi Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe novus Cardinalis Præfectus deputatur, & Congregatio Particularis super rebus œconomicis ejusdem Fabricæ instituitur. 15. *Novembris.* pag. 244

LVII. Aviæ Neophitæ asseritur jus offerendi ad Baptismum infantes Judæos ex Filio præmortuo Nepotes. 15. *Decembris.* *pag.* 247

ANNO MDCCLII.

LVIII. Sacræ Congregationis Rituum Decreta super modo utendi Indulto Pontificalium, Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Archiepiscopalis Urbinaten. olim a Sede Apostolica concesso, approbantur, & confirmantur. 28. *Februarii.* *pag.* 261

LIX. De Ritu, & usu Cerearum formarum, quæ benedici, & consecrari solent a Romano Pontifice. *pag.* 263

LX. Indulgentiarum nova concessio pro Personis Sæcularibus utriusque sexus tam Tertio Ordini S. Francisci de Paula adscriptis, quàm Chordigeris ejusdem Sancti funiculum benedictum deferentibus. 28. *Februarii.* *pag.* 263

LXI. De Bonis Ecclesiarum, quæ semel ab Infidelibus occupata, deinde in Christianorum potestatem devenerunt. 19. *Martii.* *pag.* 266

LXII. Damnatio, & prohibitio cujusdam Folii continentis Theses, quas in Sorbona defendendas proposuit Joannes Martinus de Prades Sacerdos Moltalbanensis sub titulo: *Hierusalem Cælesti.* Quæstio Theologica; Quis est ille, cujus in faciem Deus inspiravit spiraculum vitæ? *Gen.* 27. 22. *Martii.* *pag.* 280

LXIII. Vaticanæ Basilicæ, & illius Archipresbyteri, Capituli, & Cleri præcipua Privilegia, & Jura recensentur, instaurantur, & Apostolica auctoritate confirmantur; iisdemque nova Privilegia, & gratiæ conceduntur. 27. *Martii.* *pag.* 280

LXIV. Congregationis Piorum Operariorum commodis, & incrementis, per opportuna Decreta, & Indulta prospicitur. 12. *Aprilis.* *pag.* 299

LXV. Erectio Oppidi Pergulæ in Civitatem: cum concessione plurium facultatum Vicario Episcopi Eugubini ibidem deputando. 19. *Aprilis.* *pag.* 301

LXVI. Ecclesiastici Ditionis Pontificiæ quid juris habeant interveniendi, & sententiam dicendi in Consiliis super rebus, & negociis eorum interesse tangentibus. 29. *Julii.* *pag.* 304

LXVII. Episcopo Warmiensi, & Sambiensi conceditur usus Pallii, & jus præferendæ Crucis more Archiepiscoporum. 21. *Aprilis* 1742. *pag.* 305

LXVIII. Ut Equites Professi Militiæ Hospitalis S. Joannis Jerosolymitani, ad Episcopatum, aut ad Cardinalitiam dignitatem evecti, Crucem octogonam ex tela alba, tamquam habitum suæ Religionis proprium, exterioribus vestibus assutam gestare valeant. 13. *Octobris* 1745. *pag.* 306

LXIX. Sponsis Catholicis, qui in Fœderati Belgii regionibus coram Civili Magistratu, aut hæretico Ministro dumtaxat, mutuum consensum in Matrimonium de præsenti declararunt, quælibet conjugalis consuetudo interdicta decernitur, donec Matrimonium ad formam Concilii Tridentini ritè celebraverint. 17. *Septembris* 1746. *pag.* 313

LXX. Veronensis Ecclesiæ Capitulo nonnulla Privilegia conceduntur: simulque providetur, ut Canonici in Choro Divina Officia cum aliis canere non omittant. 19. *Januarii* 1748. *pag.* 314

LXXI. Sanctus Franciscus Xaverius Indiarum Orientalium Patronus principalior declaratur. 24. *Februarii* 1748. *pag.* 315

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



BULLARIUM ROMANUM

TOMUS DECIMUS-OCTAVUS,

SIVE

CONTINUATIONIS PARS DUODECIMA.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

BENEDICTI XIV.

PONTIFICIS CCLI.

CONSTITUTIONES, EPISTOLÆ &c.

ANNO 1748.

ANNO 1748.

I.

JOANNI V.

Portugalliæ, & Algarbiorum Regi, ejusque Successoribus in perpetuum, FIDELISSIMI Titulus assignatur.

Carissimo in Christo Filio Nostro JOANNI *Portugalliæ, & Algarbiorum Regi* FIDELISSIMO.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Carissime in Christo Fili Noster Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Insignia Regis, ejusque Prædecessorum merita in Fidei Catholicæ propagatione.

MAXIMA, ac tam præclara Illustrium Regum Portugalliæ, & Algarbiorum habentur, & reipsa sunt, non tam invictissimæ in debellandis, sibique subjiciendis tot barbararum, remotissimarumque nationum Populis, Provinciis, & Regnis, potentiæ decora, quàm Christianæ pietatis, atque incredibilis, flagrantissimique pro Catholica Fide in vastissimas illas, quas sub suam redigebant potestatem, statim invehenda, propagandaque, & necessariis, opportunisque ingentium pecuniarum, Sacrorumque Ministrorum subsidiis fovenda, confirmandaque, zeli insignia facinora; ut jure, ac merito non solum ubique gentium ab omnibus commendati, sed à Romanis præsertim Pontificibus Prædecessoribus Nostris, ad quos supremas Jesu Christi Regis Regum, & Domini Dominantium vices in terris gerentes circumspecta sua providentia egregios viros de eadem Catholica Fide, & Apostolica hac Sancta Sede benemerentissimos singularibus laudibus, ac peculiaribus honorum titulis decorare, & illustrare in primis spectat, debitis Apostolicæ laudationis præconiis, & eximiis Pontificiæ benignitatis gratiis, favoribus, privilegiis, & indultis fuerint cumulati. Quemadmodum autem Majestas Tua, præ cæteris Portugalliæ, & Algarbiorum Regibus Prædecessoribus tuis, magno pii, regiique animi tui fervore, Catholicam Fidem, non modò in omnibus ditionum tuarum, sed in alienis quoque regionibus, ab inita Regnorum tuorum possessione promovere, & urgere; verùm etiam tot sapientiæ, industriæ, pietatisque consiliis, & immensis opum profusionibus tueri, & conservare contendens, maximus emineas, & prædiceris; ita Majestatem Tuam Prædecessores itidem Nostri Romani Pontifices fel. rec. Clemens XI., Innocentius XIII., Benedictus pariter XIII., Clemens XII., ac Nos ipsi laudatissimis eorumdem vestigiis inhærentes, non omisimus iis paternæ benevolentiæ, auctoritatisque testimoniis prosequi, quibus notum omnibus fieret, quanti Te, inclytamque Nationem Lusitanam tuam faciamus, quantoque in honore, ac pretio habentes, ad utriusque decus, commodum, & incrementum advigilemus.

Pontificiæ in Regem benevolentiæ studium.

§. 1. Porrò haud satis aptis verbis explicare, Tibique reipsa contestari possumus incredibilem paterni animi nostri alacritatem, studiosamque ad Majestati Tuæ amplius gratificandum voluntatem; sed Tibi persuasum esse volumus, Nos, qui Majestatem Tuam præcipua charitate complectimur, paterna sollicitudine affici, ut insignem aliquem honoris Titulum, qui & Majestati Tuæ de Catholica Fide benemereri pergenti ad majorem gloriam, & Successoribus tuis Portugalliæ, & Algarbiorum Regibus ad luculentissima pietatis, & virtutis tuæ potissimum exempla imitandum, & pro Catholica Fide pari via, ac ratione adlaborandum, perenni deinceps esset incitamento.

Fidelissimi Titulus ipsi, ejusque Successoribus Motu proprio assignatur.

§. 2. Eapropter Motu proprio, non ad Tui, sive alterius pro Te Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, maturaque deliberatione, & mera liberalitate Nostris,

ſtris, ac de ſupremæ Noſtræ Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, necnon ducti exemplo tam aliorum Prædeceſſorum noſtrorum, qui Viris Principibus Catholicæ Fidei, & Apoſtolicæ Sedis ſtudioſiſſimis titulos, & ornamenta largiti ſunt, quàm potiſſimum S. Pii V. itidem Prædeceſſoris noſtri, qui cl. mem. Sebaſtiano Portugalliæ, & Algarbiorum Regi Deceſſori tuo, immenſis laboribus, atque opibus pro Catholicæ Fidei propagatione exhauſtis, honorabilem aliquem titulum tamquam rerum præclare geſtarum jugem indicem conferre optabat (etſi Rex ille ſapientiſſimus hac dumtaxat ſe Obedientiſſimi Sedis Apoſtolicæ filii denominatione gloriari reſpondiſſet) Te, Tuoſque Portugalliæ, & Algarbiorum Reges pro tempore Succeſſores in perpetuum, tamquam Catholicæ Fidei propagatores, titulo, ſeu denominatione FIDELISSIMI Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ornamus, & inſignimus, atque etiam ab omnibus Regem FIDELISSIMUM nominari, appellari, inſcribi, dici, haberi, cenſeri, ac tractari debere volumus, præcipimus, & mandamus.

Clauſulæ pro perpetua conceſſionis firmitate.

§. 3. Decernentes eaſdem præſentes Literas de ſubreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu quocumque alio defectu, ex quavis etiam quantumlibet juſtiſſima, & urgentiſſima, rationabilique cauſa, nullo unquam tempore a quoquam notari, vel impugnari poſſe, ſed illas validas, & efficaces perpetuò fore, & eſſe, ſuoſque plenarios, totales, & omnimodos effectus ſortiri poſſe, ac debere in omnibus, & per omnia, ac ſi Conſiſtorialiter, & de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio factæ, & in ipſo Conſiſtorio noſtro Secreto lectæ fuiſſent: Sicque per quoſcumque Judices etiam Imperiali, Regia, & Ducali, vel quavis alia excellentia, ac dignitate præditos, & alios Commiſſarios qualibet auctoritate fungentes, etiam Cauſarum Sacri Palatii noſtri Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, ſententiandi, definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, definiri, & interpretari debere, ac quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus, ac declaramus. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Regnorum, Provinciarum, Civitatum, & Locorum quorumlibet ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, & quantumcumque efficaciſſimis clauſulis, & decretis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Adhortatio.

§. 4. Cæterum, Cariſſime in Chriſto Fili noſter Rex FIDELISSIME, perge certare bonum certamen Fidei, ut vitæ æternæ præmia ab Auctore Fidei noſtræ, & Conſummatore JESU CHRISTO conſequaris; dum Nos Majeſtati Tuæ Apoſtolicam Benedictionem cœleſtis præſidii auſpicem amantiſſimè impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris Die 23. Decembr. 1748. Pontificatus noſtri Anno nono.

Cajetanus Amatus.

Allocutio habita in Conſiſtorio Secreto Feria Secunda die 21. Aprilis 1749.

Super honorifico FIDELISSIMI Titulo JOANNI V. Portugalliæ, & Algarbiorum Regi, ejuſque Succeſſoribus, a Sanctitate Sua collato. II.

VENERABILES FRATRES.

CONSENTANEUM planè, immo & neceſſarium arbitramur declarare Vobis, quemadmodum in præſentia declaramus, Cariſſimo in Chriſto Filio Noſtro JOANNI Portugalliæ, & Algarbiorum Regi, ejuſque Succeſſoribus, collatum a Nobis fuiſſe perhonorificum FIDELISSIMI Titulum, qui meritò quidem ipſi tribuendus videbatur. Etenim toto vitæ ſuæ curſu præclariſſima geſſit, ut Catholicæ Religionis gloria & hujus Sanctæ Sedis dignitas magis amplificaretur. Dubitandum quoque non eſt, Succeſſores ipſius hoc honoris Titulo inflammandos eſſe vehementer, & maximo ſtudio excitandos, ut propoſitum ante oculos exemplum pari virtute æmulentur.

Procul dubio non ignoratis, ineunte Sæculo duodecimo, Mauris è Portugalliæ Regno depulſis, illos ſtatim Reges omnem operam contuliſſe, ut Catholicam Religionem in ſua Ditione illibatam tuerentur; & cum deinde plures Aſiæ, Africæ, Indiarumque, & Americæ populos in ſuam poteſtatem redegiſſent, barbaras gentes ſanctiſſimæ Religionis myſteriis imbuendas curaſſe, accitis peritiſſimis Miniſtris, qui recentem Domini Vineam diligenter excolerent. Inter eos recenſendus eſt S. Franciſcus Xaverius, qui Joannis III. Portugalliæ Regis præſidio ac tutela, uberrimos, totoque Orbe celeberrimos fructus in illis Regionibus collegit, uti non ſolùm auctoritate Scriptorum, ſed ipſius S. Franciſci ad Joannem Regem epiſtolis planè comprobatur; ex quibus etiam clarè deprehenditur, magna cum gloria, Fideique incremento, iis omnibus Virum Apoſtolicum ſatisfeciſſe, quæ a Paulo III. Prædeceſſore noſtro illi præſcripta, ac demandata fuerant.

Sebaſtianus Rex, de cujus laudibus nulla unquam ætas conticeſcet, circa dimidium Sæculi decimi ſexti Portugalliæ Regnum adminiſtrandum ſuſcepit. Ille ſingulari virtute præditus, potentiſſimo exercitu comparato, mare tranſmiſit, Mauris bellum indixit, cum quibus fortiſſimè decertans, honeſtiſſima morte gloriam adeptus eſt immortalem.

Si quis autem ampliſſimas victorias, quas Portugalliæ Reges in remotiſſimis etiam partibus Africæ conſecuti ſunt, admirari cupiat, in Apoſtolicis Litteris Pii IV. Prædeceſſoris noſtri, quæ in Eccleſiæ Annalibus referuntur, deſcriptas legere poterit. Ex illis quoque percipiet, innumerabilem penè Indorum multitudinem armis ſubactam, eo fructu cumulatam fuiſſe, ut Chriſtianam Fidem agnoſcerent, & amplecterentur. Inſuper ex Apoſtolico Brevi ejuſdem Pontificis ad ipſum Regem Sebaſtianum intelligimus, tantam in bellis ſuſcipiendis, victoriiſque referendis virtutem eum Regem divinitus obtinuiſſe, ut cæteros omnes Majores ſuos gloriæ magnitudine facilè exæquarit. Quamobrem Sanctus Pius V. Prædeceſſor noſter (uti ſincera quædam monumenta teſtantur) poteſtatem fecit eidem Sebaſtiano Regi eum honoris Titulum ſeligendi, quem magis expeteret; ſe paratum eſſe declarans, ipſius voluntati morem gerere, ut debitam videlicet rebus præclariſſimè geſtis mercedem impertiret. His reſpondit Sebaſtianus Rex, ſe nihil magis optare, quàm ut Filii nomen ac

titulum,

titulum, erga Romanum Pontificem obsequentissimi, palam ostenderet, ac probaret; resque propterea infecta remansit.

Idem procul dubio nunc etiam contigisset, si exemplo Sancti Pii V. Prædecessoris nostri inhærentes, Carissimo in Christo Filio Nostro JOANNI Portugalliæ, & Algarbiorum Regi honoris Titulum, quem vellet, eligendi potestatem fecissemus. Quapropter præteritarum rerum experientia edocti, ne ullum impedimentum objiceretur, voluntate nostra, ipso Rege inconsulto, perhonorificum FIDELISSIMI Titulum Nos ipsi excogitavimus, quem eidem Regi, ejusque in Regno successoribus, uti jam superiùs indicavimus, elargiti sumus.

Porro, quàm præclara sint hujus Regis in Christianam Rempublicam merita, satis superque testantur Apostolicæ Litteræ Clementis XI. Prædecessoris nostri, quas duo volumina in lucem edita complectuntur.

Siquidem, ut ejusdem Pontificis voluntati, & consiliis obsecundaret, plurimas in subsidium naves suppeditavit, quo tempore Turcarum Tyrannus Insulæ Corcyrensi cum validissimo exercitu imminens, non solùm Venetorum Reipublicæ, sed universæ quoque Italiæ, & huic Urbi, quæ totius Christianæ Religionis caput est, perniciem, & calamitatem minabatur.

Nos ipsi jure, ac meritò testari possumus, & revera testamur, eundem Regem suam nunquam operam a Nobis desiderari passum esse, ubi res fuit vel de retinenda, augendaque Religione, vel de hujus Sanctæ Sedis dignitate tuenda. Insuper Nobis Pontificatum gerentibus, nonnullos Episcopatus fundavit in remotissimis Dominii sui partibus, ubi solùm Infideles versabantur, videlicet, ut Christiana Fides ibidem propagaretur. Omittemus hic verba facere de maximis, ac planè Regiis sumptibus, qui ab ipso fiunt, ut Ministris ad obeundas sacras Missiones necessaria suppeditentur. Taciti tamen præterire non debemus victorias, quas recenter in Asia comparavit, & novas, quas suscepit expeditiones; & hujusmodi profecto bella libenter cum illis comparabimus, quæ Gennadius Patricius, & Exarchus Africæ feliciter gessit, & eadem prorsus affirmabimus, quæ de illis S. Gregorius Prædecessor noster ad ipsum Gennadium scripsit his verbis: *Ubi enim meritorum vestrorum loquax non discurrit opinio? Quæ & bella Vos frequenter appetere, non desiderio fundendi sanguinis, sed dilatandæ causa Reipublicæ, in quam Deum coli conspicimus, loquitur; quatenus Christi nomen per subditas gentes Fidei prædicatione circumquaque discurrat.* Ejusdem Sancti Pontificis verbis prosequemur: *Plurima pro pascendis ovibus Beati Petri Apostolorum Principis utilitatibus Excellentiam vestram præstitisse didicimus.* Orationem tandem nostram absolvemus, quemadmodum & Sanctus Gregorius epistolam absolvit suam: *Persolventes paternæ charitatis alloquium, petimus Dominum, Salvatoremque nostrum, qui Eminentiam vestram pro solatio Sanctæ Reipublicæ misericorditer protegat, & ad dilatandum per finitimas gentes nomen ejus magis magisque brachii sui firmitate confortet.*

Habetis, Venerabiles Fratres, quæ a Nobis peracta sunt, quæque Nos ad ea peragenda impulerunt.

Lib. 1. indict. 9. epist. 75. tom. 2. Oper. edit. Paris. 1705. pag. 560.

III.

De Matrimonii Validitate inter Virum Judæum, & Mulierem Hæreticam. Expenduntur Leges Hebræorum, & Leges Imperiales quoad Virum; Canones, & Ecclesiastica consuetudo, ejusque vis, quoad Mulierem.

Dilecto Filio Nostro Henrico Sanctæ Mariæ in Porticu S. R. E. Presbytero Cardinali Duci Eboracensi nuncupato.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Noster, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Commendatur pietas Serenissimi, & Eminentiss. Card. Ducis Eboracen.

SINGULARI Nobis consolationi, & universis totius Urbis Ordinibus exemplo est illa tua, quam assiduam cernimus & audimus, exercitatio in pietatis muneribus obeundis, iisque in primis, quæ decent ordinem Sacerdotalem, quo Tute a Nobis fuisti in privato Sacello Nostro initiatus. Judæum autem ad Catholicam Fidem accedere cupientem, cum sis propediem Sacro Baptismatis lavacro expiaturus, mirifice hinc ostendis ea verba te semper in mente gerere, quæ juxta Pontificale Romanum, in tui Consecratione protulimus: *Sacerdotem enim oportet offerre, benedicere, præesse, prædicare, & baptizare.*

Dub. An Judæo baptizato, & Muliere ab hæresi ad Cathol. Fidem conversa, renovari deberet inter eos Matrimonium. Resolvitur: *Affirmative.*

§. 1. At exorta, uti accepimus, hæc controversia est, utrum scilicet, cum Hebræus è secta Protestantium uxorem duxerit, quæ aut hæresim ejuravit, aut ejurandæ parata est, utrum, inquam, initum antea Matrimonium, post susceptum ab Hebræo Baptisma, sit iterandum. Te igitur hac Nostra epistola certiorem facimus, ambos, postquam Catholicæ Fidei nomen dederint, per Baptismum alter, altera per hæresis detestationem, rursus esse matrimonii vinculo conjungendos. Nam quod ante inierant, irritum omnino fuit propter impedimentum

Sopra la Validità del Matrimonio contratto tra un Ebreo, e un'Eretica. Si esaminano le Leggi Giudaiche, e le Leggi Civili intorno all'Uomo; e i Canoni, e la consuetudine della Chiesa, e il vigore di essa, circa la Donna.

III.

Dilecto Filio Nostro Henrico Sanctæ Mariæ in Porticu S. R. E. Presbytero Cardinali Duci Eboracensi nuncupato.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Noster, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

CONTINUANDO Ella con tanta Nostra consolazione, ed universale edificazione di tutta Roma, nell'esercizio delle opere di pietà, e di tutte quelle, che appartengono all'Ordine Sacerdotale, che colle nostre mani nella nostra privata Cappella le conferimmo; ed essendo in prossima disposizione di dare il Santo Battesimo ad un Ebreo, che vuole abbracciare la nostra Santa Christiana Religione, il che comprova aver ella presenti le parole, che, giusta il prescritto nel Pontificale Romano, le dicemmo, quando l'ordinammo Prete, *Sacerdotem etenim oportet offerre, benedicere, præesse, prædicare, & baptizare.*

Si loda la pietà del Serenis. Cardinale Duca di Jore.

Dub. Se tra un Ebreo battezzato, e una Donna convertita dall'eresia alla Fede Cattolica, rinovar si debba il Matrimonio. Si risponde di sì.

§. 1. Ed essendo, come intendiamo, insorta una controversia, se, avendo l'Ebreo nel tempo della sua giudaica perfidia presa per moglie una donna di setta Protestante, che o è disposta ad abjurare, o ha di già abjurata l'eresia, debbasi di nuovo fra di loro contrarre il matrimonio, dopo che ella avrà battezzato l'Ebreo; crediamo espediente il farle noto con questa nostra lettera, doversi, supposta la precedente abjura della donna, di nuovo fra di loro contrarre il matrimonio, dopo che l'uomo sarà stato battezzato. Imperocchè il matri-

monio

mentum dirimens, quod vocatur *disparitatis cultus*: In qua re declaranda, sermonem primo de Viro, tum de Muliere instituemus, diligenter investigantes, an eorum uterque, dum connubium iniit, illius esset impedimenti vinculo irretitus.

Leges Canonicæ de Matrimonio Virum Judæum directe non afficiunt.

§. 2. Initium igitur a Viro sumimus, ac breviter indicamus quidquid hac in re tum Hebraica lege sancitum, tum Principum decretis constitutum sit; omissis Sacris Ecclesiæ Canonibus, cum nullo modo possint iis accommodari, qui nunquam in ejus sinum admissi sunt. *Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, judicare?* Sic S. Paulus epistola 1. ad Corint. cap. v. scripsit, cujus verba apte ab Urbano III. Prædecessore Nostro ad rem nostram accommodata sunt *cap. Gaudemus, de divortiis.*

Hebræorum Leges Matrimonia cum alienigenis vetant.

§. 3. Deuteronomii cap. 7. cautum est, ne Hebræis liceret cum iis fœminis, quarum religio non esset eadem, matrimonio copulari. *Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum, neque sociabis cum eis conjugia; filiam tuam non dabis filio ejus, nec filiam illius accipies filio tuo.* Et lib. 1. Esdræ cap. 10. habetur, Secheniam cum eodem Esdra publice conquestum de Hebræis esse, qui uxores duxerant infideles, ibique legitur consilium ab eo captum, quod his verbis exprimitur. *Vos transgressi estis, & duxistis uxores alienigenas, ut adderetis super delictum Israel; & nunc date confessionem Domino Deo patrum vestrorum, & facite placitum ejus, & separamini a populis terræ, & ab uxoribus alienigenis.*

Certum verò non est Lege Moysi inductum esse impedimentum dirimens.

§. 4. Verum non videtur his sacrarum Literarum testimoniis adniti posse impedimentum *disparitatis cultus*, matrimonia dirimens Hebræorum cum mulieribus alienigenis. Primum quidem supradictus Deuteronomii locus *ad cap. 7.* explicari commode de interdicto potest, quo illicita quidem sint hujusmodi matrimonia, non infecta, ac irrita. Hoc magis magisque confirmat, quod *lib. 3. Regum cap. 11.* legitur, jam lata scilicet Deuteronomii lege, Salomonem plures uxores duxisse ex iis gentibus, cum quibus connubia habere prohibitum Hebræis a Deo fuerat; quas quidem non Concubinarum loco ab ipso habitas fuisse Sacer Textus indicat, cum septingentas Reginas a trecentis Concubinis omnino distinguat. Accedit præterea Sampsonis exemplum, qui Dalilam uxorem habuit ex Gigantum progenie ortam: Et sexcenta alia prætermittimus, quorum vim ingenue fatetur celeberrimus Theologus Dominicus Sotus *in 4. sent. dist. 39. quæst. unic. art. 1.*, licet is sentire videatur, illa Deuteronomii verba de impedimento agere non impediente, ut inquiunt, sed dirimente.

Saltem respectu omnium nationum extra Terram Canaan.

§. 5. Deinde verò etsi Soti sententia vera esset, tamen impedimentum dirimens non ad universos omnino populos pertineret, sed ad septem Nationes tantum, idest Hethæos, Gergezæos, Amorrhæos, Cananæos, Pherezæos, Hevæos, Jebusæos, quæ scilicet Deuteron. *cap. 7.* exprimuntur; id verò nullo pacto sufficit, ut impedimentum disparitatis cultus in Hebraica lege inter Hebræos, & mulieres alterius cultus, & cujuscunque Nationis, stabiliatur; juxta egregiam S. Thomæ doctrinam, qui *in 4. senten. dist. 39. quæst. 1. art. 1. Ad primum* sic scripsit: *Dicendum, quod in veteri lege de aliquibus infidelibus erat permissum, ut cum iis pos-*

monio contratto fra di loro è stato nullo per l'impedimento dirimente, chiamato *disparitatis cultus.* Per dimostrare la qual cosa, Noi parleremo in primo luogo dell'uomo, ed esamineremo, se esso fosse astretto dal detto impedimento, quando contrasse il matrimonio; e poscia tratteremo della donna, esaminando, se, quando essa contrasse il matrimonio, fosse sottoposta alla legge del detto impedimento.

L'Ebreo non è sottoposto alle Leggi Canoniche.

§. 2. E così prendendo principio dall'uomo, colla possibile brevità accenneremo, quanto vien disposto nella legge Ebrea in questo proposito, quanto dalle Leggi de' Principi; senza punto entrare nelle leggi Canoniche della Chiesa, che non sono adattabili a quelli, che sono fuori del di lei grembo: *Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, judicare?* disse S. Paolo nella sua prima lettera a' Corintj *al cap. 5.*, il di cui detto è al nostro proposito ben applicato da Urbano III. Nostro Predecessore *nel cap. Gaudemus, de divortiis.*

Le Leggi Giudaiche proibiscono il Matrimonio colle donne straniere.

§. 3. Nella Legge Ebrea, cioè nel Deuteronomio *al cap. 7.* espressamente vien proibito agli uomini Ebrei il contrarre matrimonio colle donne, che non sono della loro Religione: *Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum, neque sociabis cum eis conjugia: filiam tuam non dabis filio ejus, nec filiam illius accipies filio tuo.* E nel primo libro d'Esdra *al cap. 10.* si legge il pubblico ricorso, che fece Sechenia allo stesso Esdra contra quegli Ebrei, che avevano prese donne di altre Religioni per loro mogli, e si legge la risoluzione, ch'esso prese, espressa nelle seguenti parole: *Vos transgressi estis, & duxistis uxores alienigenas, ut adderetis super delictum Israel: & nunc date confessionem Domino Deo patrum vestrorum, & facite placitum ejus, & separamini a populis terræ, & ab uxoribus alienigenis.*

E' però dubbio, se della Legge Mosaica fosse stato stabilito per impedimento dirimente.

§. 4. Ma, per vero dire, non ci sembra potersi fondare sopra questi Testi della Divina Scrittura un impedimento *disparitatis cultus*, dirimente i matrimonj contratti dagli Ebrei con donne di altra Religione. Imperocchè in primo luogo il citato Testo del Deuteronomio *al cap. 7.* può comodamente intendersi d'una proibizione, che rende l'atto illecito, e non di una proibizione, che rende l'atto nullo; tanto più che dopo la Legge del Deuteronomio leggiamo *nel lib. 3. de' Rè al cap. 11.* che Salomone prese varie mogli, che erano di quelle genti, colle quali Iddio aveva proibito agli Ebrei il far il matrimonio; nè esse vengono qualificate per Concubine, separando il Sacro Testo le settecento Regine dalle trecento Concubine. Si aggiunge, che Sansone prese Dalila per moglie della razza de' Giganti; tacendo di tanti altri esempj, la forza de' quali viene con molta ingenuità ammessa dal celebre Teologo Domenico Soto *in 4. sent. dist. 39. quæst. unic. art. 1.* ancorchè esso sia più proclive alla sentenza, che nel citato capo del Deuteronomio l'impedimento non sia impediente, ma dirimente.

Rispetto almeno alle nazioni fuori della Terra di Canaan.

§. 5. In secondo luogo, perchè, quand' anche fosse vera l'opinione del Soto, l'impedimento dirimente non sarebbe mai stato universale, ma ristretto alle sette Genti, cioè Etee, Gergezee, Amorree, Cananee, Feresee, Evee, e Jebusee, espresse *nel cap. 7.* del Deuteronomio: il che non basta per istabilire nella Legge Ebrea un impedimento *disparitatis cultus* fra i Giudei, e le donne d'altra Religione di qualunque nazione fossero; secondo l'aurea dottrina di San Tommaso *nel 4. delle Sentenze dist. 39. quæst. 1. art. 1. Ad primum*, ove così lasciò scritto: *Dicendum, quod in veteri Lege de aliquibus infidelibus erat permissum, quod cum*

sent inire conjugia, & de aliquibus prohibitum, specialiter quidem erat prohibitum de infidelibus habitantibus in terra Canaam, qui memoratas paulo ante gentes comprehendunt. Quod verò prædicta Lege Deuteronomii *ad cap.* 7. dumtaxat tenerentur terræ Canaam habitatores, non autem cœteri, licet addicti diversæ penitus Religioni, id clare perspicitur ex Cap. 21. ejusdem Deuteronomii, ubi victoribus Hebræis conceditur, eam captivam uxorem ducere, cujus forma ipsis egregia videretur. *Et videris in numero Captivorum mulierem pulchram, & adamaveris eam, volueriſque habere uxorem, dormies cum illa, & erit uxor tua*: quod quidem & S. Thomas animadvertit *loc. cit. in reſponſione ad ſecundum.*

Factum Esdræ intelligi potest de separatione quoad Thorum.

§. 6. Cum autem Esdras filios Israel a mulieribus alienigenis separaverit, non illud hinc sequatur necesse est, quod is nimirum Deuteronomii caput septimum ita interpretatus sit, ut ob disparitatem cultus, irrita, infectaque matrimonia esse jusserit; quinimo illud in eam partem accipi potest, ut, manente eodem matrimonii vinculo, separatio quoad thorum fieret; ita tamen ut jure polygamiæ nubere liceret viris, nefas esset mulieribus de thalamo cogitare, donec aut viri occumberent, aut ipsæ ad Judaicam accederent Religionem; ut sapienter animadvertit insignis Theologus Gulielmus Estius *lib. 4 ſenten. diſt. 39. §. 3. verſ. Quod ſi dicas Eſdram.* Id etiam S. Augustini auctoritate confirmatur, qui *in lib. de adulterinis conjugiis cap.* 18. de matrimoniis ab Esdra separatis, tanquam de veris loquitur, licet non legitimis, utpote contractis Dei præcepto non suffragante.

Leges Imperiales impedimenta, quibus Matrimonium dirimatur, statuere non valent.

§. 7. Ex dictis liquet, incertum esse, ex Lege Mosaica, matrimonia Hebræorum inita cum mulieribus exteris, & Religionis alienæ, haberi irrita oportere. Neque hinc argui potest, eadem Lege cautum fuisse, ut viri hujusmodi matrimonia ineuntes, ob disparitatem cultus, dirimenti teneantur impedimento. Idem quoque sentiendum de Principum legibus arbitramur. Lex enim unica, quæ ad hanc rem pertineat, Theodosii est, quæ incipit, *Ne quis*, sub titulo Codicis *de Judæis*, cujus hæc sunt verba: *Ne quis Chriſtianorum mulierem in matrimonium Judæus accipiat, neque Judææ Chriſtianus conjugium ſortiatur: Nam ſi quis aliquid hujuſmodi admiſerit, adulterii vice commiſſi hujuſmodi crimen obtinebunt.* Verum duæ hic occurrunt difficultates: prima, quod hæc Lex utpote a laico Principe condita nullam habere vim in matrimoniis debet: *Leges illæ quomodocumque intellectæ, non poſſunt præſcribere Eccleſiæ.* Sic Estius cit. loco ad §. *Si quis objiciat.* Gravior altera est. Nam Theodosii lege, Hebræi cum Christiana matrimonium, ob sceleris indignitatem, non quidem ut irritum, sed ut adulterium, severissime damnabatur. *Leges autem Imperatoris dicendum eſt, dicta matrimonia ut adulteria punire, propter gravitatem peccati, non propter nullitatem matrimonii.* Idem Estius.

Lex allegata pœnam delicti statuit, de validitate matrim. non loquitur.

De Muliere quid inquirendum.

§. 8. Quamobrem si in matrimonio, de quo nunc agimus, impedimentum disparitatis cultus intercesserit, inspiciendum erit, an illi mulier obnoxia fuerit; quod ut cognoscatur, diligenter est perscrutandum, num Jure Canonico tale impedimentum decretum fuerit, aut communi Ecclesiæ Catholicæ consuetudine stabilitum; præ-

iis poſſent inire conjugia, & de aliquibus prohibitum, ſpecialiter quidem erat prohibitum de infidelibus habitantibus in terra Canaam, che sono per appunto quelle sette nazioni poc'anzi memorate: e che il Testo *nel cap.* 7. del Deuteronomio fosse ristretto a quelle della terra di Canaan, e non si estendesse a quelle d' altre nazioni, benchè di Religione differente, si vede *nel cap.* 21. dello stesso Deutoronomio, ove si permette agli Ebrei vincitori il prendere per moglie quella schiava, che loro sembrasse bella: *Et videris in numero captivorum mulierem pulchram, & adamaveris eam, volueriſque habere uxorem, dormies cum illa, & erit uxor tua*: il che anche vien considerato da S. Tommaso *nel luogo citato, nella riſpoſta al ſecondo argomento.*

Il Fatto d'Esdra può intendersi della separazione in quanto al Toro.

§. 6. In terzo luogo, perchè il fatto d'Esdra, che separò i figliuoli d'Israele dalle donne straniere, non porta seco una sicura conseguenza, ch' esso interpretando il capitolo settimo del Deuteronomio, dichiarasse i matrimonj nulli per la disparità del culto; potendosi intendere la separazione quanto al toro, ed all' abitazione, sussistendo sempre il vincolo del matrimonio; in tal maniera, che fosse bensì permesso agli uomini il prendere altre mogli in sequela del jus della poligamia; ma però dovessero le donne restar continenti o sino alla morte degli uomini, dai quali furono separate; o sino al tempo, ch' esse si risolvessero d'abbracciare la Religione de' Giudei, come molto ben considera il rinomato Teologo Guglielmo Estio *nel lib. 4. delle Sentenze diſt. 39. §. 3. verſ. Quod ſi dicas Eſdram*: qual sentimento viene appoggiato anche all'autorità di S. Agostino, che *nel libro de adulterinis conjugiis al cap.* 18. parla de' matrimonj separati da Esdra, come di veri matrimonj, benchè contratti contra il precetto di Dio.

Le Leggi Civili non possono stabilire alcun' impedimento dirimente in quanto ai Matrimonj.

§. 7. Dal detto sin ora si può facilmente inferire, non essere cosa sicura, che nella Legge Mosaica sia stabilito, che i matrimonj degli Ebrei, contratti con donne estere, e di Religione differente, siano nulli, e che però dalla Legge Mosaica sia fissato un impedimento dirimente di disparità di culto in ordine a quegli uomini, che contraggono uno de' detti matrimonj. Lo stesso crediamo doversi asserire, parlando delle Leggi de' Principi, poichè l'unica Legge, che appartenga a questo caso, è quella di Teodosio, che incomincia: *Ne quis*, sotto il totolo del Codice *de Judæis*; ed eccone le parole: *Ne quis Chriſtianorum mulierem in matrimonium Judæis accipiat, neque Judææ Chriſtianus conjugium ſortiatur: nam ſi quis aliquid hujuſmodi admiſerit, adulterii vice commiſſi hujuſmodi crimen obtinebit.* Ma sopra questa Legge s'incontrano due difficoltà: una, che, come fatta dalla podestà laicale, non ha forza nel matrimonio: *Leges illæ quomodocumque intellectæ non poſſunt præſcribere Eccleſiæ*: sono parole dell' Estio *nel luogo citato al §. Si quis objiciat*: l'altra, che è di maggior rilievo, sì è, che nella citata Legge di Teodosio il matrimonio dell' Ebreo colla Cristiana è punito per la gravità del peccato, come se fosse un adulterio, ma non perchè il matrimonio contratto fosse nullo: *Leges autem Imperatoris dicendum eſt, dicta matrimonia ut adulteria punire, propter gravitatem peccati, non propter nullitatem matrimonii*: prosiegue il citato Estio.

La Legge citata stabilisce solamente la pena, ma non si parla della validità del Matrimonio.

Cosa debba ricercarsi intorno la Donna.

§. 8. Sicchè quando nel matrimonio, di cui si parla, siavi stato l'impedimento *diſparitatis cultus*, è duopo rinvenirlo nella donna Protestante; e per rinvenirlo, è preciso riconoscere, se nel Diritto Canonico è stabilito il predetto impedimento; e non essendo stabilito nel Diritto Canonico, se sia stato introdotto e fissato

terea an mulier Proteſtantium hæreſi infecta hac conſuetudine teneantur. Nam ſi mulier cum fœdus iniit, dirimenti hoc impedimento detinebatur, hoc ſatis eſt, ut matrimonium irritum habeatur, directè quoad mulierem, oblique quoad virum; licet hic Superioris auctoritati, qui legem tulit, non ſit obnoxius: eo ferme pacto, quo ſi Princeps aliquis ſubditorum cum exteris commercium ſuſtuliſſet, atque irrita declaraſſet, ea, ſi forte fierent, inania haberentur, licet non uterque negotiatorum, ſed unus tantum eſſet ſubditus Legislatori.

Lex, aut conſuetudo, ſi unam ex partibus afficit, contractum irritat etiam quoad aliam.

In jure communi Canonum impedimentum diſparitatis cultus inter dirimentia non refertur.

§. 4. Diximus reperiri, qui cantum harmonicum cum musicis instrumentis in Ecclesiis adhiberi minime probant. Horum princeps quodammodo dici potest Abbas Aelredus, coævus & discipulus S. Bernardi, *qui lib.* 2. *ejus Operis, quod inscribitur Speculum Charitatis cap.* 23. *tom.* 23. *Biblioth. Patrum pag.* 118. ita scribit: *Unde, cessantibus jam typis, & figuris, unde in Ecclesia tot organa, tot cymbala? Ad quid, rogo, terribilis ille follium flatus, tonitrui potius fragorem, quàm vocis exprimens suavitatem? Ad quid illa vocis contractio, & infractio? Hic succinit, ille discinit, alter supercinit, alter medias quasdam notas dividit, & incidit.* Asserere quidem non audemus, ætate S. Thomæ Aquinatis, nullis in Ecclesiis usum musici cantus cum musicis instrumentis fuisse: illud utique affirmare licet, in Ecclesiis minime fuisse, quæ Sancto Doctori notæ, & cognitæ erant; ideoque hujusmodi cantui ipse nequaquam favisse videtur. Tractat enim 2. 2. *qu.* 91. *art.* 2. quæstionem illam, utrum in Divinis laudibus sint cantus assumendi; respondet assumendos esse; sed cum sibi quarto loco opponat: *Instrumenta musica, sicut cytharas, & psalteria, non assumere Ecclesiam in Divinas laudes, ne videatur judaizare*: cum in psalmo XXXII. *Confitemini Domino in cythara, in psalterio decem chordarum psallite illi.* Respondet: Hujusmodi musica instrumenta magis movere ad delectationem, quàm interiùs disponere ad pietatem; in veteri autem Testamento ideo adhibita fuisse: *quia populus erat magis durus, & carnalis, unde erat per hujusmodi instrumenta provocandus, sicut & per promissiones terrenas*: Addit insuper, instrumenta in veteri Testamento typos seu figuras aliquarum rerum fuisse: *Tum etiam*, ait, *quia hujusmodi instrumenta corporalia aliquid figurabant.* De Summo insigni, che non vogliono organo o canto figurato: *Sunt autem ad hanc diem insignes in Gallia Ecclesiæ, quæ organorum, & musices usum ignorant.* La gran Chiesa di Lione, che sempre è stata alle novità contraria, fino al giorno d'oggi siegue la traccia della Pontificia Cappella, nè ha mai voluto l'uso dell'organo: *Constat igitur ex dictis, nec statim ab initio, nec ubique recepta fuisse musicalia instrumenta: nam etiam nunc Romæ in Sacello Summi Pontificis semper sine instrumentis Officiorum solemnia celebrantur, & Ecclesia Lugdunensis, quæ novitates nescit, semper organa repudiavit, neque in hunc diem ascivit*: sono parole del Cardinal Bona nel suo Trattato *de Divina Psalmodia al cap.* 17. *§.* 2. *num.* 5. E però non vi vuol molto a comprendere il concetto, che faranno di noi que' forestieri, che venendo da que' paesi, ne' quali non usano nelle Chiese gl'istrumenti musicali, ne sentiranno il suono nelle nostre Chiese in tutto e per tutto simile a quello de' teatri. Capiteranno pure forestieri, che vengono da' paesi, ne' quali si canta, e si sona nelle Chiese loro, come appunto si canta, e si sona presentemente nelle nostre: Ma, se questi saranno uomini di buon senno, non potranno non deplorare, di non aver ritrovato nel canto e suono delle nostre Chiese, il rimedio a quel male, che hanno richiesto, e non ottenuto nelle loro. Imperocchè chiocchè siasi della gran controversia sopra il canto figurato, e sopra l'uso degl' istrumenti nelle musiche delle Chiese, nel che alcuni l'hanno riprovato, e lo riprovano, altri l'hanno lodato, e lo lodano; non v'è però veruno, che non condanni il canto teatrale nelle Chiese, e non richieda una gran differenza fra il canto Ecclesiastico, e quello delle scene.

L'uso di essi nelle Chiese è riprovato da alcuni.

§. 4. Abbiamo detto, esservi chi ha riprovato, e chi anche riprova l'uso del canto figurato con gl'istrumenti musicali nelle Chiese. Capo di questi può dirsi, che fosse l'Abbate Aelredo, coetaneo, e discepolo di S. Bernardo, che *nel lib.* 2. della sua Opera intitolata *Speculum Charitatis, al cap.* 23. *nel tom.* 23. della Biblioteca de' Padri *pag.* 118. così scrive: *Unde, cessantibus jam typis & figuris, unde in Ecclesia tot organa, tot cymbala? Ad quid, rogo, terribilis ille follium flatus, tonitrui potiùs fragorem, quàm vocis exprimens suavitatem? Ad quid illa vocis contractio, & infractio? Hic succinit, ille discinit, alter supercinit, alter medias quasdam notas dividit, & incidit.* Non c'impegneremo a dire, che nel tempo di S. Tommaso d'Aquino non vi fosse in alcune Chiese l'uso della musica con gl'istrumenti: ma bensì diremo, che non v'era nelle Chiese, delle quali esso avea la pratica, e che perciò non fu esso molto parziale. Tratta il Santo Dottore *nella* 2. 2. *quæst.* 91. *art.* 2. il punto, *Utrum in Divinis laudibus sint cantus assumendi*; ed al quesito risponde di sì: ma facendosi in quarto luogo l'opposizione, che la Chiesa non ammette gl'istrumenti ne' suoi canti, per non mostrare di giudaizzare, giacchè nel Salmo 32. si legge: *Confitemini Domino in cythara, in psalterio decem chordarum psallite illi*: risponde, che i musici strumenti muovono l'animo al diletto, più che ad altra cosa; e che nell'antico Testamento ve n' era l'uso, *quia populus erat magis durus & carnalis, unde erat per hujusmodi instrumenta provocandus*: oltre di che nel Testamento vecchio gl' istrumenti figuravano qualche cosa, del che non v'è bisogno nel Testamento nuovo: *Tum etiam quia hujusmodi instrumenta corporalia aliquid figurabant.* Del gran Pontefice Marcello II.

Pontifice Marcello II. literis traditum est, secum deliberasse, musicam in Ecclesiis abolere, cantumque Ecclesiasticum ad cantum planum redigere, ut cuique compertum fieri potest ex ejus Vita, quam scripsit Petrus Polidori nuperrimè defunctus Beneficiatus Basilicæ S. Petri, vir inter Literatos non ignotus. Ætate nostra vidimus Cardinalem Thomasi, virum sanctitate vitæ, eximiaque in Liturgicis rebus eruditione insignem, in Ecclesia sua Titulari S. Martini ad Montes die festo ejusdem Sancti, in cujus honorem Ecclesia dedicata est, in Missa, & Vespertinis Officiis concentus musicos haberi noluisse; sed ut a viris Religiosis, in sacris peragendis, cantus planus adhiberetur, præcepisse.

Ab aliis, si moderatus sit, admittitur, & laudatur.

§. 5. Diximus esse aliquos, qui usum musici cantus cum Instrumentis in Divinis Officiis approbant. Nam eodem sæculo, qui vixit laudatus Abbas Aelredus, floruit etiam Joannes Sariberiensis Episcopus Carnotensis, qui *lib. 1. Policratici cap. 6.* Musicam organicam, seu concentum vocum, & instrumentorum laudat: *Ad mores itaque instruendos, & animos exultatione virtutis trajiciendos in cultum Domini, non modo concentum hominum; sed & instrumentorum modos, censuerunt Sancti Patres Domino applicandos, cum Templi reverentiam dilatarent.* S. Antoninus *in ejus Summa part. 3. tit. 8. cap. 4. §. 12.* non rejicit cantum harmonicum in Divinis Officiis: *Cantus quidem firmus in Divinis Officiis a Sanctis Doctoribus institutus est, ut Gregorio Magno, Ambrosio, & aliis. Biscantus autem in Officiis Ecclesiasticis quis adinvenerit, ignoro: prurituì aurium videtur magis deservire, quàm devotioni; quamvis pia mens etiam in his fructum referat audiendo.* Et paulo post admittit in Divinis Officiis non solum organum, sed etiam alia instrumenta musica: *Sed & pulsatio organorum, vel aliorum instrumentorum ad Divinam laudem initium virtutis habuisse a Propheta David.* Constituerat quidem Marcellus II. Pontifex ab Ecclesiis cantus musicos, & musica instrumenta removere; sed Joannes Petrus Aloysius Prænestinus Magister Capellæ Basilicæ Vaticanæ musicos cantus in sacris Missarum solemnibus persolvendis composuit tam excellenti arte, ut ad pietatem animos, & devotionem moverent. Itaque illis auditis a Summo Pontifice, qui Missæ interfuit, mutata voluntate, ab eo, quod sibi proposuerat, recessit, quemadmodum ex antiquis monumentis tradidit Andreas Adami in suis observationibus ad Capellam Pontificiam *in præfat. histor. pag. 11.* In Concilio Tridentino actum est de eliminanda musica ab Ecclesiis; sed cum ab Imperatore Ferdinando per suos Legatos expositum fuisset, cantum musicum, seu figuratum, fidelium animis incitamento ad devotionem, & pietatem esse; Decretum, quod jam adornatum fuerat, moderari placuit, uti legitur *in sess. 22. in Decreto de observ. & evit. in celebrat. Missæ.* In eo autem ab Ecclesiis solùm rejectæ fuerunt musicæ illæ, *ubi sive organo, sive cantu lascivum, aut impurum aliquod miscetur.* Hæc narrantur a Grancolas *in laudato Commentario pag. 56.*, & a Cardinali Pallavicino *in hist. Concilii lib. 22. cap. 5. num. 14.* Profecto Ecclesiastici Scriptores magni nominis libenti animo eamdem sententiam sequuntur. Ven. Cardinalis Bellarminus *tom. 4. controvers. lib. 1. de bonis operibus in particulari cap. 17. in fine* docet, retinendum esse in Ecclesiis usum organorum, sed alia instrumenta musica non facile admittenda: *Ex quibus illud efficitur, ut organa propter infirmos in Ecclesiis retinenda sunt, ita non facilè alia instrumenta esse introducenda.* Eâdem semitâ insistit Cardinalis Cajetanus in sua Summa ad Verbum *organum*, ubi talia habentur:

si legge: c'hera risoluto di levare la Musica dalle Chiese, riducendo il canto Ecclesiastico al canto fermo; come può vedersi nella di lui Vita, scritta da Pietro Polidori ultimamente defunto, Beneficiato della Basilica di S. Pietro, ed uomo cognito fra i Letterati. Si sa, che nel Concilio di Trento era già stato formato il Decreto coerente all'idea del Pontefice Marcello II. E ne' giorni nostri abbiamo veduto, che il Venerabile Cardinale Tomasi, uomo di santa vita, e di profonda letteratura nelle materie rituali, non volle nella sua Chiesa Titolare di S. Martino a' Monti, nel giorno della Festa del Santo, la musica con gl'istrumenti ne' Vespri, e nella Messa, che fece cantare da varj Religiosi col canto fermo, e da Coro.

Da altri poi viene ammesso, quando sia moderato, e conveniente.

§. 5. Abbiamo detto, esservi stati, ed ancor esservi taluni, che hanno approvato, ed approvano il canto Musicale con gli strumenti ne' Divini Offici. Nello stesso secolo, in cui visse il citato Abbate Aelredo, visse ancora Giovanni Sarisberiense, Vescovo Carnotense, che *nel lib. 1. Policratici ad cap. 6.* lodò la musica istrumentale: *Ad mores itaque instruendos, & animos exultatione virtutis trajiciendos in cultum Domini, non modò concentum hominum, sed & instrumentorum modos, censuerunt Sancti Patres Domino applicandos, cùm Templi reverentiam dilatarent.* S. Antonino *nella sua Somma alla part. 3. tit. 8. cap. 4. §. 12.* non rigetta il canto figurato ne' divini Offici: *Cantus quidem firmus in Divinis Officiis a Sanctis Doctoribus institutus est, ut Gregorio Magno, Ambrosio, & aliis. Biscantus autem in Officiis Ecclesiasticis quis adinvenerit, ignoro: prurituì aurium videtur magis deservire, quàm devotioni; quamvis pia mens etiam in his fructum referat audiendo:* e poco dopo ammette ne' Divini Offici non solo l'organo, ma ancora gli altri strumenti musicali: *Sed & pulsatio organorum, vel aliorum instrumentorum ad Divinam laudem initium virtutis habuisse a Propheta David*, con quel che siegue. Fù certamente pensiere di Marcello II. il bandire dalla Chiesa la musica, e gl'istrumenti musicali; ma avendogli il celebre Giovanni Pier Luigi di Palestrina, Maestro di Cappella della Basilica di S. Pietro, fatto sentire una Messa composta in musica sì, ma in musica molto divota, fu dal Pontefice abbandonata l'idea di levare dalle Chiese la musica: giusta ciò, che dagli antichi monumenti ricavò Andrea Adami nelle sue Osservazioni alla Cappella Pontificia *nella Prefazione Storica pag. 11.* Nel Concilio di Trento si pensò senza dubbio a levare la musica dalle Chiese; ma avendo fatto rappresentare da' suoi Ambasciadori l'Imperadore Ferdinando, che il canto figurato riusciva sovente d'incitamento alla divozione; fu temperato il progettato Decreto, come si legge *nella sess. 22.* nel Decreto *de observandis, & evitandis in Celebratione Missæ*, ove furono rigettate dalle Chiese le musiche, *ubi sive organo, sive cantu, lascivum aut impurum aliquid miscetur.* Il fatto è riferito dal Grancolas *nel citato Commentario alla pag. 56.* e dal Cardinale Pallavicino *nella Storia del Concilio al lib. 22. cap. 5. num. 14.* I nostri Ecclesiastici Autori di gran grido vengono volentieri in questo sentimento. Il Venerabile Cardinal Bellarmino *nel tom. 4. delle sue Controversie al lib. 1. de bonis operibus in particulari cap. 17. in fine*, insegna, doversi ritenere nelle Chiese l'uso degli organi, ma non doversi così facilmente dar l'adito agli altri istrumenti musicali: *Ex quibus omnibus illud efficitur, ut organa propter infirmos in Ecclesiis retinenda sunt, ita non facile alia instrumenta esse introducenda.* Per la stessa strada cammina il Cardinale Gaetano nella sua Somma, alla parola *Organum*, ove così scrive: *Organorum usus in Ecclesia*

Organorum usus in Ecclesia licet sit novus, in cujus signum Ecclesia Romana adhuc non utitur eis coram Pontifice, licitus tamen est pro carnalibus adhuc fidelibus imperfectis. Ven. Cardinalis Baronius ad annum Christi LX. ita scribit: *Verum, quod post multa sæcula usu receptum sit, ut in Ecclesia adhiberentur organica instrumenta disparibus cannis simul junctis confecta, haud jure quis poterit improbare.* Cardinalis Bona *de Divina Psalmodia cap.* 17. agens de organis, quæ in Ecclesiis pulsantur: *non tamen*, inquit, *damnari debet moderatus eorum usus &c. lætificat organorum concentus tristes hominum mentes, & supernæ Civitatis insinuat jucunditatem, sollicitat pigros, recreat diligentes, provocat justos ad amorem, peccatores ad compunctionem.* Suarez *tom.* 2. *de Religione lib.* 4. *de Horis Canonicis cap.* 8. *num.* 5. animadvertit, organi nomine comprehendi non solum illud instrumentum musicum, quod hodie vulgo Organum vocari solet, sed alia etiam instrumenta harmonica (quod jam ante notatum fuit a S. Isidoro *lib.* 2. *orig. cap.* 20. *Organum vocabulum est generale vasorum omnium musicorum*); ideoque concludit, recepto in Ecclesiis organo, etiam alia instrumenta musica admittenda esse. Et Sylvius *tom.* 3. *suorum Operum super* 2. 2. *S. Thomæ quæst.* 91. *art.* 2. Cantum harmonicum, seu figuratum ab Ecclesiis non repellit: *Ideoque*, ait, *magna cura habenda est cantus Ecclesiastici, tum ejus, qui planus, seu Gregorianus dicitur, qui proprie est Ecclesiasticus, tum ejus, qui postea in Ecclesiam est introductus, & vocatur figuratus, sive harmonicus.* Et paulo post: *Nihilominus, quod post multa sæcula usu receptum sit, ut in Ecclesiasticis Officiis Instrumenta musica adhiberentur; nullo modo est improbandum.* Bellotte *in lib. de Ritibus Ecclesiæ Laudunensis pag.* 209. *sub num.* 8. posteaquam de musicis instrumentis ample, ac fuse locutus est, quæ in Divinis Officiis nonnunquam adhibentur, & posteaquam ostendit antiquitus in Ecclesiis usui minime fuisse, nullam aliam causam veteris hujus moris, diversæque consuetudinis fuisse existimat, quàm necessitatem, qua tum adstringebantur Christiani, ut quoad fieri posset, recederent a profanis Ritibus Gentilium, qui in theatris, in conviviis, in sacrificiis, instrumentis musicis utebantur. *Proinde nequaquam instrumentorum musicorum vitio vertendum est, quod posterioribus tantum seculis usa sit Ecclesia musicis cantoribus, & musicalibus instrumentis, sed quod a Gentilibus ejusmodi musica instrumenta in turpibus ac sordidis usibus, nimirum in theatris, conviviis, ac sacrificiis consueverint adhiberi.* Persicus in suo Tractatu *de Divino, & Ecclesiastico Officio dub.* 5. *num.* 7. ita loquitur de cantu figurato in Ecclesiis: *Dico secundò, quamvis in cantu organico, seu figurato, multi possint abusus obrepere, sicut in omnibus aliis Ecclesiasticis cæremoniis accidit; ipsum tamen per se, si debite, religiose, & decenti moderatione fiat, licitum esse, nec ullo jure prohibitum.* Et ad dub. 6. num. 3. tenet, quod *organorum, & aliorum instrumentorum universalis usus in Divinis Officiis secundum se laudabilis est, & ad imperfectorum animos ad Dei contemplationem elevandos valde utilis.* Et quidem usus cantus harmonici, seu figurati, & musicorum instrumentorum in Missis, Vesperis, aliisque Ecclesiasticis functionibus adeo longè processit, ut ad Paraguajam usque Regionem pervenerit. Etenim cum novi illi fideles Americani optimam indolem, & ingenium habeant ad musicos cantus, & ad organica instrumenta pulsanda, & facillime, quæ ad musicam artem pertinent, ediscant; exinde occasione capta Missionarii eorum animorum propensioni obsequendo, piis, devotisque cantibus ad eos deducendos ad Christi fidem usi sunt; adeo ut in præsenti nullum ferè discrimen, ne-

licet sit novus, in cujus signum Ecclesia Romana adhuc non utitur eis coram Pontifice, licitus tamen est pro carnalibus adhuc fidelibus imperfectis. Il Venerabile Cardinale Baronio *all' anno di Christo* 60. così lasciò scritto: *Verùm, quod post multa sæcula usu repertum sit, ut in Ecclesia adhiberentur organica instrumenta disparibus cannis simul junctis confecta, haud jure quis poterit improbare.* Il Cardinal Bona *de Divina Psalmodia cap.* 17. parlando degli organi, che si sonano nelle Chiese, dice: *Non tamen damnari debet moderatus eorum usus &c. lætificat organorum concentus, tristes hominum mentes, & supernæ Civitatis insinuat jucunditatem, sollicitat pigros, recreat diligentes, provocat justos ad amorem, peccatores ad compunctionem.* Il Suarez *nel tom.* 2. *de Religione al lib.* 4. *de Horis Canonicis cap.* 8. *num.* 5. riflette, che sotto nome d'organo, non si comprende solamente quel particolare musico istrumento, che oggidì chiamiamo Organo, il che anche prima di lui fu ben avvertito da S. Isidoro *lib.* 2. *Originum cap.* 20.: *Organum, vocabulum est generale vasorum omnium musicorum*: e che però, ammesso l'organo nelle Chiese, debbano ancora dirsi ammessi gli altri istrumenti musicali. Ed il Silvio *nel tom.* 3. *delle sue Opere sopra la* 2. 2. *di S. Tommaso quæst.* 91. *art.* 2. non rigetta il canto figurato nelle Chiese: *Ideoque magna cura habenda est cantus Ecclesiastici, tum ejus, qui planus, seu Gregorianus dicitur, qui propriè est Ecclesiasticus, tum ejus, qui postea in Ecclesiam est introductus, & vocatur figuratus, sive harmonicus*: e poco dopo: *Nihilominus, quod post multa sæcula usu receptum sit, ut in Ecclesiasticis Officiis instrumenta musica adhiberentur, nullo modo est improbandum.* Il Bellotte sopra i Riti della Chiesa Laudunense *alla pag.* 209. *sotto il num.* 8. dopo aver ampiamente discorso de' musici istrumenti, che si suonano alle volte ne' divini Officj, e dopo aver dimostrato, non esservi stato anticamente l'uso de' medesimi nelle Chiese, attribuisce di tutto ciò la cagione alla necessità, che allora avevano i Cristiani di star lontani dai riti profani de' Gentili, che ne' loro teatri, conviti, e profani sacrifizj si prevalevano de' musicali istrumenti: *Proinde nequaquam instrumentorum musicorum vitio vertendum est, quod posterioribus tantùm sæculis usa sit Ecclesia cantoribus, & musicalibus instrumentis, sed quod a Gentilibus ejusmodi musica instrumenta in turpibus, ac sordidis usibus, nimirum in theatris, conviviis, ac sacrificiis consueverint adhiberi.* Il Persico nel suo Trattato *de Divino, & Ecclesiastico Officio al dub.* 5. *num.* 7. così scrive del canto figurato nelle Chiese: *Dico secundò, quamvis in cantu organico seu figurato multi possint abusus obrepere, sicut in omnibus aliis Ecclesiasticis cæremoniis accidit, ipsum tamen per se, si debitè, religiosè, & decenti moderatione fiat, licitum esse, nec ullo jure prohibitum*: ed *al dub.* 6. *num.* 3. sostiene, che *organorum, & aliorum instrumentorum universalis usus in divinis Officiis secundùm se laudabilis est, & ad imperfectorum animos ad Dei contemplationem elevandos valde utilis.* E si è tant' oltre avanzato l'uso del canto figurato, e de' musicali istrumenti nelle Messe, ne' Vespri, e nelle divine funzioni, ch'è giunto sino al Paraguai; essendo que' nuovi fedeli Americani dotati d'un' ammirabile abilità per la musica delle voci, e degl'istrumenti musicali, cioè per apprendere tutto ciò, che spetta al canto, ed al suono; ed essendosi approfittati i Missionarj di questa congiuntura per indurli coi canti divoti alla Fede di Cristo; e non essendovi ormai ne' Divini Officj divario, nemmeno quanto al canto, ed al suono, fra le Messe, ed i Vespri delle nostre Regioni, e quelli delle sopraddette; giusta ciò, che da

que quoad cantum, neque quoad ſonos, in Miſſis & Veſperis noſtrarum regionum, & illarum intercedat, juxta ea, quæ ex veridicis relationibus refert Abbas Muratori in *Deſcriptione Miſſionum Paraguai cap.* 12.

veridiche relazioni rapporta l'Abate Muratori *nella ſua Deſcrizione delle Miſſioni del Paraguai al cap.* 12.

Sed ſi theatrales modos in Eccleſiam inducat, ab omnibus damnatur.

§. 6. Denique diximus neminem eſſe, qui theatrales cantus in Eccleſiis non deteſtetur, & qui diverſitatem aliquam non requiret inter ſacros Eccleſiæ, & profanos ſcænarum concentus. Celebris eſt locus S. Hieronymi relatus *in Can. Cantantes diſt.* 92. *Cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino. Audiant hæc adoleſcentuli: audiant ii, quibus pſallendi in Eccleſia officium eſt. Deo non voce, ſed corde cantandum; nec in tragædorum morem guttur & fauces dulci medicamine liniendæ ſunt, ut in Eccleſia theatrales moduli audiantur, & cantica.* Cujus auctoritate abutebantur illi, qui audacter nimis omne genus cantus ab Eccleſiis ſummoveri volebant; ſed Sanctus Thomas *loco laudato* reſpondens iis, quæ ſecundo loco ex verbis S. Doctoris mox allatis ſibi opponit: *Ad ſecundum*, inquit, *dicendum, quod Hieronymus non ſimpliciter vituperat cantum, ſed reprehendit eos, qui in Eccleſia cantant more theatrico.* S. Nicetius *lib. de Pſalmodiæ bono cap.* 3. *Tom.* 1. *Spicilegii*, cantum in Eccleſiis adhibendum his verbis deſcribit: *Sonus etiam vel melodia conſentiens ſanctæ Religioni pſallatur; non quæ tragicas difficultates exclamet, ſed quæ in vobis veram Chriſtianitatem demonſtret, non quæ aliquid theatrale redoleat, ſed compunctionem peccatorum faciat.* Patres in Toletano Concilio congregati *an.* 1566. *act.* 3. *cap.* 11. *tom.* 10. Collect. Conciliorum Harduini, poſteaquam plura locuti ſunt de qualitate cantus in Eccleſiis adhibendo, hoc modo concludunt. *Sed & illud maxime cavendum erit, ne ipſius muſicæ ſonus quid theatrale, aut impudicos amorum, bellorumque claſſicos modulos referens, in Dei laudibus decantandis imitetur.* Non deſunt plures eruditi Scriptores, qui acriter reprehendunt, ſcænicos ſonos, & cantus in Eccleſiis patienter tolerari, precanturque, ut hujuſmodi abuſus ab Eccleſiis ablegentur. Videatur Caſalius *de veteribus ſacris Chriſtianorum Ritibus cap.* 34., & Abbas Ludovicus Antonius Muratori *tom.* 1. *antiquæ Romanæ Liturgiæ* in Diſſertatione *de Rebus Liturgicis cap.* 22. *in fine.* Et tandem ut ſermonem hac de re abſolvamus, nempe de abuſu theatralium concentuum in Eccleſiis, qui adeo per ſe manifeſtus eſt, ut nullis indigeat verbis & probationibus; ſatis erit indicare, omnes eos, qui ſuperius a Nobis citati ſunt, tanquam qui uſui cantus figurati ſeu harmonici, & muſicorum inſtrumentorum in Eccleſiis faverent, palam profiteri, ac teſtari, ſe quæcumque ſcripſerunt, ea mente & conſilio feciſſe, ut nequaquam intelligenda ſint de cantu, & ſono, ſcænarum ac theatrorum proprio, quem ipſi æque ac alii reprobant, atque execrantur; ſed de cantu, & ſono, qui Eccleſias decet, & qui populos ad devotionem excitat, quod ex illorum lectione quiſque cognoſcere poterit.

§. 6. Abbiamo finalmente detto, non eſſervi veruno, che non condanni il canto teatrale nelle Chieſe, e non richieda una gran differenza fra il canto Eccleſiaſtico, e quello delle ſcene. Celebre è il teſto di S. Girolamo, riferito *nel Can. Cantantes diſt.* 92. *Cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino. Audiant hæc adoleſcentuli: Audiant ii, quibus pſallendi in Eccleſia officium eſt. Deo non voce, ſed corde cantandum; nec in tragædorum morem guttur & fauces dulci medicamine liniendæ ſunt, ut in Eccleſia theatrales moduli audiantur & cantica.* Si prevalevano di queſto teſto coloro, che arditamente volevano bandire dalla Chieſa qualſivoglia ſorta di canto: ma San Tommaſo *nel luogo citato*, riſpondendo alla ſeconda objezione ricavata dal detto teſto di S. Girolamo, così ſoggiugne: *Ad ſecundum, dicendum, quod Hieronymus non ſimpliciter vituperat cantum, ſed reprehendit eos, qui in Eccleſia cantant more theatrico.* S. Nicetio *nel lib. de Pſalmodiæ bono al cap.* 3. *nel tom.* 1. *dello Spicilegio* così deſcrive il canto, che deve adoprarſi nelle Chieſe: *Sonus etiam vel melodia conſentiens ſanctæ Religioni pſallatur: non quæ tragicas difficultates exclamet, ſed quæ in vobis veram Chriſtianitatem demonſtret, non quæ aliquid theatrale redoleat, ſed compunctionem peccatorum faciat.* I Padri del Concilio Toletano tenuto *l'anno* 1566. *nell'azione* 3. *al cap.* 11. *nel tom.* 10. della Collezione de' Concilj dell'Arduino, dopo aver molto ragionato della qualità del canto da uſarſi nelle Chieſe, così conchiudono: *Sed & illud maximè cavendum erit, ne ipſius muſicæ ſonus quid theatrale, aut impudicos amorum, bellorumque claſſicos modulos referens, in Dei laudibus decantandis imitetur.* Nè mancano eruditi Scrittori, che ſeveramente riprendono il ſopraddetto modo di cantare e ſonare nelle Chieſe, domandando, che una volta ſia tolto di mezzo. Vegganſi il Caſalio *de veteribus ſacris Chriſtianorum Ritibus al cap.* 34. ed il ſopraccitato Abbate Lodovico Antonio Muratori *nel tom.* 1. della ſua Liturgia Romana Antica nella Diſſertazione *de Rebus Liturgicis al cap.* 22. *in fine.* E per imporre fine al preſente aſſunto, che è tanto chiaro, che non ha biſogno di prova, baſterà l'accennare, che tutti quelli, che di ſopra ſono ſtati referiti come favorevoli al canto figurato, ed all'uſo degl'iſtrumenti nelle Chieſe, ſi proteſtano d'avere ciò ſcritto, ma colla dichiarazione, che non debba intenderſi del canto e ſuono proprio delle ſcene e de' teatri, che eſſi ancora riprovano; ma del canto e ſuono proprio delle Chieſe, e che eccita il popolo a divozione, giuſta ciò, che ſi può leggere appreſſo i medeſimi.

Da tutti benſì è condannato, ſe aſſomiglia a quello de' Teatri.

Qui ſint abuſus Muſices ab Eccleſia eliminandi.

§. 7. Hoc autem poſito, quod in Eccleſiaſticis officiis cantus harmonici, ſeu figurati, & muſicorum inſtrumentorum uſus receptus ſit, & ſolummodo abuſus reprobetur; quod etiam conſiderat Binghamus, licet auctor heterodoxus, *tom.* 6. *originum Eccleſiaſtic. lib.* 14. §. 16. ſequitur, ut diligenter inquirendum ſit, quinam ſit uſus rectus ac probus, quinam verò abuſus. Sed ut quod propoſitum eſt, exequi rectèque obire poſſimus, opus Nobis foret peritia artis muſicæ, qua præditi fuerunt aliqui ex Noſtris Sanctis & præclaris Prædeceſſoribus, Gregorius Magnus, Leo II., & Leo IX., &

§. 7. Stabilito, che eſſendo già introdotta la conſuetudine del canto figurato, e de' muſici iſtrumenti ne' canti Eccleſiaſtici, non ne ſia riprovato che l'abuſo; come anche riflette il Bingamo, benchè Autore eteredoſſo, *nel tom.* 6. *delle Origini Eccleſiaſtiche al lib.* 14. §. 16. ſuccede l'eſaminare, quale ſia il retto uſo, e quale l'abuſo. Riconoſciamo, che per ciò adempire avremmo biſogno della perizia muſica, di cui furono dotati alcuni noſtri Santi ed inſigni Predeceſſori, Gregorio Magno, i due Leoni II. e IX. e Vittore III. Ma ancorchè della muſica proteſtiamo d'eſſere affatto ignari,

Quali ſieno gli abuſi della Muſica, che debbono dalla Chieſa bandirſi.

Victor III. At verò quia hanc artem ediscendi nec tempus Nobis, neque occasio fuit, aliqua tantum indicare contenti erimus, quæ ex Constitutionibus Nostrorum Prædecessorum, & piorum doctorumque hominum scriptis collegimus. Ut autem ordine procedamus, primum verba faciemus de iis, quæ in Ecclesiis canenda sunt; deinde de modo, ac ratione, qua cantus institui debet; denique de Instrumentis musicis Ecclesiarum propriis, quibus in sacris Templis cani debet.

Moteta vulgaria, aliaque ab Officio Ecclesiastico discrepantia jam dudum prohibita.

§. 8. Guillelmus Durandus, qui, Apostolicam Sedem gubernante Nicolao III., vixit, usum cantilenarum vulgò *motetorum*, qui ejus ætate vigebat, apertè improbat *in tractatu de modo Generalis Concilii celebrandi cap. 19. Videtur valde honestum esse, quod cantus indevoti, & inordinati motetorum, & similium non fierent in Ecclesia.* Postea Joannes XXII. Pontifex Prædecessor Noster promulgavit suam Decretalem, quæ incipit *Docta Sanctorum*, & inter Extravagantes communes reperitur; in ea *motetorum* cantum lingua vulgari se abominari ostendit: *Motetis*, inquiens, *vulgaribus nonnunquam inculcant.* Cum itaque examen cantus hujusmodi cantilenarum seu motetorum in Ecclesiis Theologi aggressi fuissent; ex horum numero Paludanus *in 4. sentent. dist. 15. quæst. 5. art. 2.* motetorum cantus perinde habuit ac cantationes scænicas, redarguens eos, qui illis utuntur: *qui canunt*, ait, *moteta in festis, quia cantus non debet esse tragædicus.* Faviste videtur motetis Suarez *tom. 2. de Relig. lib. 4. de Horis Canonicis cap. 13. num. 16.*, etiamsi scripta fuerint lingua vulgari, dummodo gravia sint ac devota. Ad suadendum autem id, quod affirmat, affert morem ac usum nonnullarum Ecclesiarum, quæ licet a Sapientibus Prælatis regantur, in eis tamen cantilenæ, seu modulata carmina non improbantur. Addit insuper, quoniam primis Ecclesiæ temporibus quisque fidelium in Ecclesia pios ac devotos hymnos, quos composuerat, cantabat, ex veteri hac consuetudine usum motetorum quodammodo approbari. Antevertens autem id, quod ei objici posset, hujusmodi modulatis carminibus, quæ moteta vocant, Ecclesiasticam psalmodiam interrumpi, ita respondet: *Nec interruptio illa, vel mora, quæ tunc fit inter partes alicujus horæ, reprehensibilis est, quia moraliter veluti continuatur in devotione, quæ per cantum illum excitari intenditur; & ita cantus ille potest censeri veluti dispositio ad sequentia, & solemnis, ac congrua terminatio præcedentium, & ornatus totius horæ.* Vertente *an. 1657.* Summus Pontifex Alexander VII. Constitutionem edidit, cujus initium est: *Piæ sollicitudinis*, inter alias autem ejusdem Pontificis *num. 36.* In hac autem præcepit, ut per id tempus, quo Divina persolvuntur officia, & quo publicæ fidelium venerationi in Ecclesiis sacramentum Eucharistiæ expositum est, nulla alia carmina seu verba cantentur, nisi desumpta ex Breviario, vel Missali Romano; quæ *in officiis de proprio, vel de communi, pro currenti cujusque diei festo, vel Sancti solemnitate, præscribuntur*; vel ex Sacra Scriptura, aut ex Sanctorum Patrum operibus; ita tamen ut antea a Sacra Rituum Congregatione recensenda, & approbanda sint. Porrò ex hujusmodi Pontificia Constitutione videtur, cantus motetorum, quæ servata ratione ab eodem Alexandro Prædecessore Nostro præscripta, composita, & a Sacra Congregatione recensita, & probata sunt, procul dubio approbatus fuisse. Alexandri Constitutionem Venerabilis Servus Dei Innocentius XI. Decreto suo *die 3. Decembris 1678.* confirmavit. Aliqua tamen dubitatione exorta in intelligenda, atque interpretanda Constitutione Alexandri, & nulladimeno c'ingegneremo d'additarle alcune cose, che abbiamo ricavate dalle Costituzioni d' altri Nostri Predecessori, e da' savj e zelanti Scrittori. E per caminare con ordine, discorreremo in primo luogo di ciò, che dee cantarsi nelle Chiese, poi del modo, con cui dee cantarsi, degl'istrumenti musicali propri della Chiesa, e del suono de' medesimi.

I motetti volgari, ed altre cose aliene dall' Officio Ecclesiastico sono già da molto tempo proibiti.

§. 8. Visse Guglielmo Durando nel Pontificato di Nicolò III., ed essendo sino in quel tempo vigente l'uso del canto de'motetti, esso lo riprovò, come può vedersi nel suo Trattato *de modo generalis Concilii celebrandi al cap. 19. Videtur valde honestum esse, quod cantus indevoti & inordinati motetorum, & similium non fierent in Ecclesia.* Dopo il lasso di più d'un secolo fu pubblicata da Giovanni XXII. la sua Decretale, che in comincia *Docta Sanctorum*, fra le Stravaganti comuni, *al tit. de vita & honestate Clericorum*, nella quale si mostra contrario al canto de'motetti: *Motetis vulgaribus nonnunquam inculcant.* Assunto l'esame del canto de'motetti nelle Chiese da'Teologi, il Paludano *nel 4. dist. 15. quæst. 5. art. 2.* ridusse il canto de'motetti ad una specie di canto teatrale, riprendendo chi li canta: *qui canunt moteta in festis, quia cantus non debet esse tragædicus.* Parziale de'motetti fu il Suarez *nel tom. 2. de Religione lib. 4. de Horis Canonicis cap. 13. n. 16.* ancorchè fossero composti in lingua volgare, purchè siano gravi e divoti. Porta in prova del suo assunto la pratica di alcune Chiese governate da' saggi Prelati, che non li disapprovano. Ed aggiugne, che, se una volta ciaschedun fedele nella Chiesa cantava i divoti inni, che aveva composti, da questa consuetudine resta giustificata la pratica de' motetti: prevedendo l' opposizione, che da questo canto resta interrotta la continuazione del canto Ecclesiastico de' Salmi, così ad essa risponde: *Nec interruptio illa, vel mora, quæ tunc fit inter partes alicujus Horæ, reprehensibilis est, quia moraliter veluti continuatur in devotione, quæ per cantum illum excitari intenditur, & ita cantus ille potest censeri veluti dispositio ad sequentia, & solemnis ac congrua terminatio præcedentium, & ornatus totius Horæ.* Il Pontefice Alessandro VII. *nel 1657.* fece la sua Costituzione, che incomincia *Piæ sollicitudinis*, ed è *la 36.* fra le sue, in cui avendo ordinato, che nel tempo de'Divini Officj, o quando pubblicamente è esposto nelle Chiese il Santissimo Sagramento, non si cantassero, che parole ricavate dal Breviario, o dal Messale Romano: *In Officiis de proprio, vel de communi pro currenti cujusque diei festo, vel Sancti solemnitate præscribuntur*: o pure parole ricavate dalla Sacra Scrittura, o da' Santi Padri, che dovessero però prima essere rivedute ed approvate dalla Congregazione de' Riti, come prosiegue la detta Costituzione, sembrò approvare i motetti composti ed esaminati come sopra. Fu la Costituzione Alessandrina confermata con Decreto del Venerabile Servo di Dio Innocenzo XI. *sotto il giorno 3. di Dicembre 1678.* Ma essendo nata qualche confusione sopra l'intelligenza non meno della Costituzione Alessandrina, che del Decreto confermatorio, la felice memoria d' Innocenzo XII. *sotto il giorno 20. d'Agosto 1692.* pubblicò un nuovo Decreto, che è *il 76.* del suo Bollario, in cui ponendo in chiaro il tutto, vietò generalmente il canto di qualunque motetto o composizione; non ammise, che nelle Messe, oltre il canto del Gloria e del Simbolo, quello dell'Introito, Graduale, o Offertorio corrente, e ne'Vespri le Antifone, che occorrono avanti, o dopo il Salmo, che si canta, senza una minima alterazione;

Decreto Innocentii XI., fel. rec. Innocentius XII. Prædeceſſor Noſter *die* 20. *Auguſti* 1692. aliud Decretum promulgavit, *quod eſt numero* 76. *in ejus Bullario*; In eo autem, offuſis variarum interpretationum tenebris penitus diſpulſis, rem totam aperiens ac declarans, generatim quarumcumque cantilenarum, ſeu motetorum cantum prohibuit: In ſacrarum autem Miſſarum ſolemnibus ſolummodo permiſit ultra cantum Gloriæ, & Symboli, ut cani poſſet Introitus, Graduale, & Offertorium; in Veſperis verò, nulla mutatione etiam minimâ factâ, Antiphonæ, quæ initio cujuſque Pſalmi, vel in ejus fine dicuntur. Inſuper voluit & juſſit, ut cantores Muſici omnino legem Chori ſequerentur, & cum eo prorſus convenirent, & quemadmodum in Choro fas non eſt aliquid addere Officio, vel Miſſæ, ita etiam muſicis noluit id licere; & illud dumtaxat conceſſit, ut ex Officio, & Miſſa, quæ in ſolemnitate Sanctiſſimi Sacramenti Corporis Domini celebrari ſolet, nimirum ex hymnis S. Thomæ, vel ex Antiphonis, aliiſque relatis in Breviario ex Miſſali Romano, carmen aliquod, ſeu motetum, nullâ verborum varietate, deſumi & cantari poſſet ad fidelium devotionem excitandam, dum ſacra Hoſtia elevatur, vel publicè veneranda, & colenda exhibetur.

Quæ autem canere licet, ita modulanda ſunt, ut rectè percipiantur, & pietatem potiſſimum foveant.

§. 9. Lege autem Eccleſiaſticis cantiunculis, ſeu modulatis carminibus, aut motetis poſita, negari nequit, non parum momenti ad removendos ab Eccleſiis theatrales cantus allatum eſſe, ſed neceſſe eſt fateri, ad finem propoſitum aſſequendum id non ſufficere. Fieri enim poteſt, & nimis etiam non ſine noſtro dolore fit, ut cantus Gloriæ, Symboli, Introitus, Gradualis, Offertorii, & cæterorum omnium, quæ rite, ac de more in Miſſis, & Veſperis, ut ſupra dictum eſt, cantari ſolent, theatrali more, & ſcænico ſtrepitu peragatur. Magnus Epiſcopus Gulielmus Lindanus in ſua Panoplia Evangelica *lib.* 4. *cap.* 78. cantui muſico in Eccleſiis non adverſatur; ſed frequentes repetitiones, & vocum confuſiones improbat, proponitque, ut in Eccleſiis ea muſica adhibeatur, quæ conſentanea ſit rebus, quæ canuntur. *Quanquam non me fugiat, quibuſdam muſicam cum organis & muſicis rectius videri retinendam, quibus equidem perlibenter aſſentiar, ſi unà pro iſto muſices genere, quod nunc paſſim Eccleſias occupat, aliud introducatur, & gravius, & rebus ipſis convenientius, & ſi non, ut oportet, pronunciationi, quàm cantui vicinius, ſaltem rebus, quæ canuntur, aptius atque accommodatius.* Drexellius in ſuo opere *Rethoricæ cœleſtis lib.* 1. *cap.* 5. opportunè ad rem noſtram ita exclamat: *Hìc pace veſtra dixerim, o muſici, nunc Templis cantandi genus dominatur novum, ſed exorbitans, conciſum, ſaltatorium, & parùm profectò religioſum, theatro aut choreis convenientius, quàm Templo. Artificium quærimus, & perdimus priſcum precandi, ac cantandi ſtudium. Curioſitati conſulimus, ſed revera negligimus pietatem. Quid enim novitia hæc, & tripudians cantandi ratio, niſi comœdia eſt, in qua cantores, velut actores ſunt, quorum modò unus prodit, modò duo, modò ſimul prodeunt omnes, & modulatis vocibus colloquuntur, mox iterum unus triumphat ſolus, cæteris brevi ſecuturis.* Recens ſcriptor Benedictus Hieronymus Feijoo Magiſter Generalis Ordinis S. Benedicti in Hiſpaniis in ſuo *Theatro critico univerſali ſerm.* 14. peritiâ & ſcientiâ notarum muſicarum innixus, rationem indicat, qua redigi poſſent muſicæ Eccleſiarum ad eum modum & rationem, quæ in omnibus penitus eſſet Theatrorum muſicis concentibus diſſimilis. At verò Nobis ſatis erit, præ oculis habitis Sacrorum Conciliorum regulis, & probatorum Scriptorum ſententiis, illud admo-

terazione; volendo, che i muſici s'uniformino totalmente al Coro, e che, ſiccome nel Coro non è permeſſo l'aggiungere coſa alcuna all'Officio, e Meſſa, così pure ciò ſia interdetto e proibito ai muſici, e non ammettendo altro, che il canto di qualche motetto cavato dagl'Inni di S. Tommaſo, o di Antifone regiſtrate nel Breviario e Meſſale Romano, per l'Officio e Meſſa, che ſi celebra nella Solennità del Santiſſimo Sagramento, ſenza veruna mutazione di parole, quando nella Meſſa ſi fa l'elevazione dell'Oſtia, o quando ſi eſpone alla pubblica viſta il Venerabile, per eccitare la divozione de'fedeli.

Quello, che ſi canta in Chieſa, deve da tutti capirſi, e deve ſervire ad eccitare la pietà.

§. 9. Poſto ſiſtema ai motetti, non può negarſi, che non ſia fatto qualche paſſo per tener lontano dalle Chieſe il canto teatrale. Ma è d'uopo il confeſſare, che ciò non baſta per l'intento; potendoſi cantare, ed anche cantandoſi il Gloria, il Simbolo, l'Introito, il Graduale, l'Offertorio, e quanto ſi può lecitamente cantare nelle Meſſe e ne' Veſpri, giuſta ciò, che poc'anzi ſi è detto, con canto da teatro. Il gran Veſcovo Guglielmo Lindano *nella ſua Panoplia Evangelica al lib.* 4. *cap.* 78. non è contrario alla muſica delle Chieſe: ma diſapprova le tante ripetizioni, la confuſione delle voci; e propone, che nella Chieſa ſi adopri un'altra muſica adattata alle coſe, che ſi cantano: *Quanquam non me fugiat, quibuſdam muſicam cum organis, & muſicis rectius videri retinendam, quibus equidem perlibenter aſſentiar, ſi unà pro iſto muſices genere, quod nunc paſſim Eccleſias occupat, aliud introducatur, & gravius, & rebus ipſis convenientius, & ſi non, ut oportet, pronunciationi quàm cantui vicinius, ſaltem rebus, quæ canuntur, aptius atque accommodatius.* Il Drexellio nella ſua Opera *della Rettorica celeſte al lib.* 1. *cap.* 5. così al noſtro propoſito eſclama: *Hìc pace veſtra dixerim, o muſici, nunc Templis cantandi genus dominatur novum, ſed exorbitans, conciſum, ſaltatorium, & parùm profectò religioſum, theatro, aut choreis convenientius, quàm Templo. Artificium quærimus, & perdimus priſcum precandi ac cantandi ſtudium. Curioſitati conſulimus, ſed reverà negligimus pietatem. Quid enim novitia hæc & tripudians cantandi ratio, niſi comœdia eſt, in qua cantores velut actores ſunt, quorum modò unus prodit, modò duo, modò ſimul prodeunt omnes, & modulatis vocibus colloquuntur, mox iterum unus triumphat ſolus, cæteris brevi ſecuturis.* Il moderno Benedetto Girolamo Feijoo Maeſtro Generale dell'Ordine di S. Benedetto di Spagna, *nel ſuo Teatro Critico univerſale al diſcorſ.* 14. addita coi fondamenti delle note muſicali, il modo, con cui può e dee ridurſi la muſica della Chieſa al vero ſuo ſtato in tutto e per tutto differente dalla muſica de'teatri. Ma Noi quì ci contenteremo d'inſinuare colla ſcorta de' ſagri Concilj, e di approvati Autori, che, ſe la muſica de' Teatri, per quanto ci vien riferito, è diretta in un modo, che chi la ſente, gode la melodia, guſta il metallo della voce, ſi compiace dell'arte, ma non intende le parole; tutto il contrario

admonere, quod si Musicus theatrorum cantus ita instituitur, ut, quemadmodum Nobis relatum est, populus spectator, & auditor harmonicis quidem cantorum modulationibus oblectetur, artificio musicæ artis gaudeat, numerisque musicis delectetur, melodia, & suavitate vocum fruatur; verba autem plerumque non rectè percipiat: Diversum utique, & contrarium omnino in Ecclesiastico cantu servari debet, in quo illud in primis curandum est, ut verba perfectè, planèque intelligantur. Nam cum in Ecclesiis concentus musicus receptus sit ad erigendas hominum mentes in Deum, ut docet S. Isidorus *lib. 1. de Eccl. off. cap. 5. Psalterium idcirco cum melodia cantilenarum suavium ab Ecclesia frequentatur, quò facilius animi ad compunctionem flectantur.* Id certè obtineri difficilè potest, si verba non audiantur. In Concilio Cameracensi *an. 1565. tit. 6. cap. 4. tom. 10. collect. Hard. pag. 582.* ita constituitur. *Cæterum quæ in Choro cani debent ad instructionem, ea canantur voce, ut intelligantur mente.* Et in Concilio Colonienſi, quod congregatum est *an. 1536. cap. 12. tit. de offic. priv.* talia leguntur: *Jam & illud non rectè fit in quibusdam Ecclesiis, ut ob cantorum, & organorum concentum, omittantur, aut decurtentur ea, quæ sunt præcipua. Cujus generis sunt recitatio verborum Propheticorum, aut Apostolicorum, quam Epistolam vocamus, Symbolum Fidei, Præfatio, quæ & gratiarum actio, atque precatio Dominica. Quamobrem hæc tota distinctissimè, ac intelligibiliter, uti cætera omnia, decantentur.* In Concilio autem Mediolanen. primo habito *an. 1565. par. 2. n. 51. in prædicta Harduini collectione pag. 687.* talia leguntur: *In Divinis Officiis, aut omnino in Ecclesiis, nec prophana cantica, sonive, nec in sacris canticis molles flexiones, voces magis gutture oppressæ, quàm ore expressæ, aut denique lasciva ulla canendi ratio adhibeatur. Cantus, & soni graves sint, pii, ac distincti, ac domui Dei, ac Divinis laudibus accommodati, ut simul & verba intelligantur, & ad pietatem auditores excitentur.* In hac re, de qua agitur, gravis est sermo Patrum, qui in Concilio Toletano convenerunt *an. 1566. act. 3. cap. 2.* in laudata Collectione *pag. 1164. Cum ea*, ajunt, *quæ in Ecclesiis cantantur ad Dei laudem celebrandam, eo debeant cantari modo, quo populi intelligentia, quantum fieri possit, erudiri valeat, & Religiosa pietatis ac devotionis moderatione, piorum auditorum mentes ad Divinæ Majestatis cultum, & cælestia desideria excitari queant; caveant Episcopi, ne dum in chorum musicorum modulos vocum omnis generis discrimine confusos admittunt, psalmorum, & aliorum, quæ cantari solent, verba obscurentur, ac simul strepitu incondito sensus sepeliatur. Sic denique musicam, quæ organica dicitur, retineant, ut eorum, quæ cantantur, verba & intelligi possint, & potius pronunciatione, quàm curiosis modulis audientium animi Divinis laudibus afficiantur.* Ex his autem apertè comperitur, quàm meritò his verbis quæstus sit Episcopus Lindadanus *loco citato: Non enim nunc suo cantu musici auditorum animos tam ad pietatis cultum, cælestiaque excitant desideria, quàm avocant, avertunt, alienant. Scio enim aliquando Divinis me interfuisse laudibus, cum vel attentissimus auscultarem, ecquid forte psalleretur, ne unum quidem potuisse intelligere verbum: ita erant omnia syllabarum repetitionibus commixta, vocibus confusa, clamoribus potius horridulis, & incondito boatu, quàm cantu obscurata:* Tum etiam quàm pium fuerit desiderium, & quàm prudens sit exhortatio, qua musicos ad pietatem incitavit Drexellius loco pariter citato: *Reviviscat, obsecro, saltem aliquid priscæ Religiositatis in sacra musica. Quod si cordi est, & curæ Divinus honor, hoc agite viri, hoc laborate, ut quæ cantantur verba, simul etiam intelligantur. Quid enim mihi varius in Templo sonus, quid multiplex concentus, si desit ei nucleus, si sensum & verba, quæ concentu sunt instillanda, percipere nequeam?* E giustifica finalmente l'enfatico discorso, che fece il Cardinale Domenico Capranica al Sommo Pontefice Niccolò V., dopo che aveva assistito ad una sacra funzione, ed ai Divini Officj cantati in musica, senza che ne avesse intese le parole: qual risposta può leggersi nel contrario dee succedere nella musica della Chiesa, che essendo introdotta per elevare gli uomini a Dio, come dice S. Isidoro *nel lib. 1. de Ecclesiasticis Officiis al cap. 5. Psalterium idcirco cum melodia cantilenarum suavium ab Ecclesia frequentatur, quò facilius animi ad compunctionem flectantur*: ciò non può ottenersi, se non s'intendono le parole. Nel Concilio Cameracense *del 1565. al tit. 6. cap. 4. nel tom. 10.* della Collezione dell'Arduino *alla pag. 582.* così viene stabilito: *Cæterum quæ in Choro cani debent ad instructionem, ea canantur voce, ut intelligantur mente.* E nel Concilio di Colonia, che si tenne *nell'anno 1536. al cap. 12. de Offic. priv.* si leggono le seguenti parole: *Jam & illud non rectè fit in quibusdam Ecclesiis, ut ob cantorum, & organorum concentum, omittantur, aut decurtentur ea, quæ sunt præcipua: Cujus generis sunt recitatio verborum Propheticorum, aut Apostolicorum, quam Epistolam vocamus, Symbolum Fidei, Præfatio, quæ & gratiarum actio, atque precatio Dominica. Quamobrem hæc tota distinctissimè, ac intelligibiliter, uti cætera omnia, decantentur.* Nel Concilio primo di Milano, tenuto *l'anno 1565. part. 2. num. 51.* nella sopraddetta Collezione *pag. 687.* così si legge: *In Divinis Officiis, aut omnino in Ecclesiis nec profana cantica, sonive, nec in sacris canticis molles flexiones, voces magis gutture oppressæ, quàm ore expressæ, aut denique lasciva ulla canendi ratio adhibeatur. Cantus & soni graves sint, pii, ac distincti, ac domui Dei ac Divinis laudibus accommodati, ut simul & verba intelligantur, & ad pietatem auditores excitentur.* Grave è in tal proposito il ragionamento de' Padri radunati nel Concilio Toletano tenuto *l'anno 1566. all'azione 3. cap. 2.* nella citata Collezione *pag. 1164. Cum ea, quæ in Ecclesiis cantantur ad Dei laudem celebrandam, eo debeant cantari modo, quo populi intelligentia, quantum fieri possit, erudiri valeat, & religiosa pietatis ac devotionis moderatione, piorum auditorum mentes ad Divinæ Majestatis cultum, & cælestia desideria excitari queant; caveant Episcopi, ne, dum in chorum musicorum modulos vocum omnis generis discrimine confusos admittunt, psalmorum, & aliorum, quæ cantari solent, verba obscurentur, ac simul strepitu incondito sensus sepeliatur. Sic denique musicam, quæ organica dicitur, retineant, ut eorum, quæ cantantur, verba & intelligi possint, & potius pronunciatione, quàm curiosis modulis, audientium animi Divinis laudibus afficiantur.* Il che giustifica i lamenti del sopracitato Vescovo Lindano *nel luogo allegato: Non enim nunc suo cantu musici auditorum animos tam ad pietatis cultum, cælestiaque excitant desideria, quàm avocant, avertunt, alienant. Scio enim aliquando Divinis me interfuisse laudibus, cum vel attentissimus auscultarem ecquid fortè psalleretur, ne unum quidem potuisse intelligere verbum: ita erant omnia syllabarum repetitionibus commixta, vocibus confusa, clamoribus potiùs horridulis, & incondito boatu, quàm cantu, obscurata.* Giustifica il pio desiderio, e la savia esortazione, che si fa ai musici dal Drexellio *nel luogo citato: Reviviscat, obsecro, saltem aliquid priscæ religiositatis in sacra musica. Quod si cordi est, & curæ Divinus honor, hoc agite viri, hoc laborate, ut quæ cantantur verba, simul etiam intelligantur. Quid enim mihi varius in Templo sonus, quid multiplex concentus, si desit ei nucleus, si sensum & verba, quæ concentu sunt instillanda, percipere nequeam?* E giustifica finalmente l'enfatico discorso, che fece il Cardinale Domenico Capranica al Sommo Pontefice Niccolò V., dopo che aveva assistito ad una sacra funzione, ed ai Divini Officj cantati in musica, senza che ne avesse intese le parole: qual risposta può leggersi nel

ba, simul etiam intelligantur. Quid enim mihi varius in Templo sonus, quid multiplex concentus, si desit ei nucleus, si sensum & verba, quæ concentu sunt instillanda, percipere nequeam? Et demum ostenditur non sine causa Cardinalem Dominicum Capranicam, cum sacræ cuidam functioni, Divinisque Officiis interfuisset, quæ cantu musico peracta fuerant, ita tamen ut verba non audirentur, rogatum a Summo Pontifice Nicolao V. quid de musicis illis cantionibus ei videretur, ea respondisse, quæ legi possunt apud Poggium in vita ejusdem Cardinalis edita a Balutio *lib. 3. miscellaneorum* §. 18. *pag.* 289. Magnus Pater Augustinus *lib. 9. Confess. cap. 6.* de se ipse testatur, cum in Ecclesia suaves hymnorum cantus audiret, in lacrymas effundi consueviſse: *Quantum flevi in hymnis, & canticis tuis, suave sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter. Voces illæ influebant auribus meis, & eliquebatur veritas tua in cor meum, & ex ea æstuabat. Inde affectus pietatis, & currebant lacrymæ, & benè mihi erat cum eis.* Cum autem ea magna delectatio, quam in audiendis Ecclesiasticis hymnis percipiebat, in religionem ei venisset, & ideò quadam severitate morum, Deique offensæ metu, cantum illum, quo sensibilis illa oblectatio ipsi creabatur, improbandum esse censeret; postea re melius expensa, sententiam mutavit, eò quia animus ejus commoveretur non solo cantu, sed verbis cantui conjunctis, ut ipse apertè declarat *lib. 10. Confes. cap. 33.* Flebat igitur Augustinus tenerrimo pietatis sensu, cum audiret in Ecclesiis sacrarum rerum cantus, probè audiens, & intelligens verba, quæ cantu efferebantur: Fleret forsan etiamnum ipse, si nonnullarum Ecclesiarum musicos cantus audiret, non pietatis sensu, sed doloris, quod cantum perciperet, verba autem non intelligeret.

Poggio, nella vita del detto Cardinale, appresso il Baluzio *al lib. 3. Miscell. §. 18. pag.* 289. Il gran Padre S. Agostino *nel lib. 9. delle Confessioni al cap. 6.* attesta, che, sentendo cantare soavemente gl'inni nella Chiesa, piangeva dirottamente: *Quantum flevi in hymnis & canticis tuis, suave sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter. Voces illæ influebant auribus meis, & eliquebatur veritas tua in cor meum, & ex ea æstuabat. Inde affectus pietatis, & currebant lacrymæ, & bene mihi erat cum eis*: ma poi essendogli venuto scrupolo del gran diletto, che provava sentendo cantare gl' inni nelle Chiese, e portandolo la severità a disapprovare il detto canto, ritornò nel primo pensiere d'approvarlo, pel motivo che l'animo suo si commoveva, non dal canto, ma dalle parole accompagnate col canto, come può vedersi *nel lib. 10. delle Confessioni al cap. 33. Verumtamen cum reminiscor lacrymas meas, quas fudi ad cantus Ecclesiæ tuæ in primordiis recuperatæ fidei meæ, & nunc ipso quod movear, non cantu, sed rebus, quæ cantantur, cum liquida voce & convenientissima modulatione cantantur, magnam instituti hujus utilitatem rursus agnosco.* Piangeva S. Agostino di tenerezza, sentendo cantare nelle Chiese, e ben intendendo le parole accompagnate dal canto. Piangerebbe forse ancor oggidì, se sentisse qualcheduna delle musiche delle Chiese: ma non piangerebbe per tenerezza; piangerebbe per dolore di sentire bensì il canto, ma di non intenderne le parole.

In Instrumentorum usu quid advertendum.

§. 10. Hactenus de cantu musico: Consequens est, ut de sono organi musici, aliorumque instrumentorum, quorum usus, ut supra diximus, in aliquibus Ecclesiis admissus est, verba faciamus. Siquidem & de eo agere necesse est, quia si cantum minimè decet esse Theatralem, utique neque sonum. Profectò Hebræis hac de re omnis dubitatio longè aberat, an scilicet dissimilis esse deberet cantus in Templo a profanis cantionibus theatrorum. Nam e Sacris Scripturis comperitur, cantus, & musicorum Instrumentorum sonos usui fuisse in Templo, non autem in theatris, ut benè advertit Calmet *in sua dissertatione de musica Hebræorum.* At verò Nobis opus est, limites cantui & sono Ecclesiarum & theatrorum præscribere; & discrimen inter utrumque definire, cum per id tempus cantus figuratus, seu armonicus, cum sono instrumentorum, in theatris æquè ac in Ecclesiis locum obtinuerit. Et quoniam de cantu jam satis verba fecimus, superest, ut etiam de sono idem agamus. Ut verò sermo ordine suo, ac via progrediatur, primum de instrumentis musicis, quorum usus in Ecclesiis tolerari potest; deinde de illorum instrumentorum sono, qui cantui sociari solet; & demum de sono separatim a cantu, hoc est de instrumentorum symphonia Nobis differendum erit.

§. 10. Al canto succede il suono dell'organo, e degli altri strumenti musicali già introdotti nelle Chiese, come di sopra si è detto: e di questi pure è d'uopo il dire qualche cosa; perchè se il canto non deve essere teatrale, non meno lo deve essere il suono. Non avevano bisogno gli Ebrei di questa indagine, cioè di stabilire differenze fra il canto ed il suono de' teatri, e quello del Tempio: risultando bensì dalle Divine Scritture l'uso del canto, e degli strumenti nel Tempio; ma non già ne' teatri: come ben riflette il Calmet nella sua Dissertazione *sopra la musica degli Ebrei.* Noi bensì abbiamo bisogno di stabilirne la differenza, adoprandosi il canto figurato col suono degl' istrumenti tanto ne' teatri, quanto nelle Chiese: Ed essendoci ingegnati di stabilirla nel canto, ora procureremo di far lo stesso nel suono. E per camminare con ordine, discorreremo degli strumenti, che possono ammettersi nelle musiche delle Chiese, del loro suono, che accompagna il canto, e del suono disgiunto dal canto, che è lo stesso, che dire delle sinfonie.

Cid, che si deve osservare circa l'uso degli strumenti musicali.

Ut amoveantur illa, quæ loci dignitatem non decent.

§. 11. Et quidem quod ad instrumenta attinet, quæ in Ecclesiis permitti possunt, Benedictus Hieronymus Feijoo *in allegato sermone* 14. §. 11. *num.* 43. organa, aliaque instrumenta admittit, amoveri autem vellet lyras tetracordas: Quoniam cum illæ plectro tanguntur, armonicos quidem modos edunt, sed adeo acutos, ut puerilem in Nobis potius hilaritatem, quàm gravem erga sacra mysteria venerationem, animorumque intentionem excitent. Bauldry *in manual. sacrar. cæremon. par.* 1. *cap.*

§. 11. Quanto agli strumenti, che possono ammettersi nelle Chiese, il sopracitato Benedetto Girolamo Feijoo *nell'allegato disc.* 14. §. 11. *num.* 43. ammette gli organi, ammette altri strumenti, ma vorrebbe banditi i violini, perchè le loro arcate quantunque armoniose, sono strilli, che eccitano ne' nostri spiriti una vivezza quasi puerile, e lontana molto da quella decorosa e savia attenzione, che si deve ai nostri sacri Misterj. Il Bauldry *nel Manuale delle sacre Cerimonie par.* 1. *cap.* 8. *num.* 14. non

Debbonsi rimovere quegli strumenti, che non convengono alla dignità del luogo.

8. *num.* 14. vellet, ut caneretur in Ecclesiis organo tantum pneumatico, tubis, cæterisque instrumentis inflatilibus, seu pneumaticis : *Nec alia instrumenta musicalia cum organo pulsentur, nisi tubæ, tibiæ, aut cornua.* E diverso Patres primi Concilii Provincialis Mediolanensis sub S. Carolo Borromæo *tit. de Music. & Cantor.* nominatim rejiciunt ab Ecclesiis instrumenta inflatilia : *Organo tantùm in Ecclesia locus sit : tibiæ, cornua, & reliqua musica instrumenta excludantur.* Hominum prudentum, & illustrium Magistrorum artis musicæ consilium exposcere Nobis curæ fuit; consentaneum autem cum eorum sententiis est, ut Fraternitas Tua, si in tuis Ecclesiis instrumentorum usus introductus est, cum organo musico nullum aliud instrumentum permittat, nisi barbiton tetracordon majus, tetracordon minus, monaulon pneumaticum, fidiculas, lyras tetracordes : hæc enim instrumenta inserviunt ad corroborandas, sustinendasque cantantium voces. Vetabit autem tympana, cornua venatoria, tubas, tibias decumanas, fistulas, fistulas parvas, psalteria symphoniaca, cheles, aliaque id genus, quæ musicam theatralem efficiunt.

vorrebbe nelle Chiese coll' organo, che le trombe e gli strumenti da fiato : *Nec alia instrumenta musicalia cum organo pulsentur, nisi tubæ, tibiæ, aut cornua.* Per lo contrario i Padri del primo Concilio Provinciale di Milano sotto S. Carlo Barromeo *nel tit. de Musica & Cantoribus*, bandiscono dalla Chiesa nominatamente gl' istrumenti da fiato : *Organo tantùm in Ecclesia locus sit : tibiæ, cornua, & reliqua musica instrumenta excludantur.* Non abbiamo tralasciato di ricercare il consiglio in Roma, e fuori di Roma d'uomini assennati, ed insigni Maestri di Cappella : e coercentemente al loro consiglio, quando nelle sue Chiese sia introdotto l'uso degli strumenti, non ammetterà coll'organo altro che violoni, violoncelli, fagotti, viole, e violini, che servono per rinforzo maggiore di quelli, che cantano; e bandirà i timpani, i corni da caccia, le trombe, gli oboè, i flauti, i flautini, i salterii moderni, i mandolini, e simili strumenti, che non servono, che per rendere la musica teatrale.

Ut eorum sonus ad pietatis fructum accommodatus sit.

§. 12. Præter hæc autem, de usu instrumentorum, quæ in Ecclesiasticis musicis permitti possunt, nihil monebimus, nisi ut illa adhibeantur solummodo ad vim quamdam verborum cantui quodammodo adjiciendam, ut magis magisque audientium mentibus eorum sensus infigatur, commoveanturque fidelium animi ad spiritualium rerum contemplationem, & erga Deum, Divinarumque rerum amorem incitentur, ut appositè expendit Valentia *tom.* 3. 2. 2. *S. Thomæ disp.* 6. *quæst.* 9. *punct. unic.*, ubi tractans de utilitate musicæ, & musicorum instrumentorum in Ecclesiis : *Ad excitandum*, inquit, *interiorem affectum tum proprium, tum etiam aliorum, præsertim vulgarium, qui interdum adeo infirmi sunt, ut non modo vocum cantu, sed etiam organis, & musicis instrumentis ad sensum rerum spiritualium concitandi sint.* At verò si instrumenta continentur personent, & solum interdum, ut hodie fieri solet, per momenta aliqua interquiescant, ut liberum spatium audiendis armonicis modulationibus, crispatisque jaculationibus vocum, vulgò *trilli*, præbeant; cæterum opprimant, sepeliantque cantantium vocem, sonumque verborum, frustraneus est, & inutilis hujusmodi instrumentorum usus, imo vetitus, atque interdictus. Pontifex Joannes XXII. in laudata Extravagan. *Docta Sanctorum* inter musicæ abusus enumerat illum, quem his verbis exprimit : *Melodiam hocquetis intersecant*; idest *singultibus* : quemadmodum explicat Carolus Dufresne in suo Glossario; hoc nomen dedit concisis illis modulationibus, vulgò *trilli*. Magnus Episcopus Lindanus *loco laudato* invehitur contra abusum opprimendi instrumentorum sono verba cantantium : *Tubarum clangore, cornutorum stridore, alioque strepitu vario, ne quid prætermittere videantur, quod cantici verba semel obscuret, sensumque sepeliat, & adobruat.* Pius, & doctus Cardinalis Bona in pluries laudato tractatu de Divina Psalmodia *cap.* 17. §. 2. *num.* 5. appositè ad rem nostram : *Desino*, ait, *si prius admonuero Ecclesiasticos Cantores, ne ad usum illicitæ voluptatis assumant, quod Sancti Patres ad effectum pietatis instituerunt. Talis enim debet esse sonus, tam gravis, tam moderatus, ut non totum animum ad sui rapiat oblectationem, sed eorum, quæ cantantur, sensui, & pietatis affectui, majorem relinquant portionem.*

Il loro suono ancora deve eccitare la divozione.

§. 12. Quanto all' uso de' sopraddetti permessi strumenti, altro non sappiamo additarle, se non che dovendosi adoprare per ravvivare maggiormente il canto e la parola, eccitando in questa maniera l' interiore affetto verso Dio, come ben riflette il Valenza *nel tom.* 3. *sopra la* 2. 2. *di S. Tommaso disput.* 6. *quæst.* 9. *punct. unic.*, ove discorrendo dell' utilità della musica, e degli strumenti musicali nelle Chiese, così scrive : *Ad excitandum interiorem affectum tum proprium, tum etiam aliorum, præsertim vulgarium, qui interdum adeò infirmi sunt, ut non modò vocum cantu, sed etiam organis, & musicis instrumentis ad sensum rerum spiritualium concitandi sint* : ogniqualvolta non lasciano, come pur troppo oggi si pratica, libero l'adito, che ai trilli del musico, ed opprimono e seppelliscono le parole di chi canta, l'uso loro non solo resta inutile, ma ancora riprovato. Il Pontefice Giovanni XXII. nella citata sua Estravagante *Docta Sanctorum*, fra gli abusi della musica delle Chiese annovera il seguente : *Melodiam hocquetis intersecant* : cioè coi singhiozzi, giusta ciò, che Carlo du Fresne nel suo Glossario addita, che è lo stesso, che dire coi trilli. Il gran Vescovo poi Lindano *nel luogo citato* non lascia d' inveire contra l' abuso d'opprimere col suono le parole. *Tubarum clangore, cornutorum stridore, alioque strepitu vario, ne quid prætermittere videantur, quod cantici verba semel obscuret, sensumque sepeliat, & adobruat.* Il pio e dotto Cardinal Bona nel più volte citato Trattato *de Divina Psalmodia al cap.* 17. §. 2. *num.* 5. così scrive al nostro proposito : *Desino, si priùs admonuero Ecclesiasticos cantores, ne ad usum illicitæ voluptatis assumant, quod Sancti Patres ad effectum pietatis instituerunt. Talis enim debet esse sonus, tam gravis, tam moderatus, ut non totum animum ad sui rapiat oblectationem, sed eorum, quæ cantantur, sensui, & pietatis affectui, majorem relinquant portionem.*

Instrumentorum concentus moderati, etiam

§. 13. Demum quoad symphonias attinet, tolerari poterunt, ubi earum usus jam receptus est, dummodo graves sint, & earum

13. Finalmente, quanto alle sinfonie, ove l'uso sia introdotto, potranno tollerarsi, purchè siano gravi, e colla loro lunghezza non

Non si proibiscono le sinfonie, purchè queste

proli- rechino

sine vocibus, prohibentur.

prolixitudine, aut diuturnitate tædium, & fastidium non afferant iis, qui adsunt in Choro, vel Altari, in Vesperis, aut in Missis inserviunt. De hujusmodi symphoniis agit Suarez *lib. 4. cap. 13. num. 17.*: *Unde etiam intelligitur non esse per se damnabilem usum intermiscendi in Divinis Officiis sonum organorum sine ullo cantu, solùm cum suavitate musicæ instrumentorum, ut sit interdum in Missa solemni, vel in Horis Canonicis inter Psalmos; quia tunc ille sonus non est pars Officii, & fit ad solemnitatem, & reverentiam ipsius Officii, & ad levandos animos fidelium, ut facilius ad devotionem assurgant, seu disponantur. Quamvis autem ad illum sonum nihil voce cantetur, oportet, ut sonus ipse gravis sit, & aptus ad excitandam devotionem.* Hoc autem loco silentio prætereundum non est, rem maxime indecoram esse, & minime ferendam, quibusdam anni diebus sumptuosas, personantesque symphonias, musicosque cantus in Sacris Templis celebrari, quæ minime conveniunt sacris mysteriis, quæ Ecclesia fidelibus per id tempus recolenda proponit. Exclamat ardenti zelo motus sæpe laudatus Magister Generalis Ordinis S. Benedicti in Hispaniis *in laudato sermone* 14. §. 9. contra modulos, & cantilenas heu nimium adhibitas in canendis lamentationibus Jeremiæ Prophetæ, quæ ab Ecclesia dicendæ præscribuntur diebus majoris hebdomadæ, in quibus modò eversio Urbis Hierosolymæ per Chaldæos, modo mundi excidium per peccata, modo Ecclesiæ militantis afflictiones in persecutionibus, modo Redemptoris Nostri angustiæ in suis passionibus deplorantur. Lucensis Ecclesia, sedente in Apostolica Cathedra Sancto Prædecessore Nostro Pio V., regebatur ab Alexandro zelantissimo Ecclesiasticæ disciplinæ pastore; qui cum animadvertisset, diebus majoris hebdomadæ, exquisitissimos omnis vocum, instrumentorumque generis concentus in Ecclesiis fieri consuevisse, cum sacrarum functionum, quæ illis diebus celebrantur, mæstitia minime consentientes, ad illos autem audiendos homines utriusque sexus magna frequentia cupidissime confluere, & gravia inde peccata, & scandala committi, promulgato edicto, eos hebdomada sancta, & tribus subsequentibus Paschatis diebus fieri prohibuit. Cum autem quidam exempti ab Episcopi jurisdictione se Episcopali lege minime teneri prætenderent, Episcopus rem detulit ad Summum Pontificem Pium V. qui in ejus Brevi dato die 4. April. 1571. deplorata primum humanarum mentium, & carnalium hominum cœcitate, qui non solum in diebus sacris, sed potissimum in illis, qui memoriæ passionis Christi Domini recolendæ speciatim ab Ecclesia assignati sunt, posthabita pietate, & sinceræ mentis puritate, mundanarum oblectationum illecebris, & sensuum voluptatibus se regendos, ferendosque tradunt: *Quod*, inquit, *cum in omnibus sacris temporibus, tum in eo præcipue cavendum, vitandumque est, quod Dominicæ passionis memoriæ recolendæ ab eadem Ecclesia statutum, assignatumque fuit, in quo ipso tempore maxime decet omnes Christifideles tota mente ad contemplandum tale, tantumque Redemptoris Nostri beneficium conversos, se ipsos ab omni cordis, sensusque impuritate immunes, liberosque præstare.* Refert post hæc abusum, qui in Ecclesiam Lucensem irrepserat; exquisitos seligendi per hebdomadam Sanctam, excellentesque musicos, & colligendi omnis generis instrumenta ad solemnes concentus musicos celebrandos; *Nuper non sine magno animi nostri dolore intelleximus, in ista Civitate, cujus Episcopatum geris, abusum quemdam valde detestabilem irrepsisse, exquisitissimas omnis vocum, instrumentorumque generis musicas*

Habenda tamen ratio temporis, & sacrorum Mysteriorum, quæ celebrantur.

Rescriptum S. Pii V. in hac materia.

rechino noja o grave incomodo a quelli, che sono nel Coro, o assistono all'Altare ne' Vespri, e nelle Messe. Parla di queste sinfonie il Suarez *nel cit. tom. 2. de Religione al lib. 4. cap. 13. num. 17.*: *Unde etiam intelligitur, non esse per se damnabilem usum intermiscendi in Divinis Officiis sonum organorum sine ullo cantu, solùm cum suavitate musicæ instrumentorum, ut sit interdum in Missa solemni, vel in Horis Canonicis inter Psalmos; quia tunc ille sonus non est pars Officii, & fit ad solemnitatem, & reverentiam ipsius Officii, & ad levandos animos fidelium, ut facilius ad devotionem assurgant, seu disponantur. Quamvis autem ad illum sonum nihil voce cantetur, oportet, ut sonus ipse gravis sit, & aptus ad excitandam devotionem*: Non potendosi però, nè dovendosi tralasciare di suggerire, esser cosa malfatta, e non tollerabile, che in alcuni giorni dell'anno si facciano sinfonie, si facciano musiche fontuose ne' sacri Tempj, che per lo più non sono adattate a que' sacri misterj, che la Chiesa in que' tempi propone alla venerazione de' suoi fedeli. Esclama con molto zelo il più volte nominato Maestro Generale dell'Ordine di S. Benedetto di Spagna *nell' allegato discors. 14. al §. 9.* contra le arie, e recitativi; che pur troppo alle volte si sentono nelle musiche della Chiesa, nelle Lamentazioni, che si cantano nella Settimana Santa, nelle quali ora si piange la desolazione di Gerusalemme per gli Caldei, ora la strage del Mondo per gli peccati, or l'afflizione della Chiesa militante nelle persecuzioni, or l'angustia del Nostro Redentore ne' suoi martirj. Nel Pontificato del nostro Santo Predecessore Pio V. era la Chiesa di Lucca governata da Alessandro Vescovo molto zelante dell' Ecclesiastica disciplina. Avea questi osservato, che nella Settimana Santa si facevano nelle Chiese musiche solennissime con iscegliere bravi professori di canto, e di suono, il che non era compatibile colla mestizia praticata in que' giorni nelle sacre funzioni, oltre gli scandali, che pur troppo seguivano pel gran concorso delle persone dell'uno, e dell' altro sesso. Pubblicò il Vescovo un Editto proibitivo, e che comprendeva tutta la Settimana Santa, incominciando dalla Domenica delle Palme, e che anche si estendeva ai tre giorni di Pasqua. Pretesero gli esenti dalla di lui Ordinaria giurisdizione di non restar obbligati dal detto Editto: ed avendo il Vescovo fatto ricorso al sopraddetto Sommo Pontefice S. Pio V. questi in un suo Breve spedito *ai 4. d'Aprile 1571.* dopo aver nel proemio deplorata la cecità degli uomini, che non solo ne' giorni sacri, ma anche in quelli, ne' quali specialmente si celebra la memoria della Passione di Gesù Cristo, si lasciano trasportare dal piacere del Mondo, e mettono da parte la pietà, e la purità della mente: *Quod cum in omnibus sacris temporibus, tum in eo præcipuè cavendum vitandumque est, quod Dominicæ Passionis memoriæ recolendæ ab eadem Ecclesia statutum assignatumque fuit, in quo ipso tempore maximè decet omnes Christifideles tota mente ad contemplandum tale tantumque Redemptoris nostri beneficium conversos, se ipsos ab omni cordis, sensusque impuritate immunes, liberosque præstare*: riferisce l'abuso introdotto in Lucca di fare scelta nella Settimana Santa di bravi musici, ed unione d'ogni sorta di strumenti: *Nuper non sine magno animi nostri dolore intelleximus, in ista Civitate, cujus Episcopatum geris, abusum quemdam valde detestabilem irrepsisse, exquisitissimas omnis vocum, instrumentorumque generis musicas in Ecclesiis per Hebdomadam Sanctam adhibendi, ad quas potius, quàm ad divina Officia audienda, omni utriusque sexus juventute magna frequentia cupidissime confluente, gravia peccata,*

fieno moderate.

E si abbiano in considerazione i tempi, e li misterj, che si celebrano.

Breve Decretorio di S. Pio V. sopra questa materia.

in Ecclesiis per hebdomadam Sanctam adhibendi, ad quas potius, quàm ad Divina Officia audienda, omni utriusque sexus juventute magna frequentia cupidissime confluente, gravia peccata, nec minora scandala committi experientia comprobatum est. Demum laudat edictum Episcopi, & decretis sacrosancti Tridentini Concilii inhærens declarat, eodem edicto comprehendi, atque obligari etiam Ecclesias, quæ ab auctoritate Ordinaria, privilegio Apostolico, vel alio quocumque jure exemptas se esse contendunt. In Concilio Romano, quod novissime habitum est *ann. 1725. tit. 15. num. 6.* varia leguntur Decreta de usu musici cantus, instrumentorumque, in Adventu, in Dominicis Quadragesimæ, & in exequiis mortuorum; quæ satis sit indicasse.

nec minora scandala committi, experientia comprobatum est: Commenda l'editto del Vescovo, ed inerendo ai sentimenti del sacro Concilio di Trento, dichiara ad esso sottoposte le Chiese quantunque esenti dalla di lui autorità Ordinaria. E nel Concilio ultimo Romano tenuto *l'anno 1725. al tit. 15. num. 6.* si leggono varj stabilimenti sopra l'uso della musica, e degl' istrumenti nell'Avvento, e nelle Domeniche di Quaresima, ed Esequie de' Morti.

Præmissa in Urbe, & Statu Ecclesiastico potissimum observanda.

§. 14. Legisse Nos meminimus, cum Imperator Carolus Magnus secum proposuisset Ecclesiasticum cantum in Ecclesiis Galliæ incomptè atque insciter habitum, ad regulas artis redigere, impetrasse a Pontifice Adriano I., ut homines sibi Ecclesiasticæ musicæ periti ab Urbe mitterentur, a quibus in Galliarum Regnum Romanus cantus facile introductus est, ut quisque per se agnoscere potest ex Paulo Diacono *lib. 2. Vit. S. Greg. cap. 9., & ex Rodulpho Tungrensi de Can. obser. prop. 12.* S. Antonin. *in Sum. Hist. par. 2. tit. 12. cap. 3.* Monachus Engolismensis in Vita Caroli Magni *cap. 8.* addit, Cantores, qui Româ advenerunt, docuisse in Galliis artem etiam pulsandi organum musicum, quod regnante Pipino in Galliarum Regnum delatum fuerat. Itaque cum solemne, & regulare sit, ut hæc Romana Urbs aliis omnibus Civitatibus in sacris ritibus, cæterisque Ecclesiast. rebus, præire debeat exemplo, & documento esse; Insuper accedunt, & ea, quæ mox a Nobis narrata sunt de Carolo Magno, qui Ecclesiasticum cantum è Romana Urbe tanquam è suis sedibus in suum Regnum evocavit; quæ quidem acrius Nos urgent, atque extimulant, ut abusus omnes, qui in cantu Ecclesiastico irrepserunt, & a Nobis reprobati sunt in omnibus, quoad fieri potest, sed præcipue in Romanæ Urbis Ecclesiis penitus aboleantur. Sed quemadmodum Nos nostro Cardinali in Urbe Vicario, quæ necessaria sunt, atque oportuna, præcipere non omittimus; ita Fraternitas tua publicare non negligat, si opus fuerit; edicta, & leges, quæ cum hisce Nostris circularibus Literis consentaneæ sint, & quibus Ecclesiasticus cantus convenienter ad regulas in iisdem Literis præscriptas, & stabilitas dirigatur, ut tandem musicis Ecclesiarum reformandis initium præbeatur. Nam id ipsum maxime optatum, ac desideratum est, cum a pluribus, tunc centum ab hinc annis a Joanne Baptista Doni Patritio Florentino in ejus Tractatu de Præstantia Musicæ veteris *lib. 1. pag. 49.*: *Nunc verò eò redacta res est, ut nec quisquam reperiatur, qui effœminatum quemdam, ac leviusculum, qui jam passim invaluit, canendi modum severa lege cohibeat, nec affectata illa prolixaque, ac sæpe hiulca melismata ad certam normam redigenda existimet, aut dies solemnes, ædesque sacras suam celebritatem, ac frequentiam habituras putet, nisi mollioribus, ac sæpe parum decoris cantibus, magnaque vocum, ac instrumentorum confusione certatim omnia personent.*

Le cose predette si debbono principalmente osservare in Roma, e nello Stato Ecclesiastico.

§. 14. Ci ricordiamo aver letto, che l'Imperadore Carlo Magno volendo ridurre al dovuto segno il canto mal regolato nelle Chiese di Francia, ottenne dal Pontefice Adriano I. uomini di Roma ben pratici, che con molta facilità introdussero in quel Regno il canto Romano, come può vedersi in Paolo Diacono *nel lib. 2. della Vita di S. Gregorio cap. 9. e 10.* in Rodolfo Tungrense *de Canonum observantia proposit. 12.* in S. Antonino *nella Somma Istoriale parte 2. tit. 12. cap. 3.* Il Monaco Engolismense *nella Vita di Carlo Magno al cap. 8.* aggiunge, che i Cantori venuti da Roma insegnarono anche in Francia l'uso di sonar l'organo, quale, regnante Pipino, era stato introdotto in quel Regno. Oltre la regola generale, che la Città di Roma deve esser l'esempio di tutte l' altre Città ne' Riti Ecclesiastici, il sopradetto fatto ci astringe particolarmente a porre ogni mezzo, acciò gli esaggerati disordini nel canto Ecclesiastico, che riproviamo nelle altre Chiese, sian banditi particolarmente dalle Chiese di Roma: e siccome Noi non lasciamo di dare gli ordini opportuni al Nostro Cardinale Vicario, così ella non lasci di pubblicare, quando ve ne sia il bisogno, Editti opportuni, e regolativi della musica, in sequela di questa nostra Lettera Circolare, appoggiandosi alle regole in essa stabilite, acciocchè una volta si dia principio alla riforma delle musiche nelle Chiese, tanto sospirata, ed inculcata, sono già più di cento anni, da Gio. Battista Doni Patrizio Fiorentino nel suo Trattato *de Præstantia Musicæ veteris al lib. 1. pag. 49.*: *Nunc verò eò redacta res est, ut nec quisquam reperiatur, qui effœminatum quemdam ac leviusculum, qui jam passim invaluit, canendi modum severa lege cohibeat, nec affectata illa prolixaque, ac sæpe hiulca melismata, ad certam normam redigenda existimet, aut dies solemnes, ædesque sacras suam celebritatem, ac frequentiam habituras putet, nisi mollioribus, ac sæpe parum decoris cantibus, magnaque vocum, ac instrumentorum confusione certatim omnia personent.*

Alia Ecclesiasticæ disciplinæ capita Episcopis commendantur.

§. 15. Diximus, si opus fuerit, probe enim Nobis compertum est, in Statu Ecclesiastico aliquas esse Urbes, in quibus Ecclesiarum musicas reformari oporteat, in aliis verò hujusmodi necessitatem minime adesse. Timemus quidem, vehementerque timemus, ne in aliquibus Civitatibus Ecclesiæ, sacraque Altaria convenienti munditie, ac necessario nitore

Si raccomandano ai Vescovi gl'altri capi dell'Ecclesiastica disciplina.

§. 15. Abbiamo detto, quando ve ne sia il bisogno; sapendo ancor Noi, che nello Stato Ecclesiastico vi sono alcune Città, nelle quali vi è il bisogno della riforma delle musiche nelle Chiese, ed altre, nelle quali non vi sarà il detto bisogno. Temiamo bensì, che in alcune vi sarà il bisogno della pulizia de' sacri Altari, e de' Tempj; in molte la necessità d'un

indigeant; in multis ne Cathedralium, & Collegiatarum Chori cantu plano bene, ac probe ad regulas artis directo juxta ea, quæ a Nobis superius dicta sunt, destituantur, quas in res, si in Ecclesia tua necesse sit, omnes diligentiæ tuæ, & sollicitudinis nervos intendere decet; & utinam in omnibus totius Status Nostri Diœcesibus Sacerdotes ea, qua par est, decentia sacrosanctum Missæ Sacrificium facerent; & præterea clericalibus vestibus induti, & decenti habitu corporis, incessu, modestia, omnique alio Ecclesiastico decore in publicum prodirent, quibus super rebus nihil aliud hic Nos adjungemus, cum fusè de his tractaverimus *in Nostra Notificatione* XIV. §. 4. & 6. *lib.* 2. *edit. Ital., quæ est* XXXIV. *in edit. Latin. & in notific.* IV. *tom.* 4. *edit. similiter Ital., quæ est* LXXI. *edit. Latin.* ad quas Ecclesiasticæ disciplinæ studiosos remittimus. Itaque Sacerdotalem tuum zelum excitantes finem scribendi faciemus, posteaquam id unum tibi significabimus, nulla alia re magis hominibus declarari; Ecclesias male atque improvide ab Episcopis regi, & gubernari, quàm si spectentur Sacerdotes sacra, Ecclesiasticis cæremoniis perperam adhibitis, aut omissis, vestibus indecoris, aut minime Sacerdotalis dignitatis propriis præcipitanter ac negligenter obire. Hæc enim in omnium oculos incidunt, & incolarum, & alienigenarum judicio subjiciuntur, & præsertim eos offendunt, qui ex illis Regionibus adveniunt, ubi, & Presbyteri convenientibus vestibus induuntur, & Missæ debita devotione celebrantur. Hæc secum reputans, & non sine fletu cogitans ita querebatur pius, ac doctus Cardinalis Bellarminus. *Aliud est etiam lacrymis uberrimis dignum, quod ob nullorum Sacerdotum incuriam, aut impietatem sacrosancta Mysteria tam indecore tractentur, ut qui illa tractant, videantur non credere Majestatem Domini esse præsentem. Sic enim aliqui sine spiritu, sine affectu, sine timore, & tremore, festinatione incredibili sacrum perficiunt, quasi fide Christum Dominum non viderent, aut ab eo se videri non crederent.* Et post hæc nonnullis interjectis prosequitur in hunc modum: *Scio non deesse in Ecclesia Dei multos optimos, & religiosissimos Sacerdotes, qui corde mundo, & nitidissimo apparatu Divina Mysteria celebrant; pro quibus gratiæ Deo ab omnibus agendæ sunt; sed simul etiam fontibus lacrymarum plangendi sunt non pauciores, qui exteriore turpitudine, & sordibus animi sui impuritatem, sordesque testantur.* Et nos interea in visceribus Christi Fraternitatem tuam complectentes, & Tibi, & Gregi curæ tuæ commisso Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Dat. 19. Februarii 1749.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 19. Februarii MDCCXLIX. Pontificatus Nostri Anno Nono.

ben regolato canto fermo ne' Cori delle Cattedrali, e delle Collegiate, giusta ciò, che di sopra abbiamo detto; sopra cui dovrà ella porre ogni maggior attenzione: e Iddio pur volesse, che in tutte le Diocesi del nostro Stato ogni Sacerdote celebrasse la Messa col dovuto estrinseco decoro, ed andasse vestito, e comparisse in pubblico continuamente col dovuto abito Clericale. Noi sopra questi due ultimi assunti nulla aggiungeremo; avendone diffusamente trattato *nella nostra Notificazione* 14. §. 4. *e §. 6. al lib.* 2. dell' edizione in lingua Italiana, che è *la* 34. nell' edizione Latina, e *nella Notificazione* 4. *nel tom.* 4. dell' edizione pure in lingua Italiana, che è *la* 71. nell' edizione Latina, alle quali ci remettiamo. Ed eccitando il di lei zelo, conchiudiamo col farle sapere, non esservi cosa, che più vivamente additi il cattivo governo del Vescovo, che il vedere i di lui Sacerdoti celebrare con troppa precipitanza la Messa, celebrarla senza il dovuto decoro, accompagnamento nelle sacre cerimonie, e vederli comparir vestiti con abiti indecenti, o poco propri della dignità Sacerdotale: essendo queste cose, che cadono sotto i sensi, de' quali il Cittadino, ed il Forestiere sono capaci di dare giudizio, e particolarmente que' forestieri, che vengono da' paesi, ne' quali si celebrano colla dovuta divozione le Messe, ed i Preti vanno vestiti da Prete. Tali cose riandando nel suo animo il pio, e dotto Cardinal Bellarmino non senza lagrime si querelava in questa guisa: *Aliud est etiam lacrymis uberrimis dignum, quod ob nonnullorum Sacerdotum incuriam, aut impietatem sacrosancta Mysteria tam indecore tractentur, ut qui illa tractant, videantur non credere Majestatem Domini esse præsentem. Sic enim aliqui sine spiritu, sine affectu, sine timore, & tremore, festinatione incredibili sacrum perficiunt, quasi fide Christum Dominum non viderent, aut ab eo se videri non crederent.* Indi frapposte alcune altre cose, così prosiegue. *Scio non deesse in Ecclesia Dei multos optimos, & religiosissimos Sacerdotes, qui corde mundo, & nitidissimo apparatu Divina Mysteria celebrant; pro quibus gratiæ Deo ab omnibus agendæ sunt; sed simul etiam fontibus lacrymarum plangendi sunt non pauciores, qui exteriore turpitudine, & sordibus animi sui impuritatem, sordesque testantur.* E noi qui intanto abbracciandola, con pienezza di cuore diamo a Lei, ed al Gregge alla sua cura commesso l'Apostolica Benedizione.

Dat. 19. Febbruarii 1749.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 19. Februarii MDCCXLIX. Pontificatus Nostri Anno Nono.

V.

Exemptio Bonorum Archihospitalis S. Spiritus in Saxia a Spolio Cameræ Apostolicæ debito.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procœmium.

INTER multiplices Pastoralis Officii Nostri curas, quibus jugiter premimur in illam peculiari studio incumbimus, ut Apostolicæ Sedis, ac Universalis Ecclesiæ, nec non etiam singulorum locorum piorum, ac Personarum Ecclesiasticarum jura ubique sarta, tecta, ac illibata tueri, & conservare, eaque adversus quæcumque, per quæ illis aliquod decrimenti inferri posset, tradita Nobis divinitus potestate vindicare satagamus, sicut omnibus maturè, ac debitè pensatis, justitiæ, ac rationi consentaneum esse in Domino arbitramur.

Benefici ab Archihospitali S. Spiritus dependentia manualia sunt ad nutum Præceptoris, ex concessione Sixti IV.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Venerabilis Frater Antonius Maria Patriarcha Antiochenus Archihospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe Præceptor, seu Commendatarius, quod dudum fel. record. Sixtus Papa IV. Prædecessor noster per quasdam suas sub Plumbo Anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLXVIII. pridie Kalendas Septembris Pontificatus sui Anno Secundo expeditas literas, inter cætera statuit, & ordinavit, ut in posterum perpetuis futuris temporibus quispiam cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis esset, aliquod ex Hospitalibus, Domibus, Præceptoriis, Oratoriis, Prioratibus, Ecclesiis, Cappellis, seu membris ab Archihospitali prædicto dependentibus,

seu

seu illi subjectis vacantibus, vel quæ pro tempore vacare possent a Romano Pontifice pro tempore existente, vel ab Apostolica hac Sancta Sede, ejusque Legatis impetrari, seu impetrari facere, vel etiam impetratis uti quoquomodo præsumeret, ac decrevit omnia & singula Hospitalia, Domos, Præceptorias, Oratoria, Prioratus, Ecclesias, Cappellas, membra, seu Beneficia Archihospitalis prædicti, & ab eo dependentia manualia esse, & fore, & illa pro tempore obtinentes pro solo nutu pro tempore existentis ipsius Archihospitalis Præceptoris, seu Commendatarii prædicti, etiamsi ipsis per eamdem Sedem, & illius Legatos concessum fuisset, quod a Beneficiis, Præceptoriis, Prioratibus, Oratoriis, Ecclesiis, Cappellis, Domibus, seu membris hujusmodi absque rationabili causa quoquo modo amoveri nequeant, posse liberè, & licitè amoveri, quodque nullas de Hospitalibus, Domibus, Beneficiis, Præceptoriis, seu Commendis, Oratoriis, Prioratibus, Ecclesiis, Cappellis, seu membris hujusmodi, præter Præceptorem, seu Commendatarium prædictum, ad quem dumtaxat illorum collationem, provisionem, præsentationem, & quamvis aliam dispositionem pleno jure pertinere voluit providere posset, etiamsi sub aliqua generali, vel speciali reservatione tam in corpore Juris clauso, quàm ratione vacationis apud eamdem Sedem, seu prætextu alicujus Officii in ea obtenti, & obtinendi, vel familiaritate aliquorum ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus comprehenderentur, & comprehendi viderentur; quas quidem reservationes ad Beneficia, Præceptorias, Oratoria, Prioratus, Ecclesias, Cappellas, seu membra hujusmodi nullatenus extendi voluit, neque sub illis quoquo modo comprehendi debere seu posse, ac insuper omnes, & singulas collationes, provisiones, seu dispositiones quomodocumque, & qualitercumque de Hospitalibus, Domibus, Beneficiis, Præceptoriis, Oratoriis, Prioratibus, Ecclesiis, Cappellis, seu membris prædictis in titulum perpetui Beneficii, vel aliàs etiam cum irritantis appositione decreti, & speciali illa clausula pro tempore obtinentes ab eis absque rationabili causa amoveri, & ad claustrum revocari non possent, prorsus irritas, & inanes, ac nullius roboris, vel momenti fuisse & esse, etiamsi aliqua triennali, ac longiori, & diuturna possessione gavisi existerent; ac revocavit, cassavit, & irritavit, ac annullavit omnes, & singulas exemptiones & libertates per Canonicos dicti Archihospitalis sub quacumque verborum forma, vel expressione, tam a Sede prædicta, quàm ejus Legati, aut alia ex quavis causa, seu auctoritate obtentas, & deinceps absque derogatione literarum hujusmodi obtinendas, quatenus per illas dicti Canonici a præmissorum observatione, & hujusmodi Ordinationibus sese subtrahere possent, etiamsi Cappellani, & Officiales dictæ Sedis existerent; nec non Canonicos præfatos ad obedientiam, subjectionem, & correctionem pro tempore existentis Præceptoris, seu Commendatarii prædicti una cum Domibus, Hospitalibus, Beneficiis, Præceptoriis, Oratoriis, Prioratibus, Ecclesiis, Cappellis, seu membris, Granciis, possessionibus, & bonis ad dictum Archihospitale spectantibus, & ab eo dependentibus ubicumque existentibus in præjudicium ipsius quomodolibet quibusvis Personis Ecclesiasticis, vel Secularibus cujuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis fuissent, etiamsi Pontificali fulgerent dignitate concessis, vel ab eis quomodocumque, vel qualitercumque obtentis, ad jus, & proprietatem ipsius Archihospitalis reduxit, eidemque reintegravit, & sibi illa perpetuò manere cum suis censibus, seu annuis pensionibus, atque juribus decrevit in futurum, & aliàs prout in dictis literis, quarum tenorem præsentibus pro expresso, & inserto haberi volumus uberiùs continetur.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Antonius Maria Patriarcha, ac Præceptor, seu Commendatarius, qui (ut asserit) juxta prædictarum Sixti prædicti, aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum literarum tenorem, Præceptor, seu Commendatarius Archihospitalis prædicti jus quæcumque Beneficia, seu Prioratus, aut Præceptorias, seu Commendas, aliaque bona quæcumque ad Archihospitale hujusmodi spectantia, & ab illo dependentia ubique existentia Canonicis Regularibus Sancti Spiritus juxtà eorum antianitatem, aut eorum benemerentiam præviis eorum obsequiis ab ipsis Archihospitali prædicto præstitis ad sui libitum, & ad sui nutum conferendi habet, interdum accidere solet, ut secuto alicujus ex Canonicis Regularibus prædictis aliquod Beneficium, seu Prioratum, aut Præceptoriam, seu Commendam, aliudve bonum ad ejusmodi Archihospitale spectans, & pertinens, & ab illo dependens obtinentibus obitu, Collectores, seu Subcollectores jurium ad Cameram nostram Apostolicam spectantium spolium defuncti Canonici hujusmodi facere, ac fructus cujuscumque generis, vel qualitatis aut speciei Beneficii, vel Prioratus, seu Præceptoriæ, aut Commendæ, seu cujuscumque boni ab Archihospitali prædicto dependentis per illum obtenti, licet beneficia prædicta secularia non sint, quorum fructus juxta dispositionem aliarum ejusdem Sixti, ac sanctæ memoriæ Pii Papæ V. Prædecessorum nostrorum literarum tempore vacationis ad ipsam Cameram spectent, tempore vacationis hujusmodi percipere, & exigere contendunt, ad evitandas quascumque lites, quæ in posterum ea de causa in præjudicium dicti Archihospitalis oriri possunt, non solùm memoratas expressas Sixti Prædecessoris literas per Nos confirmari, verum etiam sibi in præmissis opportunè provideri, & ut infra indulgeri, summoperè desideret.

Bona Canonicorum hujusmodi Beneficia obtinentium spolio subjecta esse contendebatur.

§. 3. Nos ipsum Antonium Mariam Patriarcham, ac Præceptorem, seu Commendatarium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humillimè porrectis inclinati, expressas memorati Sixti Prædecessoris literas cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac quatenus opus sit innovamus, & de novo concedimus; ac omnibus, & singulis Nostris, & hujus Sanctæ Sedis Collectoribus, seu Subcollectoribus jurium Cameræ nostræ Apostolicæ cujuscumque qualitatis, gradus, præeminentiæ, status, & conditionis nunc, & pro tempore ubique existentibus, ne ipsi sub quocumque prætextu, causa, ratione, & colore, etiam vigore facultatum eis a Nobis, seu Sede, & Camera prædictis attributarum, fructus, redditus, & proventus cujuscumque qualitatis, quantitatis, vel speciei quorumcumque Beneficiorum, etiam de jurepatronatus laicorum ad favorem memoratorum Canonicorum jam erectorum, & in posterum erigendorum, nec non Prioratuum, Commendarum, Præceptoriarumve, Domorum, membrorum, Ecclesiarum, Cappellaniarum, alio-

Pontifex confirmat dispositionem Sixti IV.

Prohibet interspolia Cameræ Apostolicæ debita redigi fructus Beneficiorum hujusmodi quomodocumq. vacantium.

rumque bonorum quocumque nomine nuncupatorum per quoſcumque dicti Archihoſpitalis Miniſtros, Officiales, aut Canonicos Regulares Sancti Spiritus hujuſmodi obtentorum, & pro tempore obtinendorum ad Archihoſpitale prædictum nunc, & pro tempore ſpectantium, & pertinentium, & ab illo dependentium de præſenti vacantium, & qui pro tempore vacare poſſunt, poſt obitum cujuſcumque perſonæ, cui a memorato Antonio Maria Patriarcha moderno, ac pro tempore exiſtente Archihoſpitalis hujuſmodi Præceptore, ſeu Commendatario Beneficia, ſeu bona ad Archihoſpitale prædictum ſpectantia collata fuerint, maturatos, & non exactos, & qui pro tempore, donec aliquem de eodem Beneficio, Prioratu, Præceptoria, ſeu Commenda, membro, Eccleſia, Cappella, Oratorio, Domo, & bonis hujuſmodi provideri contingat, decurrere, & maturare poſſunt, ſub privationis eorum Officiis, ac Beneficiorum per eos obtentorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia Beneficia pro tempore obtinendorum, aliiſque arbitrio Noſtro imponendis pœnis percipere, & exigere valeant, auctoritate, & arbitrio præſentis interdicimus, & prohibemus, ac præcipimus, & mandamus.

§. 4. Ac inſuper volumus, decernimus, & declaramus, ut ſecuto alicujus ex dictis Canonicis Regularibus Sancti Spiritus, etiamſi profeſſionem per eoſdem emitti conſuetam non emiſerit, dummodo de aliquo Beneficio, ſeu bonis ad Archihoſpitale prædictum ſpectantibus, & ab illo dependentibus, aut membro, Domo, Eccleſia, Cappella, & Oratorio proviſus fuerit, obitu, ſpolium dicti defuncti ad ejuſmodi Archihoſpitale ſpectare omnino debeat, nec quiſpiam ſub quovis prætextu ſeſe ingerere valeat; fructus verò quorumcumque Beneficiorum hujuſmodi tam maturati, & non exacti, quàm ii, qui durante vacatione Beneficii prædicti, donec aliquis de eo ab eodem Præceptore, ſeu Commendatario pro tempore exiſtente provideri contingat, ad liberam diſpoſitionem ejuſdem moderni, & pro tempore exiſtentis Præceptoris, ſeu Commendatarii prædicti remaneant, qui de illis ad favorem, vel Archihoſpitalis prædicti, vel Eccleſiæ, ſeu Domus, & Prioratus, aut Canonicorum diſponere poſſit.

Statuit ſpolia Canonicorum defunctorum, dictoſque fructus ſpectare ad Archihoſpitale, arbitrio Præceptoris erogantium.

§. 5. Decernentes ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, pleniſſimè ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales etiam de latere Legatos, ſeu eorum Vicelegatos, & Sedis prædictæ Nuncios ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 4. Martii 1749.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 4. Martii 1749. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

D. Card. Paſſioneus.

De Indultis S. R. E. Cardinalibus teſtandi, & diſponendi de Sacris Supellectilibus. VI.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Inter arduas Apoſtolici Miniſterii Noſtri curas, ſicuti Nos oportet, non modò Patrem in abſcondito orantes, ſed publicis etiam Eccleſiæ officiis, ſacriſque conventibus præſidentes, Divinam opem ſine intermiſſione implorare; ità Nos decet Pontificii Sacelli, in quo pleraque hujuſmodi officia per annum ſolemniter peraguntur, ſplendori, & cultui proſpicere, ejuſque rationibus, juribuſque tuendis, debitum providentiæ ſtudium impendere.

Card. Accorambonus ſacram propri Sacelli Supellectilem privato Oratorio Agnati ſui legaverat.

§. 1. In ultimo, cum quo deceſſit, Teſtamento bon. mem. Joſeph S. R. E. Cardinalis Accoramboni nuncupatus, Sacelli ſui domeſtici vaſa argentea auro obducta, unà cum reliqua ſacra Supellectile, reliquit in uſum ſimilis Sacelli, quod ab Ignatio Accoramboni agnato in ſuis Ædibus Spoleti conſtituendum mandavit. Sed contendentibus Cameræ Noſtræ Apoſtolicæ Miniſtris, invalidam hac in parte fuiſſe dicti Cardinalis diſpoſitionem; & prædictam argenteam, aliamque ſupellectilem ſacram, Pontificio Noſtro Sacello adjudicari poſtulantibus; eâque controverſia delata ad Tribunal Dilecti Filii Theſaurarii Noſtri Generalis; hujus Auditor, omnibus attentè perpenſis, ſententiam pro Noſtro Pontificio Sacello pronunciavit. A qua ſententia quum Dilectus etiam Filius Philippus Accoramboni præfati Cardinalis hæres ad plenam Cameram appellaſſet, viſum eſt Nobis univerſum Collegium Clericorum Præſidentium, aliorumque Officialium præfatæ Cameræ, quo die Cauſam hanc dijudicaturi erant, coram Nobis convocare; idque eò libentius fecimus, quòd, quum omnia ferè Curiæ Noſtræ Tribunalia, per hos tranſactos Pontificatus Noſtri annos, præſentiâ Noſtrâ decoraverimus, nondùm id erga illuſtre iſtud Officialium, & Judicum Apoſtolicæ Sedis Collegium præſtiteramus. Itaque indicto coram Nobis die XII. menſis Januarii anni Domini MDCCXLVIII. Cameræ plenæ conſeſſu, & partium rationibus per ſingulos Clericos in eadem ſuffragium ferentes, diligenter diſcuſſis, totius Collegii conſenſione Decretum prodiit: *Mandatum Domini Theſaurarii eſſe exequendum, & ſententiam confirmandam, juxta modum a Sanctitate Sua declarandum quoad Candelabra, & Supellectilia excepta in Bulla Urbani VIII.*, quod ubi approbatione Noſtra confirmatum fuit, mandavimus, ut univerſa domeſtici Sacelli prædicti Cardinalis Supellex: *Exceptis Candelabris, Malluviis, & Gutturniis*, Bacili, & Bocali *vulgò nuncupatis*, quæ quidem hæredi reliquimus, in Pontificii Sacelli Noſtri Sacrarium inferretur.

Sed Miniſtris Cameræ Apoſtolicæ illam pro Sacello Pontificio repetentibus.

Sententia ſecundùm eos fertur.

Cauſa diſcutitur in plena Camera coram Sanctiſſimo.

Reſolutio priori Sententiæ conformis juxta modum a Pontifice declarandum.

§. 2. Hujus Reſolutionis fundamentum agnitum fuit in ſel. record. Prædeceſſoris Noſtri Urbani Papæ VIII. Conſtitutione CLXVI., quæ incipit *Æquum eſt*, in qua alterius Prædeceſſoris Clementis Papæ VII. Conſtitutionem renovans, omniaque & ſingula indulta diſponendi de ſacra domeſticorum Oratoriorum ſupellectile, S. R. E. Cardinalibus aliàs conceſſa, abrogans, decrevit, & ſtatuit, ut ſequitur: *Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam ipſam Conſtitutionem Clementis Prædeceſſoris hujuſmodi innovantes, & ampliantes, quod de cætero perpetuis futuris*

Mandatum, & declaratio Pontificis.

Reſolutionis ratio deſumitur ex Conſtitutione Urbani VIII.

temporibus præfata omnia, & singula Mitræ, Pluvialia, Tunicellæ, aliaque ornamenta, & vestimenta, ac Calices, Patenæ, Vasa etiam aurea, & argentea, aliæque res, & utensilia quomodolibet nuncupata, præsertim benedicta, seu consecrata, quibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales nunc & pro tempore existentes, etiam præfatam, seu quamcumque aliam similem, vel dissimilem facultatem Apostolicam de illis disponendi, ac ad hæredes etiam ab intestato transmittendi, ut præmittitur, habentes, non solùm in Cappella Pontificis, seu Processionibus, cæremoniis, & aliis functionibus Pontificiis præfatis, sed etiam in eorum Cappellis privatis hactenùs, vel in futurum pro tempore quomodolibet usi fuerint, ad Sacristiam præfatam ipso jure spectent & pertineant, & ad illam deferri, illique realiter consignari debeant statim post obitum ipsorum Cardinalium, excepta una Tunicella pro quolibet Cardinale Diacono, & una Planeta pro quolibet Cardinale Presbytero, ac uno Pluviale pro quolibet Cardinale Episcopo, ac exceptis Candelabris, ac Malluviis, & Gutturniis, Bacili, & Bocali *vulgò nuncupatis, etiam aureis, vel argenteis, hac perpetua valitura Constitutione Nostra statuimus, & ordinamus.*

Julius III. jamdudum Cappellæ Apostolicæ affecta declaravit Paramenta Sacra Cardinalium.

§. 3. Qua quidem latâ lege, Pontificii Sacelli Sacrarii antiqua redintegravit jura, quæ jamdudum fel. rec. Prædecessor pariter Noster Julius Papa III. in sua Constitutione VII., cujus initium est: *Cum sicut*; his verbis asseruerat: *Hujusmodi paramenta, ac ornamenta Cappellæ ipsorum Cardinalium, quæ jam tanto tempore, quod ejus initii hominum memoria non habetur, Cappellæ Apostolicæ, in qua Missæ Papales celebrantur, devolvi consueverunt.* Id autem ad eam ætatem probabiliter referri potest, qua primùm cœperunt Ecclesiastica Officia solemni, & publico ritu in Pontificii Palatii Sacellis persolvi; ex quo scilicet Romani Pontifices Avenione in Urbem reduces fuerunt. Non quòd antea quoque in Apostolicis Ædibus Laterani, Oratoria, & Sacella minimè existerent; sed quod in ipsis Sacri Conventus non haberentur, qui publicè fieri solebant in Urbis Ecclesiis, & Basilicis, ad quas Stationes pro tempore indicebantur, ut ex Sancti Gregorii Homiliis in variis ipsius Urbis Ecclesiis habitis, & ex vetustis Ordinibus Romanis colligitur. Id autem quum in Avenionensi Civitate perfici minimè potuisset, idcircò ibi in Apostolico Palatio Sacella ad Pontificalium solemnitatum usum erecta fuerunt; idque in causa fuit, ut Romæ quoque post Pontificum reversionem, magnifica in Apostolicis Palatiis Sacella extruerentur, in quibus pleræque functiones peragerentur, quæ antequam Pontifices Avenione Sedem figerent, ut supra dictum est, publicè in Basilicis, aliisque Urbis Ecclesiis fieri consueverant.

Olim Cappellæ Pontificiæ habebantur in Urbis Basilicis, & Stationum Ecclesiis.

Sacella in Palatio Apostolico ad Pontificalium usum, Avenione primùm, deinde Romæ erecta fuerunt.

Id probatur ex Ordinibus Romanis diversis temporibus editis.

§. 4. Et sanè in Ordine Romano, quem edidit Jacobus olim Sancti Georgii in Velabro Diaconus S. R. E. Cardinalis Cajetanus, qui Cardinalitiam Dignitatem a Bonifacio Papa VIII. Patruo suo accepit, ne verbum quidem legitur de Solemnitatibus in Pontificii Palatii Sacello habitis antequam Pontifices Avenionem migrarent. Contra verò in altero Ordine Romano, quem scripsit Petrus Amelius, postquam Pontifices Romam redierant, de Prædecessore Nostro Bonifacio IX. narratur, quod Beatæ Birgittæ Viduæ Canonizationem in Palatii Sacello peregerit, propterea quod ea nocte, quæ designatam hujusmodi Solemnitati diem præcessit, gravi morbo correptus fuisset non sine mortis periculo; a quo tamen ipsius Beatæ intercessione liberatus, sequenti die in Basilica Vaticana ritu solemni Missam celebravit. Præterea in Cœremoniali Augustini Piccolominei quondam Episcopi Pientini, quem sub auspiciis Leonis Papæ X. Christophorus Marcellus tanquam suum opus edidit, ubi de Dominica prima Adventus, aliisque per anni cursum solemnitatibus agitur, sæpè quidem Ecclesia, at sæpè etiam Sacellum, seu Cappella memoratur: Et quamvis recol. mem. Prædecessor Noster Sixtus Papa V. in sua Constitutione XXIII., quæ incipit: *Egregia Populi Romani*, antiquam Consuetudinem quoad Functiones Pontificales in Basilicis, & Ecclesiis per Urbem celebrandas, in pristinum restituere volens, statos dies, certasque Ecclesias pro uniuscujusque solemnitatis celebritate designasset; nihilominus usus invaluit, ut pleræque ex ipsis in Apostolicarum Ædium Sacellis peragantur.

Sixti V. consilium de restituendis Stationum celebritatibus contrariæ consuetudini cedit.

§. 5. Porro jus istud, quo Cappella Apostolica a tanto jam tempore, ut præfertur, gaudere dignoscitur, & quidem ratione functionum, quæ in ea ab ipsis S. R. E. Cardinalibus, vel saltem cum eorum assistentia peraguntur, quæque continuum sacræ Supellectilis usum requirunt; quodque, ut superiùs etiam demonstravimus, a Prædecessore Nostro Urbano Papa VIII. speciali Constitutione assertum, & confirmatum fuit; non ita labefactari visum est, in casu, de quo agebatur, per Indultum a fel. record. Benedicto Papa XIII. per Literas in forma Brevis concessum prædicto Josepho Cardinali, ut harum Literarum vigore potuerit hic præfatam Cappellæ suæ Supellectilem domestico hæredis Oratorio legare.

Positis juribus Sacelli Pontificii non potuit Cardinalis Accorambonus, vigore Indulti personalis, sacram Supellectilem privatæ Cappellæ legare.

§. 6. Quamvis enim in hujusmodi Literis præfatæ Urbani VIII. Constitutioni expressè fuerit derogatum, eidemque Cardinali plena, & ampla concessa sit facultas testandi, & disponendi de omnibus, & singulis Mitris, Pluvialibus, Planetis, Tunicellis, aliisque ornamentis, & vestimentis Ecclesiasticis, & aliis rebus, & utensilibus Divino cultui dicatis, seu destinatis, aureis, seu inauratis, tam privatæ Cappellæ ipsius Cardinalis, quàm iis, quibus in Cappellis, Cœremoniis, Processionibus, & aliis Functionibus Pontificiis usus fuisset; Cum tamen idem Cardinalis de præmissis non disposuerit juxta formam in præfato Indulto præscriptam, prædicta Urbani VIII. Constitutio suam vim, auctoritatemque recuperat, & in illius sequelam, jure meritoque judicatum, rescriptumque fuit, ut supra narravimus.

Immo idipsum Indulto vigorem ademit, & Urbani legem in integrum restituit.

§. 7. Quod autem prædictus Cardinalis de sacra Oratorii sui supellectile ad formam Indulti non disposuerit, in dubium minimè revocatum est. Etenim quum in relatis Benedicti Prædecessoris Literis ea conditio expressè apposita legatur: *Dummodò tamen de illis in favorem alicujus Ecclesiæ, seu Cappellæ, vel Loci Pii, arbitrio tuo disponas*: Quumque Cardinalis Accorambonus de præmissis omnibus disposuerit in favorem Cappellæ Spoleti in suis Ædibus erigendæ; clarum est, servatam ab eo non fuisse formam in Pontificio Indulto sibi præscriptam. Nec enim ullius momenti, ad casum, de quo agitur, reputata fuit quæstio, quæ inter Partium defensores agitabatur, an scilicet ea Loca, quæ in privatis Domibus ad Sancti Sacrificii celebrationem destinantur, *Cappellæ* nomine, vel potiùs *Oratorii* appellanda sint; aut, etiamsi *Cappellæ* nuncupari possint, an saltem ad aliquam distinctionem statuendam inter eas, aliasque Cappellas, quæ in publicis Ecclesiis erectæ sunt, & Altaria lateralia continent, *Cappellæ privatæ* appellari debeant. Nam si advertatur, *Cappellæ* nomen in præcitato Brevi medium tenere locum inter *Ecclesiam*, & *Locum Pium*, quæ sanè nomina ad publica dumtaxat loca referri possunt; ait siquidem Breve in loco supra relato: *In favorem alicujus Ecclesiæ, seu Cappellæ, vel Loci Pii, arbitrio tuo disponas*; facilè erit exinde inferre, Pontificem id intelligi voluisse

Indultum enim formam disponendi præscripsit favore Cappellæ publicæ.

Quod ita esse probant ipsa Indulti verba.

voluisse non de Cappella privata in domesticis ipsius Cardinalis Ædibus extructa, vel extruenda, sed de publica Cappella intra alicujus Ecclesiæ ambitum constituta. Eòque magis id rationi consonum apparet, quòd quum præfatis Prædecessoribus Nostris, in suis Constitutionibus pro Sacello Pontificio editis, propositum sit, non solùm Cameram Apostolicam a tot, tantisque expensis pro ipsius Sacelli apparatu necessariis aliqua ex parte sublevare; verùm etiam aliquem justum modum imponere privilegio, quod S. R. E. Cardinalibus concedi consuevit, de bonis etiam ex Ecclesiasticis proventibus acquisitis, in favorem propinquorum testandi, & disponendi; quò scilicet, si ex Cardinalium testamentis reliqua eorum bona ad propinquos deferantur (quemadmodum de bonis præfati Cardinalis evenisse dignoscitur), sacra saltem vasa, atque ornamenta, vel juxtà præscriptum Constitutionum generalium, ad Pontificiæ Cappellæ Sacrarium devolvantur, vel juxta Indultorum formam, in alicujus Ecclesiæ, seu Cappellæ, vel Loci Pii beneficium cedant: porrò si Indulta hujusmodi etiam de Cappellis privatis, quæ in Hæredum Domibus sunt, intelligi deberent, provida Pontificum mens optato fraudaretur effectu; quum satis constet in diem contingere, ut Ædium Domini hujusmodi domestica Oratoria in usum propriæ habitationis convertant; eorundem verò sacra supellex, jure dominii, quod Hæredes liberum in eam exercent, sæpè venalis fiat, ac, dummodò ejus æstimatio ratione benedictionis, aut consecrationis non augeatur, illius pretium liberè & licitè in Dominorum commodum redigatur.

Et ratio suadet.

Irritum quoque remansit privilegium transmittendi ad Hæredes, ut hi favore Cappellæ publicæ disponerent.

§. 8. Frustra verò præfati Testamenti Defensores replicabant, Cardinalis hæredem promptum & paratum esse ad publicam Cappellam, sive Oratorium publicum construendum prope domesticas suas Ædes; idque ipsi negari non posse contendebant, propterea quod laudatum Benedicti Prædecessoris Indultum, non ipsi solum Cardinali facultatem tribuerat ita de præmissis testandi & disponendi, sed etiam *illa ad hæredes suos, si ipsum intestatum mori contingeret, transmittendi, dummodò tamen de illis in favorem alicujus Ecclesiæ, seu Cappellæ, vel Loci Pii, vel ipse arbitrio suo disponeret, vel per ipsius hæredes, & successores, quatenùs ipse ab intestato decederet, disponeretur*, ut in iisdem legitur. Prætermissis enim aliis responsionibus, visum est, ipsius Cardinalis Testamentum, quo de Cappellæ suæ supellectili, ut præfertur, disposuit, prætensam hæredis facultatem ex Indulti Literis desumptam, penitus de medio sustulisse. Hæc siquidem facultas in Literis ipsis Hæredi concessa erat, pro eo casu dumtaxat, quo Cardinalis ipse nihil disposuisset: *si te intestatum mori contigerit &c. quatenùs ab intestato decedas &c.*: sed alium casum sanè non respiciebat, quo scilicet idem Cardinalis testamentariam dispositionem exarasset, at Pontificio Indulto minimè conformem; ut fuit illa, quam hactenùs examinavimus, quæque causam dedit, ut Urbani Lex pro Pontificio Sacello dudum statuta, vim suam resumpsisse censeretur.

Nam illud obtineret dumtaxat, si nihil a Cardinali dispositum fuisset.

§. 9. His potissimum fundamentis quum innixum fuerit Rescriptum a plena Camera coram Nobis dicta die congregata editum, Nos illud, iisdem de causis, jam tunc approbatione nostra ratum fecimus, & nunc tenore præsentium, & Apostolicæ auctoritatis plenitudine, confirmamus & roboramus. In quo non id Nobis propositum est, ut quidquam detrahamus legitimis Privilegiis, quæ Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, non solùm propter conspicuam eorum Dignitatem, sed etiam propter gravissimos labores, quos pro Apostolica hac Sancta Sede assiduè sustinent, jure ac meritò concessa dignoscuntur; quum etiam Nos ipsi Prædecessorum nostrorum vestigiis insistentes, similia Indulta disponendi de sacris supellectilibus libenter concesserimus iis, quos ad Cardinalitiam dignitatem assumpsimus; sed eò dumtaxat spectamus, ut conditiones, quæ in eorum Indultis providè apponuntur, suum debitum sortiantur effectum; ipsique, si concessis facultatibus uti voluerint, de sacris hujusmodi supellectilibus erga Ecclesias, seu Cappellas publicas, aut Loca Pia, benefici sint. Quod ubi in animum induxerint, Nos sanè, salvâ Privilegiorum ipsis concessorum amplitudine, & per modum consilii, ab æquitatis tamen ratione, ut Nobis videtur, minimè sejuncti, eosdem vehementer hortamur, ut eas potissimum Ecclesias præ oculis habeant, quas, sive Metropolitanas, sive Cathedrales, sive Abbatiales, aut ad Ecclesiastica ipsorum Beneficia spectantes, gubernaverint, & obtinuerint; quas quidem Ecclesias beatæ memoriæ Prædecessor Noster S. Pius Papa V. in hoc rerum genere tam amplo Privilegio donavit, ut in sua Constitutione XLII., quæ incipit: *Romani Pontificis*, decreverit, & declaraverit, quæcumque ornamenta, paramenta, vasa, & alia utensilia sacra, ad usum, & Cultum Divinum in privatis Cappellis, & Oratoriis Episcoporum, Abbatum, aliorumque Ecclesiastica Beneficia obtinentium aliàs destinata, sub appellatione Spoliorum Cameræ Apostolicæ debitorum minimè venire debere, nec etiam sub quibusvis testandi facultatibus, & Indultis comprehendi; sed ad singulas Ecclesias, Monasteria, & Beneficia, in quibus prædicti resederint, aut quibus præfuerint, seu quæ aliàs obtinuerint, omninò spectare, & pertinere. Tum etiam pari ratione iisdem commendamus Ecclesias illas, quarum Titulum ac Regimen in ipso Cardinalatus ordine obtinuerint, quæ etiam in Sancta Synodo Lateranensi V. impensè ipsis commendatæ fuerunt, ut videre est in Cap. II. Bullæ super Reformatione Curiæ a rec. mem. Prædecessore pariter Nostro Leone Papa X. in ipsius Synodi sessione IX. promulgatæ.

Pontifex itaque plenæ Cameræ rescriptum confirmat.

Neque per id Cardinalium Indultis quidquam detrahitur, sed eorum vera interpretatio traditur.

Adhortatio ad Cardinales circa secretorum Visorum, & supellectilium dispositiones, desumpta ex præscripto Constitutionis 42. Sancti Pii V.

Item ex Concilio Lateranensi V.

§. 10. Volumus autem præsentes Literas, in dicta Camera, ejusque Libris, ad formam Constitutionis rec. mem. Prædecessoris quoque Nostri Pii Papæ IV. de registrandis, admittendas, & registrandas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod dictus Philippus, & forsan alii desuper interesse habentes, seu habere prætendentes illis non consenserint, aut non sufficienter auditos se fuisse contendant, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut alio quovis defectu, etiam substantiali, aut ex alio quovis capite, etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, notari, impugnari, invalidari, & retractari posse, sed ipsas præsentes Literas semper validas, firmas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Sacrario Sacelli Nostri pleniissimè suffragari.

Clausulæ pro præmissorum firmitate.

Aliter judicari prohibetur.

§. 11. Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, & alios Cardinales, etiam de Latere Legatos, necnon dictæ Cameræ Præsidentes Clericos, aliosque Officiales nunc, & pro tempore existentes, in quavis causa, & instantia, sublatâ eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari,

& definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariis.

§. 12. Non obstantibus præmissis, & præsertim prædicta lite, seu controversia hujusmodi, cujus statum, & merita, & alia quæcumque etiam specificam, & individuam mentionem, & expressionem requirentia præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis haberi, illamque penitus, & omnino extinctam esse, & fore etiam decernimus; Necnon, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de Jure quæsito non tollendo, & quibusvis usibus, & consuetudinibus, & actibus, ex interpretatione Indultorum S. R. E. Cardinalibus prædictis super facultate de bonis, & rebus propriis testandi, necnon illa, & illas ad hæredes ab intestato transmittendi concessorum, in contrarium præmissorum forsan introductis, & gestis: Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis ejusdem S. R. E. Cardinalium Collegio, ac Ecclesiis, & Locis quibuslibet, & quibuscumque Personis cujuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, & Dignitatis, etiam individua expressione dignis, etiam in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, cæterisque contrariis quibuscumque, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & inserrentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus; eaque respectivè nullatenus obstare decernimus.

Fides præstanda transumptis.

§. 13. Volumus etiam, ut earumdem præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem fides ubique Locorum tàm in Judicio, quàm extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 14. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, hortationis, commendationis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Pontif. anno 9. die 22. Aprilis 1749.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarn. Dom. 1749. X. Kal. Maji, Pontificatus Nostri Anno Nono.

D. Card. Passionеus.

J. Datarius.

Visa de Curia.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 7. Maji ejusdem anni.

VII.

Abbati Monasterii Campidunensis Ordinis S. Benedicti, ejusque Successoribus in perpetuum conceditur facultas ministrandi Sacramentum Confirmationis Christifidelibus suæ Jurisdictioni spirituali subjectis.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

SUprema dispositione, cujus inscrutabili Providentia ordinationem suscipiunt universa, super eminenti Apostolicæ Dignitatis specula, nullis nostris licet suffragantibus meritis, sed solùm per ineffabilem Divinæ Bonitatis abundantiam constituti, & in illius domo dispensatores effecti, ad ea, per quæ Monasteriorum quorumlibet, illorum præsertim, quæ ab antiquo tempore fundata, variisque privilegiis, & gratiis a Summis Pontificibus condecorata reperiuntur, & in quibus utpotè perinsignibus Personas præcipua generosi stemmatis nobilitate fulgentes Altissimo famulatum exhibere percipimus, decori, & opportunitati, necnon illorum subditorum spiritualibus commodis, Divinique cultus augmento per novæ concessionem gratiæ per amplius consulitur, vota libenter intendimus, ac in his Pastoralis Officii nostri partes favorabiliter impartimur, prout Locorum, & Personarum hujusmodi qualitatibus, ac circumstantiis matura consideratione pensatis, ad Omnipotentis Dei, ejusque Gloriosissimæ Genitricis Virginis Mariæ laudem, & gloriam, devotionis quoque Christifidelium propagationem in Domino conspicimus salubriter expedire.

Insignia Privilegia Abbati, & Monasterio Campidunensi dudum concessa.

§. 1. Sanè pro parte Dilecti Filii Engelberti de & in Sirgestein moderni Abbatis Monasterii, Abbatiæ Ducalis & Imperialis nuncupati, Beatæ Mariæ Virginis in Cœlos assumptæ Oppidi Civitatis Campidunensis Ordinis Sancti Benedicti nullius Diœcesis Provinciæ Moguntinæ, Sacri Rom. Imperii Principis, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dictum Monasterium, alias & usque de anno Domini septingentesimo septuagesimo tertio a Beata Hildegarde fundatum, unum ex principalioribus dicti Ordinis Monasteriis tam in spiritualibus, quàm in temporalibus existit, illiusque pro tempore existens Abbas, nedum inter præcipuos Sacri Romani Imperii Principes in Dieta Ratisbonensi Sedem, ac Votum, & Vocem habet, sed etiam pro tempore existentis Romanorum Imperatricis perpetui Archimarescalli munere fungitur, ac in pluribus sibi subjectis Oppidis, & Locis Campidunensis Ducatus, & ditionis temporalem; in primodicto vero Monasterio, quod Sedi Apostolicæ immediatè subjectum existit, ac in Parochiali Ecclesia Sancti Laurentii dicti Oppidi Campidunensis spiritualem, ac exemptam, & Ordinariam exercet Jurisdictionem; quamplurimis etiam, tum Apostolica a diversis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, tum Imperiali, & qualibet alia respectivè authoritate concessis & elargitis, Monasterium primodictum, illiusque Abbas, & Monachi pro tempore existentes gaudent Indultis, gratiis, privilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, præeminentiis, & antelationibus, & ipse Engelbertus Abbas nuper speciali Abbatialem Ducalem nuncupatam Ecclesiam sub invocatione Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, & Sanctorum Gordiani, Epimachi, & Castoli Martyrum noviter restauratam, consecrandi facultate a Nobis decoratus fuit.

Nova petitio, ejusque fundamenta.

§. 2. Si autem, sicut eadem petitio subjungebat, aliud valde quidem opportunum

dicto Engelberto Abbati, illiusque successoribus primodicti Monasterii Abbatibus pro tempore existentibus, a Nobis, & Sede Apostolica præfata concederetur Indultum, videlicet, ut ipse Engelbertus Abbas, ejusque successores primodicti Monasterii Abbates pro tempore existentes præfati, Sacramentum Confirmationis utriusque sexus Christifidelibus subditis primodicti Monasterii, & Parochialis Ecclesiæ præfatæ Parochianis tantum ministrare possint, hoc profectò, & ad Catholicæ Religionis bonum, & ad dictorum subditorum animarum salutem plurimum conferret; Quandoquidem cum dicti subditi, non sine gravi eorum incommodo & molestia, ad alia Loca pro dicto Sacramento Confirmationis suscipiendo se conferre coguntur, inde evenit, quod ipsi aut Sacramentum hujusmodi nonnisi in provecta ætate suscipiunt, vel, ut sæpius accidit, absque dicto Sacramento vitam miserè ducentes, ab humanis decedunt. Hinc dictus Engelbertus Abbas, qui hæreticos in dicto Oppido degentes ad Fidem Catholicam amplectendam pari sollicitudine, & zelo, & non sine effectu perducere curat, dictos subditos, & Parochianos Catholicos, & præsertim noviter ad dictam Fidem conversos, ad hoc ut ipsi fortius, & validius in spirituali lucta contra animæ inimicos dimicare queant, Confirmationis Sacramento hujusmodi in congrua, & conveniente ætate muniri summopere exoptat; Quare pro parte dicti Engelberti Abbatis Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus dictorum subditorum, & Parochianorum indemnitati, eorumque animarum saluti in præmissis opportunè consulere de benignitate Apostolica dignaremur.

Indultum, de quo in Rubrica, conceditur Abbati, ejusque successoribus in perpetuum.

§. 3. Nos igitur, qui, quantum cum Domino possumus, spiritualem Christifidelium consolationem, & utilitatem pii Patris affectione prosequimur, opemque, & operas nostras ad id impendimus efficaces, præfato Engelberto Abbati specialem gratiam facere volentes, ipsumque Engelbertum Abbatem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Engelberto Abbati, illiusque successoribus primodicti Monasterii Abbatibus pro tempore existentibus præfatis, ut ipsi indumentis Pontificalibus induti, recepto prius Oleo Sacro a quocumque Catholico Antistite, gratiam, & communionem dictæ Sedis Apostolicæ habente confecto, dictum Confirmationis sacramentum subditis dicti Monasterii, & Parochialis Ecclesiæ præfatæ Parochianis, spirituali Jurisdictioni ipsius Engelberti Abbatis, & pro tempore existentis Abbatis primodicti Monasterii subjectis tantum quocumque tempore conferre possint & valeant, Apostolica authoritate earumdem tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus, ac plenam, liberam, & omnimodam facultatem, & potestatem desuper impertimur.

Decreta, Clausulæ, Derogationes.

§. 4. Nec non ipsum Engelbertum Abbatem, ejusque successores primodicti Monasterii Abbates pro tempore existentes præfatos desuper a quoquam quavis authoritate fungente, vel dignitate fulgente, sub quovis prætextu, colore, vel ingenio, causa, & occasione inquietari, perturbari, aut quovis modo impediri nullatenus unquam posse; sicque & non alias per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, Sedisque Apostolicæ præfatæ Nuncios judicari, & definiri debere; Et si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac etiam in Synodalibus, Provincialibus, Generalibusque Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, & Monasterii primodicti, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, perpetuæ concessionis, indulti, licentiæ, & facultatis, impartitionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimonono, sexto Kalendas Maji Pontificatus Nostri Anno Nono.

Dat. die 26. April. 1749.

Super Conservatoriis Virginum Anglicanarum nuncupatarum. VIII.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

QUamvis justo Dei Omnipotentis judicio nullus finis sit arduis, acerbisque curis, gravibusque molestiis, quæ Nos undique ac sine intermissione circumstant, & opprimunt; attamen constitutum Nobis est, cœlestis auxilii fiducia, animum non despondere: Et quoniam, ipsius Dei beneficio, neque vires, neque rerum, & negociorum reminiscentia Nos in hac provecta jam ætate destituunt, nullum Nobis credimus detrectandum esse laborem, quemcumque ad optimum Ecclesiæ Sanctæ regimen humilitati Nostræ commissum conducere posse reputemus. Itaque quoties exorientium controversiarum natura Apostolicæ auctoritatis judicium requirere videtur, Nostramque operam, aliorum consilio adjutam, ad earum rectam decisionem haud inutilem fore judicamus; eas ipsas ab inferioribus quibuscumque Judicibus, & Tribunalibus avocatas, cognitioni Nostræ reservare, ac judiciali sententia prolata, dirimere, ac terminare consuevimus.

Pontifex pro Ecclesiæ regimine quandoque causas ad se avocat, illasque cum aliorum Consilio decidit.

§. 1. Huic instituto nostro inhærentes, quum quædam controversia non ita pridem exorta fuisset inter Curiam Episcopalem Augustanam ex una, & duo Conservatoria Virginum Anglicanarum nuncupatarum, unum nimirum in ipsa Civitate Augustæ Vindelicorum, alterum verò Mindelhemii, ejusdem Augustanæ Diœcesis Oppido, existentia, ex altera partibus; & dicta Episcopalis Curia præfatis Conservatoriis præceptum fecisset, ut suam Ordinariam auctoritatem recognoscerent, sibique debitam exhiberent obedientiam, quam cuidam prætensæ Generali Superiorissæ Monachii commoranti ab illis præstari asserebat; præfatum verò Conservatorium in Civitate Augustana positum hujusmodi præcepto promptè paruisset, sed alterum Mindelhemii existens eidem obtemperare recu-

Controversia orta fuit inter Curiam Episcopalem Augustanam & duo Conservatoria Virginum Anglicanarum super obedientia Episcopo Augustano præstanda.

1749. Hujus controversiæ occasione aliæ quæstiones excitatæ; super essentia, & identitate Instituti dd. Virginum, & super Persona qu. Mariæ Vvarth Fundatricis alterius reprobati Instituti.

fasset; quapropter prædicta Episcopalis Curia ad quosdam actus adversus Conservatorium hujusmodi processisset; cumque animadversum a Nobis esset, occasione hujus controversiæ, nonnullas alias moveri quæstiones tàm super instituto Jesuitissarum, quòd idem esse dicebatur, cum prædictarum Anglicanarum Virginum instituto, quàm super persona, & meritis defunctæ quondam Mariæ Warth, seu de Guardia nuncupatæ, dictarum Jesuitissarum Instituti olim Fundatricis: Nos, quibus compertum erat, plura de hujusmodi Instituto, ejusque Fundatrice prædicta, a Scriptoribus referri, & asseri, quæ minimè consentanea sunt Actis authenticis, & indubiis monumentis, quæ super ipsis, in Regestis Congregationum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, tàm generalium Inquisitorum adversus hæreticam pravitatem deputatorum, quàm negociis Propagandæ Fidei præpositorum, asservantur; hæc omnia ad Nos afferri jussimus; ac deputata peculiari Congregatione, in quam adlegimus Venerabilem Fratrem Nostrum Xaverium Episcopum Prænestinum S. R. E. Cardinalem *Gentili*, Dilectosque Filios Nostros Joachimum Tituli S. Cæciliæ *Portocarrero*, Carolum Albertum Tituli Sanctæ Mariæ de Pace *Cavalchini*, & Joachimum Tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem *Bessozzi*, ejusdem S. R. E. Presbyteros Cardinales respectivè nuncupatos, nec non Venerabilem Fratrem Josephum Archiepiscopum Damascenum, Congregationis super negociis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium Secretarium, quem huic etiam peculiari Congregationi a Secretis esse jussimus, ac dilectum Filium Magistrum Clementem Argenvillers Auditorem Nostrum; atque his omnibus coram Nobis die XXI. mensis Julii anni Domini MDCCXLVIII. congregatis, & diligenti super præmissis omnibus tractatu habito; quum eorum sententia fuerit, ut nonnulla, quæ inferiùs subjicientur, Decreta, & Rescripta fierent, atque ederentur; ea Nos quidem jam tunc approbavimus, & rata esse voluimus; & nihilominùs nunc iterum, tenore præsentium, atque evidentiore hac Apostolicæ auctoritatis significatione roborata, perpetuam vim, & firmitatem habere decernimus, atque statuimus.

Pontifex super integro negotio deputat Congregationem particularem.

Decreta dictæ Congregationis, auditis partibus, facta, ut infra, a Pontifice approbantur.

§. 2. Sed quoniam difficile, imò fere impossibile foret intelligere, quibus veluti fundamentis hujusmodi Decretorum justitia innitatur, non cognitis priùs his, quæ ex præfatis Regestis juridicè desumpta esse diximus; necesse est hic nonnullas facti notitias præponere. Eæ autem sunt, quæ sequuntur.

Præmittuntur ea, quæ de gestis dictæ Mariæ, ejusque prætenso Instituto, in Tabulariis S. Inquisit. & Congreg. de Prop. Fide habentur.

I. Quædam Maria Warth, seu de Guardia nuncupata, postquam anno MDCIX. quemdam Mulierum convictum Audomaropoli, ad bonum finem, ut credi potest, aperuerat; aliosque similes deinde in aliis Belgii Locis, & in Leodiensi, Trevirensi, & Colonensi Civitatibus constituerat; sub Pontificatu felicis recordationis Prædecessores Nostri Gregorii Papæ XV. anno MDCXXI. ad Urbem accessit, novi Instituti sui confirmationem ab Apostolica Sede impetratura.

Maria Warth nonnullis Mulierum Conservatoriis in Belgio fundatis Anno 1621. Romam venit, petens instituti sui confirmationem.

II. Comparuit anno MDCXXIV. apud Congregationem Cardinalium negociis Propagandæ Fidei præpositorum Procurator Cleri Anglicani, graviter expostulans, quòd magnum detrimentum Missionibus inferretur ex ratione vivendi, quam præfati Instituti Mulieres sequebantur; Id quod in causa fuit, ut ipsius Instituti examen tunc existenti Cardinali Millino committeretur.

Congregatio de Prop. Fide, Cleri Anglicani querelis excitata, in Institutum ipsum inquirit.

III. Quum anno MDCXXVIII. Episcopus Viennensis tunc pariter existens S. R. E. Cardinalis Clesselius nuncupatus eidem Congregationi exposuisset quamdam hujusmodi Mulierum Domum in sua Civitate, seipso inconsulto, apertam fuisse; & quid sibi circa eam agendum esset, ab ipsa Congregatione exquisisset; coacta eodem anno coram recolendæ memoriæ Urbano Papa VIII. prædictorum Cardinalium Congregatione, Decretum fuit, ipso Prædecessore Urbano annuente, ut Apostolicæ Sedis Nuntiis per diversas Regiones constitutis demandaretur præfati Instituti, & erectarum respectivè Domuum omnimoda extirpatio, & suppressio. Et quoniam prædictæ Mulieres se a Presbyteris Societatis Jesu directas esse jactabant, injunctum fuit tunc existenti Generali ipsius Societatis Præposito, ut, quatenùs id verum esset, subditis suis omnibus districtè inhiberet, nè se in directione Convictuum quarumcumque Mulierum immiscerent; quum id ipsius Societatis Instituto contrarium dignosceretur; cujus Fundator S. Ignatius, quum Romam advenisset pro obtinenda ejusdem Instituti confirmatione, accepisseteque piam quamdam Mulierem Elisabetham Rosellam nomine, in Urbem se pariter contulisse, eo consilio, ut facultatem obtineret, unà cum aliis piis Mulieribus sub ipsius Instituti regula convivendi, postulavit ipse, & obtinuit a Romano Pontifice, tam pro se, quàm pro universa Presbyterorum a se institutorum Societate, ut a cura, & directione Mulierum in Religiosis Domibus conviventium, perpetuò liberi, & immunes esse deberent.

Et quatenus Presbyteri Soc. sesu dictas Mulieres dirigerent, injungitur illius Præposito Generali, ut id, tamquam ab ejus Instituto alienum, prohibeat.

IV. Dum anno sequenti Apostolicæ Sedis Nuntii Pontificiorum mandatorum executionem respectivè urgebant, jamque suppressæ fuerant dictarum Mulierum Domus, quæ Audomaropoli, Leodii, & Coloniæ Agrippinæ antea extiterant; quum Nuntius Coloniæ agens Trevirensem similiter earum Domum supprimere aggrederetur; comparuit quædam Mulier, Cambiani nuncupata, quæ se ipsius Instituti Visitatricem asserens, vigore Literarum Patentium sibi a prætensa Præposita Generali Maria Warth concessarum, ipsius Nuntii conatibus, magna vi & contentione se opposuit. Maria enim, in Urbe adhuc degens, statim ac intellexit, quid ferrent Pontificia mandata, omnem rationem inire studuit, ut ea effectu fraudaret; suasque sequaces ubique existentes per Encyclicas Litteras admonuit, ne iis obtemperarent. Itaque prædictus Nuntius, ad evitanda majora scandala, tunc quidem ab incœpto desistere satiùs habuit.

Supprimuntur aliquot Domus dictarum Mulierum.

Sed aliarum suppressio suspenditur, ob earumdem resistentiam, quam fovet Maria Warth.

V. Hujus rei relatione a Nuntio Romam transmissa, prædictoque Cardinali Clesselio magis magisque instante pro intelligenda Pontificis voluntate circa Domum, quæ Viennæ, ut supra dictum est, aperta fuerat; quum etiam nonnulli hujusmodi Instituti Mulierum convictus, quos Bononiæ, Forosempronii, atque etiam Romæ clam constitutos fuisse compertum est, quamprimum suppressi, & extirpati fuissent; totius negocii cognitio ab ipso Urbano Prædecessore ad alteram prædictam Congregationem Cardinalium, S. Officii nuncupatam, remissa fuit.

Causa gravior efficitur, & ad Tribunal S. Officii remittitur.

VI. Ex hujus Congregationis sententia & consilio, quum judicatum fuerit, opportunum, & expediens fore, ut Pontificia Decreta pro suppressione prædicti Instituti jam prolata, Apostolicæ Constitutionis robore firmarentur, idem Urbanus Prædecessor Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXXI. Idibus Januarii Apostolicas Literas sub Plumbo edidit, incipientes: *Pastoralis Romani Pontificis*, quibus prætensam Congregationem Mulierum, seu Virginum, Jesuitissarum nuncupatarum, penitùs, & perpetuò abolevit; ejusque Congregationis assertas Visitatrices, Rectrices, & Præpositam Generalem, aliasque Officiales quascumque, Officiis,

Ob novas adversus ipsum Cardin. Clesselii querelas, Urbanus VIII.

Anno 1631. prodit Constitutio Urbani VIII., qua prætensum Institutum dictarum Mulierum Jesuitissarum nuncupat. penitus aboletur.

& muneribus suis de facto usurpatis privavit; eisdemque, & aliis Mulieribus, seu Virginibus, hujusmodi prætensæ Congregationi antea de facto adscriptis, nè insimul, & in communi de cœtero degere, & tractare, aut se pro Religiosis, seu prætensæ hujusmodi Congregationis sequacibus, ullo modo gerere, multòque magis ne alias Virgines, seu Mulieres in ipsius reprobati Instituti societatem deinceps admittere, aut recipere auderent, sub excommunicationis majoris, aliisque pœnis, districtè prohibuit; easque omnes, quæ in ipsa suppressa Congregatione, & relativè ad illius legitimam subsistentiam, vota quæcumque emiserant, ab hujusmodi votorum obligatione omninò solutas, & liberas esse declaravit; ut fusiùs legi potest in ipsa Constitutione. Denique tam ipsam Mariam Warth, quæ interim in Belgium se receperat, quàm præfatam Cambiani, in custodiam dari jussit.

Ipsa Maria, cum altera sequace, in custodiam traditur.

VII. Sequuta utriusque detentione, ambæ ad Urbem decenter translatæ, atque hìc clementer exceptæ fuerunt, ipsiusque Apostolicæ Sedis sumptibus in libera custodia asservatæ, facto utrique præcepto, ut Urbem ipsam Carceris loco haberent, atque una ab altera seorsim viverent. Cum autem agnitum fuerit, Mariam quidem seditiosas illas Encyclicas Literas, de quibus supra dictum est, aliis Literis tempestivè datis revocasse; alteram verò, Cambiani nomine, muliebri potiùs levitate atque impetu abreptam, quàm consultò, & malitiosè peccasse; post factam iisdem facultatem simul convivendi, ac sedulò exploratam utriusque agendi rationem; quum prædicta Maria Warth adversa conflictaretur valetudine, eamque ob rem Viterbii balnea, de licentia præfatæ Cardinalium Congregationis, nullo fructu adiisset; tandem anno MDCXXXVII. indultum illi fuit, ut Leodium cum suo comitatu proficisceretur, quò convalescere posset beneficio illius aeris, quem aliàs salubrem experta fuerat.

Romam ambæ adducentur, ibique loco carceris detinentur, usque ad annum 1637.

Earum errores benignè excusantur.

Anno 1637. Mariæ permittitur, ut valetudinis caussa Leodium se conferat.

VIII. Non ideò tamen Apostolica Sede susceptum consilium curamque abjecit de Jesuitissarum Domibus, seù Convictibus abolendis, & extirpandis; qua de re extant posteriora mandata a prædicta Sancti Officii Congregatione transmissa, & præcisè ad Apostolicum Nuntium Coloniæ degentem anno MDCXL. Cumque deinceps de earum Instituto nihil amplius auditum fuerit; sub Pontificatu demùm felicis recordationis Prædecessoris Nostri Innocentii Papæ XII. plurium tam Ecclesiasticorum, quàm Sæcularium Germaniæ Principum preces ad Apostolicam Sedem delatæ fuerunt, quibus petebatur Confirmatio Instituti quarundam Virginum Anglicanarum nuncupatarum, quæ in variis per Angliam, & Belgium Locis constitutæ dicebantur. Cujus rei cognitio quum a Pontifice demandata fuisset Congregationi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ab hac verò exhibitarum Constitutionum revisio delegata fuisset bonæ memoriæ Leandro Cardinali Colloredo nuncupato; his demùm, aliisque ad rei summam pertinentibus in ipsa Congregatione maturè perpensis, approbatæ fuerunt prædictarum Virginum Regulæ; earumque approbatio deinde a similis memoriæ Prædecessore Nostro Clemente Papa XI. præfati Innocentii successore, confirmata fuit, quum is Apostolicas Litteras edidit, incipientes: *Inscrutabili*: Datas sub Annulo Piscatoris die 13. Julii anni MDCCIII.

Post ulteriora S. Sedis mandata, nil amplius de Jesuitissarum instituto auditur.

Novum Institutum Virginum Anglicanarum Innocentio XII. commendatur a variis Germaniæ Principibus.

Regularum examen committitur Congregationi Concilii, quæ Regulas ipsas approbat.

Approbatio confirmatur Literis Apostolicis Clementis XI.

§. 3. Verùm, ex eo quod præfatæ Mariæ Warth permissus fuit regressus in partes Belgii, ipsaque deinde marte suo in Angliam transmisit, sequentibus verò temporibus alia Jesuitissarum Conservatoria, ut asseritur, fundata fuerunt, ac tandem Clemens XI. supracitatas edidit Literas super approbatione Constitutionum Virginum Anglicanarum, duo Religiosi Viri Corbinianus Khamm, & Franciscus Schmalzgrueber, ille in *Hierarchia Augustana in Prodromo Partis Tertiæ Regularis Relatione VI. pag. 506. & seqq.*, hic autem in suo *Consilio LVI. Tom.* 1., hanc deduxerunt consequentiam, quod scilicet restitutum fuerit Jesuitissarum Institutum, Urbani verò Constitutio abrogata fuerit; id quod a veritate longissimè abest. Nec enim ea, quæ ab Apostolica Sede benignè, aut remissè gesta sunt erga prædictam Mariam Warth, sive quum Romæ detineretur, sive quum valetudinis caussa permissum ei fuit salubriorem adire regionem, non ea, inquam, adversus ipsam Sedem Apostolicam converti, aut in argumentum innocentiæ ejusdem Mariæ usurpari debent. Quæ etenim a gravioribus pœnis ideò exempta fuit, quod Literas a se contumaciter, & seditiosè scriptas in tempore revocasse probavit; nec nisi post diuturnam detentionem in Urbe, loco carceris ipsi assignata, facultatem discedendi, & quidem ex præmissa caussa, obtinuit; hanc profectò sine culpa agnitam, aut pro innocente dimissam fuisse, dici non potest. Neque verò rectè infertur abrogatio Constitutionis Urbanæ ex subsequutis novorum earundem Jesuitissarum Convictuum erectionibus, quæ, si veræ essent, nil aliud probarent, quàm continuatam adversus Apostolica Decreta inobedientiam, & contumaciam. Ita de aliquibus Bizochis, seu Beguinis, qui, postquam proscripta fuerat ipsorum secta, hujusmodi suppressi Instituti habitum a quibusdam Ecclesiasticis Præsulibus susceperant, Prædecessor Noster Joannes Papa XXII. in sua *Extravag. Sancta Romana. De religios. Dom.* pronunciasse legitur: *Quidam autem eorum dictum habitum, & vivendi ritum a quibusdam Episcopis, seu eorum Superioribus, vel aliis Ecclesiarum Prælatis, habuisse profitentur: Quod nec eis concedere licuit contra formam Concilii Generalis.* Quod idem a Nobis diceretur de Jesuitissarum Domibus, siquas post Urbani Constitutionem apertas fuisse constaret; videlicet id nulliter, & indebitè factum fuisse, *contra formam Apostolicæ Constitutionis.* Et sanè Prædecessores quoque Nostri Romani Pontifices in eadem sententia fuisse comprobantur; dum omnia hujusmodi Conservatoria, de quibus post prædictam Constitutionem, ad ipsos relatum est, supprimi, & aboleri mandarunt.

Ex præmissis malè intellectis, falsæ inferuntur consequentiæ favore Instituti Jesuitissarum.

Indulgentiæ Sedis Apostolicæ erga Mariam Warth, hujus innocentiam non probat.

Erectiones novarum Domorum Jesuitissarum, siquæ contra Constitutionem Urbani factæ sint, nil aliud probarent, nisi decessorem contumaciam.

Cui semper Apostolica Sedes se opposuit.

§. 4. Quod autem pertinet ad Literas Apostolicas Clementis XI. super approbatione Regulæ Virginum Anglicanarum; ante omnia sciendum est, quod eidem Clementi Prædecessori ex parte bonæ memoriæ Maximiliani Emmanuelis utriusque Bavariæ Ducis, & Sacri Romani Imperii Principis Electoris expositum fuit, nonnullas ex Anglia Catholicas Puellas Nobiles, a Patria sua Catholicæ Religionis odio expulsas, in ditionis suæ Terras olim perveniisse, ibique ab ipsius Ducis exponentis Avo benignè exceptas, piisque, & liberalibus subsidiis adjutas, sibi quandam Domum, seu Conservatorium constituisse, ibique vixisse, aliasque subinde Puellas, inter eas postmodum receptas, tunc pariter vivere, ac præter alia pietatis opera, Puellis, quæ ipsis erudiendæ tradebantur, docendis, & instruendis incumbere. Cumque eædem nonnullas piè vivendi Regulas sibi observandas præscripsissent, quas Apostolicæ confirmationis Patrocinio communiri magnopere optabant, ideò ipse Maximilianus Dux & Princeps Elector pro hujusmodi approbatione eidem Clementi Prædecessori humiliter supplicabat; prout latiùs in ejusdem Clementis Literis continetur. Cumque hujus-

Regulæ a Clemente XI. approbatæ ad quasdam pertinent Virgines nobiles Anglicanas, quæ unum in Bavaria Conservatorium aperuerant pro Puellarum educatione.

modi

modi Regularum reviſio antea commiſſa fuiſſet Congregationi S. R. E. Cardinalium Tridentini Concilii Interpretum; hæc autem, Regulis ipſis maturè examinatis, eidem Clementi ſententiam ſuam pro earum approbatione aperuiſſet; Pontifex ipſe, per ſupradictas Literas Apoſtolicas, eaſdem confirmare non dubitavit.

In regulis approbatis nulla fit de Jeſuitiſſis mentio.

§. 5. In his autem Literis nulla mentio fit de Jeſuitiſſis, quæ quidem in Urbani Conſtitutione appellantur: *certæ Mulieres, ſeu Virgines, Jeſuitiſſarum nomine aſſumpto*: illæ verò, de quibus agunt Clementis Literæ: *Catholicæ Puellæ Nobiles Anglæ*, nuncupantur. Præterea in Urbani Conſtitutione agitur de Mulieribus, quæ exercebant: *opera permulta, ſexus, & ingenii imbecillitati, & modeſtiæ muliebri, ac virginali præſertim pudori minimè convenientia*: cum aliis, quæ fusè leguntur in Libello a Procuratore Cleri Anglicani exhibito præfatæ Congregationi Cardinalium Propagandæ Fidei negociis præpoſitæ; in quo dicitur, eas Catholicæ Religioni noſtræ apud Hæreticos opprobrium, & ignominiam inferre. Contra verò de Nobilibus Puellis Anglis, in Clementino Brevi dicitur, quod è Patria: *odio Catholicæ Religionis, quæ ibi perſecutionem patiebatur, expulſæ, & extorres* erant. In his etiam Literis nullum verbum fit de ipſa Urbani Conſtitutione; quum tamen, ex perpetua praxi Apoſtolicæ Sedis, quoties aliquid per Literas Apoſtolicas ſtatuitur de quacumque re, de qua præcedentes Pontifices aliqua decreverunt, eorum expreſſa mentio nunquam omitti ſoleat. Neque verò in iiſdem Clementis Literis derogatur præfatæ Urbani Conſtitutioni; cui quidem per clauſulas generales derogari non poterat, ſed ad eam infirmandam, ſpeciali, & expreſſa derogatione opus erat. Ipſis denique Literis appoſita legitur clauſula ſalutaris, videlicet: *Cæterùm non intendimus per præſentes ipſum Conſervatorium in aliquo approbare*: quæ tunc apponi conſuevit, quum approbantur, ſeu confirmantur Regulæ alicujus Conſervatorii, aut Monaſterii Mulierum, ſine clauſura viventium, contra præſcriptum Decretalis Bonifacii VIII., & Decretorum Concilii Tridentini, nec non Conſtitutionis S. Pii Papæ V., quæ incipit: *Circa Paſtoralis.*

Facta utriuſque Inſtituti collatione, eorum conformitas nullibi apparet.

Nec in Clementis Literis derogatur Conſtitutioni Urbani VIII.

Nec ad Conſervatorium ipſum extenditur Apoſtolica approbatio, & confirmatio.

§. 6. In ſumma, neque verum, neque veroſimile eſt, magnum Pontificem Clementem XI., eximia doctrina, & vaſtiſſima negociorum Apoſtolicæ Sedis cognitione præditum (de quo Nos ipſi, qui olim in minoribus conſtituti plures annos in variis muneribus ipſius ſingulari erga Nos benignitate Nobis injunctis, eidem officia, & miniſteria noſtra præſtitimus, & teſtificari poſſumus, & libenter teſtificamur) unius peculiaris Conſervatorii Regulas approbando, in quod nonnullæ Catholicæ Virgines ex Anglia extorres ſeſe receperant, in integrum reſtituere voluiſſe Jeſuitiſſarum Inſtitutum; quod ignorare non poterat, ab Urbano Papa VIII. tamquam Generalium Conciliorum Lateranenſis, & Lugdunenſis, aliiſque Apoſtolicis Sanctionibus contrarium, & quidem graviſſimis de cauſis in ipſius Urbani Conſtitutione relatis, atque in duabus Congregationibus Sancti Officii, & Propagandæ Fidei diù & maturè perpenſis, ſuppreſſum atque abolitum jam pridem fuiſſe.

Multoque minus ad reprobatum jam pridem Jeſuitiſſarum Inſtitutum.

§. 7. Sanè poſt damnatam, abolitamque in Concilio Viennenſi a Prædeceſſore Noſtro Clemente Papa V. quarundam Mulierum ſectam, quæ vulgò Beguinæ vocabantur, de quibus agitur *in Clementin. ad Noſtram. Titul. de Hæreticis*, ubi etiam earum perditi mores enunciantur, quum alter Prædeceſſor Noſter Joannes Papa XXII., nonnullas ex illis ab aliarum criminibus immunes eſſe, atque honeſtè vivere comperiſſet, declaravit has minimè comprehendi debere ſub abolitione Beguinarum a Clemente facta; ut videre eſt in *Extravag. comm. cap. Ratio recta. de Relig. Domib.*, ſed quum præfatus Clemens XI. Anglicanarum Virginum Regulas approbando, nihil prorſus innuerit, quod ad Jeſuitiſſas, & ad Urbani Conſtitutionem referri poſſit, id etiam argumento eſſe debet, nec illi propoſitum fuiſſe prædictam Urbani Conſtitutionem revocare, nec eam aliqua ex parte temperare.

Clemens XI. Urbani Conſtitutionem non modo non abrogare, ſed nec moderari voluit.

§. 8. Quapropter, quum in præfata Congregatione die XXI. elapſi menſis Julii, ut præfertur, coram Nobis habita, decretum fuerit: *Primò, adhuc vigere Conſtitutionem editam a Summo Pontifice Urbano VIII. ſuper ſuppreſſione Jeſuitiſſarum, nec ei unquam fuiſſe derogatum, nec ſubſiſtere aſſertum a nonnullis fundamentum Pontificiæ tolerantiæ dictæ Conſtitutioni adverſantis: Secundò, Inſtitutum Virginum Anglicanarum non eſſe inſtitutum Jeſuitiſſarum: Tertiò, Virgines Anglicanas, reprobatis cæteris aliis Conſtitutionibus, teneri ad obſervantiam earum tantummodò Conſtitutionum, quæ fuerunt confirmatæ a ſanctæ memoriæ Clemente XI. Poſſe tamen ad Sedem Apoſtolicam habere recurſum, quatenus alias edendas cenſuerint*: Nos, qui jam tunc tria hujuſmodi Decreta verbo comprobavimus, eadem nunc præſentium Literarum tenore approbamus, & confirmamus; dictæque Urbani Conſtitutioni debitam obedientiam ab omnibus exhiberi mandamus, omneſque, & ſingulas pœnas adverſus illius tranſgreſſores in eadem propoſitas iterum ſtatuimus, & innovamus; atque inſuper prædicti Clementis XI. Literas plenum effectum habere, nec aliter, quàm juxta earum germanum ſenſum, & juxta præmiſſam declarationem Noſtram, intelligendas, & interpretandas eſſe ſtatuimus atque decernimus; proſſibentes expreſsè ſub pœnis, quæ contra tranſgredientes Mandata Apoſtolica ſancitæ ſunt, ne quis aſſerere audeat, prædictum abolitum Jeſuitiſſarum Inſtitutum ab eodem Clemente redintegratum, & reſtitutum fuiſſe; quantumvis forſan a Virginibus Anglicanis, omiſſis iis, quæ a præfato Urbano Prædeceſſore in Jeſuitiſſarum abolitione damnata, & vetita fuerunt, aliqua pia opera exerceri comperiantur, ex iis, quæ exercebantur ab ipſis Jeſuitiſſis, ideoque iſtarum Inſtituto Anglicanarum Inſtitutum in aliquibus ſimile videri poſſet.

Reſolutio *trium priorum dubiorum*, quæ diſcutienda proponebantur.

Pontifex ipſam reſolutionem confirmat, & mandat obſervantiam Conſtitutionis Urbani VIII. innovando pœnas ibi ſtatutas.

Necnon Clementis XI. literas, juxta earum verum ſenſum, & declarationem hic traditam, ſuum effectum habere.

Aſſeri vetat Jeſuitiſſarum Inſtitutum a Clemente XI. reintegratum fuiſſe.

§. 9. Quam in rem aptiſſimum, & ſatis notum eſt exemplum Quæſtorum eleemoſynarum, qui etiam *Quæſtuarii* appellabantur. Hi duorum Generalium Conciliorum, Lateranenſis, & Viennenſis, cenſurâ primùm conſtricti, ob plures deplorabiles abuſus, quibus in exercenda piarum largitionum quæſtura univerſæ Eccleſiæ Dei ſcandalum inferebant, ut videre eſt in Conſtitutionibus Prædeceſſorum Noſtrorum Innocentii Papæ III. *in cap. Cum ex eo, de pœnit., & remiſſ.*, & Clementis Papæ V. *in Clementin. Abuſionibus. eod. tit.*, radicitùs demum extirpati fuerunt in noviſſimo Generali Tridentino Concilio *ſeſſ. 21. cap. 9. de reform.*, ubi ſtatuitur: *Ut poſthac in quibuſcumque Chriſtianæ Religionis locis, eorum nomen, atque uſus penitus aboleatur, nec ad Officium hujuſmodi exercendum ullatenùs admittantur, non obſtantibus contrariis quibuſcumque privilegiis, aut conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.*

Exemplum affert de *Eleemoſynarum Quæſtoribus*, qui decretis Conciliorum Lateranenſis, Viennenſis, & Tridentini extirpati fuere.

§. 10. Nihilominus poſt Tridentinum Concilium, & ſemper aliàs, & Noſtris etiam temporibus plures invenire licet pro Monaſteriis, Hoſpitalibus, aliiſque piis Locis, eleemoſynas

Nec tamen proſcripti intelliguntur *Patiores Eleemoſynarum* pro Eccleſiis & Locis Piis.

colli-

colligentes; quod olim ab iis fiebat, qui per relatas Canonicas sanctiones aboliti fuerunt. Nec tamen quisquam dicere audebit, recentiores hosce eleemosynarum collectores, ab iis dumtaxat excessibus immunes, quorum veteres illi rei erant, unum idemque Institutum cum ipsis jamdudum abolitis Quæstoribus profiteri: Quum contra ad diversum omnino genus pertinere dignoscantur, cui novas ex integro leges præscripsit sæpe laudatus Prædecessor Urbanus Papa VIII., mandans, ut omnes, & singuli, qui pro Monasteriis, locis Piis, & Hospitalibus eleemosynas conquirunt, providas hujusmodi regulas observare debeant, atque hanc etiam, inter alias, ut *eleemosynarum petitores* nuncupentur, non vero *Quæstores*, quorum nomen Sacra Tridentina Synodus detestatur, ut latiùs continetur in Decreto ejusdem Urbani die XII. mensis Julii anni Domini MDCXLIV. solemniter edito, & relato *Lib.* 17. Decretorum Congregationis Concilii Tridentini *pag.* 350., *& seqq.*

Dummodo regulas ab Urbano VIII. ipsis præscriptas observent.

§. 11. Cum autem, occasione præsentis controversiæ, animadversum fuerit, certisque argumentis comprobatum, hujusmodi Virgines Anglicanas, errore forsan ductas, consuevisse supradictam Mariam Warth, tamquam Instituti sui Fundatricem agnoscere, ejusque emortualem diem festivis ritibus palam celebrare, atque illius laudes Hymno prosequi, & nomen peculiari Collecta, & Litania invocare, denique Beatæ Titulum tam voce, quàm scripto passim illi tribuere; de his in præfata peculiari Congregatione decretum fuit: *Quartò, non posse* (Anglicanas Virgines) *recognoscere in Matrem, seu Fundatricem Mariam Warth, seu della Guardia; multoque minus fas esse ipsis, & quibuscumque aliis, eam invocare, tamquam in Cœlis regnantem, ipsique exhibere cultum publicum, vel alium quemcumque actum, per quem ejus asserta Sanctitas approbari censeatur*: Quod pariter Decretum tunc approbavimus, & nunc præsentis Constitutionis auctoritate roboramus. Facilè enim est intelligere, exhibitos hujusmodi venerationis actus erga prædictam Mulierem (quam quidem, nisi aliquid in contrarium afferatur, piè credimus, delictorum suorum labe expiatam, ac Deo in charitate conjunctam ex hac vita migrasse) non aliò tendere, quàm ut hominum animis insinuetur, eam immeritis in vita persecutionibus vexatam, ab omni demum culpa immunem agnitam fuisse; quum contra, benè perpensis illius vitæ actionibus, magna potius dicenda sit Urbani Pontificis clementia erga ipsam fuisse, dum eam errantem, & Apostolicis jussionibus obluctantem benignitate potius obstringere, quàm pœnis ipsi debitis ad legum præscriptum plectere voluit.

Resolutio Quarti dubii, a Pontifice etiam confirmata.

Series vitæ Mariæ Warth, illius memoriam publico cultu dignam constituere non videtur.

§. 12. Sed quamvis etiam illius vita innocenter traducta, ac perpetuo virtutum fulgore illustris appareret; atque etiamsi post illius mortem ad ejus invocationem miracula facta fuisse, aut fieri constaret; nihilominus, absque prævia Nostra, seu Romani pro tempore Pontificis auctoritate, minimè liceret publicum cultum eidem exhibere; per generalem, & notam Alexandri Papæ III. legem *in Cap. Audivimus de Reliq., & Venerat. Sanctor.* Nec dubitari potest, quin publici cultus rationem habeant illi quoque actus, qui privatim exercentur, ubi sint ex eorum genere, qui ab Ecclesia instituti sunt ad solemnem Beatis, aut Sanctis venerationem exhibendam, cujusmodi sunt illi, quos supra enunciavimus. Neque licet *Beati* Titulo eos appellare, quibus ab Apostolica Sede Beatificationis honores tributi non fuerint, præsertim si appellatio hujusmodi supra personam potius cadat, quàm supra mores, & opinionem; qua de re adest Decretum inter alia a præfato Urbano VIII. Prædecessore Nostro super his edita, de protestationibus in principio Librorum apponendis ab his, qui Servorum Dei vitas conscribunt. Denique interdictum est, ne in die anniversaria obitus cujuscumque Fidelis, qui nondum ab Ecclesia inter Beatos adscriptus sit, omissis suffragiis pro illius animæ requie fieri solitis, Missa de Sanctissima Trinitate, vel de Sanctis omnibus celebretur, aut Panegyricæ conciones habeantur; hæc enim omnia ad Servorum Dei cultum, sine auctoritate Apostolicæ Sedis, inducendum, fovendum, aut amplificandum collineare dignoscuntur: Quibus de rebus a Nobis olim fusè actum est in Opere *de Servor. Dei Beatific., & Beator. Canoniz. lib. II. cap.* 7. *num.* 3., *&* 7. *cap.* 12. *num.* 2. *& seqq. cap.* 13. *num.* 4. *juxta editionem Patavinam.* Quare, approbato, ut præfertur, confirmatoque Decreto superiùs relato, Venerabiles Fratres, Dilectosque Filios, Locorum Episcopos, & Ordinarios, qui in Locis sibi subjectis similia usurpari cognoverint, hortamur in Domino, & admonemus, ut pro eorum Officii debito, consultissimarum hujusmodi Legum transgressores compescere non prætermittant, per legitimas pœnas in ipsis Apostolicis Constitutionibus statutas, de quibus Nos in præfato Opere Nostro *Lib. II. cap.* 16.

Non licet absque auctoritate S. Sedis, publicum cultum cuiquam exhibere.

Aut Beati titulum tribuere.

§. 13. His ita constitutis, assertoque inviolabili vigore Apostolicæ Constitutionis, per quam Urbanus VIII. Prædecessor præfatus Jesuitissarum Institutum perpetuæ abolitioni subjecit, quum simul demonstratum fuerit alterius Prædecessoris Clementis XI. Litteras pro approbatione Regularium præfati Conservatorii Virginum Anglicanarum editas, ad hujusmodi Jesuitissarum Institutum nullo modo pertinere; dictarum verò Virginum Conservatoria, licèt ab Apostolica Sede, ut præfertur, non approbata, ab hac tamen benignè tolerari, utpote ab eodem reprobato Jesuitissarum Instituto realiter distincta, & omnino independentia; cumque nihil adversus hujusmodi Virginum mores coram Nobis deductum extiterit; quin immò eorum opera in instituenda muliebris sexus juventute plurimum apud Nos commendata fuerit; ad dirimendas controversias inter Augustanam Episcopalem Curiam, & præfatum Conservatorium Mindelhemii in ejusdem Diœcesi existens, ut initio diximus, exortas; visum est in prædicta Congregatione inquiri oportere, utrum ejusmodi Virgines pro veris Religiosis haberi debeant, ac Vota, quæ ab ipsis fieri dicuntur, solemnia, an potius simplicia censenda sint; & an Ordinariæ jurisdictioni Episcoporum, aliorumve Præsulum, in quorum Diœcesibus earum Conservatoria sita sunt, subjecta esse debeant. Super quibus, rè maturè pensata, responsum fuit: *Quinto: Virgines Anglicanas non esse verè Religiosas: promissiones, quæ ab ipsis emittuntur, non esse ad summum, nisi Vota simplicia; & transmittendam esse formam, & notificanda verba, quibus dictæ promissiones emittuntur: Sextò, Virgines Anglicanas, earumque cœtus esse jurisdictioni Ordinariæ Episcoporum Subditos, in quorum Diœcesibus sunt; & ad Ordinarios prædictos pertinere deputare Directores spirituales, & Confessarios, qui sibi apti videbantur, sive ex cœtu Presbyterorum Sæcularium, sive Regularium*: Quæ quidem responsa Nos pariter tunc approbavimus, & nunc præsentium tenore, & Apostolicæ auctoritatis plenitudine confirmamus, & roboramus. Si enim ad essentiam Status verè Religiosi requiritur, ut Religio, seu Ordo, in hujusmodi Statu, Apostolicæ Sedis confirmatione stabiliatur, juxta Canonicas sanctiones, de quibus *in cap. Unic. de Religios. Domib. in VI.*, nec sufficit ab

Vel die Anniversario obitus, Missam votivam solemnem celebrare, seu Panegyricas Conciones habere.

Injungitur Ordinariis, ut Leges hac de re latas observari curent.

Pontifex progreditur ad decisionem controversiæ inter Curiam Episcopalem Augustanam, & Conservatorium Mindelhemii.

Ea potissimum pendet ex qualitate Instituti Virginum Anglicanarum, & Votorum, quæ ab ipsis emittuntur.

Resolutio Quinti, & Sexti dubii.

Ad essentiam status religiosi requiritur ut Ordo sit a S. Sede approbatus: nec sufficit confirmatio Regularium.

eadem Apostolica Sede obtinuisse dumtaxat approbationem, & confirmationem Regularum, quas aliqua Virorum, aut Mulierum Societas sibi observandas præscripserit; si Vota pauпertatis, obedientiæ, & castitatis, ab Anglicanis Virginibus emissa ad formam Regularum a Clemente XI. approbatarum, conjuncta dici nequeunt cum expressa, aut tacita Professione in aliquo Ordine per Sedem Apostolicam in Statu veræ Religionis, ut præfertur, approbato; clarè patet, & Statum Virginum Anglicanarum non esse Statum veræ Religionis, & Vota, quæ ab ipsis fiunt, simplicia ad summum Vota, non verò solemnia censeri debere, ad tramites Decretalis Bonifacii Papæ VIII., quæ unica extat sub Titulo *de Voto, & Voti redempt. in sexto.*

Vota solemnia non fiunt, nisi in Professione Religionis approbatæ.

§. 14. Et hæc quidem ex variis facti notitiis, & animadversionibus ex rei natura desumptis, majori etiam in luce collocantur. Quod enim prædictæ Virgines veris Religiosis accenseri non debeant, id jam usque ab anno MDCCVI. responsum fuit a Congregatione tunc existentium S. R. E. Cardinalium negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, in causa tunc inter Conservatorium hujusmodi Virginum Monachii existens, & Ordinarium Loci, Frisingensem videlicet Episcopum, vertente, ejusque Congregationis resolutio a sæpè laudato Prædecessore Clemente XI. confirmata, & approbata fuit per Literas in forma Brevis datas die 5. Martii ejusdem anni incipientes: *Emanavit.* Quod item earum Vota simplicia, non solemnia, dicenda sint, ex ipsis verbis Constitutionum ab eodem Clemente XI. pro illis approbatarum eruitur; siquidem ibi sic legitur: *Licet Regulæ nostræ non tendant ad Statum, sive Ordinem Religiosum; tria tamen Vota emitti solita, Paupertatis, Obedientiæ, & Castitatis, veluti triplicem vivendi modo murum, omnes peculiari studio conservare studeant, nihilque, quod illum ullatenùs debilitare, aut violare possit, admittant:* Denique quum in supradicta Causæ Frisingensis resolutione, Apostolica auctoritate, ut præfertur, approbata, decretum fuerit, easdem Virgines immediatè subjectas esse jurisdictioni, & correctioni Ordinarii; in earum verò Regulis similiter approbatis expressè legatur, quod *duo Confessarii a Superioribus, si commodè fieri possit*, earum cœtibus *proponendi sint;* Superiorum autem appellatione non alii intelligi debeant, quàm Ordinarii Locorum, quorum jurisdictioni eas immediatè subjectas esse, jam demonstratum est; Ex his simul junctis apertè comprobatur justitia Decreti sub *numero sexto* superius relati, in eo quod pertinet ad deputationem Confessariorum, & Directorum spiritualium. In hac autem Decreti parte exequenda, minimè dubitamus, quin Episcopi, & Ordinarii Locorum Apostolicas Nostras Literas superiore anno MDCCXLVIII. Nonis Augusti editas, quarum initium est *Pastoralis Curæ*, præ oculis habituri sint; quibus nempe Literis & plura constituimus observanda in deputationibus Confessariorum Ordinariorum, & Extraordinariorum tam pro Monialibus, quàm pro aliis Mulieribus, seu Virginibus, in piis Domibus, & Conservatoriis degentibus; & Superiorum animos, ad moderatæ facilitatis, & indulgentiæ sensus induendos erga eas, quæ justis de causis Confessarios extra ordinem sibi concedi postulaverint, magnopere hortati sumus.

Congregatio Episcoporum, & Regularium jam pridem decrevit Virgines Anglicanas non esse verè Religiosas.

Constitutiones Virginum Anglicanarum indicant, earum Vota simplicia esse.

Decretum pariter extat, eas esse Ordinariis subjectas.

Confessarios eisdem a Superioribus proponendos statuitur in earum Regulis.

Itaque ab Ordinariis id fieri debebit; servata forma novissimæ Constitutionis Sanctissimi.

§. 15. Porro non hæc duo sola Virginum Anglicanarum Conservatoria, quæ controversiæ causam dederunt, in partibus Germaniæ sunt, sed præter aliud superius memoratum Monachii in Frisingensi Diœcesi existens, unum etiam in Sancti Hippolyti, & aliud in Krembsi, Diœcesis Passavien sis Oppidis seu Civitatibus, aliaque forsan alibi, existunt. Unumquodque eorum a sua Superiorissa locali gubernatur; at præter hanc, aliam quoque Superiorissam supremam agnoscit, quæ Generalis etiam dicitur; propterea quod omnia Conservatoria hujusmodi, præcipua quadam auctoritate moderatur. Nec ea tamen unica est pro omnibus ejusdem Instituti Conservatoriis. Etenim non ita pridem contigit, ut in præfata Cardinalium Congregatione Episcoporum, & Regularium negociis præposita, disputaretur, an Conservatorium Krembsense in Austria erectum, & alia forsan in posterum in eadem Austriæ Provincia sub Regulis a Clemente XI. approbatis erigenda, Superiorissæ Generali in Oppido, seu Civitate Sancti Hippolyti residenti, an verò alteri Superiorissæ Generali in Bavaria commoranti, subesse deberet: Cumque Rescriptum emanaverit pro Superiorissa Sancti Hippolyti, Nos illud per Literas in forma Brevis incipientes: *Exponi Nobis*, datas die xxv. mensis Maji anni Domini MDCCXLII., ac Dilecto Filio Nostro Josepho Dominico Presbytero Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali de Lamberg nuncupato Passaviæ Episcopo pro executione directas, confirmavimus & approbavimus. Contra verò prædicta duo Conservatoria, Augustæ Vindelicorum & Mindelhemii constituta, Bavaricæ Superiorissæ Generali obediunt. Unde quum superioribus annis universa Bavaria ab externis Militibus occuparetur, atque interim advenisset tempus, quo ad novæ Superiorissæ Generalis electionem procedendum erat; Venerabilis Frater Joseph Episcopus Augustanus, pro Pastorali sua providentia & circumspectione, vetuit, ne Superiorissa Localis Augustani Conservatorii, ad ejusmodi electionem peragendam, incommodum & periculosum iter Monachium versus susciperet; sed electionem ipsam, nova methodo pro ea vice prudenter præscripta, Augustæ fieri curavit: ut constat ex ipsius Episcopi mandato, facto die 6. Junii 1745.

Plura Virginum Anglicanar. Conservatoria, præter propriam cujusque Superiorissam loca-

Duæ in Germania sunt Superiorissæ supremæ, seu Generales.

Episcopi Augustani providentia in dirigenda nupera electione Superiorissæ Gen. Bavaricæ, laudatur.

§. 16. Propter hanc igitur Supremam, seu Generalem Superiorissam, aliud vertebatur controversiæ caput inter præfatam Augustanam Episcopalem Curiam, & dictum Mindelheimense Conservatorium; quum Virgines Anglicanæ in hoc commorantes, speciem quamdam exemptionis & independentiæ ab ipsius Episcopalis Curiæ auctoritate sibi arrogare volentes, hoc inter alia obtenderent, quod scilicet obedientiam suam hujusmodi Generali Superiorissæ promiserant. Super quo, matura deliberatione in prædicta Congregatione habita, quum rescriptum fuerit, ut sequitur: *Septimò; nihil innovandum quoad Superiorissam: ejus tamen auctoritatem coercendam esse ad visitationem, superintendentiam in materia educationis Puellarum, translationem Virginum de uno in alium locum; accedente debita subordinatione in prædictis ab Ordinariis Locorum; prout latiùs explicabitur a Sanctitate Sua in Constitutione suis tempore & loco edenda*: Nos hujusmodi Rescriptum, & tunc oretenus approbavimus, & nunc præsentis Constitutionis auctoritate, *juxta modum tamen mox declarandum*, confirmamus, & ratum facimus.

De auctoritate Superiorissæ Generalis, quæstio proposita.

Resolutio VII. *Dubii* confirmata, *juxta modum* in ipsa reservatum.

§. 17. Non hic agitur de Præposita Generali Instituti Jesuitissarum, quæ dudùm, unà cum ipso Instituto, cæterisque prætensis illius Officialibus, in præcitata Constitutione Urbani Papæ VIII. abolita fuit; sed res est de una, vel potiùs de pluribus Generalibus Superiorissis, quibus, ad plura Virginum Anglicanarum Conservatoria diversis in locis constituta, utiliter dirigenda, & moderanda, annuentibus Episcopis, in quorum Diœcesibus hujusmodi Conservatoria erecta fuerunt, suprema quædam

Superiorissæ hujusmodi, annuentibus Episcopis, institutæ sunt, pro meliori regimine Conservatoriorum.

auctoritas in eadem attributa fuit. Nec agitur pariter de tali Superioriſſa Generali, quæ amplam quamdam juriſdictionem in ſubditas exercere, ipſaque ab Ordinaria Epiſcopi auctoritate exempta eſſe debeat; qualis eſſe aſſeritur Superioriſſa Ordinis Fontebraldenſis, pro qua prolixam ſcripſit *Apologiam* Joannes de la Mainferme, duobus juſtis voluminibus editam *Lutetiæ Pariſiorum Anno Domini MDCLXXXIV.*; & de qua plura reperiuntur *in Hiſtoria Ordinum Monaſticorum, Religioſorum, & Militarium ibidem impreſſam Anno MDCCXXI. tom. 6. cap. 2.* Aut qualis eſt Abbatiſſa Burgenſis in Hiſpania, quæ Capitulum Generale in ipſa Civitate Burgenſi ſingulis annis celebrare ſolet, & in plura Monaſteria Regnorum Caſtellæ & Legionis, ſuam juriſdictionem exercet; de qua *in Annalibus Ciſtercienſibus tom. 1. pag. 225.*, & apud *Thomaſſinum de vet. & nov. Eccleſiæ diſcipl. part. 1. lib. 3. cap. 68. num. 12.*, multa habentur. Sed agitur de Superioriſſa Generali nuncupata, cujus facultates circa res parvi momenti verſantur; quæque nullam, quantumvis parvam, facultatem exercere debet, independenter ab Ordinaria auctoritate eorum Præſulum, in quorum Diœceſibus exiſtunt Inſtituti ſui Conſervatoria; quæ omnia & ſingula, ut ſupra dictum eſt, Ordinariæ eorumdem Præſulum juriſdictioni immediatè ſubjecta ſunt, & eſſe debent.

Nec ipſæ exemptæ ſunt ab Ordinariorum juriſdictione, ut de Fontebraldenſi, & Burgenſi aſſeritur.

§. 18. Huic igitur Generali Superioriſſæ minimè licebit Virginem ullam ad ſupradictorum Votorum Profeſſionem admittere, aut Profeſſiones hujuſmodi recipere, niſi prius ipſi ab Epiſcopo neceſſaria facultas ad hunc effectum, ſive peculiariter ad quemlibet actum, ſive generaliter ad omnes, conceſſa fuerit. In Monaſteriis enim, & Conſervatoriis Epiſcopo immediate ſubjectis, ſecundum Canonicam Regulam, Profeſſiones fieri debent in manus vel ipſius Epiſcopi, vel illius, quem, ſeu quam ipſe, ad eas recipiendas delegaverit (cum enim agatur de actu non Ordinis, ſed Juriſdictionis, mulier quoque poteſt ad illum delegari): Quæ Regula apud omnes Eccleſiaſtici juris auctores ſine contradictore recepta, deſumpta eſt ex *cap. Conſuluit. ſub tit. Qui Clerici vel voventes*; ubi prædeceſſor noſter Alexander Papa III. ita ſcribens: *Nec in manus alicujus Epiſcopi, Abbatis, vel Abbatiſſæ, aut ſuper Altare profeſſa eſt, vel obedientiam promiſit*: eorum enumerationem feciſſe cenſetur, qui Profeſſiones perſonarum ſibi reſpectivè ſubjectarum recipere debent.

Superioriſſæ generali Virg. Angl. non licebit aliquam ad profeſſionem admittere, abſque expreſſ. Epiſcopi facultate.

In Monaſteriis Epiſcopo immediate ſubjectis Profeſſiones in manus ipſius, vel delegati ab ipſo, emitti debent.

Facultas tamen hæc Mulieribus delegari poteſt.

§. 19. Eidem tamen Generali Superioriſſæ licebit, prævio expreſſo Diœceſani Præſulis aſſenſu, Conſervatoria, ſeu Domos viſitare, & an in ipſis omnia ad propriarum Conſtitutionum, rectæque diſciplinæ normam gerantur, & quomodò Puellarum inſtitutio ac profectus promoveatur, diligenter cognoſcere. Et hæc quidem per diſcretas mulieres, procul omni periculo, & aptiùs fortaſſe, quàm per Viros, perfici poſſunt; ex iiſque multa ſanè ad Diœceſis regimen opportuna cognoſcere poterit Superior Eccleſiaſticus, Epiſcopus nimirùm, ſeu Ordinarius Loci; ad quem poſt Viſitationem, de omnibus relatio fieri debebit, ut is Paſtoralis providentiæ conſilia capiat, prout in Domino judicaverit. Eadem quoque poterit Magiſtras, & Virgines de uno in aliud Conſervatorium transferre, prout illas in uno potiùs, quàm in alio, oportunè collocandas, & utilem operam præſtituras eſſe, prudenter exiſtimabit; habita tamen ad hujuſmodi tranſlationes pro tempore exequendas, licentia, & facultate illius Ordinarii Præſulis, ſeu illorum, in cujus, vel quorum Diœceſi ipſa Conſervatoria reſpectivè ſita reperiuntur.

Enumerantur actus, circa quos Superioriſſæ ſupremæ officium verſari debet.

§. 20. Ipſius itaque Generalis Superioriſſæ auctoritate intra hujuſmodi limites concluſa, & ad terminos œconomicæ cujuſdam providentiæ, nec niſi cum perpetua dependentia ab Ordinaria Epiſcoporum auctoritate exercendæ, redacta; meritò ſperandum eſt, abſque illius Officii abolitione, (quam quidem prædicta Congregatio neque neceſſariam, neque opportunam fore judicavit) ex Virginum Anglicanarum Conſervatoriis, univerſoque earum Inſtituto, licet ab Apoſtolica Sede tolerato dumtaxat, ſed non approbato, uberes optatæ utilitatis fructus collectum iri. Neque verò timendum eſt, ullum detrimentum inferri canonico ſubordinationis ordini ex juramento obedientiæ ab ipſis Virginibus præſtito, aut deinceps, de ipſius Epiſcopi licentia, ut præfertur, præſtando præfatæ ipſarum Generali Superioriſſæ; Quum hujuſmodi juramenta nihil detrahere valeant Epiſcoporum auctoritati, cui ipſæ ſubjectæ eſſe debent; & cujus inconcuſſæ firmitati innituntur, quæcumque in ſuperioribus Decretis eorumdem Epiſcoporum Ordinariæ juriſdictioni reſervata eſſe, & fore ſtatuimus, & declaravimus. In omni enim juramento ſemper debet intelligi jus Superioris exceptum, ut totidem verbis olim reſpondit Prædeceſſor noſter Innocentius Papa III. in ſua Decretali *cap. Obedientes. de jurejurando.*

Ex Inſtituto Virg. Angl. licet a S. Sede non approbato, ſervata debita Ordinarii ſubjectione, utilitatis fructus ſperari poſſunt.

Juramentum obedientiæ Supremæ Superioriſſæ a Virginibus præſtitum, non lædit ſubjectionem Ordinario debitam.

Cujus jus ſemper eſt præſervatum.

§. 21. Hæc autem ut aliquo exemplo magis confirmentur, remotioribus ſilentio præteritis, juvat ex his, quæ ſub oculis noſtris geruntur, exemplum afferre nonnullorum Convictuum quarumdam Mulierum, *Magiſtrarum* nuncupatarum, quarum aliquæ *Piarum* nomine, aliæ verò *Sanctarum* appellatione diſtinguuntur. Harum omnium Inſtitutum circa educationem, & diſciplinam Puellarum occupatur; quod, quum aliquibus retro annis in Diœceſi Montis Faliſci, dum bon. mem. Marcus Antonius hujus S. R. E. Cardinalis Barbadicus nuncupatus illius regimen obtineret, initium habuiſſet, brevi tempore ad alia loca propagatum fuit, ita ut etiam nonnulla ipſius Inſtituti Conſervatoria in hac ipſa Urbe fuerint conſtituta; ſed exortis in illius regimine quibuſdam controverſiis, in duas diverſi nominis Societates, quæ tamen unum idemque pium opus urgent, diviſum fuit.

Exemplum adducitur *Magiſtrarum Piarum, & Sanctarum* nuncupatarum.

§. 22. Quilibet hujuſmodi Mulierum Cœtus proprium habet Directorem Spiritualem, qui de Animarum cultura tantummodò curam gerit; Utraque verò Societas, ſingulis trienniis, coram proprio Directore Spirituali congregata, ſuam ſibi eligit Generalem Superioriſſam, aliaſque Officiales, Conſultrices nuncupatas; cui quidem Superioriſſæ Generali omnes ejuſdem Inſtituti Magiſtræ ſubjectæ ſunt, & obediunt in iis omnibus, quæ ad Scholarum regimen, earumque progreſſus pertinent. Ipſa verò ſtatis temporibus Scholas omnes Inſtituti ſibi ſubjecti viſitando perluſtrat, quamvis extra Urbem in diverſis per ſuburbicariam regionem Diœceſibus exiſtant. Quæ quidem, quum ab hujuſmodi Generalibus Superioriſſis, ſine detrimento juriſdictionis Ordinariorum, quibus earum Societates immediatè ſubjectæ ſunt, & ſine ipſorum querela pacificè exerceantur; meritò judicari viſum eſt, Anglicanarum quoque Virginum Inſtitutum, firmo quamvis remanente, ut præfertur, Officio earum Supremæ, ſeu Generalis Superioriſſæ, & Chriſtianæ Puellarum educationi valdè proficuum, & etiam ipſis Epiſcopis in Diœceſum ſibi commiſſarum regimine non modico adjumento eſſe poſſe.

Quæ Superioriſſas Generales habent.

Sine præjudicio Subjectionis Ordinariis debitæ.

§. 23. Cujus rei cum Nos juſtam in Domino fiduciam habemus, tum illud ad eam perfi-

Epiſcopi Virgines Anglicanas benigne tra-

ciendam

ctare, & quibus in rebus illas instruere debeant; tam circa earum institutum, quam circa earum Officia.

ciendam conducere maxime poterit, si Ven. Fratres Ecclesiarum Præsules, in quorum Diœcesibus hujusmodi Instituti Conservatoria, vel jam erecta sunt, vel in posterum erigi contigerit, pias hasce Virgines, in excolenda Dominicæ Vineæ parte laudabili studio adlaborantes, benigno favore prosequentur, quod Nos eisdem enixè suademus; tum etiam si eas edocebunt, nec earum Institutum idem esse cum reprobata Jesuitissarum Societate; nec licitum esse publico Cultu venerari eos, qui ab Apostolica Sede inter Beatos, vel Sanctos adnumerati non fuerint; nec omnia, quæ de Servorum Dei gestis, ab Historicis præsertim, pia erga eos affectione præoccupatis, enarrantur, ante ipsius Apostolicæ Sedis examen, atque judicium, pro veris certisque amplectenda esse; earum verò Conservatoria tolerari quidem ab hac eadem Apostolica Sede, sed Institutum ipsum nec approbatum, nec confirmatum esse; obsistentibus Sacris Canonibus, & generali Constitutione Sancti Pii V., ne Religiosæ Mulierum Domus Apostolica confirmatione stabiliantur, quæ se perfectæ Clausuræ legibus non obstrinxerint; si denique eisdem Virginibus demonstraverint, Regulas à Clemente XI. pro ipsis approbatas, earum agendi normam esse debere; aliasque similiter, quas forsan ad earum Instituti perfectionem addendas esse prudenter existimaverint, ipsius Apostolicæ Sedis judicio, pro legitima obtinenda approbatione, subjiciendas esse. Ipsæ autem Anglicanæ Virgines & Pontificiam benevolentiam, & Ordinariorum Præsulum favorem sibi facilè conciliabunt, si Præsules ipsos pro veris, & legitimis Superioribus suis, ut par est, agnoscentes, sibique persuadentes, per obedientiæ juramenta, quæ propriæ Generali Superiorissæ præstiterint, nihil imminui posse de Superiorum Ordinariorum jure, quod semper, ut supra diximus, in omni promissione, ac juramento exceptum intelligi debet, ipsis Diœcesanis Episcopis debita reverentiæ, & subjectionis officia, omni prorsus cunctatione abjecta, studuerint exhibere.

Virgines Anglicanæ quomodo se gerere debeant erga Episcopos & Ordinarios.

§. 24. Hanc animorum, studiorumque concordiam inter Locorum Episcopos, & Anglicanarum Virginum Cœtus fovendam esse reputans, prædicta Congregatio coram Nobis habita, in Causa Conservatorii Mindelheimensis novissimo loco decrevit, ut sequitur: *Ultimò, quod, facta a Virginibus Anglicanis Civitatis Mindelheimensis obligatione observandi contenta in hoc Decreto, restituantur in integrum; Missæ in ipsarum Ecclesia celebrentur, uti priùs: & Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in ea asservetur; pro qua asservatione Sanctitas Sua, cui id reservatum est, facultatem opportunam indulget Episcopo Augustano*: Quod sanè Decretum a Nobis tunc viva voce approbatum, nunc eò libentiùs confirmamus, quod, & præfati Conservatorii Virgines debitam obedientiam jam præstitisse, & pium, suique gregis verè amantem Episcopum Augustanum jam quoque illis indulsisse accepimus, ut in earum Ecclesia, & Missæ, ut prius celebrentur, & SS. Eucharistiæ Sacramentum retineatur. Quoniam verò alterius hujusmodi gratiæ concedendæ jus ad Nos & Apostolicam Sedem privativè pertinet, quod innuit Decretum superiùs relatum, & Canonica docet Disciplina, juxta quam Sacrosancta Eucharistia in Ecclesiis, quæ Parochiales non sunt, retineri non potest, absque præsidio Apostolici Indulti, vel immemorabilis consuetudinis, quæ hujusmodi Indulti præsumptionem inducit; ut latè ostenditur in Commentariis bon. mem. Cardinalis Vincentii Petra ad Romanorum Pontificum Constitutiones, & signanter *ad Constit. 1. Urbani IV. sect. unic. num. 29. & seqq. tom. 3.*; Episcopi autem est, licentiam impertiri, ut idem Augustissimum Sacramentum publicæ Fidelium venerationi exponatur, quoties justa & publica causa id fieri suadeat, ut videre est in nostra Institutione Pastorali in editione Italica *tom. 2. num. 10.*, in Latina verò *num. 30.*; Nos iisdem Virginibus Anglicanis Conservatorii Mindelheimensis, quò obedientiæ erga suum Ordinarium Præsulem, ut par erat, exhibitæ meritum præmium ferant, & donec in eadem obedientia perseveraverint, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, concedimus, & indulgemus, ut Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in earum Conservatorii Ecclesia, sine præjudicio tamen jurium Ecclesiæ Parochialis, asservari, ac retineri possit, & valeat.

Resolutio postremi dubii exponitur, & confirmatur.

Pontifex lætatur de obedientia Conservatorii Mindelheimen., & de Episcopi gratia ipsi restituta.

Licentia asservandi SS. Sacram. in Ecclesiis non Parochialibus a S. Sede dumtaxat concedi potest.

Hanc Pontifex indulget prædicto Conservatorio, donec Virgines in obedientia permanserint.

§. 25. Denique præsentes, dictorumque Urbani, atque Clementis Prædecessorum Literas, necnon præinserta Decreta, aliaque omnia, & singula in ipsis respectivè statuta, disposita, atque sancita, etiam ex eo, quod prædictorum Conservatoriorum, seu aliorum quorumcumque ubilibet existentium Virgines, seu Mulieres, earumque Præpositæ, atque Officiales, & alii quicumque in præmissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere prætendentes eis, nullatenùs consenserint, nec ad ea vocatæ, & auditæ, aut vocati, & auditi, minusque causæ, propter quas eædem præsentes emanarint, adductæ, verificatæ, seù aliàs sufficienter, aut etiam nullatenùs justificatæ forsan dici possent, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sive etiam ex eo quod in præmissis solemnitates, & quævis alia forsan servanda, & adimplenda fuerint, aut ex quovis alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu læsionis, aliove colore, & capite, etiam in corpore Juris clauso, seu occasione, vel causa, etiam quantumvis privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel justitiæ remedium impetrari, aut concedi, aut impetrato, vel concesso quempiam uti, seu se juvare in judicio, seu extra posse, ipsasque præsentes perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes & singulas, nec non omnes & singulos, ad quas, & quos spectat, & quomodolibet in futurum spectabit, inviolabiliter observari; omnibusque etiam & singulis, quorum favorem respectivè concernunt, plenissimè suffragari volumus, & decernimus.

Clausulæ pro præmissorum omnium firmitate, & observantia.

§. 26. Sicque, & non aliter, in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuntios, & eorumdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationes tam ordinarias, quàm particulares, aliosque omes quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere; & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Aliter judicari prohibetur.

1749.

Committitur Ordinariis Locorum, ut præmissa observari faciant.

§. 27. Quocirca Venerabilibus Fratribus, ac dilectis Filiis, Nostris, & Sedis Apostolicæ Nuntiis, nec non Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Locorum Ordinariis ubilibet existentibus, per Apostolica scripta mandamus, ut statim ac præsentes nostræ Literæ ad ipsorum, & eorum cujuslibet notitiam pervenerint, & pro parte aliquorum in ipsis interesse habentium requisiti fuerint, sive etiam ipsi ita expedire in Domino judicaverint, easdem solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra, præmissa omnia, & singula, ac in eis, nec non prædictis Urbani, & Clementis Prædecessorum Literis statuta quæcumque, debitæ executioni demandari, illasque inviolabiliter in omnibus & singulis illarum partibus observari: Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo.

Derogatio contrariis.

§. 28. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula, de non tollendo jure quæsito, nec non piæ memoriæ Bonifacii VIII. pariter Prædecessoris nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad judicium non trahatur, aliisque quibusvis, etiam in Synodalibus, Provincialibus, & universalibus Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non præmissarum Virginum, seu aliorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, seu longa aut immemorabili observantia, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, Usibus, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, exemptionibus, & indultis, aut Literis Apostolicis, quibusvis Personis, Collegiis, Locis, Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, etiam Societatis Jesu, aliisve quibuslibet specifica, & individua mentione dignis, etiam cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam derogatoriarum derogatoriis, & irritantibus in genere, vel in specie, etiam ad quorumlibet, & Supremorum quoque Principum instantiam, seu Motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, & pluries confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, specifica, & individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita, observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat latissimè & plenissimè, ac specialiter, & expresè, ex certa scientia, ac Motu, & potestatis plenitudine paribus, derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Seu si quibusvis communiter, aut divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem.

Publicationi præsentium in Urbe tribuitur vis personalis intimationis omnibus factæ.

§. 29. Ut autem præsentes, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætendere possit; volumus pariter, & mandamus, easdem præsentes per aliquem, seu aliquos ex Cursoribus Nostris ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiæ Generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi & publicari, sicque publicatas & affixas, omnes & singulas, omnesque & singulos, quas & quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique earum, & eorum, nominatim, & personaliter intimatæ fuissent: Utque ipsarum præsentium Literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsùs fides tam in judicio, quàm extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Fidem transumptis præstari decernitur.

Sanctio pœnalis.

§. 30. Nulli ergo omninò Hominum liceat paginam hanc Nostrarum Confirmationis, approbationis, roboris adjectionis, declarationis, prohibitionis, concessionis, voluntatis, mandati, statuti, atque decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, Indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. Pontif. anno 9. die 30. Aprilis 1749.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarn. Dominic. MDCCXLIX. prid. Kal. Maji, Pontificatus Nostri Anno Nono.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 27. Maji ejusdem anni.

IX.

Pro mutuì Commercii libertate inter Provincias Ditionis Pontificiæ asserenda, ac impedienda extractione generum ab eadem Ditione.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Motu Proprio, &c.

Commercii libertas inter Subditos Ditionis Ecclesiasticæ statuta per Literas An. 1748. editas, quas vide Bullar. Tom. II. num. LIII.

BEnche in sequela dell'ampla, & amplissima libertà, che con Cedola di Nostro Moto proprio segnata li 29. Giugno dell'anno prossimo passato 1748. e poi inserita, e confermata solennemente per Bolla, o sia Costituzione perpetua in data deli 8. del mese susseguente di Luglio, benignamente concedemmo a tutti, e singoli abitanti, e commoranti nelle Provincie, e Legazioni di Bologna, Ferrara, Romagna, & Urbino, nella Provincia della Marca, sotto cui intendemmo comprendere anche lo Stato di Fermo, e in altri Governi, Città, Terre, e Luoghi espressi in detto Nostro Moto proprio al §. 1., di poter ciascuno a suo piacimento, & arbitrio non solo vendere, e comprare, o in altro qualunque modo contrattare, ma in oltre estrarre, e trasportare per via di terra in tutto il decorso dell'Anno da un luogo all'altro della medesima Legazione, e Provincia, e respettivamente per nove mesi dell'Anno anche da Legazione a Legazione, e da Provincia a Provincia, Grano, Biade, Formentone, e Marzatelli di qualsivoglia genere, & in qualunque modo denominati, senza domandarne licenza alcuna, nè darne Assegna, Denunzia,

o Notizia nè in voce, nè in ſcritto ai Cardinali pro tempore Legati, Vice-Legati, Governatori, Preſidenti, Magiſtrati, o loro Uffiziali, Cancellieri, e Miniſtri; avrebbe dovuto ogniuno apertamente, e facilmente intendere, che non dovevaſi più aſtringere alcuno a denunziare, & aſſegnare la quantità del Grano, Biade, Formentone, e Marzatelli, o nuovamente raccolta, o per altro qualunque titolo ritenuta, e poſſeduta.

Et turbatur, adactis Aratoribus ad denunciandam quantitatem generum collectorum, &c.

§. 2. Avendo Noi nondimeno riſaputo eſſere ſtati nella Noſtra Provincia di Romagna, e anche altrove, da alcuni Governatori Locali con Editti penali ordinato di dare dentro un certo, e determinato tempo le Aſſegne de' Grani, Marzatelli, e Minuti, ed eſſerſi ancora proceduto all'eſecuzione delle pene non ſolo contro quelli, che non avevano dato le Aſſegne ſuddette, ma ancora contro altri, che le avevano date, ſotto il colore, e pretesto, che non foſſero giuſte; e quindi eſſere avvenuto, ed avvenire, che li Noſtri amatiſſimi Sudditi, e ſpecialmente gli Agricoltori, Coloni, e Contadini, quali noi riguardiamo con particolare Paterno affetto, ſieno rimaſti, e rimangano tuttavia, come lo erano prima di detta Noſtra grazia, & ampliſſima conceſſione, eſpoſti, e ſoggetti a continue veſſazioni, e proceſſure Criminali in evidente danno di tutto il Noſtro Stato.

Pontifex, agnita neceſſitate conſervandi conceſſam libertatem, ſtatuit, ut infra.

§. 3. Perciò ad effetto di togliere, e ſradicare ancor queſto abuſo, & ogni altro pretesto, per il quale ſi voglia ſe non direttamente, almeno indirettamente rendere inutile la ſuddetta Noſtra grazia, e conceſſione, & impedire ſul Grano, & altri generi poc' anzi nominati quella piena libertà di commercio, della quale aſſolutamente, e coſtantemente vogliamo, che godano in pace, e ſenz' alcun minimo diſturbo i Noſtri Sudditi, ſpecialmente dopo aver veduto, mediante l'eſperienza di tutta la ſtagione decorſa, quanto ſia neceſſario per il comodo, utilità, e vantaggio commune di tutti i Luoghi, Terre, e Città del Noſtro Stato, e tanto di quelle, che per natura, e ſituazione loro abbondano di detti generi, quanto dell' altre, che ne ſogliono ſcarſeggiare, il ſuddetto libero, e reciproco commercio.

Edicta pro Denunciationibus propoſita abolet, & irrita declarat.

§. 4. Di Noſtro Moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della Noſtra Suprema, & Apoſtolica Autorità annulliamo, e dichiariamo irriti, nulli, e di niuna forza, e valore, come fatti, e pubblicati contra la Noſtra intenzione, e volontà, tutti, e ſingoli Editti, Ordini, e Bandi fatti, e pubblicati da qualunque ſia Governatore, Vice-Governatore, e Magiſtrato, anche in ſequela di alcuna Lettera, oppure ordine procedente di alcuno de' Cardinali Legati, Vice-Legati, Preſidenti, e Governatori di Provincie, ne' quali ſia ſtato ingiunto l'obbligo di aſſegnare, o in altro qualunque modo denunziare, Grano, Biade, Formentone, Marzatelli, & altri Minuti di qualunque ſpecie, anche ſotto l'apparente, e ſpecioſo colore, che ſia aſſolutamente neceſſario il ſapere per mezzo di tali Aſſegne la quantità del raccolto, per potere, in caſo di biſogno, regolare l'abbondanza, e far ſupplire a chi ne ha d'avanzo a quei luoghi, che ne ſcarſeggiano: Avendo Noi baſtantemente provveduto, ſenza il vincolo, e ſoggezione di dette Denunzie & Aſſegne, al biſogno di ciaſcheduna Città, Terra, e Luogo, con dare in detto Noſtro Moto proprio un tempo più che congruo di tre meſi, ad effetto, che in ciaſcheduna delle Provincie, alle quali abbiamo conceduta la grazia del libero e ſcambievole commercio, non ſolo le pubbliche Abbondanze, li Monti Frumentarj, e li Forni Venali, ma eziandio ciaſcuna Perſona particolare, e privato Cittadino, poſſa comodamente provvederſi del Grano, Formentone, e di ogni altro genere di Biade, e Marzatelli, che ſi raccolgono nella ſua Legazione, o Provincia.

Proceſſus eorum vigore factos annullat; Pœnas exactas reſtitui jubet.

§. 5. In ſequela di che vogliamo, e comandiamo, che ſi abbiano per nulle, & irrite tutte, e ſingole inquiſizioni, Proceſſure Criminali, e Carcerazioni fatte in virtù di detti Bandi, & Editti tanto contro quelli, che dentro il tempo in eſſi preſcritto non aveano date le aſſegne, quanto contro quelli, che le aveano date, ſotto il pretesto, che non foſſero giuſte. Anzi di più vogliamo, & ordiniamo al Reverendiſſimo Card. Silvio Valenti Camerlengo di S. Chieſa, & a ciaſcheduno delli quattro Arciveſcovi di Bologna, Ferrara, Ravenna, & Urbino da Noi ſpecialmente deputati per Giudici, & Eſecutori di detto Noſtro Moto proprio, e Coſtituzione ſopra il libero commercio, che facciano onninamente reſtituire tutte le pene indebitamente eſatte, e riſarcire tutti, e ſingoli danni, ſpeſe, & intereſſi, rilaſciandone, e facendone eſeguire gli opportuni Mandati contro i Governatori, Vice-Governatori, Luogotenenti, Cancellieri, Miniſtri, & altri Uffiziali di qualunque ſorta, dei quali gli coſtarà, che abbiano ordinato, o avuta alcuna parte, & ingerenza nelle dette Inquiſizioni, Proceſſure, Carcerazioni, e Pene: Tolta, e rimoſſa qualunque appellazione.

Ordinationes quaſcumque libertati Commercii contrarias fieri vetat.

§. 6. Per l'avvenire poi, inerendo alla medeſima Coſtituzione, di pari Noſtro Moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della Noſtra podeſtà, confermiamo, e rinoviamo l'ordine in quelle già dato, che niuno dei Cardinali pro tempore Legati, Vice-Legati, Preſidi, o Governatori tanto di Provincie, quanto Locali, Vice-Governatori, Luogotenenti, Segretarj, Fiſcali, Cancellieri, & altri Uffiziali di qualunque ſorta, ſi faccia lecito, e reſpettivamente ardiſca di ordinare, pubblicare, o eſeguire Bandi, Editti, Notificazioni, Tariffe, e ſimili, per le quali ſi rechi direttamente, o indirettamente, immediatamente, o in conſeguenza alcuno, benchè minimo impedimento al ſuddetto libero, e ſcambievole commercio, e alla ſuddetta Grazia, conceſſione, e facoltà di contrattare il Grano, Biade, Marzatelli, e Minuti, e quelli traſportare da luogo a luogo, e da Provincia a Provincia, ſecondo la forma di detta Noſtra Cedola, e Coſtituzione; E perciò ſpecialmente ordiniamo, che niuno di eſſi ſi faccia lecito, & ardiſca di coſtringere, & obbligare in qualunque modo alcuno de' Soggetti alla loro Giuriſdizione a denunziare, & aſſegnare la quantità del Grano, Formentone, Marzatelli, Minuti, e Biade di qualunque ſorta, o che ha raccolta, o che poſſiede, nè dentro li tre Meſi, per li quali abbiam voluto, che reſti in ſoſpeſo il commercio reciproco tra Provincia, e Provincia, e tra Legazione, e Legazione, nè dentro gli altri nove Meſi, per li quali abbiam conceduto libero, perpetuo, e ſcambievole commercio anche da una Provincia all'altra, e da una Legazione all'altra: ſotto le medeſime pene comminate, & eſpreſſe in detta Noſtra Coſtituzione. Avendo Noi riconoſciuto, e tuttavia ſempreppiù riconoſcendo, che per promovere, mantenere, e conſervare in queſto Noſtro Stato Eccleſiaſtico, e nelle ſunnomate Provincie l'abbondanza del Grano, Formentone, Marzatelli, Minuti, e Biade d'ogni ſorta, il ſolo, & unico provvedimento, non apparente, e non palliato, ma ſolido, efficace, e vero, è quello, che abbiamo preſo, e che oggi di

Denunciationes quantitatis fructuum collectorum à nemine exigi poſſe declarat.

nuove confermiamo, d'insistere, e invigilare, che gli generi suddetti non si estraggano fuori di Stato, e che in virtù di tal proibizione restando i medesimi dentro lo Stato, possano circolare, e trasportarsi liberamente da per tutto, ove gli chiama il bisogno, mediante il suddetto libero, e reciproco commercio.

Denunciari tamen jubet genera è Statu Ecclesiastico extrahenda etiam in vim Privilegiorum approbatorum.

§. 7. Ond'è, che sebbene alcune Persone, Famiglie, Collegj, Religioni, & altri, a tenore della detta Nostra Costituzione del libero, e reciproco commercio, abbiano dentro il termine in quella prefisso, esibito, e verificato innanzi la Congregazione Camerale il Privilegio d'estrarre fuori del Nostro Stato Grano, Legumi, Risi, Biade, Marzatelli, e simili, nientedimeno vogliamo, e comandiamo, che li medesimi Privilegiati debbano godere il detto loro Privilegio in maniera tale, che per causa di quello non si rechi pregiudizio alcuno alla Provincia, da cui si vorrà fare l'estrazione, nè a tutto il rimanente di detto Nostro Stato, nè alli diritti della Nostra Camera: E perciò vogliamo ancora, ordiniamo, e comandiamo, che non solo gli Appaltatori Camerali, ma ancora tutti, e singoli Privilegiati, che hanno ottenuto dalla detta Congregazione Camerale il Decreto di verificazione de' loro Privilegj, volendo far uso de' medesimi, debbano denunciare, come già si è ordinato in detta Costituzione, volta per volta, la giusta quantità del Grano, & ogni altro de' suddetti generi, che vorranno estrarre, e a tenore di essa denunzia debbano riportare dai Cardinali pro tempore Legati, Presidi, o Governatori di Provincie la Bolletta, e documento di essa denuncia, quale vogliamo, che loro si conceda del tutto *gratis*, e prima si registri nella pubblica Cancelleria, cosicchè facendo l'estrazione, e trasporto senza tal Bolletta, o prima, che questa sia stata, come sopra, registrata, anche gli Appaltatori, e Privilegiati suddetti incorrano nelle pene imposte in detta Nostra Costituzione, e nelle altre de' Nostri Predecessori; derogando in questa parte, quanto ne faccia bisogno, in forma amplissima, a qualunque Indulto, e Privilegio, che facesse in contrario tanto Nostro, che de' Nostri Predecessori, anche dati, e conceduti per causa, e contratto pubblico, e per titolo veramente oneroso.

Quæ Privilegia ad hanc legem declinandam minime suffragari decernit.

Eadem Privilegia in usum deduci non permittit tribus Anni mensibus, quibus vetita est extractio de una Provincia ad aliam &c.

§. 7. Præsentes quoque Literas, etiam ex eo, quod dicti Custodes, & Pœnitentiarii, & alii quicumque in præmissis quomodolibet interesse habentes, vel habere prætendentes, quibus omnibus & singulis perpetuum desuper silentium imponimus, eisdem præmissis non consenserint, aut se ad ea non vocatos, vel non satis, aut nullo modo auditos fuisse dixerint, aliaque quavis de causa quantumvis juridica & legitima, de ullo subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut alio quocumque defectu notari, impugnari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci nullatenus unquam posse; sed semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & ab iis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari, eisque omninò acquiesci: Sicque & non aliàs per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate & potestate fungentes & functuros, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac eandem Congregationem Lauretanam, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, in quocumque judicio, & in quacumque instantia, ubique judicari & definiri debere: Irritum quoque & inane quidquid secus super præmissis, vel eorum aliquo, aut circa ea a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, pari auctoritate decernimus.

Aliter judicari prohibetur.

§. 8. Non obstantibus Rescripto Nostro prædicto, ac quatenùs opus sit Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, & quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores pro plenè & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariis.

§. 9. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio & extra illud adhibeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Fides præstanda transumptis.

§. 10. Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc paginam Nostrarum constitutionis, ordinationis, moderationis, prohibitionis, pœnarum impositionis, derogationis, præceptorum, decretorum, mandati, & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Sanctio pœnalis.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo nono, sexto Idus Septembris Pontificatus Nostri Anno Decimo.

Dat. Pont. Anno X. die 8. Septembr. 1749.

D. Card. Passionei.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

XII.

Parochi Jurisdictio in Tertiarias conviventes intra Parœciæ fines.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Decretum a Congregatione Concilii in Causa *Januen.* editum.

EMANAVIT nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum in causa vertente inter dilectum filium modernum Rectorem Parochialis Ecclesiæ S. Vincentii Civitatis Januen. ex una, ac dilectas in Christo Filias puellas Tertiarias nuncupatas Ordinis S. Dominici ex altera partibus, super prætensione subjectionis eidem Rectori, & exemptione ab illo, prævia propositione dubii: *an puellæ tertii Odinis S. Dominici Civitatis Januæ, nuncupatæ Tertiariæ, subjectæ sint jurisdictioni Parochi in casu &c.* decretum tenoris sequentis, videlicet: *Die xxvi. Aprilis MDCCXLIX. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum respondit affirmativè. A. Cardinalis Gentili Præfectus. F. A. Furiettus Secretarius: Loco ✠ Sigilli.*

Idem Decretum auctoritate Apostolica confirmatur.

§. 2. Cum autem, sicut prædictus Rector Nobis subinde exponi fecit, ipse decretum hujusmodi, quò firmius subsistat, & servetur exactiùs, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos ipsum Rectorem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum decretum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Clausulæ, & Decreta.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissimè suffragari, & ab illis inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogationes.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesiæ, & Ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 17. Septembris 1749.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVII. Septembris MDCCXLIX. Pontificatus Nostri Anno Decimo.

D. Card. Passionеus.

XIII.

Ad Monasteria Monialium ne quis etiam exemptus, & Ecclesiastica Dignitate præfulgens, accedat, sine Ordinarii Localis permissu.

Ad Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Locorum Ordinarios per Ecclesiasticam Ditionem constitutos.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Facultas accedendi ad Monialium Cœnobia sine permissu Ordinarii ab aliquibus præsumpta.

GRAVISSIMO animi mœrore affecti fuimus, dum a certis viris renuntiatum Nobis est, aliquos esse Præsules, qui regimen Civitatum Ditionis Nostræ obtinentes, nec habitâ, immo nec petitâ quidem ab Episcopis, Locorumque Ordinariis facultate, ad Monialium Monasteria se conferunt, & liberè cum iis colloquuntur; Synodorum decreta, & Episcoporum Constitutiones omnino infringentes, in quibus hujusmodi licentia dignis pœnis prohibetur: Sed non solùm in iis Civitatibus, in quibus sunt cum imperio, eos ita se gerere audivimus; verum in cæteris quoque, per quas casu transeunt, ea ratione innixi, quod a peculiaribus Episcoporum, aliorumque Ordinariorum Constitutionibus sese exceptos esse contendant. Hæc, quæ ad Nos delata sunt, excipere, ac credere non dubitavimus; quum id Nobis etiam Anconitanam, & Bononiensem Ecclesias regentibus coram contigerit, quamvis ægre id ferentes,

Sopra l'Accesso ai Monasteri delle Monache, che da taluni si fa senza le opportune licenze.

Agli Arcivescovi, Vescovi, ed Ordinarj dello Stato Ecclesiastico.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Facoltà presunta da alcuni di andare alli Monasterj delle Monache senza la licenza dell' Ordinario.

NON senza grave molestia dell' animo nostro ci è stato da persone degne di fede riferito portarsi alle volte i Prelati locali Governatori delle Città del nostro Stato ai Monasteri delle Monache, parlare ancora liberamente con esse, senza aver chiesta, ed ottenuta l'opportuna licenza dai Vescovi, ed Ordinarj de' luoghi, contravvenendo alle disposizioni Sinodali, o Costituzioni Episcopali, nelle quali vien prescritto sotto le dovute pene il non accostarsi ai Monasteri delle Monache, e parlare con esse, senza le opportune licenze; e lo stesso praticarsi anche da' Prelati, e Governatori, che essendo Governatori d'una Città, per qualche loro contingenza passano per un'altra, andando nella stessa maniera ai Monasteri delle Monache: pretendendo tutti i predetti di fare quanto fanno, col fondamento d'esser esenti dalle particolari Costituzioni de' Vescovi, ed Ordinarj, che proibiscono

acri- l'ac-

acriter, sed frustra, quos decebat, admonere non prætermiserimus.

Antiqua Decreta, quæ vel ignorantur, vel contemnuntur, innovari oportet.

§. 1. Nihil, aut parum negotii res faceſſeret, ſi ante oculos ponerent Tribunalium Urbis decreta confirmata a Prædeceſſoribus Noſtris, qui res omnes præteritis temporibus non providerunt ſolum, verùm etiam iis ſapientiſſimè conſuluerunt. Sed quoniam aut illa ignorant, aut ſi ſciunt, arbitratu ſuo vivere contendunt, ad eum, qui Eccleſiæ præeſt, omnino ſpectat illa ad memoriam revocare, tum jubere eadem obſervari.

Non ſolum Regularibus exemptis, Præſulibus, & Gubernatoribus, ſed etiam Epiſcopis aliarum Diœceſium, prohibitus fuit acceſſus ad Moniales, ſine Ordinarii Loci permiſſu.

§. 2. Præteritis temporibus Sacræ Congregationes, annuentibus Summis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris, opportunè ſtatuerunt quæ ſibi neceſſaria viſa ſunt, quoad Regulares, qui ſuis fulti legibus, ſive immunitatibus, putabant injuſſu Epiſcopi liberè ſe adire poſſe ſibi addicta Monialium clauſtra, ut videre licet in noſtro Tractatu *de Synodo lib. 7. cap. 41. num. 7.*, ubi eadem decreta indicantur; ſed providentes etiam non tam Gubernatoribus, quàm Epiſcopis, qui aut in Civitates, aut Oppida alterius Epiſcopi juri ſubjecta veniunt, aut inibi commorantur, ſanxerunt, ne quis inſcio Ordinario Monaſteria adiret, aut Moniales alloqueretur; cujuſmodi decreta a recentioribus auctoribus indicantur, ut legitur apud Pellizarium *de Monialibus cap. 5. ſect. 5. num. 210.*, apud Gratianum *diſcept. 392. num. 1.*, apud Tamburrinum *de Jure Abbatiſſarum diſput. 25. quæſt. 2.*, & apud Ferrar. *in ſua Bibliotheca, in verbo Moniales art. 4. num. 34.*

Ordinarius Localis Cuſtos eſt Clauſuræ Monialium, jure Ordinario quoad Monaſteria ſibi ſubjecta, & jure delegato quoad exempta.

Nec aliquis ab ejus directiva auctoritate hac in re exemptus cenſeri poteſt.

§. 3. Canonicis ſanctionibus Monialium cuſtodia juri Ordinario Epiſcopi, ſi Monaſteria ejus poteſtati ſubjecta fuerint, delegato, ſi exempta, committitur; quemadmodum ſtatutum fuit a Pontifice Prædeceſſore noſtro Bonifacio VIII. *in cap. Periculoſo, de ſtatu Monachor. in ſexto*, atque a Sacro Tridentino Concilio renovatum *in cap. 5. ſeſſ. 25. de Regularibus & Monialibus.* Hinc porro omnino ſequitur, Monaſteria adire, Monialeſque inviſere ſine Cuſtodis juſſu licere nemini; ac propterea debere omnes hujuſce rei veniam ab Epiſcopo impetrare, omnes demum ſubeſſe directivæ interdicti auctoritati, ſicut probant citati auctores, & argui facilè poteſt ex præteritis Congregationum decretis.

Decreta ſuper hoc edita confirmantur, & innovantur a Pontifice.

§. 4. Quæ quidem confirmata omnino volumus, ac ſi opus ſit, quod non putamus, nova lege ſancimus, imperamuſque, ne Epiſcopi alienæ Diœceſis Monaſteria conveniant, atque cum Monialibus colloquantur, inſcio Ordinario Loci; eademque omnia firma, rataque eſſe jubemus, etiam quoad Vicelegatos, & Gubernatores licet Præſules, quibus ad Monaſteria acceſſum ſine debita venia, in iis quoque Civitatibus, in quibus cum imperio fue-

l'acceſſo alle Monache ſenza le opportune licenze. Nè Noi abbiamo avuta difficoltà di preſtar fede alle relazioni, ed eſpoſizioni, che ci ſono ſtate fatte; avendo pur troppo, mentre eravamo Veſcovo d' Ancona, e governavamo come Arciveſcovo la Città di Bologna, ſtando a piede fermo in eſſa, veduto con noſtro grave diſpiacere ſucceder così ſotto gli occhi noſtri, poco, o nulla curando le noſtre ammonizioni, ancorchè fatte con qualche calore.

E' neceſſaria la rinovazione degli antichi Decreti, i quali o non ſi ſanno, o ſi diſprezzano.

§. 1. Non può negarſi, che nulla, o poco vi ſarebbe da fare, ſe ſi aveſſero preſenti le riſoluzioni fatte da queſti noſtri Tribunali, ed approvate ancora da' noſtri Predeceſſori; avendo eſſi penſato a tutto ne' tempi paſſati; ed avendo eſſi in altri tempi anche ſaviamente proviſto a tutto. Ma perchè per lo più eſſe non ſi ſanno, o ſe ſi ſanno, ſi prende l'impegno d' operare a capriccio, reſta il peſo in chi attualmente governa di rimetterle nella memoria degli uomini, e d'inculcarne l'oſſervanza.

Non ſolo a' Regolari eſenti, a' Prelati, e Governatori, ma altresì alli Veſcovi di altra Dioceſi vien proibito l' acceſſo alli Monaſteri delle Monache ſenza licenza dell' Ordinario del Luogo.

§. 2. Ne' tempi paſſati non ſolo le Sacre Congregazioni coll' approvazione de' Sommi Pontefici noſtri Predeceſſori hanno ſtabilito quanto era d'uopo in ordine agli acceſſi de' Regolari, che col fondamento della loro eſenzione pretendevano di poter andare ai Monaſteri delle Monache ſottopoſte alla loro giuriſdizione ſenza l' opportuna licenza del Veſcovo, come può vederſi nel noſtro Trattato *de Synodo al lib. 7. cap. 41. num. 7.*, ove ſono indicate, e riferite le accennate riſoluzioni; ma altresì hanno penſato, e proviſto al caſo, non che de' Prelati, e Governatori, ma de' Veſcovi, che o paſſano, o per accidente ſi ritrovano dimoranti in qualche altra Città, o luogo ad altro Veſcovo ſottopoſto, ed hanno determinato, che non poſſano andare ai Monaſteri delle Monache, e parlare con eſſe, ſenza prima aver fatte le dovute parti coll' Ordinario del luogo: e queſte individue riſoluzioni ſono anche indicate dagli Autori moderni, come può vederſi nel Pellizzario *de Monialibus cap. 5. ſect. 5. n. 210.*, nel Graziano *diſcept. 392. num. 1.*, nel Tamburino *de Jure Abbatiſſarum diſputat. 25. quæſt. 2.*, e nel Ferraris *nella ſua Biblioteca tom. 5. in verb. Moniales art. 4. num. 34.*

L' Ordinario del Luogo è il Cuſtode della Clauſura delle Monache, per diritto ordinario circa i Monaſterj a ſe ſoggetti, e per diritto delegato in quanto agli eſenti.

Niuno può riputarſi eſente in ciò dall' autorità direttiva dell' Ordinario.

§. 3. La cuſtodia della Clauſura delle Monache vien commeſſa dalle diſpoſizioni Canoniche al jus Ordinario del Veſcovo locale ne' Monaſteri a lui ſottopoſti, ed al jus delegato ne' Monaſteri eſenti, come fu ſtabilito dal noſtro Predeceſſore Papa Bonifazio VIII. *nel cap. Periculoſo, de ſtatu Monachorum, in ſexto*, che fu rinnovato dal Sagro Concilio di Trento *nel Cap. 5. Seſſ. 25. de Regularibus & Monialibus.* Effetto, e ſequela di queſta cuſtodia della Clauſura è la proibizione, che veruno ſi accoſti ai Monaſteri delle Monache, e parli con eſſe, ſenza la dovuta permiſſione e licenza del Cuſtode; il che porta ſeco, dover ciaſcheduno chiederla, ed ottenerla, per poter andare ai Monaſteri, e parlare colle Monache: e reſtar tutti ſottopoſti all'autorità direttiva della proibizione; come diſcorrono i citati Autori, e come ancora ſi deſume dalle paſſate riſoluzioni.

Si rinovano, e confermano i decreti ſù tal materia emanati.

§. 4. Queſte ſono da Noi pienamente approvate: e, quando mai ve ne foſſe biſogno, il che non crediamo, anche per via di nuova legge determiniamo, non poter i Veſcovi, che ſono fuori della loro reſidenza, andare ai Monaſteri delle Monache ſituati in un' altra Dioceſi, e parlare con eſſe, ſenza la dovuta licenza dell'Ordinario locale; e nemmeno potere i Vicelegati, e i Governatori locali, ancorchè Prelati, andare ai Monaſteri delle Monache

rint, interdicimus.

Distinctio inter auctoritatem directivam, & coactivam.

§. 5. Jam dictum est hosce omnes directivæ Episcoporum auctoritati, eorumque Constitutionibus subjacere, quæ omnino accessum vetant ad Monialium Claustra sine debita facultate. Cum verò iidem Ordinariæ Episcoporum jurisdictioni minimè subsint; ideo sunt immunes a vi coactiva, idest a pœnis contra transgressores statutis, uti ex responso patet Clementis III. Prædecessoris nostri *in cap. A Nobis 21. de sententia excommunicationis.* Ne verò ab hujusmodi immunitate aliquid mali exoriatur, volumus & mandamus, ut si aliquando contigerit, quod futurum non credimus, ut eorum aliqui, quos supra memoravimus, ad Monasteria Monialium se conferant, & cum iis Episcopi injussu agant, infringentes Synodorum sanctiones, atque Episcoporum edicta; volumus, inquam, & imperamus, ut Episcopi Nos, aut Congregationem Episcoporum & Regularium certiorem faciant, ut aliqua ratione contempta Episcopalis auctoritas vindicetur; eoque libentius hujusmodi consilium amplectimur, quod idem a Prædecessoribus nostris decretum novimus, quoties ab Ordinariis adversus personas immunes, & Sedi Apostolicæ immediatè subjectas, procedendum sit; Joannes XXII. *in cap. Cum Matthæus, de hæreticis, in Extravag. com.*, Eugenius IV. *in cap. Divina, de Privileg. in Extravag. com.*

Si quis illam contemnere præsumpserit, Pontifici denunciari præcipitur.

Præsentium executio Ordinariis demandatur.

§. 6. Hæc sunt, quæ a Nobis facienda esse duximus. Tuum nunc est Venerabilis Frater, hanc Epistolam nostram in Cancellaria tua diligenter servare, eamque meliori, qua decet, forma promulgare, iisque, ad quos pertinet, indicere, ejusque executionem procurare: ac Fraternitatem tuam in Domino amplectentes, Tibi & gregi tibi credito Apostolicam Benedictionem impertimur.

Dat. die 31. Oct. 1749.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die trigesima prima Octobris, Anno Domini millesimo septingentesimo quadragesimo nono, Pontificatus Nostri Anno Decimo.

situati nel loro Governo senza la predetta licenza; nè tampoco ai Monasteri situati fuori del loro Governo in altri luoghi, ne' quali abitassero, o pe' quali in occasione di viaggio fossero obbligati a passare.

Distinzione tra l' autorità direttiva, e coattiva.

§. 5. Poc' anzi si è detto, essere tutti questi sottoposti all' autorità direttiva delle Costituzioni de' Vescovi, proibenti l'accesso ai Monasteri delle Monache senza l' opportuna licenza: perchè essendo i predetti esenti dalla loro giurisdizione Ordinaria, restano esenti dalla forza coattiva della loro giurisdizione, che è lo stesso che dire, dalle pene da essi imposte contra i trasgressori, giusta la risposta del nostro Predecessore Clemente III. *nel cap. A Nobis 21. de sentencia excommunicationis.* Ed acciò da questa esenzione non derivi qualche inconveniente, nel caso, di cui si tratta, ordiniamo, che, quando mai in avvenire (il che non crediamo) succedesse, che taluno de' sopraddetti andasse ai Monasteri delle Monache, e parlasse con esse senza la loro licenza, contra lo stabilito ne' Sinodi Episcopali, o nell' Episcopali Costituzioni, o Bandi; ne diano parte a Noi, o alla Congregazione de' Vescovi, e Regolari; che non si lascerà di prendere le dovute misure per vendicare l'autorità Vescovile dispregiata: e tanto più volontieri ci appigliamo a questo temperamento, perchè lo vediamo abbracciato, e stabilito, nel caso di doversi procedere dagli Ordinarj contra gli esenti, ed immediamente soggetti alla Sede Apostolica, dal nostro Predecessore Giovanni XXII. *nel cap. Cum Matthæus, de hæreticis, nelle Stravaganti comuni*, e dall'altro nostro Predecessore Eugenio IV. *nel cap. Divina, de privilegiis*, pure *fra le Stravaganti comuni.*

Se alcuno presumerà di contravenire, si ordina, che venga denunciato al Pontefice.

Si commette agli Ordinarj l'esecuzione della presente Lettera.

§. 6. Ed ecco quanto abbiamo creduto necessario di dover fare. Resta ora a Voi, Venerabile Fratello, il conservare nella vostra Cancelleria questa nostra Lettera, notificarne il tenore nella maniera, che crederete più propria, a chiunque deve essere notificata, pubblicandola in quel modo, che crederete opportuno, ed invigilare per l'esecuzione della medesima: mentre Noi abbracciandovi, diamo a Voi, ed al Gregge alla vostra cura commesso, l'Apostolica Benedizione.

Data li 31. Ottobre 1749.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die trigesima prima Octobris, Anno Domini millesimo septingentesimo quadragesimo nono, Pontificatus Nostri Anno Decimo.

XIV.

Tribunali Sanctæ Inquisitionis in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis adjudicatur cognitio *pertinentiæ* Causarum contra Confessarios exquirentes a Pœnitentibus complicum nomina cum denegatione absolutionis. Eaque in re delinquentes, etiam sine suspicione pravi dogmatis, eidem Inquisitionis Officio denunciari jubentur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

APostolici Ministerii Nostri partes non minus esse putamus, ad suborientes abusus eradicandos, idonea remedia comparare, quàm opportunas rationes præscribere, quibus servatis, ipsa exhibita remedia vim suam obtinere, & optatum effectum reipsa edere valeant.

Perversa praxis nonnullorum Confessariorum detecta.

§. 1. Sanè quum Nobis innotuisset nonnullos esse in florentissimis Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Presbyteros Sacramenti Pœnitentiæ Ministros, qui a pœnitentibus nomen personæ ipsis in peccato, quod confessi fuerant, complicis, aliquando etiam locum habitationis ejusdem complicis, exquirebant, absolutionem quoque sacramentalem iis denegando, qui eorum inquisitionibus satisfacere recusarent.

Damnatur, & ab Episcopis aboleri mandatur per Litteras Apostolicas.

Apostolicis

Apostolicis die VII. Mensis Julii anni Domini MDCCXLV. editis in forma Brevis, quarum initium est *Suprema omnium Ecclesiarum*, quæque impressæ sunt in *Bullarii Nostri Tomo I. num.* 134.

Aliis deinde Litteris, contra impugnantes Decreta Apostolica, aut delinquentes cum suspicione pravi dogmatis, in Officio Inquisitionis procedi jubetur.

§. 3. Has Litteras sub Annulo Piscatoris primum expeditas, in forma specifica deinde confirmavimus, & ampliori robore communivimus per alias nostras Apostolicas Litteras sub Plumbo editas IV. Nonas Junii anni 1746. incipientes *Ubi primum*; quæ etiam impressæ leguntur in *II. Tomo Bullarii Nostri num.* 8. His autem posterioribus Litteris, non solum Tribunali Sanctæ Inquisitionis prædictorum Regnorum, atque Ditionum injunximus, ut contra eos severè procederet, qui priora Decreta nostra impugnare, aut perversè interpretari ausi fuissent, sed etiam *contra Confessarios de nomine complicis Pœnitentem interrogantes, eidemque Pœnitenti, nisi illud sibi manifestaverit, absolutionem denegantes; dummodo tamen hujusmodi interrogandi, & denegandi actus talibus circumstantiis conjunctus sit, ac convestitus, quæ sic agentem Confessarium de adhæsione ad prædictam reprobatam praxim, tamquam ad licitam, vel alio quovis modo de prava credulitate suspectum reddant.*

Additur præceptum denunciationis, non tamen Pœnitenti in causa propria.

§. 4. His cohærenter addidimus præceptum denunciandi Confessarios aliquo ex supradictis modis delinquentes eidem Tribunali Sancti Officii intra terminum dierum pro aliis denunciationibus ab eodem Officio præfigi solitum; exemptis dumtaxat, ex justis grabusque causis, ab hujuscemodi denunciandi onere personis Pœnitentium in causa propria, idest in casu, quod ipsi peccatum suum confitentes, a Confessario adigerentur ad sibi manifestandum nomen complicis in eodem peccato; statuentes tamen, quod *quando aliunde, quam ex propria confessione, noviss.nt Confessarium aliquo ex superius enumeratis, & Sancto Officio denunciandis modis deliquisse, tunc eum & ipsi denunciare ex ista aliunde habita notitia tenerentur.*

Præceptum verò non fuit, ut denunciarentur delinquentes sine dicta suspicione, sed Ordinariorum correctioni relicti fuerunt.

§. 5. Et quoniam id etiam evenire posse prospeximus, ut Confessarius aliquis Pœnitentem de complicis nomine interrogando, atque etiam manifestare nolenti absolutionem negando, id faceret imprudenti certe, ac malo, sed tamen simplici quodam, & nudo actu, *idest iis circumstantiis destituto, quæ de prava credulitate, vel de mala adhæsione ad praxim in nostro Brevi reprobatam, tamquam ad licitam, eumdem Confessarium suspectum redderent*: Ideo in ipsis posterioribus Litteris declaravimus, in hujusmodi casu, neque Confessarium prædicto Inquisitionis Officio denunciandum necessariò fore, nec ejus delictum ejusdem Sancti Officii, & Tribunalis cognitioni subjectum esse, sed ad cujuslibet Ordinarii in propria Diœcesi judicium, & correctionem pertinere; prout in ipsis secundo loco memoratis Litteris latiùs habetur expressum.

Sed quia designatus non fuerat Judex pro controversiis super pertinentia Causarum.

§. 6. Sic igitur justis respectivè statutis finibus, tam jurisdictioni Tribunalis Inquisitionis, quàm Ordinariorum Præsulum auctoritati; persuasum Nobis fuit, certam & tutam rationem procedendi contra Sacerdotes in Sacramenti Pœnitentiæ administratione, ut præfertur, delinquentes assertam per Nos fuisse. Verum quum deinde Nobis ex parte nonnullorum Ecclesiasticæ pacis zelo flagrantium fuerit insinuatum, in hujusmodi methodi executione novis perturbationibus procul dubio aditum apertum iri; propterea quod nemo esset, qui in casibus discrepantiæ, judicium proferret; quoniam delictum idem in certis quibusdam circumstantiis ad Tribunal Sancti Officii, in aliis vero ad Ordinarii judicium deferendum fore statueramus; ac præterea demonstratum Nobis fuerit, quòd, dempto in aliquibus circumstantiis metu denunciationis eidem Inquisitionis Officio faciendæ, id sanè sublatum dici poterat, quo maxime homines a patrando tam pernicioso, & profligato delicto retraherentur. Idcirco Nos, prædictam iterum perversam praxim in utrisque præfatis Litteris Nostris reprobatam atque proscriptam, eorum nempè, qui in administrando Pœnitentiæ Sacramento, complicis nomen, cum absolutionis denegatione, quatenus reticeatur, a pœnitente rescire contendunt, præsentium quoque tenore damnantes, & reprobantes; nec non confirmantes statutam pertinentiam cognitionis hujusmodi causarum prædicto Inquisitionis Officio, quoties delinquentis actus iis circumstantiis, quas in secundo dictis Litteris Nostris latiùs expressimus, conjunctus existat, nec non obligationem denunciandi eidem Officio Confessarium quemcumque, hujusmodi delicti memoratis circumstantiis convestiti reum; excepta tamen ab hujusmodi denunciationis onere ipsa persona pœnitentis in causa propria, juxta id, quod in ipsis præfatis Litteris per Nos decretum, & in præsentibus superius relatum fuit; ad reliquas in futurum perturbationes avertendas, & præcavendas, omnibus maturè pensatis, auditisque prudentium virorum, & in illis rebus apprimè peritorum consiliis, Nostris motu proprio, & certa scientia, sequentes ordinationes, & leges ab omnibus, ad quos respectivè pertinet, & pertinebit in posterum, omnino tenendas, atque observandas, earumdem præsentium tenore, & Apostolica auctoritate edicimus, & promulgamus.

Et denunciationis præceptum visum est utiliter præscribendum pro omnibus casibus.

Ideo Pontifex præmissa confirmat & ulterius statuit, ut infra.

Exceptis pœnitentibus in causa propria, omnibus injungit ut Confessarios quomodocumque in præmissis delinquentes, Officio Inquisitionis denuncient.

§. 7. In primis itaque, exceptis dumtaxat personis pœnitentium in causa propria, ut supra declaratum est, quas quidem justis ex causis ab omni denunciationis onere eximimus, & pro exemptis in tali casu semper haberi decernimus, omnibus & singulis, qui Sacerdotem aliquem sive Secularem, sive Regularem, (cujuscumque gradus, & conditionis, & cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti, etiam speciali, & individua mentione digni; ad hoc, ut præsenti sanctione comprehendatur, existat) quocumque alio modo, præterquam ex ipsa Confessione a semetipsis apud eum peracta, cognoverint in administrando Pœnitentiæ sacramento interrogasse pœnitentem de nomine complicis, eidemque indicare recusanti absolutionem denegasse; sive id fecisse intellexerint propter adhæsionem prædictæ reprobatæ praxi, aliave de causa erroneæ opinionis suspicionis ingerente; sive id etiam per imprudentiam egisse, & per actum præfatis destitutum circumstantiis, propter quas, juxta præcedentem Constitutionem nostram, prædicto Inquisitionis Officio esset denunciandus, & quibus deficientibus, juxta ipsius Constitutionis tenorem, ejus delicti cognitio ad Ordinarii Tribunal spectare debuisset; injungimus, & mandamus, atque in virtute Sanctæ Obedientiæ, sub eisdem pœnis, quibus ad debitas aliorum delictorum denunciationes adstringuntur, præcipimus, & jubemus, ut hujusmodi Confessarium quocumque modo in præmissis delinquentem, sæpe dicto Sanctæ Inquisitionis Officio intra consuetum præfiniti temporis spatium omnino deferant, & denuncient.

Accepta denunciatione, vel detento reo, audiatur Ordinarii Procurator in Tribunali interveniens, si causam ad sui Episcopi

§. 8. Ubi verò Sacerdos delinquens eidem Sancti Officii Tribunali denunciatus fuerit, vel etiam illius carceribus inclusus, quatenus probationes ad carcerationem sufficientes habeantur; si forte Ordinarii illius, cujus jurisdictioni reus subjectus erit, Procurator in ipso Tribunali Sancti Officii de more interveniens eas

adesse

Curiam pertinere contendat.

adesse circumstantias crediderit, ob quas delicti cognitio juxta præcedentem Constitutionem nostram ad Ordinarii Forum spectare deberet; ac propterea insteterit, super hujusmodi pertinentiæ articulo ulteriùs aut fusiùs audiri, vel etiam scripto easdem circumstantias & rationes exponere, suæque Curiæ jura tueri se velle declaraverit; volumus, & statuimus, ut juxta ejusdem Tribunalis consuetudinem, satis temporis illi ad scribendum assignetur; neque interea idem Tribunal ad alium actum irretractabilem, multoque minus ad definitivam sententiam adversus reum devenire possit, donec idem Procurator, intra præscriptum sibi tempus, jura Curiæ Episcopi constituentis sui, vel voce, vel scripto exposuerit.

Judicium super pertinentia fiat in Tribunali S. Officii, & præmittatur omnibus aliis actibus.

§. 9. Quoties autem præfatus Ordinarii Procurator controversiam de pertinentia Causæ proponat, eamque examinari postulet; tunc volumus, in ipso Sancti Officii Tribunali hujusmodi examen fieri; nec omitti posse, absque totius consequentis processus nullitate. Simul autem omnibus, & singulis tum ejusdem Officii Inquisitoribus, & Consultoribus, tum ipsis Ordinariorum Procuratoribus districtè mandamus, ut depositа quacumque animi affectione, aut præoccupatione, qua erga proprium respectivè Tribunal facilè ferri possent, coram Deo disquirant, ac videant, an reus de præfato delicto inquisitus, illud cum ejusmodi circumstantiis patraverit, ob quas illius Causa, juxta præcedentem Constitutionem nostram, ad Inquisitionis Tribunal pertinere deberet; an vero cum aliis, quæ Causam ipsam ex ejusdem Constitutionis lege in Ordinarii Foro judicandam constituunt.

In controversiæ examine solius Justitiæ ratio ab omnibus utrimque habeatur.

Prout judicatum fuerit de pertinentia; ita vel continuetur processus in Officio Inquisitionis, vel reus dimittatur, & Ordinarii judicio relinquatur.

§. 10. Prolato demùm ab Inquisitoribus judicio super causæ pertinentia, volumus, & statuimus, ut si quidem Causa adjudicata fuerit Tribunali Sancti Officii, in hujus potestate reus permaneat, & juxta ipsius Officii leges & regulas puniatur; si verò judicatum fuerit, causam ad Sancti Officii Tribunal non pertinere, idem Officium, ut ejus fert consuetudo, reum dimittat, & Procurator de reo ita dimisso certiorem faciat Ordinarium sui constituentem, ut ea accepta notitia, adversus eundem reum servatis servandis juxta Canonicas sanctiones possit procedere. Si quis autem præmissum Judicii hujusmodi ordinem a Nobis per præsentes constitutum pervertere, aut turbare ausus fuerit, noverit, se omnibus Canonicis pœnis subjectum fore, quæcumque in sacris Canonibus, & Apostolicis Constitutionibus, adversus Ecclesiasticæ Jurisdictionis perturbatores, violatores, & invasores latæ, & statutæ dignoscuntur.

Clausulæ pro perpetua Constitutionis observantia.

§. 11. Præsentes autem Litteras, omniaque & singula in ipsis contenta, atque statuta, etiam ex eo, quod quicumque cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis existant, seu aliàs speciali & individua mentione, & expressione digni, in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ, propter quas ipsæ præsentes emanaverint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia qualibet, etiam privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet defectu, notari, impugnari, aut in controversiam vocari posse; sed ipsas præsentes Litteras semper & perpetuò firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus & singulis præmissis, ad quos spectat, seu pro tempore spectabit, exactè & inviolabiliter observari decernimus.

Aliter judicari prohibetur.

§. 12. Sicque & non aliter in præmissis censeri, atque ita per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & contra hæreticam pravitatem Generales Inquisitores, Legatos quoque de Latere, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque auctoritate, potestate, & præeminentia fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis quibuscumque derogatur.

§. 13. Non obstantibus aliis præmissis Nostris, aliisque quibusvis Apostolicis, & in Universalibus, sive Provincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis Generalibus, sive specialibus Constitutionibus, & quorumcumque Tribunalium, Curiarumve mandatis, Edictis, sive Decretis, nec non ejusdem Inquisitionis Officii, & quarumcumque Ecclesiarum, etiam Episcopalium, & Metropolitanarum, & quorumcumque Ordinum, Congregationum, Religionum, & Institutorum, etiam Societatis Jesu, aliisque quibusvis, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, stilis, usibus, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis eidem Inquisitionis Officio, illiusque Inquisitoribus, Commissariis, aliisque Officialibus, tum etiam Ecclesiis, eorumque Prælatis, Ordinibus, Congregationibus, Institutis, Societatibus, illorumque Superioribus, & Personis quibuslibet, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam efficacissimis, & insolitis derogationibus, clausulis, atque decretis, etiam motu, & Apostolicæ Potestatis plenitudine similibus, seu ad quarumcumque personarum, etiam Regia, aliave qualibet mundana, vel Ecclesiastica potestate fulgentium instantiam, vel aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, quatenus iisdem præsentibus adversentur, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores prædictos pro sufficienter, & de verbo ad verbum expressis & insertis, formasque hujusmodi pro plenè, & exactè observatis habentes, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus.

Fides habenda Transumptis.

§. 14. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio & extra, ubique habeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio.

§. 15. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum confirmationis, moderationis, ordinationis, præcepti, statuti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. die 9. Dec. 1749.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo nono, quinto

Idus

Idus Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Decimo.

D. Card. Paſſioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boſchi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

XV. Erectio Cathedralis Eccleſiæ Terlitien., ejuſque unio æquè principaliter cum Cathedrali Eccleſia Juvenacen., cum avocatione Cauſæ, & extinctione Litis antea pendentis.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Procemium. UNigenitus Dei Filius, qui in Ara Crucis in pretium Redemptionis humani generis immolari non abnuit, pacem illam, quam venit mittere in terras, Diſcipulis ſuis in carne paſſus ejus Sanguine ultrò promeritam ſemel & iterum uberius dedit, & abundantius præcepit, & quidem ut diligerent alterutrum, ac una ſimul ex mutua hujuſcemodi demandata dilectione moniti, illud magno præcepto ſimile agnoſcerent, per quod immenſa debet tanti Conditoris Majeſtas venerari. Nos itaque, qui illius vices, licèt immeritò, gerimus in Terris, & veſtigia ejus, quantum Nobis ex alto conceditur, ſectari ſatagimus, ubi ſentimus unde Divina ipſa mandata valeant utilius adimpleri, protinus lites quaſcumque hoc potiſſimum impedientes, ad Nos avocamus & extinguimus, ac per Noſtræ providentiæ ſtudium &c. cuncta componere procuramus, prout ſalutis animarum ſuadet utilitas, ac procurandæ, exindeque firmandæ, ac tuendæ pacis cogit neceſſitas.

Reſignatio Archipresbyteratus Terlitien. in manibus Papæ. §. 1. Dudum ſiquidem omnes Dignitates, cæteraque Beneficia Eccleſiaſtica apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantia, & in antea vacatura collationi & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes ex tunc irritum & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque poſtmodum Archipresbyteratus Secularis, & Inſignis Collegiatæ Eccleſiæ B. Mariæ Virginis in Cœlos Aſſumptæ, ac S. Michaelis Archangeli Oppidi Civitatis nuncupati Terlitii, in & de Juvenacen. Diœceſi, quæ inibi Dignitas principalis exiſtit, per liberam reſignationem Dilecti Filii Antonii Fioravante nuper ipſius Collegiatæ Eccleſiæ Archipresbyteri de illa, quam tùnc obtinebat, in manibus Noſtris, ad infraſcriptorum tamen effectum, ſpontè factam, & per Nos admiſſam, apud Sedem eandem vacaverit & vacet ad præſens, nulluſque de ipſo præter Nos hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis.

Antiquæ lites & controverſiæ inter Epiſcopos Juvenacen. & Archipreſbyteros Terlitien. §. 2. Cumque deinde, ſicut Venerabilis Frater Noſter Paulus de Mercurio modernus Epiſcopus Juvenacen., ac Antonius prædictus, & dilecti etiam Filii Clerus & Populus dicti Oppidi, Nobis nuper exponi fecerunt, aliàs & poſtquam de anno Domini nongenteſimo quinquageſimo primo, ſeu alio veriori tempore, Eccleſia Juvenacen. in Cathedralem Eccleſiam Apoſtolica authoritate erecta fuerat, ab eo tunc Epiſcopo Juvenacen. pro tempore exiſtente, plurimas controverſias & diſſenſiones contra ipſos etiam a pro tempore exiſtentibus Archipresbyteris dictæ Collegiatæ Eccleſiæ, ratione jurium & præeminentiarum, quæ ab ipſis Archipresbyteris prætendebantur, omnique conatu tuebantur, inductas, jugiter ſuſtinuerint, quæ tamen poſtmodum per binas tranſactiones inter tunc exiſtentes Epiſcopum Juvenacen. & Archipresbyterum prædictos, ad controverſias & diſſenſiones prædictas omnino dirimendum initas, & earum alteram de anno ejuſdem Domini 1459. prius a bon. mem. Latino, dum viveret, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinale Urſini nuncupato tunc Sedis Apoſtolicæ apud tunc temporis Regem Neapolis de Latere Legato, ordinaria, ſeu etiam delegata, & ſucceſſivè a fel. record. Paulo Papa II. Prædeceſſore noſtro Apoſtolica auctoritate reſpectivè confirmatam, uſque ad Concilii Tridentini celebrationem penitus ſiluerunt. Et pro eo quod poſt hujuſmodi celebratum Concilium tunc exiſtens Epiſcopus Juvenacen. crediderat, ſe vigore decretorum Concilii hujuſmodi, illico Collegiatam Eccleſiam hujuſmodi viſitare poſſe, Pax illa, quæ jamdiu perduravit, non ultra effluxerit, imo præmiſſorum ratione antiquis controverſiis & diſſenſionibus hujuſmodi novis ſuppeditatis viribus, lis & cauſa in Romana Curia, & Cauſarum Palatii noſtri Apoſtolici Auditorio coram certo illius Auditore introducta fuerit, quæ ob emanatum ab eodem Auditorio & certo illius Auditore prædicto Deciſionem, qua Epiſcopo Juvenacen. pro tempore exiſtenti jus Collegiatam Eccleſiam ipſam viſitandi concedebatur, uſque ad recentiora tempora in eodem Auditorio ſumma contentione perduravit.

Noviſſima ſuper illis Decreta Benedicti XIII. confirmantur per Litteras Clementis XII. §. 3. Noviſſimè verò piæ memoriæ Benedictus Papa XIII. etiam Prædeceſſor noſter, cui tunc exiſtens Epiſcopus Juvenacen. expoſuerat, quod lis hujuſmodi antiquitus orta, & adhuc tunc indeciſa pendens, nedum Epiſcopo Juvenacen. & Archipresbytero prædictis, nec non Clero & Populo dicti Oppidi pro tempore reſpectivè exiſtentibus, nimis diſpendioſa dignoſcebatur, ſed Divino cultui, & animarum profectui, bonoque regimini, & ſpirituali gubernio prædicti Populi grave damnum afferebant, liti & cauſæ hujuſmodi finem imponere, pacemque & tranquillitatem Perſonis Eccleſiaſticis ſummopere conſentaneam inter prædictos tunc exiſtentes Epiſcopum Juvenacen. & Archipresbyterum dictæ Collegiatæ Eccleſiæ confovere cupiens, litem & cauſam hujuſmodi ad ſe avocaverit, eaſque penitus & omnino extinxerit, ac prædictis Epiſcopo Juvenacen. & Archipresbytero dictæ Collegiatæ Eccleſiæ tunc & pro tempore exiſtentibus perpetuum ſilentium deſuper impoſuerit, ac determinatam quamdam juriſdictionem pro tempore exiſtenti Epiſcopo Juvenacen. conceſſerit, videlicet: quod Oppidum Terlitii foret & eſſet in Diœceſi & de Diœceſi Juvenacen.; Ideoque ad prædictum Epiſcopum Juvenacen. pro tempore exiſtentem ſpectaret & pertineret. I. Jus viſitandi jure ordinario. II. Viſitandi etiam Archipresbyterum jure delegato. III. Procedendi in cauſis Matrimonialibus. IV. Etiam in cauſis criminalibus non levibus. V. Per ſe ipſum ad Ordines ſacros promovendi ſine teſtimonialibus Archipresbyteri. VI. Vel Dimiſſorias concedendi pro promovendis ad eoſdem Ordines. VII. Conferendi Beneficia curata & Cappellanias habentes

annexam

annexam curam Animarum, & respectivè concedendi institutionem authorizabilem. VIII. Destituendi & excommunicandi, interdicendi, & mulctandi; omnia alia faciendi, & exercendi omnes & quoscumque alios actus pertinentes ad Episcopum; qui Vicarium sibi in spiritualibus in dicto Oppido Terlitii, pro suæ Episcopalis jurisdictionis nomine ipsius Episcopi exercitio, deputare teneretur, cum obligatione utendi carceribus Ecclesiasticis in eodem Oppido Terlitii pro custodiendis in eis dumtaxat delinquentibus ipsius Oppidi Terlitii, exceptis tantummodo his, quæ declarabantur competere, & respectivè concedebantur Archipresbytero. Tunc existenti verò Archipresbytero, ejusque in Archipresbyteratum successoribus similiter jurisdictionem, ut infra, concessit; nempe Archipresbyterum fore immediatè subjectum Sedi Apostolicæ, ideoque exemptum a jurisdictione Episcopi, ordinaria dumtaxat, non autem delegata; & propterea illum teneri præstare obedientiam Episcopo in actu Visitationis jure delegato faciendæ quoad ipsum; eidemque Archipresbytero competere jus instituendi, & respectivè conferendi Beneficia Ecclesiastica, & Canonicatus Ecclesiæ Terlitien. in Mensibus & Vacationibus Sedi Apostolicæ non reservatis, non tamen Beneficia quæcumque curata, aut quomodolibet annexam curam Animarum habentia: Jurisdictionem procedendi in causis civilibus ad Forum Ecclesiasticum spectantibus in prima instantia, cum hoc quod appellatio devolveretur ad Episcopum Juvenacen. In criminalibus levibus dumtaxat, in quibus pœna de jure non esset corporis afflictiva, & pro his imponendi & applicandi mulctas, juxta formam præscriptam a Concilio Tridentino; cum declaratione, quod Archipresbyter, Ecclesiastici, & Ecclesia Terlitien. sint exempti a subsidio charitativo, & quarta Canonica; & cum Indulto pro Archipresbytero utendi Pontificalibus, benedicendi Paramenta, Vasa, & omnia alia sacra utensilia, in quibus sacra unctio non interveniret; & interveniendi in Synodo tam Diœcesana, quàm Provinciali; Ac demum nominandi, deputandi, ac benedicendi Concionatores, quatenus nominatio ad alios non pertineret; cum hoc tamen, quod super posteriori concessione hujusmodi tunc existenti Archipresbytero, ejusque successoribus prædictis, per dictum Benedictum Prædecessorem tunc ut præfertur facta, literæ Apostolicæ expediri deberent; quæ subinde, præfato Benedicto Prædecessore nostro de medio sublato, a recolendæ memoriæ Clemente Papa XII. pariter Prædecessore nostro ad præfati summi Apostolatus apicem successivè assumpto emanarunt, ac alias, prout in singulis Benedicti & Clementis Prædecessorum hujusmodi tunc desuper confectis literis plenius respectivè continetur.

Aliæ controversiæ super dd. Litterarum executione.

§. 4. Ipso autem Clemente Prædecessore ad prædicti summi Apostolatus apicem, ut præfertur, assumpto, tunc existens Archipresbyter, ac Capitulum & Canonici dictæ Collegiatæ Ecclesiæ, nec non Populus dicti Oppidi, ad nostrum Signaturæ Gratiæ Tribunal recursum habuerint pro petenda aperitione oris adversus prædictas literas ejusdem Benedicti Prædecessoris, nec non remissione causæ ad Rotam; Quibus obtentis, causaque in eodem Auditorio coram dilecto Filio Nostro Mario tituli Sanctæ Priscæ S. R. E. Presbytero Cardinale Millino nuncupato, tunc Auditorii hujusmodi Decano, noviter proposita, idem Auditorium, prævia desuper emanata Decisione, fuit in sensu, quod prædictæ ejusdem Benedicti Prædecessoris literæ essent exequendæ; quæ quidem decisio, mediante alia decisione coram dilecto etiam Filio Nostro Carolo tituli Sanctæ Mariæ in Ara Cœli nuncupatæ ejusdem S. R. E. Presbytero Cardinali Rezzonico nuncupato tunc uno ex Auditorii hujusmodi Auditoribus edita, confirmata remansit. Sed quia, circa modum ejusdem Benedicti Prædecessoris literas hujusmodi exequendi, in graves prædicto Auditorio ex utraque parte difficultates, & non modicæ etiam prætensiones insurrexerant; proinde nonnullæ aliæ decisiones super variis punctis & dubiis desuper propositis hinc inde favorabiles emanaverint; Et licet gravissimæ expensæ ratione litis & causæ hujusmodi in eodem Auditorio factæ, utramque partem ultro citroque defatigassent; Nihilominus ipsæ partes litibus perniciosè captæ, novas lites in aliis dictæ Curiæ Tribunalibus, quæ adhuc pendent indecisæ, introducere curaverint, litesque hujusmodi, ultra dispendia, quæ utrique parti, ut præmittitur, attulerunt, plura jurgia, contentiones, rixas, & scandala, aliaque plura mala inter personas Ecclesiasticas, & seculares, in maximum Ecclesiasticæ disciplinæ detrimentum, concitaverint, itaut ex rerum confusione brachii secularis auxilium pro sedandis tumultibus, & delinquentibus puniendis, opus fuerit quandoque invocare.

Proponitur erectio Ecclesiæ Terlitien. in Cathedralem, ejusque unio cum Ecclesia Juvenacen.

§. 5. Ipse verò Antonius Archipresbyter præmissorum ratione motus, ad Cleri & Populi hujusmodi calamitates & infortunia eliminanda, ac politiam Ecclesiasticam omnimode restituendam, eidem Paulo Episcopo proposuerit, quod si dicta Collegiata Ecclesia in Cathedralem Ecclesiam Apostolica authoritate per Nos ut infra erigeretur, & illa sic erecta Ecclesiæ Juvenacen. æque principaliter uniretur, ipse Antonius Archipresbyter firmam spem habebat, quod ex erectione & unione hujusmodi Ecclesiastica disciplina prædicta in pristinum restitui, necnon dispendia, ac turbationes, & scandala hujusmodi penitus cessare respectivè deberent; Cui propositioni ipso Paulo Episcopo assentiente, nonnulla capita conventionum, & conditionum, erectionem, & unionem prædictas, per Nos ut infra faciendas, concernentia, Paulus Episcopus, ac Antonius Archipresbyter prædicti efformaverint; & quemadmodum ad prædictam Ecclesiam Juvenacen., dum illa pro tempore vacat, nominatio Personæ idoneæ Romano Pontifici pro tempore existenti facienda ad charissimum in Christo Filium Nostrum Carolum utriusque Siciliæ & Hierusalem Regem Illustrem ex Privilegio Apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, spectare dignoscitur, bon. mem. Trajanus, dum viveret, prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis de Aquaviva nuncupatus, tunc etiam, dum viveret, Regnorum utriusque Siciliæ & Hierusalem apud Nos & Sedem Apostolicam Protector, ejusdem Caroli Regis preces super præmissis Nobis exhibuerit; Nosque preces ipsas benignè suscipientes, negocium hujusmodi Congregationi Consistoriali discutiendum remiserimus; Quæ quidem Congregatio Consistorialis Particularis sub die vigesima octava Mensis Februarii anni proxime præteriti respondit: *Pro gratia erectionis novæ Cathedralis juxta modum & conditiones præscribendas: & ad RR. PP. DD. Datarium, & Auditorem Sanctissimi, una cum Secretario Congregationis, pro erectione*: Et rescripti hujusmodi vigore, dilecti pariter Filii Magistri Joannes Jacobus Millo Datarius Noster, & Clemens Argenvilliers Auditor etiam Noster, nec non Nicolaus Antonellus prædictæ Congregationis Secretarius, insimul congregati sub die vigesima tertia Mensis Aprilis ejusdem anni proximè præteriti, per certa tunc edita Capitula eorum sensum pro animi Nostri instructione desuper aperuerint.

Propositio a Congregatione Consistoriali approbatur.

Pontifex omnes lites & causas ad se avocat, easque extinguit.

§. 6. Nos igitur, attentis præmissis, & ex voto ejusdem Congregationis, aliisque de causis animum nostrum moventibus, Paulo Episcopo, & Antonio Archipresbytero prædictis, nec non Capitulo, ac Clero, & Populo dicti Oppidi specialem gratiam facere volentes, ipsosque & eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis, &, non tamen quoad dictum Paulum Episcopum, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione & causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ac pacem & tranquillitatem jamdiu a litibus & dissensionibus hujusmodi sublatas in pristinum restituere cupientes, omnibusque & singulis præmissis Nobis sic, ut præmittitur, expositis, pro verificatis & plenarie expressis habentes: Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, lites & causas quascumque super jurisdictione prædicta in eodem Auditorio, & quibusvis aliis Romanæ Curiæ prædictæ Tribunalibus coram quocumque Judice, in quocumque statu, & quacumque instantia, inter modernos, & tunc existentes Episcopum Juvenacen., & Archipresbyterum dictæ Collegiatæ Ecclesiæ a pluribus annis introductas, & adhuc indecisas, pendentes ad Nos avocamus, easque penitùs & omnino extinguimus; Ac Paulo Episcopo & Antonio Archipresbytero prædictis, omnibusque aliis & singulis Personis, etiam speciali nota dignis, in lite & causa prædictis interesse quomodolibet habentibus, seu habere prætendentibus, perpetuum silentium imponimus ad præmissorum validissimum effectum.

Status Oppidi, seu Civitatis Terlitien., ejusque Ecclesiæ Collegiatæ.

§. 7. Nec non etiam, pro eo, quod, sicut accepimus, prædictum Oppidum Terlitiense, jam Civitatis nomine decoratum existit, ac inter potissima Loca, Urbesque Provinciæ Baren. ob ejus amplitudinem, situs amœnitatem, rerum ad victum necessarium copiam, ædificiorum elegantiam, Civium nobilitatem, Populique multitudinem ad septem millium circiter numerum ascendentem; Duo Religiosorum Cœnobia, ac alterum insigne & numerosum Sanctimonialium sub Regula Sanctæ Claræ Monasterium: Montem item Pietatis, atque pro alendis pauperibus, & curandis ægrotis, excipiendisque Peregrinis, insigne Xenodochium: Undecim Laicorum Congregationes, sive Oratoria, conspicuum meritò censetur: Illiusque insignis Collegiata Ecclesia præfata, quæ omnes alias Provinciæ hujusmodi in majoritate antecellit, utpote exornata quinque navibus, Altaribus octo, Trono fixo, ac Choro cum stallis superioribus & inferioribus præclarè dispositis; Celebre Organo, Sacristiis duabus, quibus privata Cappella alio Altari constructa adnectitur, ac simul alta ac speciosa campanilis mole, nec non pluribus abundans redditibus, ac satis superque sacris vasis & suppellectilibus variis, etiam ad Pontificalia exercenda necessariis, maximè iis in argento elaborato confectis locupletata, procul dubio Ecclesiis Cathedralibus ejusdem Provinciæ comparari certò potest; Ejusdemque Collegiatæ Ecclesiæ Capitulum quatuor Dignitatibus, Archipresbytero scilicet, qui Pontificalibus insigniis, ut præfertur, decoratus in qualitate Prælati prope ipsam Collegiatam Ecclesiam in Palatio nimis amplo suum habet incolatum: Uno Primicerio, & duobus Cantoribus, ac vigintiduobus Canonicis, ac supra septuaginta Participantibus, qui unà cum hujusmodi Dignitates inibi obtinentibus, & Canonicis præfatis, servata forma statutorum ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ, in ea pro Divinis Officiis absolvendis inserviunt, referta dignoscitur.

Dictam Ecclesiam in Cathedralem erigit, & Juvenacensi æquè principaliter unitam fore decernit.

§. 8. Collegiatam Ecclesiam prædictam, illiusque titulum, denominationem, naturam, & essentiam Collegiatæ, itaut illa ex nunc Collegiata esse desinat, & illa uti talis amplius dominari, inscribi, censeri, vel reputari non possit, Apostolica authoritate perpetuò supprimimus, & extinguimus; illisque sic per Nos, ut præfertur, suppressis & extinctis, Collegiatam Ecclesiam ipsam in Cathedralem Ecclesiam Terlitiensem nuncupan., sub eadem invocatione Beatæ Mariæ Virginis in Cœlos Assumptæ, & Sancti Michaëlis Archangeli dicta Apostolica authoritate perpetuò erigimus, eamque sic erectam Ecclesiæ Juvenacen. æquè principaliter etiam perpetuò unimus, itaut in posterum eadem Collegiata Ecclesia dicti Oppidi per Nos, per præsentes ut præfertur, suppressa & extincta, & in Ecclesiam Cathedralem Terlitien., etiam per præsentes, ut præfertur, erecta, ac etiam, ut præfertur, dictæ Ecclesiæ Juvenacen. æquè principaliter unita, Concathedralis cum eadem Ecclesia Juvenacen. esse & recognosci debeat; neque una alteri subjecta sit, sed ambæ sint independenter & æquè principaliter unitæ; dictusque Paulus Episcopus utrique Ecclesiæ hujusmodi præsit, ac Juvenacen. & Terlitien. Episcopus censeatur & sit. Ipsaque Ecclesia Terlitien. in Ecclesiam Cathedralem per Nos per præsentes, ut præfertur, erecta, dictæque Ecclesiæ Juvenacen. pariter, ut præfertur, æquè principaliter unita omnibus facultatibus, exemptionibus, prærogativis, honoribus, & juribus, quæ ad Ecclesias Cathedrales, & præsertim ad Ecclesiam Juvenacen. pertinent, sub infrascriptis tamen conditionibus, fruatur, & gaudeat. Ac nominatio Personæ idoneæ Romano Pontifici pro tempore existenti facienda, quæ ad prædictum Carolum Regem ad ipsam Ecclesiam Juvenacen., ut præfertur, pertinere dignoscitur, deinceps simul ad utramque Ecclesiam Juvenacen. & Terlitien. per Nos per præsentes, ut præfertur, æquè principaliter unitas, ad eumdem Carolum Regem spectare dignoscatur.

Unionis leges & conditiones.

§. 9. Cum hoc tamen, quod in omnibus, & quibuscumque actibus, etiam respicientibus Ecclesiam Terlitien. &c. præferatur semper denominatio Ecclesiæ Juvenacen. Et Episcopi ad prædictas Ecclesias Juvenacen. & Terlitien. sic, ut præfertur, æquè principaliter unitas pro tempore nominandi, & respectivè Apostolica authoritate prædicta promovendi, possessionem semper & in perpetuum capiant prius in Ecclesia Juvenacen. & deinde in altera Terlitien., atque ita in perpetuum servetur: Nec non duos Vicarios in spiritualibus generales, unum videlicet pro Juvenacen. & alterum pro Terlitien. respectivè Ecclesiis, sic, ut præfertur, æquè principaliter unitis, etiam perpetuò debeant deputare, qui jurisdictionem, dependenter tamen ab Episcopo pro tempore existente, exerceant. Tempore verò vacationis Sedis Episcopalis, Capitulum Ecclesiæ Terlitien., perinde ac illud Ecclesiæ Juvenacen., proprium Vicarium Capitularem jurisdictionem suam independenter a Vicario Capitulari Juvenacen. exercere debentem eligat. Vicarius autem in spiritualibus generalis Ecclesiæ Terlitien. judicabit reos & delinquentes in carceribus Curiæ Terlitien. detentos, & in casu dumtaxat avocationis causarum, liceat Episcopo pro tempore existenti transferri facere reos ad carceres Curiæ Juvenacen., ubi ipse residerit; sed hoc fiat æqua moderatione, & rarò, justisque de causis, & in rebus arduis & gravioribus. Quodque modernus & pro tempore existens Juvenacen. & Terlitien. Episcopus, pro Ordinationibus

tionibus Presbyterorum, ac concursibus super Parochialibus Ecclesiis ad formam decretorum Concilii Tridentini habendis, aliisque rebus hujusmodi, Examinatores Synodales in Ecclesia Terlitien. eligere atque habere debeat, a quibus etiam Clerici & Presbyteri Ecclesiæ Juvenacen. examinari possint, si, dum Episcopus pro tempore in Civitate Terlitien. residerit, opus fuerit: & è converso idem servetur, quando Episcopum in Civitate Juvenacen. residere contigerit. Ipseque modernus, & pro tempore existens Juvenacen. & Terlitien. Episcopus temporibus ab eodem Concilio Tridentino præscriptis in Ecclesia Cathedrali Juvenacen. residere teneatur: Curet tamen residere etiam in Ecclesia Cathedrali Terlitien. signanter in aliquibus diebus solemnioribus; Pro cujus habitatione, habita per modernum Episcopum Ecclesiæ Terlitien. possessione, tradantur Ædes Archipresbyterales, quæ in ejus & pro tempore existentis Episcopi prædicti plenum dominium transire debent cum omnibus earum partibus & membris, exceptis tamen quæ locari solent, nempè Piscinæ olei, stabula, officina, aliaque hujusmodi, ex quibus redditus Mensæ Archipresbyteralis constitui consueverunt, quorum fructus, redditus & proventus eidem Antonio Archipresbytero inferius reservamus. Archivium itidem Archipresbyterale cum omnibus scripturis & documentis ad Ecclesiam Terlitien. spectantibus, salvum & integrum servare teneatur; neque scripturas aliò transferre possit; Quinimo Capitulum Ecclesiæ Terlitien. quocumque tempore a Custode Archivii hujusmodi pro tempore rationem officii sui & scripturarum ejus fidei commissarum reposcere possit & valeat. Ac modernus & pro tempore existens Episcopus Juvenacen. & Terlitien. ex quocumque titulo, causa, vel prætextu, etiam constructionis, aut refectionis Ædificiorum, monumenta, insignia, lapides, & inscriptiones ad præteritos Archipresbyteros & Capitulum Terlitien. spectantes nunquam amovere, delere, aut deformare possit; Sed & teneatur in novis Ædificiis constituendis, vel veteribus restaurandis, fideliter reponere & conservare. Quodque unicam Synodum Diœcesanam habeat. Prima autem, quæ post præsentis gratiæ concessionem pro utraque Diœcesi celebrabitur, habeatur in Ecclesia Juvenacen.; & deinde liberum sit Episcopo pro tempore existenti eamdem Synodum in una vel altera Ecclesia, seu Juvenacen. seu Terlitien. congregare; & in ea, quoties illam haberi contigerit, Capitulum Juvenacen. semper præcedat Capitulo Terlitien. Dicto vero moderno & pro tempore existenti Juvenacen. & Terlitien. Episcopo, donec prædictus Antonius Archipresbyter infrascriptos fructus, sibi ut infra reservandos, perceperit, a nunc & pro tempore existentibus Capitulo, & Canonicis, ac Locis piis Terlitiensibus centum ducati Regni Neapolitani &c. annuatim persolvantur, absque eo quod modernus & pro tempore existens Juvenacen. & Terlitien. Episcopus prædictus aliquid aliud prætendere possit; Non comprehensis tamen in eisdem centum ducatis monetæ prædictæ, juribus Curiæ, aliisque ex literis patentibus collationis Beneficiorum Ecclesiasticorum, Canonicatuum, & Dignitatum provenientibus, quæ a die captæ possessionis, ad modernum, donec vixerit, ac Juvenacen. & Terlitien. Ecclesiis prædictis præfuerit, & deinde ad pro tempore existentem Juvenacen. & Terlitien. Episcopum pertinebunt. Ipseque modernus & pro tempore existens Juvenacen. & Terlitien. Episcopus, pro visitatione Ecclesiarum, & Locorum piorum Civitatis Terlitien., nullam procurationem exigere possit; Sed pro Cathedratico & Synodatico, ac subsidio charitativo, & pro quocumque alio titulo, ac jure, percipere debeat annuos ducatos quadraginta ejusdem monetæ &c. quin ullum aliud subsidium charitativum a nunc & pro tempore existentibus Capitulo, & Canonicis ejusdem Ecclesiæ Terlitien., præter ipsos ducatos quadraginta monetæ prædictæ, prætendere queat; adeout sit in arbitrio & libera voluntate eorumdem Capituli & Canonicorum, ac Civium Terlitiensium, ea, quæ ab Archipresbyteris pro tempore exigi hoc nomine solebant, illi, si velint, subministrare. Post decessum tamen, seu ad alicujus Ecclesiæ regimen promotionem dicti Antonii Archipresbyteri, quem dictus Paulus Episcopus tam proprio, quàm in præfatis Juvenacen. & Terlitien. Ecclesiis successorum suorum nomine, tum etiam Deputati Capituli & Canonicorum, ac Communitatis Terlitien. in pacifica perceptione eorumdem fructuum sibi, ut præfertur, inferiùs reservandorum non molestandi se obligarunt, in ipsorum fructuum perceptione, & fruitione modernus, & pro tempore existens Juvenacen., & Terlitien. Episcopus succedat, non comprehensa tamen in eisdem fructibus ea portione, quam nunc ex bonis ad Capitulum & Canonicos Ecclesiæ Terlitien. spectantibus dictus Antonius Archipresbyter percipit; sed ea integrè, atque omnino, cum omnibus suis fundis, ad eosdem Capitulum, & Canonicos Terlitien. revertatur.

Suppressio Archipresbyteratus Terlitien.

§. 10. Cumque prædictus Antonius Archipresbyter, ut omnibus litibus, & controversiis hujusmodi in futurum occasio adimatur, eumdem Archipresbyteratum, quem tunc, ut præfertur, obtinebat, in prædictis manibus nostris, ad præmissorum effectum, reservatis tamen sibi validè infrascriptis fructibus, redditibus, & proventibus, & non aliàs, aliter, nec alio modo resignaverit, Nosque resignationem hujusmodi pariter, ut præfertur, admittentes, Archipresbyteratum prædictum, cujus, & illi forsan annexorum, fructus, redditus, & proventus, etiam unà cum incertis, centum octoginta ducatorum auri de Camera, secundum communem æstimationem, valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt &c. sive præmisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per similem, aut aliam liberam resignationem dicti Antonii, vel cujusvis alterius de illo in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & Testibus spontè factam, aut assecutionem alterius Beneficii Ecclesiastici quavis auctoritate collati, non tamen si per obitum vacet, etiam si tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranensis statuta Concilii ad Sedem prædictam legitimè devoluta, dictusque Archipresbyteratus dispositioni Apostolicæ specialiter, vel aliàs generaliter reservatus existat, & super eo inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo ejus dispositio ad Nos hac vice pertineat, illiusque titulum collativum, denominationem, naturam, & essentiam Archipresbyteratus dignitatis principalis collativæ, ita quod ille ex nunc collativus esse desinat, & si de cætero ut talis in titulum collativum conferri, aut impetrari, aut aliàs de illo quovis modo disponi contigerit, collationes, provisiones, impetrationes, & quævis aliæ dispositiones hujusmodi de illo sic faciendæ, nullæ, & invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, nullique suffragentur, aut coloratum titulum possidendi cuiquam tribuant, Apostolica auctoritate prædicta, etiam perpetuò supprimimus, & extinguimus.

Erectio Archidiaconatus, & Archipresbyteratus cum cura animarum in Cathedrali Terlitien.

§. 11. Illisque sic suppressis, & extinctis, in eadem Ecclesia Terlitien. per Nos in Cathedralem erecta &c., ut illa majori cum honorificentia & decore deserviatur, unum Archidiaconatum,

qui

qui in eadem Ecclesia Terlitien. &c., dignitas post Pontificalem major, & Sedi Apostolicæ prædictæ semper reservatus existat, pro uno Presbytero futuro in ea Archidiacono, qui dictæ Ecclesiæ Terlitien. &c. illiusque Capituli caput existat, & tam in Choro, quàm in Capitulo, Processionibus, aliisque actibus, & functionibus Capitularibus tam publicis, quàm privatis, præsit, ac præeminentiam, & præcedentiam, primumque, & digniorem locum, nec non vocem activam, & passivam, & votum in eodem Capitulo habeat. Ac unum Archipresbyteratum, qui etiam in eadem Ecclesia Terlitien. &c. secunda Dignitas existat, pro uno Presbytero futuro in ea Archipresbytero, cui omnimoda animarum dilectorum Filiorum Parochianorum ejusdem Ecclesiæ Terlitien. &c. cura, quæ ante dictæ Collegiatæ Ecclesiæ, quæ etiam Parochialis existebat, suppressionem, & extinctionem per Nos per præsentes, ut præfertur, factas hujusmodi, per unum, & alterum, seu plures Vicarios amovibiles Curatos nuncupatos exercebatur, in futurum perpetuò immineat; quique etiam tam in Choro, quàm in Capitulo, Processionibus, aliisque functionibus, & actibus Capitularibus publicis, & privatis hujusmodi, secundum locum post Archidiaconum, ac etiam vocem activam, & passivam, nec non votum in ipso Capitulo habeat. Ipsique Archidiaconus, & Archipresbyter pro tempore futuri unà cum aliis Dignitates per Nos, ut infra, declarandas inibi obtinentibus, nec non Canonicis dictæ Ecclesiæ Terlitien. &c. pro tempore existentibus, Capitulum in posterum dumtaxat constituere debentibus, illius Capitulum hujusmodi in futurum tantum constituant, & apud illam personaliter residere, & in ea quoque unà cum prædictas Dignitates per Nos, ut infra, declarandas inibi, ut præfertur, obtinentibus, ac Canonicis prædictis, Divina Officia, cæteraque Ecclesiasticas functiones inibi celebrare, horasque Canonicas tam diurnas, quàm nocturnas decantare, recitare, & psallere, ac eidem Ecclesiæ Terlitien. &c. in omnibus, & per omnia laudabiliter deservire, illiusque statuta imposterum edenda debitè, exactèque observare debeant, & teneantur. Nec non omnibus, & singulis Privilegiis, exemptionibus, facultatibus, & libertatibus, immunitatibus, præeminentiis, gratiis, honoribus, antelationibus, indultis, & prærogativis, quibus aliarum Cathedralium post Pontificalem majores, ac etiam in eis inferiores Dignitates de jure, & de consuetudine, aut aliàs quomodolibet gaudere solent, eisque debentur, respectivè gaudere liberè, & licitè possint, & valeant; Cum onere tamen, quod Archipresbyteratum per Nos per præsentes, ut præfertur, erectum pro tempore obtinens, sibi de idoneis Vicariis Curatis ad ejus nutum amovibilibus, qui eum juxta Populi necessitatem in administratione Sacramentorum coadjuvent, providere teneatur, eadem Apostolica auctoritate pariter perpetuò erigimus, & instituimus; illisque sic per Nos per præsentes erectis, & institutis pro Archidiaconatus, & Archipresbyteratus hujusmodi congrua, & competenti dote, illosque pro tempore respectivè obtinentium congrua substentatione, ex nunc videlicet Archidiaconatum, & Archipresbyteratum prædictos pro tempore respectivè obtinentibus simplicem participationem distributionum quotidianarum dictæ Ecclesiæ Terlitien. &c. inservientibus, & in ea interessentibus dari solitam, donec & quousque infrascripta fructuum, reddituum, & proventuum reservatio per dicti Antonii decessum, seu ejus promotionem præfatam cessaverit; Ipsa verò fructuum, reddituum, proventuum prædictorum reservatione, sic, ut præfertur, cessata, Archidiaconatui videlicet ultra simplicem earumdem distributionum quotidianarum participationem prædictam, quinquaginta ducatorum monetæ prædictæ: Archipresbyteratui verò per Nos per præsentes, ut præfertur, erectis præfatis, pariter ultra simplicem dictarum distributionum quotidianarum participationem hujusmodi, aliorum quinquaginta ducatorum ejusdem monetæ respectivè summas, a mensa Archipresbyterali dicti Archipresbyteratus per Nos per præsentes, ut præfertur, suppressi desumendas.

Futuri Archipresbyteri jura & onera statuuntur.

§. 12. Ipsique Archipresbyteratui prædicto omnia emolumenta, & jura tam certa, quàm incerta, primitias, & Stolæ nuncupata, ratione exercitii curæ animarum lucrifieri, & percipi solita, quæ antea ad primodictos Vicarios Curatos spectabant, & pertinebant; ita quod liceat futuris ejusdem Ecclesiæ Terlitien. Archidiacono, & Archipresbytero summas præfatas eisdem modo, & forma, quibus ante dictæ Collegiatæ Ecclesiæ, nec non ejusdem Archipresbyteratus, ut præfertur, suppressæ, & extinctæ, ac suppressi, & extincti respectivè suppressionem, & extinctionem hujusmodi, Mensæ Archipresbyterali, & Archipresbyteratui per Nos per præsentes, ut præfertur, suppresso, & extincto, competebat: Eidemque Archipresbytero pro tempore futuro, omnia emolumenta, & jura præfata prædictis Vicariis Curatis antea competentia, cum prædicto tamen onere secundodictos Vicarios ad nutum amovibiles, ut præfertur, habendi; ac cum hoc etiam, quod quotiescumque ipse futurus Archipresbyter, prout etiam Vicarii Curati, ut præfertur, deputandi prædicti, si in dicta Ecclesia Terlitien. Presbyteri Participantes extiterint, in exercitio curæ animarum hujusmodi, ac Sacramentorum administratione occupati fuerint, pro præsentibus habeantur, dictaque distributiones pro rata eis respectivè debitas lucrari possint, & valeant; quodque Capitulum, & Canonici dictæ Ecclesiæ Terlitien., nec non Confratres Confraternitatis Sanctissimi Corporis Christi nunc etiam pro tempore existentes, illa omnia, quæ ante Archipresbyteratus per Nos per præsentes erecti præfati erectionem hujusmodi primodictis Vicariis Curatis pro administratione Sacramentorum, & respectivè associatione Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti subministrare solebant, ea itidem omnia absque ulla prorsus differentia & diminutione, ad præmissorum effectum, Archipresbyteratum prædictum per Nos per præsentes, ut præfertur, erectum, nunc & deinceps pro tempore obtinenti subministrare respectivè debeant, & teneantur, respectivè percipere, exigere, lucrare, ac in eorum, & utriusque eorum respectivè usus, & utilitatem convertere, Diœcesani loci, vel cujusvis alterius licentia desuper minimè requisita, Apostolica auctoritate prædicta similiter perpetuò applicamus, & appropriamus.

De aliis Dignitatibus, & Canonicatibus, novæque Cathedralis Ecclesiæ Capitulo.

§. 13. Præterea quod Primiceriatus nunc secunda, deinceps tertia cum eadem præeminentia in Choro, quam primus Cantor de præsenti habet, & primus Cantoratus nunc tertia, in futurum quarta, qui custodiam Archivii Capitularis perpetuò habeat, adeo ut ipse semper, ac perpetuò sit unus ex custodibus Archivii; Alter verò, seu secundus Cantoratus, nunc quarta, imposterum quinta, etiam Sacristæ nuncupandus, ad quem Custodia Sacrarii, & sacræ supellectilis, sacrorumque vasorum semper pertineat, respectivè dignitates dictæ Ecclesiæ Terlitien. per Nos in Cathedralem Ecclesiam per præsentes, ut præfertur, erectæ, dictæque Ecclesiæ Juvenacen., etiam per

præsentes, ut præfertur, æquè principaliter unitæ, existant; illæque, prout omnes singuli Canonicatus, & Præbendæ ejusdem Ecclesiæ Terlitien. ab illa, ac illos ad præsens respectivè obtinentibus, absque nova illarum, ac illorum respectivè provisione, ut priùs, obtineri, ac retineri possint, & debeant: Illasque, ac illos nunc, ut præfertur, & in futurum respectivè obtinentes, Dignitates, & Canonici Cathedralis Ecclesiæ Terlitien. prædictæ sic per Nos, ut præfertur, erectæ existant; iique tantum, salvis tamen juribus Presbyterorum participantium, Capitulum dictæ Ecclesiæ Terlitien. per Nos in Cathedralem Ecclesiam erectæ, dictæque Ecclesiæ Juvenacen. æquè principaliter unitæ constituant, iisdemque redditibus fruantur, quibus hactenus sunt gavisi; ita quod Primiceriatus, ac Cantoratus primus, necnon alter, seu secundus Cantoratus, etiam Sacristæ nuncupandus hujusmodi, illosque pro tempore respectivè obtinentes, similiter & pariformiter omnibus, & singulis privilegiis, exemptionibus, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, præeminentiis, gratiis, honoribus, antelationibus, indultis, & prærogativis, quibus similes inferiores dignitates aliarum Ecclesiarum Cathedralium de jure, & consuetudine gaudere solent, itidem gaudere liberè, & licitè possint, & valeant, & quilibet eorum possit, & valeat, Apostolica auctoritate prædicta similiter perpetuò declaramus.

Erectio Præbendæ Theologalis, & Pœnitentiariæ Episcopo injungitur.

§. 14. Et ulteriùs, quod modernus Episcopus Juvenacen., statim ac dictæ Ecclesiæ Terlitien. per Nos in Cathedralem, ut præfertur, erectæ, dictæque Ecclesiæ Juvenacen. æquè principaliter unitæ possessionem vigore earumdem præsentium assecutus fuerit, in eadem Ecclesia Terlitien., unum, & unam in Theologalem, ac alterum & alteram ex Canonicatibus, & Præbendis dictæ Ecclesiæ Terlitien. in Pœnitentiariam respectivè præbendas, ad præscriptum Concilii Tridentini, ordinaria ejus auctoritate erigere debeat, & teneatur.

Forma collationis, & provisionis Dignitatum, & Canonicatuum Terlitien. in futurum servanda.

§. 15. Quodque Archipresbyteratus prædictus per Nos per præsentes, ut præfertur, erectus, ac Dignitates etiam per Nos per præsentes, ut præfertur, declaratæ; necnon Canonicatus, & Præbendæ, ac omnia, & singula dictæ Ecclesiæ Terlitien., aliaque si quæ sint in aliis Civitatis & Diœcesis Terlitien. Ecclesiis consistentia Beneficia Ecclesiastica, reservationibus, & affectionibus Apostolicis semper subjaceant. Ipseque & illæ, ac illi, & illa cuicumque ex Ecclesiasticis, seu Presbyteris, etiam extraneis, & non Terlitiensibus, per Nos, & Sedem Apostolicam liberè; eisdem verò reservationibus, & affectionibus Apostolicis cessantibus, Clericis, seu Presbyteris, Civibus tamen Terlitiensibus, per modernum, & pro tempore existentem Juvenacen., & Terlitien. Episcopum ordinaria ejus auctoritate præfata (exceptis tamen aliquibus, non tamen pluribus, etiam perpetuis simplicibus, & personalem residentiam non requirentibus Beneficiis Ecclesiasticis Civitatis Terlitien., quæ modernus, & pro tempore existens Episcopus Juvenacen., & Terlitien. prædictus, eisdem reservationibus, & affectionibus Apostolicis, ut præfertur, cessantibus, Clericis, seu Presbyteris, etiam non Terlitiensibus sibi benemeritis, & suis familiaribus, canonicè tamen conferre possit, & valeat,) semper, & in perpetuum respectivè conferantur, eadem Apostolica auctoritate statuimus, & ordinamus.

Facultas Capituli Terlitien. condendi sibi leges, & statuta.

§. 16. Ac demum futuris Archidiacono, & Archipresbytero, ac modernis, & pro tempore existentibus Primicerio, ac primo Cantori, & alteri, seu secundo Cantori, etiam Sacristæ nuncupando, nec non Canonicis dictæ Ecclesiæ Terlitien., ut ipsi tantum capitulariter congregati pro dictæ Ecclesiæ Terlitien., & illius mensæ Capitularis, nec non Sacristiæ, illorumque rerum, & bonorum, ac jurium, tam spiritualium, quàm temporalium, prospero, & felici regimine, gubernio, & directione, nec non onerum illis respectivè incumbentium supportatione, Divinorum Officiorum, Processionum, Funeralium, Anniversariorum, & Suffragiorum celebratione, distributionum quotidianarum, & aliorum emolumentorum quorumcumque exactione, repartitione, perceptione, & divisione, pœnarumque per absentes, ac Divinis Officiis suis loco, & tempore non interessentes, seu onera, & ministeria eis, & eorum cuilibet incumbentia subire negligentes incurrendarum, incursu, singulorum præsentiis, & absentiis notandis, cœremoniis, & ritibus in dicta Ecclesia Terlitien., illiusque Choro, Capitulo, Processionibus, & aliis actibus hujusmodi servandis, Officialibus, & Ministris dictæ Ecclesiæ Terlitien. necessariis deputandis, & amovendis, ac ministeriis per seipsos subeundis, salariis, & stipendiis præstandis, ac quibusvis aliis rebus in præmissis, & circa præmissa quomodolibet necessariis, & opportunis, quæcumque statuta, ordinationes, capitula, & decreta, licita tamen & honesta, ac sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis, decretisque Concilii Tridentini prædicti minimè adversantia, & per Ordinarium Loci priùs examinanda, & approbanda, edendi, & edita declarandi, interpretandi, & in meliorem formam redigendi, & reformandi, seu alia de novo ex integro eisdem sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis, decretisque prædictis minimè adversantia, &, ut præfertur, per Ordinarium Loci priùs examinanda, & approbanda, & per eos, ad quos spectat, & pertinet, & pro tempore spectabit, & pertinebit observanda sub pœnis in contravenientes infligendis similiter edendi, plenam, & omnimodam facultatem, potestatem, & auctoritatem, dicta Apostolica auctoritate similiter perpetuò concedimus, & impertimur.

Clausulæ pro perpetua præsentium firmitate.

§. 17. Præsentes quoque semper, & perpetuò validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, an nullo unquam tempore, ex quocumque capite cum qualibet causa quantumvis juridica, & legitima, etiam ex eo, quod causæ, propter quas eædem præsentes emanarunt, adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut quolibet alio quantumvis magno, substantiali, substantialissimo, inexcogitato, & inexcogitabili, ac specialem, & individuam mentionem, & expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque aliquo, solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aux ex quocumque alio capite, aut jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, ratione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, & tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum, necessariò exprimenda foret; aut quod de voluntate nostra, & aliis superiùs expressis nullibi appareret, seu aliàs probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, aut controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam & terminos juris, aut aliud quodcum-

que

que juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concesso, & impetrato, aut emanato, quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse; neque ipsas præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque Literas, & Constitutiones Apostolicas, aut Cancellariæ nostræ Apostolicæ Regulas quandocumque, etiam in crastinum assumptionis nostræ, & Successorum nostrorum ad prædicti Summi Apostolatus apicem, ut aliàs sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiamsi de eisdem præmissis, eorumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, editas, & imposterum edendas comprehendi, sed semper & omnino ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas fore & esse.

Decreta irritantia.

§. 18. Sicque & non aliàs per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii nostri Apostolici prædicti Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, Sedisque Apostolicæ prædictæ Nuncios, & alios quoscumque, quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, & privilegio fungentes, ac honore, & præeminentia fulgentes, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, in quocumque judicio, & in quacumque instantia, judicari & definiri debere: & quidquid secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus irritum, & inane decernimus.

Provisiones, & valores Dignitatum, & Præbendarum, de quibus supra.

§. 19. Et nihilominus Archidiaconatum prædictum, cujus vigintiquatuor, computatis verò distributionibus quotidianis, quinquaginta, Felici de Paù U. J. D. &c., alterum seu secundum Cantoratum per Nos in quintam Dignitatem per præsentes declaratum obtinenti; Et Archipresbyteratum prædictum per Nos per præsentes, ut præfertur, erectos & institutos, cujus etiam vigintiquatuor, computatis verò distributionibus quotidianis, aliisque incertis, sexaginta, a primævis illorum erectione, & institutione per Nos per præsentes, ut præfertur, factis hujusmodi vacantes, Nicolao Josepho Lategola, etiam U. J. D. &c. Canonicatum & Præbendam dictæ Ecclesiæ Terlitien. obtinenti, eadem Apostolica auctoritate respectivè conferimus, & de illis etiam respectivè providemus; Ipsumque alterum seu secundum Cantoratum, etiam Sacristam, ut præfertur, nuncupandum, per Nos in quintam Dignitatem, ut præfertur, declaratum, ad quem in futurum pro tempore obtinentem custodia Sacrarii, & sacræ suppellectilis, sacrorumque vasorum semper pertineat, ut præfertur, & quem per solam gratiæ de dicto Archidiaconatu per Nos dicto Felici Apostolica auctoritate per præsentes factæ concessionem vacare decernimus, ac cujus etiam, computatis distributionibus quotidianis, vigintiquatuor, Francisco Xaverio Taralli U. J. D. &c. Canonicatum & Præbendam dictæ Ecclesiæ Terlitien. obtinenti, ac primodictos, quos per solam gratiæ de dicto Archipresbyteratu per præsentes, ut præfertur, erecto, per Nos eidem Nicolao Josepho dicta Apostolica auctoritate, etiam per præsentes factæ concessionem vacare quoque decernimus, ac quorum etiam computatis distributionibus quotidianis vigintiquatuor, Francisco Paulo Lopez &c. secundodictos verò Canonicatum & Præbendam ejusdem Ecclesiæ Terlitien., quos per solam gratiæ de præfato altero seu secundo Cantoratu dicto Francisco Xaverio, ut infra, faciendæ concessionem similiter vacare decernimus, ac quorum pariter, etiam computatis distributionibus quotidianis, aliorum vigintiquatuor ducatorum auri de Camera, respectivè fructus, redditus, & proventus secundum communem æstimationem prædictam valorem annuum, ut itidem accepimus, non excedunt, juxtà decreta hujusmodi apud Sedem Apostolicam prædictam respectivè vacantem, & vacantes &c. Alexio Rubino &c. Presbyteris, ex dicta Civitate Terlitien. respectivè oriundis, dilectis pariter Filiis, cum annexis hujusmodi, & quoad primo & secundodictos Canonicatus, & Præbendas, plenitudine juris Canonici, ac omnibus respectivè juribus, & pertinentiis suis, Apostolica auctoritate prædicta, etiam conferimus, & de illo & illis etiam respectivè providemus; decernentes, prout est, irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel imposterum contigerit attentari.

Reservatio fructuum Archipresbyterat us suppressi, favore Resignantis.

§. 20. Et insuper eundem Antonium, ut ex resignatione sua hujusmodi, ad pacem dictæ Ecclesiæ Terlitien. per Nos in Cathedralem Ecclesiam per præsentes, ut præfertur, erectæ, dictæque Ecclesiæ Juvenacen., etiam per præsentes æquè principaliter unitæ, restituendam, & in ea Divinum cultum augendum, restituendamque Ecclesiasticam disciplinam, ut præfertur, facta, nullum sibi præjudicium, prout juris est, inferatur, nec non attento dicti Pauli Episcopi tam proprio, quàm ejus successorum dictæ Ecclesiæ Juvenacen. Præsulum nomine, ac etiam modernorum Deputatorum tam Capituli ejusdem Ecclesiæ Terlitien., quàm Communitatis Civitatis Terlitien. consensu de non molestando ipsum Antonium, sive ejus Procuratorem legitimum in exactione & perceptione infrascriptorum fructuum, reddituum, & proventuum desuper respectivè præstito, in præmissis gratioso favore prosequi volentes, eidem Antonio omnes & singulos fructus, redditus, & proventus mensæ Archipresbyteralis dicti Archipresbyteratus per Nos per præsentes, ut præfertur, suppressi & extincti, nempè piscinæ olei, stabulorum officinæ, & aliorum hujusmodi, & qui notantur in Platea mensæ Archipresbyteralis, comprehensis potissimum mortuariis, sive juribus funerum, strenis, transactionibus actuum cum Capitulo Terlitien., franchigiis super Gabella farinæ, & oblationibus, quæ in Sancti Michaëlis Archangeli, ac Purificationis B. Mariæ Virginis respectivè festis diebus dari consueverunt, & dantur, ex quibus ante Archipresbyteratus prædicti suppressionem & extinctionem redditus mensæ Archipresbyteralis constituebantur, & quos ipse Antonius ad præsens percipit, usque ad illius decessum, aut ejus promotionem ad alicujus Ecclesiæ regimen tantum, & non ultra, itaquod post ejusdem Antonii decessum, aut promotionem hujusmodi, in illorum integra perceptione & fruitione modernus, & pro tempore existens Juvenacen. & Terlitien. Episcopus succedere debeat, ut præfertur, Apostolica auctoritate prædicta ipsarum tenore præsentium reservamus, concedimus, & assignamus.

Deputatio Executorum.

§. 21. Quocirca eidem Episcopo Bituntino, ac Venerabilibus Fratribus Nostris Ruben., & Andrien. Episcopis motu simili per præsentes committimus, & mandamus &c. &c.

Derogationes.

§. 22. Non obstantibus, quatenùs opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ præ-

dictæ Regulis de jure quæsito non tollendo, ac de exprimendo vero annuo valore in Beneficiorum suppressionibus, ac in concessionibus de quibuscumque structibus, & bonis Ecclesiasticis, necnon de eisdem suppressionibus perpetuis committendis ad partes, etiam vocatis ad id interesse habentibus, ac Lateranen. Concilii novissimè celebrati suppressiones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis, fieri prohibentis, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet editis, vel edendis, etiam in Synodalibus, Provincialibus, Generalibus, Universalibus Conciliis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictæque Ecclesiæ Juvenacen., ac ante illius erectionem, & unionem præfatas per Nos, ut præfertur, factas, Ecclesiæ Terlitien. prædictæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, stylis, & usibus, ac consuetudinibus eorum immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis illis, & quibuscumque Superioribus, & Personis, etiam specifica, & expressa, ac invidiva mentione dignis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, aut aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus, in contrarium præmissorum concessis, approbatis, confirmatis, & innovatis; etiamsi in eis caveatur expresse, quod illis per quascumque Literas Apostolicas, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessas, & quascumque etiam derogatoriarum derogatorias in se continentes, derogari non possit, neque censeatur derogatum. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, hic inserti forent, eisdem præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium, & singulorum validissimum effectum, latissimè, plenissimè, ac sufficienter, hac vice dumtaxat specialiter & expresse, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliqui in dicta Ecclesia Terlitien. in Canonicos sint recepti &c. &c.

De Taxa novæ Cathedralis Ecclesiæ Terlitien. in Libris Cameræ describenda.

§. 23. Volumus autem, quod taxa prædictæ Ecclesiæ Terlitien., per Nos in Cathedralem Ecclesiam per præsentes, ut præfertur, erectæ, dictæque Ecclesiæ Juvenacen., etiam per præsentes, ut præfertur, æquè principaliter unitæ, in trigintatribus Florenis auri cum duobus tertiis alterius Floreni similis ex nunc in posterum sit, & ita in libris Cameræ nostræ Apostolicæ describatur &c.

Sanctio.

§. 24. Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc paginam Nostræ absolutionis, litium, & causarum hujusmodi extinctionis, avocationis, silentii impositionis, suppressionis, extinctionis, erectionis, unionis, applicationis, appropriationis, statuti, declarationis, collationis, provisionis, decreti, commissionis, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo nono, sexto Kalendas Decembris, Pontificatus Nostri Anno Decimo.

Loco ✠ Plumbi.

J. Datarius.

[Dat. die 26. Novembr. 1749.]

De Præparatione ad Annum Jubilæi Universalis, ac præsertim de reparandis Ecclesiis Urbis. XVI.

Allocutio ad S. R. E. Cardinales habita in Consistorio secreto Feria secunda die 3. Martii anni 1749.

VENERABILES FRATRES.

De tempore Jubilæi Univers. indicendi & celebrandi.

Annus Jubilæi, qui Sanctus vulgò nuncupatur, post hunc annum, quem auspicati jam sumus, indicendus occurrit. Tunc enim vigesimus quintus annus absolvetur, ex quo Benedictus XIII. Prædecessor noster Jubilæum celebravit. Porrò nemo Vestrum ignorat, Constitutione Bonifacii VIII. Prædecessoris nostri sancitum fuisse, ut Annus Jubilæi, nonnisi peractis centum annis indiceretur: quod deinde spatium temporis contractum fuit a Clemente VI. ad annos quinquaginta; & postea ab Urbano VI. Prædecessore quoque nostro ad annos triginta tres redactum. Tandem, post alias vices, quæ in Ecclesiæ Annalibus recensentur, a Paulo II. Prædecessore nostro constitutum fuit, ut Anni Sancti celebritas post annos viginti & quinque in posterum ageretur: quæ sanè laudabilis consuetudo ad hanc usque diem retinetur. Post Bonifacium VIII., qui primus Jubilæum vel instituit, vel saltem restituit, ad hæc usque tempora, septemdecim celebritates Anni Sancti peractæ fuerunt; ideoque decimum octavum numerabitur Jubilæum, quod proximè indicetur.

Pontificis mens circa Jubilæi celebrationem.

§. 2. Pontificum verò memoriam repetentes, qui celebritatem ejusmodi peregerunt, Nicolaum V., qui Bononiensem Episcopatum antea gesserat, & Gregorium XIII. Civem Bononiensem deprehendimus. Nos etiam Bononiæ nati, & qui Bononiensem Archiepiscopatum adhuc retinemus, decimum octavum Jubilæum, si Deo placuerit, indicemus, & celebrabimus. Quod si aliter contigerit, Divinæ voluntati Nos omnino subjectos, paratosque ad quælibet Dei judicia subeunda fatemur. Nam oculis nostris obversatur Pauli III. memoria, qui, indicto Jubilæo, mortali hac vita defunctus est, & Julio III. illud absolvendum reliquit. Obversatur etiam exemplum Innocentii XII., qui Portam Sanctam reseravit, quam deinde Clemens XI. occlusit. At verò, quidquid de incerto vitæ cursu Nobis futurum esset, consentaneum tamen visum est, ut superiori Pontificatus Nostri tempore animum & cogitationem nostram converteremus ad Jubilæum, quod ferè oculis nostris semper occurrebat, ut ea, quæ necessaria sunt, opportunè pararentur; cum præsertim ipsa non solùm maximos sumptus, sed plurimum etiam temporis, ut perficiantur, requirant.

Quam multa in eum finem paranda curaverit.

§. 3. Vobis nequaquam exponemus hoc loco Vias publicas, quas vel recenter aperuimus, vel dirutas reparavimus, ut facilior ad Urbem aditus, & commodiora universis Romam confluentibus itinera redderentur: ea solùm recensebimus, quæ Romæ a Nobis perfecta sunt, quæ fortasse jam Vobis, Venerabiles

Fra-

Fratres, perſpecta ſunt & explorata, vel perſpici pro veſtra voluntate facilè poſſunt.

De quatuor potioribus Baſilicis.

§. 4. Equidem Baſilicæ Sanctorum Petri & Pauli a Bonifacio VIII. ad Clementem uſque VI. viſitari unicè conſueverant ab iis, qui plenariam Jubilæi Indulgentiam aſſequi contendebant. Cognita ſatis eſt omnibus cura, quam impendimus, ut, operosâ Baſilicæ Vaticanæ Teſtudine confirmatâ, populum ab omni metu, ac ſuſpicione ſolveremus, cum rumor emanaſſet, quod moles illa ruinam proximè minaretur. In Baſilica verò Sancti Pauli, cum muſivum opus, quod ſupra Chorum adſpiciebatur, vetuſtate labefactatum decidiſſet, juſſimus, illud in priſtinum ſplendorem reſtitui, quod ſanè quamprimum abſolvetur. Clemens VI. Baſilicis Vaticanæ & Oſtienſi Lateranenſem quoque viſitandam adjunxit, in qua nihil ad majeſtatem augendam addi poſſe viſum eſt, cum Prædeceſſor noſter Clemens XII. eamdem Baſilicam exteriùs, interiuſque, Regiâ planè magnificentiâ, exornaverit. His tribus Baſilicis, quas modò enumeravimus, Urbanus VI. Baſilicam quoque addidit Sanctæ Mariæ Majoris, ſeu Sanctæ Mariæ ad Præſepe in Exquiliis, in qua verſantur ante oculos omnium, qui ad illam ſe conferunt, eximii ſumptus, qui a Nobis quotidie fiunt, ut illius ſplendor ac dignitas augeatur.

De Baſilica Sanctæ Crucis in Hieruſalem.

§. 5. At verò animum noſtrum non ad quatuor ſolùm Baſilicas intendimus, quæ tempore Jubilæi inviſendæ ſunt ab iis, qui, reliquis piis operibus præſcriptis operam dantes, plenariam Indulgentiam lucrari deſiderant; ſed etiam cogitationem noſtram ad alias Eccleſias Urbis convertimus. Nemo Veſtrum ignorat, quibus exornetur encomiis Eccleſia S. Crucis in Hieruſalem, quam Conſtantinus Imperator in Ædibus Seſſorianis extruxit. In illa (ut alias inſignes Sanctorum Reliquias recenſere omittamus) Titulus Sanctiſſimæ Crucis religioſè ſervatur, qui repertus fuit, cum Innocentius VIII. Summum Pontificatum obtineret. Eam Lucius II. Civis Bononienſis a fundamentis reſtauravit; Beatus autem Nicolaus Cardinalis Albergatus, Civis quoque & Epiſcopus Bononienſis, ejuſdem Eccleſiæ Titulum geſſit. Idem Titulus Nobis contigit, cum inter Cardinales verſaremur. Itaque eam Baſilicam diuturnitate temporis impolitam, ac penè labentem, magnis impenſis in eum ſplendorem, quem nunc videtis, reſtituendam curavimus: viam quoque amplam, ac ſpatioſam ab ipſa Seſſoriana Baſilica ad aliam Lateranenſem aperuimus.

De Eccleſia S. Martini in Montibus.

§. 6. Inter alias Eccleſias, quæ juſſu ac pietate Conſtantini Imperatoris conditæ fuerunt, S. Martini in Montibus Templum adnumeratur, quod etiam Titulus Equitii dicitur, eò quòd extructum fuerit in prædio Presbyteri, qui eo nomine appellabatur. Ejus partes ſubterraneas Cardinalis Gabriel Palæottus, Civis Bononienſis, & primus ejuſdem Civitatis Archiepiſcopus, marmore obduxit & exornavit. Porrò haud ſatis perſpicui oculiſque ſubjecti ſunt non exigui ſumptus, quos in eo loco impendimus. Verùm, qui priſtinam illius Templi conditionem cognitam habuerunt, minimè ignorant, magnum illud Ædificium, non una ex parte labefactatum, conſiſtere in hanc uſque diem vix potuiſſe, niſi perfecta fuiſſent a Nobis ea omnia, quæ ad ejus ruinam ac perniciem vitandam, neceſſaria putabantur.

De Eccleſiis Sanctæ Mariæ Angelorum in Thermis.

§. 7. Exploratum quoque Vobis arbitramur, Templum Sanctæ Mariæ Angelorum, quod magnam Thermarum Diocletiani partem occupat, a Pio IV. conditum, deinde a Gregorio XIII. Bononienſi Cive ornatum fuiſſe. Nos quoque, ut illud magis expolitum fiat, curam noſtram impendimus; utque in formam pulchriorem redigatur, manus Artificum adhuc operibus exercentur. Siquidem Tabulas pictas ultro conceſſimus, quæ ad ejuſdem Templi venuſtatem, & Fidelium pietatem augendam plurimùm conferunt. Poſtremò ſilentio præteribimus ea, quæ contulimus ad extruendas Sancti Apollinaris magnificas Ædes prope Forum Agonale. Quippe Vobis ipſis ea perſpecta fuerunt, cum præſentes interfuiſtis, quo tempore Aram maximam ejuſdem Templi paucis ab hinc menſibus conſecravimus.

Et S. Apollinaris.

§. 8. Cum magnam vitæ noſtræ partem, antequam ad Summum Pontificatum evecti fuerimus, in hac Urbe noſtra peregerimus, Jubilæi celebritatem bis Nos ipſi vidimus; & præſertim incredibile Fidelium ex remotiſſimis Orbis partibus Romam confluentium deſiderium, & piam cupiditatem, ut ſacræ antiquitatis monumenta inquirant, & ſuis ipſi oculis contemplentur: quæ ſanè conferunt plurimùm, ut veritas Catholicæ Religionis comprobetur, & hujus S. Sedis auctoritas firmetur. Quamobrem, cum pro novis ædificiis, quæ Prædeceſſor Noſter maximo ſumptu, ac ſplendore perfecit ad Baſilicam Lateranenſem, neceſſariò æquatum fuerit ſolo inſigne Triclinium Leonis III. & vetus Sacellum Pontificium, quod apud Patres Pœnitentiarios ejuſdem Baſilicæ in veteri anguſtoque Monaſterio ſervabatur, Nos idem Triclinium, & Sacellum Pontificium alio in loco collocavimus, & veterem ipſorum formam ita retinuimus, ut opere ipſo veteri renovato, antiquitas tamen non tolleretur, ſed illorum pretium, ac memoria integra permanerent. Quo tempore Clemens X. Annum Jubilæi celebravit, Viri pietate, ac religione præditi, Pontifici ſuaſerunt, ut ad binos aditus Amphiteatri Flavii, quod *Coloſſæum* vulgò dicitur, ea inſcribi, & coloribus exprimi juberet, quibus loci Sanctitas, & Martyrum ſanguis ob Fidei Catholicæ defenſionem ibidem magnâ copiâ profuſus indicarentur. Sic enim fore putabant, ut in poſterum ſcandala de medio tollerentur, quæ aliis temporibus contigerant, ac præſertim, cum Summi Pontifices Avenione Sedem haberent. Nam in eodem Amphitheatro tum venationes ferarum, tum alia profana ſpectacula edita fuerant, quæ Deum, ut memoriæ proditum eſt, non ſemel ad juſtam indignationem, & ſeveram præſentemque ultionem incitarunt. Porrò monumenta ejuſmodi, quæ Nos ipſi pluries legimus, quamvis muro depicta, tamen ob aſſiduas pluvias deformata adeò fuerant, ut intelligi nequaquam poſſent. Qua de cauſa juſſimus, ut illa marmore incidantur, ne temporis injuriâ labefactentur.

Alia ſacræ antiquitatis monumenta reſtaurata.

Triclinium & Sacellum Lateranenſe.

Amphitheatrum Flavium.

§. 9. Piâ conſtantique traditione ad Nos pervenit, quod Sanctus Petrus Apoſtolus, victo & proſtrato Simone Mago, Gentilium furorem in ſe vehementer concitaverit; ideoque Fidelium ſtudiis, ac voluntati obtemperans, conſilium cœperit Urbis relinquendæ, donec commota tempeſtas ſedaretur. At verò amantiſſimum in Porta Salvatorem Jeſum Chriſtum offendens, eumque interrogans: *Domine quò vadis?* cum hoc reſponſum accepiſſet: *Venio iterum crucifigi*: apertè intellexit Apoſtolus, ſibi redeundum in Urbem, Crucis martyrium expectandum. Quod planè ita contigit; nam paulo poſt Cruci affixus curſum ſuum conſummavit. Hujus rei veritatem teſtimonio ſuo certiſſimè comprobat S. Ambroſius in ſermone contra Auxentium; nulliuſque ponderis habenda eſt cenſura, qua Velenus, ac Baſnagius impudentiſſimè audent infringere Sancti Doctoris auctoritatem.

Cogitatum etiam de monumento apparitionis Jeſu Chriſti B. Petro Apoſtolo.

§. 10. A porta Capena, quæ nunc a Sancto

Sebastiano nuncupatur, parum distat Sacellum, quod vulgò dicitur *Sancta Maria Plantarum*, de quo primus Petrus de Natalibus Exquilinus Episcopus mentionem facit, qui decimo tertio sæculo scripta sua posteritati commendabat. Nihil desiderandum modò est illi Sacello, quod Cardinalis Scipio Burghesius restaurandum susceperat, & postremò Cardinalis Franciscus Barberinus senior perfecit. Non longè occurrit aliud Sacellum rotundæ figuræ, quod initio præteriti sæculi Cardinalis Reginaldus Polus extruendum curavit. Duæ feruntur opiniones. Nam plures existimant, Christum Dominum Sancto Petro apparuisse in eo loco, ubi Sacellum Sanctæ Mariæ Plantarum consurgit; ibique suorum pedum vestigia marmore impressa reliquisse, quod in Ecclesia Sancti Sebastiani modò asservatur. Sed vulgaris ferè omnium sententia Christum se Petro ostendisse affirmat in eo loco, ubi, jussu Cardinalis Poli, Sacellum rotundæ figuræ conditum adspicitur. Illud modò penè dirutum est; & Nos ipsi restaurare, & ornare sæpè illud cogitavimus, quam voluntatem animumque nondum deposuimus.

Sed ob incertitudinem loci, dilatum consilium.

§. 11. Sed quantò certiores sumus de admirabili illa apparitione, quæ Sancto Petro contigit, tantò incerti versamur de loco, ubi statuenda illa procul omni dubio videatur. Quare dubitandum meritò est, si illud Sacellum reparandum suscipimus, ubi locum apparitionis, sicut antea diximus, vulgus constituit, falsò aliquos esse interpretaturos, id a Nobis peractum fuisse, ut popularem opinionem, ratam, firmamque redderemus; quod sanè non mediocre afferret periculum. Siquidem, cum gravissimæ difficultates ad locum apparitionis statuendum proponantur, aditus inde pateret malevolis, & pravæ indolis hominibus, ut ipsam apparitionem, quæ certa est, inficiarentur, locum ejus oppugnantes, qui sanè est incertus, ita ut jure nihil de illo affirmari possit.

§. 12. Sanctus Ambrosius hujusmodi apparitionem in Porta Civitatis accidisse commemorat: *Videns*, inquit, *sibi in Porta Christum occurrere, Urbemque ingredi.* Verùm Sacellum Virginis Plantarum valde a Porta Civitatis sejungitur; longiùs etiam distat Sacellum rotundum a Cardinali Polo excitatum: quamobrem præsens illorum situs parùm loco convenire videtur, in quo, juxta S. Ambrosii testimonium, Petro Apostolo Christus apparuit. Quod si locum, ubi Porta Capena modò sita est, considerantibus, non levis videtur difficultas, quam in medium protulimus; majoris sanè momenti illa judicabitur, si perpendamus, Portam Capenam, quo tempore Christus apparuisse Petro dicitur, ad mille passus interiorem fuisse, & Urbem versùs constitutam. Etenim inter Ecclesiam Sanctæ Balbinæ, & Viridarium Familiæ de Matthæis, tunc temporis posita erat; quæ deinde jussu Aureliani Imperatoris, videlicet ducentis septuaginta annis post Christi mortem, translata fuit in eum locum, ubi nunc etiam perseverat.

Alia in Urbe præstita.

§. 13. Porrò inter ea, quæ ratione futuri Jubilæi perfici curavimus, recensere non dubitamus sacram Pontificii Sacelli supellectilem, quam spatio temporis detritam invenimus, refectam a Nobis & innovatam. Præterea amplificatum, & splendidè auctum Nausocomium Sancti Spiritus in Saxia: licèt ipsum non modò constitutum sit pro excipiendis curandisque peregrinis, qui Romam venientes pro comparanda Jubilæi Indulgentia, in morbum inciderint; sed etiam ut commodiùs in illo versentur reliqui omnes quocumque tempore, qui vel ex Urbe, vel ex aliis locis, ad illud confugiunt, ut corporis morbis liberentur. Exemplis Prædecessorum nostrorum Sixti IV., & Gregorii XIII. adducti sumus ad id peragendum. Primus enim veterem pontem Janiculum, qui modò ab ejus nomine Sixtus appellatur, restituit; alter verò publicam viam aperuit, quæ a Basilica Sanctæ Mariæ Majoris ad Lateranensem perducit, & inter opera ab eis pro Jubileo peracta & pons & via enumerantur. Constat autem, & viam patefactam, & pontem Janiculum restitutum non modò pro illis fuisse, qui tunc temporis Jubilæi causâ a remotissimis partibus Romam venerunt, verùm etiam publicam attulisse, & nunc pariter omnibus afferre commoditatem.

Adhortatio ad S. R. E. Cardinales, ut Ecclesias, quæ eorum juris sunt, restaurari, & aptari curent.

§. 14. Universa, quæ a Nobis gesta sunt, vestris oculis exposuimus; ita tamen, ut illa exigua valde esse cognoscamus. Animus sanè fuisset majora quoque suscipiendi, nisi Pontificium Ærarium penè exhaustum, uti vobis exploratum est, ad Nos perveniſſet; & nisi calamitosus undequaque Pontificatus ob peccata nostra, Dei judicio, Nobis contigisset. Porrò ob eam solummodo causam hæc omnia Vobis recensuimus, videlicet ad vestros animos, qualicumque exemplo nostro, inflammandos, ut studiis ac desideriis nostris obsecundetis, quæ sanè ad augendam Dei gloriam, splendoremque Sedis Apostolicæ amplificandum, unicè diriguntur. Romæ existunt Ecclesiæ, quæ Cardinalium Tituli appellantur, & in quibus jurisdictionem quasi Episcopalem exercetis. Insigniores Basilicæ Cardinalem Archipresbyterum obtinent, qui illas moderatur. Regularium Familiæ Ecclesias pariter in hac Urbe possident, & Cardinalem ferè omnes nactæ sunt, cujus tutelæ committuntur. Archisodalitia ferè universa Cardinalis patrocinio fruuntur. Quapropter singulos vehementer hortamur, & quo possumus maximo studio obsecramus ad omnem diligentiam impendendam, ad omnem rationem excogitandam, ut Ecclesiæ, quarum Titulis præditi estis; ut Basilicæ, quarum Archipresbyteri renunciati fuistis; ut demum Ecclesiæ Regularium, vel Sodalidatum, quarum patrocinium obtinetis, præsentis anni spatio convenienter aptentur, & exornentur, & nihil eorum desit, quæ necessaria in illis judicantur; ut confluentes populi futuro anno, cum Jubilæum celebrabitur, Sacras Dei Ædes intueantur, quales omnino hæc Civitas requirit, quæ Orbis Terræ Caput, & Vicarii Christi Sedes præ cæteris effulget, & cujus exemplum ac normam reliqua Orbis Christiani Templa sibi debent imitanda proponere. Cardinali nostro Vicario mentem nostram aperiemus pro iis omnibus, quæ statuenda in cæteris Ecclesiis videbuntur.

Alia pro spirituali Fidelium profectu præstanda innuuntur.

§. 15. Hæc profectò, quæ antea diximus, externa tantummodò sunt. Alia multa requiruntur ad fructum spiritualem colligendum, cujus gratiâ Jubilæi Annus fuit institutus. Ut hunc quoque finem assequamur, licèt plura Nos ipsi jam perspeximus, & plura animo reputavimus; tamen multa etiam perspicienda, & excogitanda hujus anni cursu relinquuntur, in quibus ope vestra, vestroque consilio libenter uti non prætermittemus. Interim Deum magnopere obtestamur, ut liceat Nobis ad Annum proximi Jubilæi pervenire, ejusque spatium ita exigere, quemadmodum Nicolao V. Prædecessori nostro, quem superiùs nominavimus, feliciter contigit, de quo memoriæ proditum est, Annum Jubilæi peregisse *in Celebritatibus, & Stationibus.*

XVII.

Pro Indictione Jubilæi Universalis.

Allocutio ad S. R. E. Cardinales habita in Consistorio Secreto Feria Secunda die 5. Maji anni 1749.

VENERABILES FRATRES.

JAm Vobis exposuimus in Consistorio, quod ineunte Martio habuimus, illa omnia, quæ pro celebrando Jubilæo perfecimus; videlicet, ut Basilicæ, Templa, & sacra hujus nostræ Urbis monumenta splendore magis augeantur. Tunc etiam Vos hortati sumus ad omnem diligentiam impendendam, ut in Ecclesiis, quarum Titulis præditi estis, aut quæ peculiari curâ vestrâ ac patrocinio gaudent, nihil omnino, quod vel ad sacræ supellectilis dignitatem, vel ipsius ædificii majestatem pertinet, ab illis desideretur, qui Romam confluent, ut sacras Indulgentias adipiscantur. In eodem Consistorio pariter indicavimus, defixam esse præcipuè mentem nostram in illis excogitandis, quæ ad fructuosam Jubilæi adeptionem conferre viderentur; eaque vestris oculis subjicere polliciti sumus, ut consiliis vestris uteremur. De his itaque in præsenti Consistorio agemus.

De tempore publicandi Litteras Indictionis Jubilæi Universalis.

§. 2. Si tum vetusta, tum recentia repetamus Ecclesiæ monumenta, facilè intelligimus, Constitutionem Apostolicam, quâ primò Jubilæum indicitur, promulgari quandoque feriâ quintâ Majoris Hebdomadæ consuevisse post recitatam solemniter Bullam, quæ *in Cœna Domini* nuncupatur. Aliquando in celebritate Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli id contigisse legimus. Aliàs tandem, cum solemnis dies Ascensionis in Cœlum amantissimi Salvatoris nostri ageretur. Equidem consuetudo Jubilæi promulgandi feriâ quintâ majoris hebdomadæ, sicuti primo loco recensuimus, antiquissima est. Publicari verò Jubilæum die festo Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli tum solùm consuevit, cum Sedis Apostolicæ vacatio publicationem hujusmodi, solemni die Ascensionis fieri solitam, impediret. Itaque, cum his postremis temporibus mos obtinuerit indicendi magni Jubilæi ea die, qua Domini in Cœlos Ascensio solemniter recolitur; Nos eamdem disciplinam retinentes, Constitutionem ad Jubilæum declarandum in proxima Ascensionis Domini celebritate promulgari decernimus.

Addita in Litteris conditio Eucharistiæ suscipiendæ, pro assequutione Jubilæi.

§. 3. Omne sanè studium contulimus, ut hujusmodi Constitutio, quæ Vobis singulis jam tradita est, reliquis conformetur, quas Prædecessores nostri ob eamdem Jubilæi causam ediderunt. In hoc solùm auctam Constitutionem nostram agnoscetis, quòd Prædecessores nostri de Pœnitentia solùm verba faciant, quam secundam post naufragium tabulam Patres nuncuparunt, & cujus virtute æterna supplicia simul cum peccati culpa remittuntur. Sacram verò Synaxim minimè commemorant, quam Tridentina Synodus *antidotum* appellat, quo Fideles *liberantur a culpis quotidianis, & a peccatis mortalibus præservantur.* Quocirca piis operibus ad Jubilæum comparandum præscriptis, sumendam quoque Divinam Eucharistiam adjunximus, ad quam plerumque fideles ultro accedebant, ut eandem Indulgentiam lucrarentur. Adducti sumus non modò sententiâ Virorum virtute præstantium, qui de magno Jubilæo scribentes, & non exigua volumina ac dissertationes in hanc rem typis committentes, vehementer expetere videntur, ut inter pietatis opera, quæ indici solent, sacra Synaxis recenseatur; non, inquam, auctoritate solùm hujusmodi adducti sumus, sed ob eam pariter rationem, quòd, cum in reliquis Jubilæis percipienda sacra Eucharistia jubeatur, consentaneum omnino putavimus, idem quoque præcipere, dum Anni Sancti Jubilæum celebratur.

Sess. 13. de Eucharistia, cap. 2.

Plura a Pontifice destinata subsidia Fidelibus ad conversionem, & spirituales profectus.

§. 4. Post ejusdem Jubilæi promulgationem, cum æstivum tempus incœperit, curam nostram animumque convertemus, ut in hac nostra Civitate sacræ Missiones peragantur. Illarum Ministros admonebimus, ut, prætermissis cæteris disputationibus, Ecclesiæ doctrinam de Indulgentiis populo declarent, illumque edoceant rationem ritè, ac utiliter peccata confitendi: totis insuper viribus contendant, ut Pœnitentiæ Sacramento scelerum maculas detergat, ut expiatis animis Annum Sanctum piè auspicetur. Accitos etiam Sacerdotes pro excipiendis Confessionibus designatos alloquemur iis verbis, atque sententiis, quæ in libro Monitorum ad ipsos Confessarios a Sancto Carolo Borromæo conscripto continentur: quem sanè librum utinam Confessarii sæpius in manibus haberent, ut maximam ex eo utilitatem perciperent, & aptissima ad morbos animæ depellendos remedia desumerent, quæ Sanctus Archiepiscopus proponit, & saniissima ex doctrina Canonum & Patrum delibavit. Ad Episcopos Fratres nostros Literas Encyclicas dabimus, ut illis explorata perspectaque faciamus ea, quæ Nos Romæ constituimus, ut eamdem disciplinam, & exempla suis ipsi in Diœcesibus imitentur. Quare, si Deus Optimus Maximus universa, quæ disposuimus, suâ prosequatur gratiâ, (siquidem *neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed, qui incrementum dat, Deus*) si, uti diximus, ipse Nobis adsit propitius, non modò præteritas Pontificatus nostri, ac præsentes, sed eas etiam, si quæ fortè futuræ sunt, calamitates atque infortunia, abundè rependi lætabimur, cum videbimus Annum Jubilæi sanctè, uti par est, celebrari, annum pœnitentiæ plenum, annum ad sempiterna Paradisi gaudia viam sternentem, annum bonis exemplis redundantem, annum denique, qualem & Nos in votis habemus, & Prædecessores nostri summopere exoptarunt.

1. ad Corinth. 3.

Instructiones quoque, & declarationes ad controversias, & dubia tollenda.

§. 5. Cum deinde Portæ Sanctæ aditus reserandus erit, tum Pœnitentiariis, & Confessariis varias atque extraordinarias facultates impertiemur. Qui vel leviter Scriptores de Morali Theologia tractantes percurrit, non ignorat profectò multiplices, obscuras, & implicatissimas difficultates, quas illi pro iis facultatibus intelligendis, & explicandis induxerunt. Quamobrem easdem difficultates in unum congerere, & in recenti formula, quæ jam recensitas facultates continebit, quæstiones omnes de medio tollere non prætermittemus, quæ magnis partium studiis excitari olim consueverunt, & quæ hoc tempore procul dubio minimè defuissent. Attamen persuasum Nobis nequaquam habemus, aditum quoque præclusisse omnibus & singulis difficultatibus, quas olim ingenia turbulenta, callida, ac litigiosa excitarunt, & nunc etiam ejusdem indolis homines excogitare possunt. Porrò animadvertimus, Prædecessores quidem nostros operam dedisse suam, ut quæstiones hujusmodi convellerent; tamen ipsæ totis viribus agitari non destiterunt: quod sanè non contigisset, si legentes hujusmodi facultates, accuratiùs earumdem verba perpendissent, quibus usi fuerunt Summi Pontifices in illis tradendis, & vanis quæstionibus præcidendis, quæ tunc temporis ferebantur. Quamobrem, ut huic pariter

incom-

incommodo remedium afferatur, facultatibus, quas Nos Pœnitentiariis, & Confessariis elargiemur, Literas Encyclicas adjungemus, quæ singulas difficultates complectantur; & simul indicabimus verba recentis nostræ formulæ, quibus eædem difficultates satis abundè explicantur.

Pontifex a S. R. E. Cardinalibus orari postulati pro felici consiliorum suorum exitu.

§. 6. In his peragendis ac disponendis occupamur, antequam Annum Sanctum ineamus; videlicet, ut ea, quæ necessaria sunt, opportunè præparentur. Quæ omnia perspecta Vobis facimus, Venerabiles Fratres, ut vestra Nobis consilia, vestramque operam suppediteris. Illud autem vehementiùs expetimus, ut vestris ad Deum precibus, vestrisque Sacrificiis, Divinam opem ac præsidium in tam gravi negotio Nobis imploretis. Beatissimam in primis Dei Matrem, ac præterea S. Pium V. Prædecessorem nostrum, cujus hodie solemne festum celebramus, deprecatores apud Deum Nos ipsi eligimus, ut omnia feliciter eveniant. Tutelæ ac patrocinio Beatæ Virginis magnopere confidimus, quam toto vitæ nostræ cursu propitiam Nobis atque indulgentissimam experti sumus. Sancti Pii V. præsidiis fidenter innitimur, non modò quòd ipse hanc eamdem Sedem, ad quam Nos immerentes ascendimus, meritò obtinuit; sed quia piè credi novimus, Beatos Viros, qui Deum in Cœlis intuentur, faciliùs adduci, ut suorum civium justas obsecrationes Deo exhibeant, & eorum præsertim, qui laborem suum impenderunt, vel impendunt, ut ipsis in hoc Orbe terrarum, gloria, quam accidentalem vocant, augeatur.

Invocat opem auxiliumque S. Pii Papæ V. cujus dies festus agebatur.

§. 7. Itaque sermonem, animumque nostrum ad Te convertimus, Sanctissime Pontifex, qui licèt in Oppido Insubriæ, quod Boschum appellant, hujus vitæ lucem acceperis, id tamen adversari minimè potuit (uti non semel ipse comprobasti), quin præclara tui generis origo ad communem Patriam nostram Bononiæ Urbem referatur. Præsentes oculis tuis versentur vigiliæ, ac sudores, quos Nos in minoribus constituti, & inter Consistoriales Advocatos cooptati, ætate florente, libenter insumpsimus, ut miracula, quæ Deus, Te deprecante atque intercedente, patraverat, ab acutissimis argumentis vindicaremus, quæ ex Jurisprudentiæ, & Physicæ fontibus objiciebantur. Præsentes quoque sint labores nostri, quos alacri animo suscepimus, cum Promotoris Fidei munere fungebamur, ut solemnis tua Canonizatio ad finem perduceretur, quam Clemens XI. felicis recordationis, quemadmodum exploratum est omnibus, communi omnium plausu ac pietate celebravit.

XVIII.

INDICTIO UNIVERSALIS JUBILÆI

ANNI SANCTI

Millesimi septingentesimi quinquagesimi.

BENEDICTUS EPISCOPUS, *Servus Servorum Dei, Universis Christifidelibus præsentes Literas inspecturis, salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

BENEDETTO VESCOVO, *Servo de' Servi di Dio, A tutti i Fedeli, che vedranno la presente Bolla, salute, ed Apostolica Benedizione.*

De causis indicendi Jubilæum Universale

PEregrinantes a Domino, & futuram Civitatem Patriam nostram inquirentes, in multis omnes offendere, atque a via mandatorum Dei sæpè nos declinare, & quasi insipientes Oves aberrare, nimis est exploratum. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, arguente nos conscientia nostra de multitudine prævaricationum nostrarum, propter quas formido mortis conturbat nos, & timor, & tremor veniunt super nos in cogitatione appropinquantis judicii Dei. Si dixerimus, quoniam non peccavimus, mendacem facimus Deum, cujus vera, & justa sunt judicia, cujus flagella non alia de causa congregata sunt super nos, nisi quia peccavimus ei, injustè egimus, iniquitatem fecimus; & ideo nos temporaliter cædere, & castigare non desinit, ut convertamur ad eum, antequam sempiternam adducens retributionem adveniat.

Motivi di promulgare l'Universal Giubbileo.

NEl pellegrinaggio di questa vita, mentre lontani da Dio andiamo in traccia di quella Patria, di cui speriamo divenire perpetui Cittadini, è troppo chiaro, che noi tutti in molte cose inciampiamo, e dalla strada de' comandamenti del Signore, a guisa di stolte pecorelle, andiamo spesse volte traviati e raminghi. Sarebbe un ingannar noi medesimi, se dicessimo di non esser peccatori, mentre la nostra coscienza ci rimprovera una moltitudine di trasgressioni della Divina Legge, per le quali conturbati restiamo sul timore di nostra morte, e lo spavento e il tremore ci sorprendono, al pensare che si accosta il giudizio di Dio. E il dire di non aver peccato, sarebbe un dar di falso all'istesso Iddio, sempre verace e giusto ne' suoi giudizj, che non per altra cagione ha moltiplicato i suoi flagelli sopra di noi, se non pe' nostri peccati, per le nostre iniquità, per le nostre ingiustizie: e perciò non cessa di percuoterci, e di castigarci nelle cose temporali, affinchè ci convertiamo a lui, prima ch' ei venga a recarci l'immutabile mercede delle nostre operazioni.

§. 1. Hujus rei causâ pia Mater Catholica Ecclesia potissimam hanc pietatis curam alumnis filiisque suis incessanter impendit; ut errantes ad viam justitiæ, ruentes in præceps ad rectum salutis tramitem revocet, lapsos ad pœnitentiam, & per hanc ad delictorum veniam obtinendam adducat; meritisque pœnis obnoxios ad dissolvendas impietatis colligationes, oblatis Misericordiæ Divinæ remediis, invitet. Sed pauci sunt, qui Ecclesiæ salubriter monenti auscultent. Plerique enim vel pravis

§. 1. Per questo motivo la Chiesa Cattolica, pia Madre, continuamente adopra verso i suoi figliuoli ed allievi questa principale attenzione di sua pietà, di richiamar quelli, che errano, alla strada della giustizia, e quelli, che ruinano ne' precipizj, al retto sentiero della salute; di ridurre i caduti alla penitenza, e ad ottenere per mezzo di questa il perdono de'loro peccati; e d'invitare, coll' offerta de'rimedj della Divina misericordia, i debitori di meritate pene a disciogliere i legami, nè quali per le loro iniquità

affectionibus adstricti, vel sollicitudinibus, & voluptatibus vitæ impliciti, pœnitentiæ spiritum, & labores, morumque emendationem refugientes, divitias bonitatis Dei, & patientiæ, & longanimitatis contemnunt. Indulgentiarum verò thesauros, quos prolixa Ecclesiæ benignitas omnibus ubique, & omni tempore apertos exhibet, alii damnabiliter negligunt, alii non ritè acquirere, & promereri student. Interim verò dies nostri deficiunt, & omnes sicut aqua dilabimur super terram; quum autem apparuerit justus Judex, tunc serò agnoscemus, secundum duritiam nostram, & impœnitens cor, thesaurizasse nobis iram in die iræ; atque omnia manere Divino judicio punienda, quæcumque non fuerint pœnitentiæ emundatione deleta.

§. 2. Benè itaque ac sapienter Prædecessores Nostri Romani Pontifices certa quædam tempora in sæculorum evolutione delegerunt, quibus universos per Orbem Terrarum Christi Fideles de ingruente Mundi fine commonefactos, majori studio excitarent ad redimenda peccata, ad salvandas animas. Quumque id olim centesimo quoque anno fieri consuevisset, habita deinde ratione illius temporis, intra quod generationes hominum passim renovari conspiciuntur, post singulos vigintiquinque Annos hoc idem providè præstandum esse decreverunt, ut novis subinde Familiis super faciem terræ succrescentibus, generalia propitiationis & indulgentiæ consequendæ media, non sine apta pœnitentialium operum præfinitione, suppeditarent. Annum hunc acceptabilem, annum renovationis & pœnitentiæ, annum reconciliationis & gratiæ, Sanctum in Ecclesia meritò appellatum, qui proximo hyemali solstitio aperietur, annunciamus vobis, quotquot Catholico nomine censemini, ac paterno vos affectu adjuvantes exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis; neve nostra, & Ecclesiæ consilia, quæ ad pacem, & salutem directa sunt, in irritum cedere sinatis.

§. 3. Audite, audite summam Apostolicæ Prædicationis, quam Dominus JESUS-CHRISTUS Nobis etiam, indignis licèt, ad Apostolicæ servitutis officium vocatis demandavit: Pœnitentiam agite; appropinquavit enim Regnum Cœlorum. Filioli, novissima hora est, revertimini ad Dominum, reconciliamini Deo. Et Mundus transit, & concupiscentia ejus; nec aliis promittitur æterna stabilitas, quàm his, qui fecerint voluntatem Dei, quæ manet in æternum. Quæ est autem voluntas Dei, nisi sanctificatio vestra? Ad hanc perficiendam vocat vos communis Mater Ecclesia Romana, quæ proximum hunc annum in publicis Religionis, & pietatis exercitationibus totum impendet; id optans, ut filii sui omnes, quicumque Catholicæ doctrinæ lacte per omnem Terrarum Orbem imbuti sunt, de latere surgant, ac de longè veniant, & conspirante pietatis studio, Dei misericordiam & gratiam, tam sibi singuli, quàm universæ Fraternitati demereant. Aperit illa advenienti multitudini Sacrorum Templorum Portas; sed multò magis pandit Maternæ charitatis sinum, atque omnibus sincerè postulantibus, & dignè inquirentibus certam peccatorum veniam & indulgentiam promittit.

si trovano involti. Ma pochi son quelli, che diano orecchio alle salutevoli ammonizioni della Chiesa; mentre la maggior parte, o allacciati dalle male passioni, o inviluppati nelle cure, e ne' piaceri di questa vita, aborrendo lo spirito e le fatiche della penitenza, e la correzione de' loro costumi, disprezzano le ricchezze della bontà, della pazienza, e longanimità di Dio. E quanto a' tesori delle Indulgenze, che la Chiesa con somma benignità a tutti in ogni luogo, e in ogni tempo aperti esibisce, altri vergognosamente li trascurano, altri non si studiano d'acquistarli e meritarli nella dovuta maniera. Intanto i nostri giorni vanno mancando, e noi tutti come acqua ricadiamo sopra la terra; e allor quando apparirà il giusto Giudice, conosceremo, benchè tardi, di esserci colla durezza e impenitenza del nostro cuore, accumulato un merito di sdegno di Dio pel giorno della sua ira, e rimanerci a ricevere nel Divino giudizio le pene di tutto ciò, che non sarà restato cancellato col lavacro della penitenza.

§. 2. Fu dunque buono e saggio consiglio de' Romani Pontefici nostri Predecessori lo scegliere nel corso de' secoli certi determinati tempi, ne' quali ricordando a tutti i Cristiani della Terra l'avvicinarsi del fine di questo Mondo, con maggior efficacia gli eccitassero a riscattarsi da' loro peccati, e a salvar le anime loro. Lo che essendosi già costumato di fare ogni centesimo Anno, fattasi poi riflessione, dentro quanto tempo vegganſi comunemente rinovare le generazioni degli Uomini, providamente determinarono di fare l'istesso ogni venticinque anni; affine di somministrare alle nuove Famiglie, che successivamente vanno sorgendo sulla faccia della Terra, i generali mezzi di conseguire propiziazione e indulgenza, uniti ad un'idonea prescrizione di opere penitenziali. Questo tale Anno accettabile, Anno di rinovazione e di penitenza, Anno di riconciliazione e di grazia, meritamente nel linguaggio della Chiesa appellato Santo, che apriraſſi al prossimo solstizio d' Inverno, Noi annunciamo a voi tutti, chiunque sete descritti nel novero de' Cattolici; e con paterno affetto vi eccitiamo ed esortiamo, a non ricevere in vano la grazia di Dio, nè lasciar andare a vuoto i disegni Nostri, e della Chiesa, che sono indirizzati a procurarvi la pace e la salute.

§. 3. Udite, udite la sostanza di ciò, che il Signor Nostro Gesù Cristo ordinò già a' suoi Appostoli di predicare, e che ha incaricato anche a Noi, mentre ci ha chiamati, benchè indegni, a servirlo nell'Appostolico impiego: Fate penitenza; atteso che si avvicina il Regno de' Cieli. Figliuoli dilettissimi, noi siamo nell'ultima ora; ritornate al Signore, riconciliatevi con Dio. Il Mondo passa, e insieme gli oggetti della mondana concupiscenza; nè ad altri si promette l'eterna stabilità, che a coloro, i quali avranno adimpiuta la volontà di Dio, che durerà in eterno. E qual altra si è la volontà di Dio, fuorchè la vostra santificazione? Ad operar questa vi chiama la vostra Madre comune, la Chiesa Romana, che tutto quest'Anno prossimo impiegherà in pubblici esercizj di pietà e di religione; con desiderio, che tutti i suoi Figliuoli, quanti pur sono per tutta la Terra imbevuti del latte della Dottrina Cattolica, sorgano d'ogni parte, e vengano dalle più remote Regioni, unitamente in ispirito di pietà impegnandosi a meritar ciascheduno, e per se medesimo, e per tutta la società de' Fedeli Fratelli, la misericordia e la grazia del Signore Dio. Apre essa le Porte de' Sagri Tempj alla moltitudine di quei, che verranno; ma molto più apre il seno della sua carità materna promet-

§. 4. Huic promissioni fidem indubiam adstruunt tum suprema ligandi, atque solvendi potestas Beatissimo Apostolorum Principi, ac per eum Nobis in illius Sede residentibus, ipsâ Redemptoris voce tributa, & inæstimabilis meritorum, & satisfactionum thesaurus ex ipsius Christi Domini, ejusque Virginis Matris, omniumque Sanctorum meritis, passionibus, ac virtutibus constans, ejusdem Beati Petri, nostræque similiter dispensationi concreditus; tum sanguis Apostolorum, & Martyrum, qui ad Ecclesiæ hujus ædificationem, tamquam aqua olim super terram effusus, clamat ad Dominum, suisque cultoribus veniam precatur, & pacem; tum recta disciplinæ ratio, ad Ecclesiasticæ regulæ normam in præscribendis salutaris pœnitentiæ operibus, & ad Ecclesiasticæ lenitatis spiritum in Indulgentiæ largitione, conformata; tum denique propositi finis sanctitas, Christianæ plebis utilitas, majorum exemplum.

Jubilæi initium & terminus denuntiatur.

§. 5. Quod igitur ratio temporis, & prædictorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum admonet consuetudo, illorum vestigiis inhærentes, de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium assensu, universalis & maximi Jubilæi in hac Alma Urbe Nostra celebrationem in annum proximum Millesimum septingentesimum quinquagesimum, a primis Vesperis Vigiliæ Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi proximè futuræ inchoandam, & per totum annum ipsum finiendam, auctoritate Dei Omnipotentis, & Beatorum Petri, & Pauli, ac Nostra, ad ipsius Dei gloriam, Catholicæ Ecclesiæ exaltationem, ac totius Christiani Populi sanctificationem, indicimus, & promulgamus.

Opera injuncta, & Indulgentia Plenaria.

§. 6. Quò quidem Jubilæi anno durante, omnibus utriusque Sexus Christi Fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, sacraque Communione refectis, qui Beatorum Petri & Pauli, nec non Sancti Joannis Lateranensis, & Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe Basilicas semel saltem in die, per triginta continuos, aut interpolatos dies, sive naturales, sive etiam Ecclesiasticos, nimirum a primis Vesperis unius diei usque ad integrum ipsius subsequentis diei vespertinum crepusculum computandos, si Romani, vel Incolæ Urbis; si verò Peregrini, aut aliàs externi fuerint, per quindecim saltem hujusmodi dies, devotè visitaverint, & pro Sanctæ Ecclesiæ exaltatione, Hæresum extirpatione, Catholicorum Principum concordia, & Christiani Populi salute & tranquillitate, pias ad Deum preces effuderint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, remissionem, & veniam misericorditer in Domino concedimus & impertimur.

§. 7. Et quoniam evenire potest, ut ex iis, qui hac de causa iter aggressi fuerint, vel ad Urbem se contulerint, aliqui in via, aut etiam in ipsa Urbe, morbo, vel alia legitima causa detenti, aut morte præventi, præfinito dierum numero non completo, ac ne fortasse quidem inchoato, præmissa exequi, & dictas Basilicas visitare nequeant; Nos piæ promptæque illorum voluntati, quantum in Domino possumus, benignè favere cupientes, eosdem verè pœnitentes, & confessos, ac sacra Communione refectos, prædictæ Indulgentiæ, & remissionis participes perinde fieri volumus, ac si dictas Basilicas diebus a Nobis præscriptis reipsa visitassent; ut præfatis necessitatibus impediti,

tendo a tutti quelli, che sinceramente lo chieggono, e degnamente il ricercano, un sicuro perdono ed indulgenza de'loro peccati.

§. 4. Di tal promessa fanno indubitata sicurezza sì la suprema podestà di legare e di sciogliere, data dal nostro Redentore di propria bocca al Beatissimo Principe degli Appostoli, e per mezzo di esso, a Noi, che risediamo nella di lui Sede, e il tesoro inestimabile di meriti e sodisfazioni, composto de'meriti, passioni, e virtù del medesimo Signor Nostro Gesu Cristo, della Vergine di lui Madre, e di tutti i Santi, alla dispensazione dell'istesso S. Pietro e Nostra similmente commesso; si ancora il Sangue degli Appostoli e de'Martiri, chè già come acqua sopra la Terra sparso per la fondazione di questa Chiesa, manda sue voci al Signore, e a' suoi veneratori implora perdono e pace; sì parimente il retto ordine di disciplina, adattato alla norma delle Ecclesiastiche regole nella prescrizione delle opere di penitenza salutare, ed allo spirito dell'Ecclesiastica mansuetudine nella concessione dell'Indulgenza; sì finalmente la santità del fine propostoci, l'utilità del Popolo Cristiano, l'esempio de'Nostri Maggiori.

Si assegna l'incominciamento, ed il fine del Giubbileo.

§. 5. Volendo Noi dunque conformarci a ciò, che ci suggerisce il tempo medesimo, e l'uso de'predetti Romani Pontefici nostri Predecessori, seguendo le loro vestigie, e coll'assenso de'Ven. nostri Fratelli Cardinali della Santa Romana Chiesa, coll'autorità di Dio onnipotente, e de'Santi Appostoli Pietro e Paolo, e Nostra, a gloria dell'istesso Dio, ad onore della Chiesa Cattolica, e per la santificazione di tutto il Popolo Cristiano, intimiamo, e promulghiamo la celebrazione dell'Universale e Massimo Giubbileo in questa nostra Alma Città di Roma per l'Anno prossimo futuro MDCCL., a cui si darà principio da'primi Vespri della Vigilia del prossimo Santo Natale di Nostro Sig. Gesu Cristo, e si porrà fine nel terminare il detto Anno.

Cosa debba farsi per ottenere l'Indulgenza Plenaria.

§. 6. E mentre durerà tal'Anno del Giubbileo, a tutti i Fedeli dell'uno, e dell'altro sesso, i quali veramente pentiti, confessati, e comunicati visiteranno devotamente le Basiliche di S. Pietro, di S. Paolo, di S. Giovanni in Laterano, e di Santa Maria Maggiore, almeno una volta al giorno per trenta giorni continui, o intermessi, o siano giorni naturali, o anche Ecclesiastici, cioè da computarsi dai primi Vespri d'un giorno sino a tutto il crepuscolo della sera del giorno susseguente, se saranno Romani, o abitanti in Roma; e se saranno Pellegrini, o altri Forastieri, almeno per quindici di tali giorni, visiteranno, come sopra le dette Basiliche, ed ivi porgeranno divote preghiere a Dio per l'esaltazione della Santa Chiesa, estirpazione dell'Eresie, concordia de'Principi Cattolici, salute, e pace di tutto il Popolo Cristiano, diamo, e concediamo benignamente nel Signore pienissima Indulgenza, remissione, e perdono di tutti i loro peccati.

§. 7. E potendo facilmente avvenire, che di coloro, i quali avranno a questo fine intrapreso il viaggio, o saranno a Roma pervenuti, alcuni nel cammino medesimo, o ancora nell'istessa Città, da malattia, o da altra legittima cagione impediti, o sopraggiunti dalla morte prima di compire lo stabilito numero delle giornate, e forse ancora prima d'averlo incominciato, non possano visitare le sopradette Basiliche, ed adempire tutte l'altre cose prescritte; Noi desiderando, quanto nel Signore possiamo, di benignamente favorire la pia e divota loro intenzione, ogni volta che siano veramente pentiti, confessati, e comunicati, vogliamo, che siano partecipi della predetta Indul-

desiderii sui effectum, dono Sancti Spiritus, consequantur.

Adhortatio ad omnes Christifideles.

§. 8. Commovemini itaque, ut par est, universi Catholicæ Ecclesiæ Filii, ad tanti muneris vobis oblati nuncium, ac summa alacritate, & spiritus fervore aggredimini opus, quod salvare potest animas vestras. Non vos retineant assueti domicilii commoda; non vos terreat itineris labor; sed spiritualis Thesauri acquisitionem Christianæ Fidei æstimatione pensantes, nolite committere, ut major appareat in negociatoribus sæculi terrenæ substantiæ aviditas, quàm in Fidelium cordibus divitiarum cœlestium desiderium.

§. 9. Ingens itineris vestri lucrum, spiritualis consolationis cumulabit suavitas. Quid enim Christiano homini jucundius accidere potest, quàm Gloriam Crucis Christi in supremo, quo in Terris fulget, splendoris lumine conspicere, ac monumenta triumphalis victoriæ, qua Fides nostra Mundum devicit, propriis oculis intueri? Hic videre licebit ad Religionis reverentiam sæculi culmen inclinatum; ipsamque terrenam quondam Babylonem in novæ ac Cœlestis Civitatis speciem conversam, non quidem ad conterendas Nationes, & subjuganda Regna, sævas armorum bellorumque minas intentare, sed ad docendos salvandosque Populos, Doctrinæ Cœlestis, atque intemeratæ Disciplinæ documenta depromere; superstitionis hic olim regnantis memoriâ oblivione sepultâ, sincerum veri Dei cultum, sacrorumque Rituum Majestatem ubique splendere; mendacium Numinum eversa delubra, summi Dei Templa castâ Religione consecrata; impios Theatrorum ludos, & vesana Circensium spectacula ex hominum mentibus obliterata, frequentata Martyrum Cœmeteria; dejecta Tyrannorum Monumenta, Apostolorum Sepulchra Imperatoriis manibus ædificata; pretiosa quæque Romanæ superbiæ ornamenta ad Sacrarum Basilicarum cultum translata; & quæ olim, subactis Provinciis, oblata Diis gentium fuerant celsiora donaria, nunc ab impura superstitione expiata, invictæ Crucis Trophæum justiùs & feliciùs sustinere. Ipse demum conspectus innumerabilis Fidelium multitudinis hoc ipso anno ad Urbem, undique confluentis justo sanctoque gaudio cumulabit cor vestrum; dum suam quisque fidem in tot diversarum Nationum linguarumque hominibus agnoscens, & cum his omnibus in charitate fraternitatis apud communem Matrem Ecclesiam Romanam in Domino congaudens, cœlestium benedictionum rorem, tamquam de vertice Hermon in Sanctæ Civitatis habitatores de proximo defluentem, uberiùs in se derivari persentiet.

Ad Hæreticos & Schismaticos.

§. 10. Atque utinam Nobis datum esset, ad unitatem Catholicæ Fidei redeuntes conspicere, ac vobiscum, Dilecti Filii, convenientes amplexari tot alios, olim ejusdem Fidei, & conversationis alumnos, qui jamdiu diabolica fraude decepti, atque e Domo pientissimæ Matris digressi, adhuc de longe stant, & obturant aures suas, ne audiant illius vocem ad suum sinum eos amantissimè revocantis.

genza, e remissione de' peccati, come se avessero effettivamente visitate le nominate Basiliche l'intero numero de'giorni da Noi, come sopra, determinati; onde per dono dello Spirito Santo conseguiscano l'effetto di quel, che desideravano eseguire, benchè dalle accennate necessità ciò sia stato loro impedito.

Esortazione a tutti i Fedeli.

§. 8. Mettetevi dunque in moto, com'è dovere, all'annunzio di sì gran dono, che vi si offre, o Figli tutti della Cattolica Chiesa; e con la maggior prontezza, e fervore di spirito intraprendete un' opera, che può esser la salute dell'Anime vostre. Non vi trattengano i comodi della consueta vostra dimora; non vi spaventi la fatica del cammino; ma ponderando colla stima della Fede Cristiana l'acquisto di un tale spiritual tesoro, non vogliate far sì, che maggior si vegga ne' Negozianti del secolo l'avidità delle sostanze terrene, che ne' cuori de' Fedeli il desiderio delle ricchezze celesti.

§. 9. Al gran guadagno, che ritrarrete dal vostro viaggio, si aggiugnerà per compimento il piacere della spirituale consolazione. Mentre qual maggior contentezza può provarsi da un Cristiano, che di vedere la Gloria della Croce di Cristo nel sommo grado di splendore, in cui riluce sopra la Terra, e di osservare con gli occhj proprj i monumenti della trionfale vittoria, con cui la Fede nostra ha superato il Mondo? Quì potrete vedere l'altezza del secolo umiliata ad ossequiare la Religione, e quella, che già fu Babilonia terrena, mutata in foggia d'una nuova e celeste Città, non già ostentare feroci minacce d'armi e di guerra per distruggere le Nazioni, e soggiogare i Regni; ma ad istruzione e salute de' Popoli, somministrare insegnamenti di celeste dottrina, e d' incorrotto costume. Sepolta nell' obblio la ricordanza della superstizione, che qui già ebbe suo regno, risplendere d' ogni parte il puro culto del vero Dio, e la maestà de'Sacri Riti; atterrati i delubri de' falsi Numi, e consecrati con religiosa pietà i Tempj del Sommo Dio; cancellate dalla memoria degli Uomini l' empie Teatrali rappresentanze, e i pazzi spettacoli de' giuochi Circensi, frequentati al contrario i Cimiterj de'Martiri; abbattuti i monumenti de'Tiranni, edificati da mani Imperiali i Sepolcri degli Appostoli; trasportati ad abbellire le Sacre Basiliche i più preziosi ornamenti della Romana superbia; e le più eccelse Moli, che dopo la conquista delle Provincie furono già inalzate ad onore degli Dii de' Gentili, ora mondate dall'impura superstizione, con più giustizia e felicità fatte servir di sostegno al Trofeo dell' invitta Croce. Finalmente la vista medesima dell'innumerabil moltitudine di Fedeli, che in quest'istesso Anno da ogni parte a Roma concorre, riempierà d'un giusto e santo piacere il vostro cuore, mentre riconoscendo ciascuno la sua medesima Fede in tanti Uomini di sì diverse Nazioni e lingue, e con tutti questi unitamente rallegrandosi con fraterna amorevolezza presso la comun Madre Chiesa Romana, sentirà più abbondantemente piovere sopra di se le celesti benedizioni, qual rugiada, che dalle cime del Monte Hermon sopra gli Abitatori della Santa Città da vicino discende.

Agli Eretici, ed ai Scismatici.

§. 10. E piacesse pure a Dio, che avessimo la sorte di veder ritornare all' unità della Cattolica Fede, e radunati insieme con Voi, o Diletti Figli, potessimo abbracciare tanti altri, che già venivano allevati nell'istessa credenza e regola di vita, ma da gran tempo ingannati dalle diaboliche frodi, e usciti dalla Casa della piissima Madre, stanzi tuttavia da lontano, chiudendosi le orecchie, per non udire

Sed numquid non audiunt? Numquid non intelligunt, quot, & quàm variis errorum vanitatibus jactentur, ex quo derelinquentes eam, quam a Patribus acceperant, Fidem, & Unius Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ antiqua & sancta deserentes instituta, hominum commentis intendere cœperunt, & tradiderunt se erudiendos iis, qui secundum voluntatem suam doctrinis variis, & peregrinis eos abduxerunt? Sed heu! quàm multi sunt inter illos, qui hæc non ignorant! & quidem propriæ cujusque sectæ fundamenta nutare, ac, si paululum excutiantur, facilè labi & corruere, non diffitentur. At, quod magis deflendum est, prava quædam incuria circa ea, quæ Dei sunt, humanos animos occupavit, propter quam veritatis lumen, & conscientiæ suæ voces contemnunt, nec tam Ecclesiæ Catholicæ, quàm Animarum suarum hostes, nolunt intelligere, ut benè agant, neque scrutari vias Domini rectas, per quas unicè ad salutis portum reduci possunt. Expergiscantur saltem, Fidei vestræ, ac devotionis exempla intuentes, ac seriò tandem cogitent, inexcusabiles se fore apud Divinum Judicem, si oblatas sibi veritatis agnoscendæ rationes aspernari pergent. Sit illis æmulationi ac pudori studiorum vestrorum manifesta concordia, in Dei cultu, in emendatione vitæ, in unanimi observantia erga communem Patrem, Magni Pastoris Vicarium, cujus votorum summa est, ut repleatur Terra scientia Domini, ac Dei honor, cum Fidei Christianæ puritate, & morum sanctitate, apud omnes ubique Gentes floreat & augescat. Id postulabimus, velut agmine facto; id precum vestrarum suffragiis obtinere sperabimus a clementissimo Domino, qui a servis suis, quoties simul ipsum orare consenserint, quandam quasi vim sibi fieri profitetur; simulque eum pro Ecclesiæ Catholicæ pace, pro Christianorum Principum felicitate, pro universi Fidelis Populi incolumitate precabimur.

Episcopis demandatur ubi æi publicatio.

§. 11. Vos autem, Venerabiles Fratres, Catholicæ Religionis Antistites, Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi, qui apud Christianas Plebes legatione fungimini pro Deo & Ecclesia, vocate Cœtum, congregate Populum, annunciate ipsis Annum Domini acceptabilem; omnique ratione date operam, ut paternæ charitatis Nostræ consilium, ad Dei gloriam, totiusque Ecclesiæ utilitatem, ex Venerabilium Prædecessorum Nostrorum instituto susceptum, proposito Nobis non fraudetur effectu. Et quoniam Misericors Deus exoptatissimam pacem, post diuturni belli calamitates, enixis Populi sui obsecrationibus largiri dignatus est, ad ipsius Populi emendationem, æternamque salutem proficiat, quod ad ejus temporalem tranquillitatem contulit Dei Nostri benignitas. Novum belli genus adversus salutis Nostræ hostes nunc est suscipiendum. Cohibenda est ab omnibus opinandi, agendique licentia; coercenda vitæ luxuria atque superbia; iniquorum quæstuum cupiditas refrænanda; expurganda omnis immunditia; reconciliandæ simultates, abolenda sunt odia.

§. 12. Agite ergo Sacerdotes, Ministri Dei, clan-

la voce di lei, che amorevolmente li richiama al suo seno. Ma forse che non odono? forse che non comprendono, in quante, e quanto varie vanità d'errori vengono agitati, dapoiche, lasciata la Fede, che avevano ricevuta da' loro Maggiori, e abbandonati gli antichi e santi Istituti della unica Cattolica ed Appostolica Chiesa, cominciarono a dar mente alle invenzioni degli Uomini, e si diedero a ricevere le istruzioni di coloro, che a seconda del loro capriccio, e de' loro disegni, con dottrine varie e straniere gli hanno sedotti; Ma pur quanti sono tra essi, che ciò non ignorano, e ben confessano esser vacillanti i fondamenti delle loro respettive Sette, e che, se per poco si scuotano, facilmente ruinano e cadono! Ma quel, che deve piangersi maggiormente, si è, che una certa malvagia trascuranza delle cose di Dio ha occupato le menti degli Uomini, per cagion della quale disprezzano il lume della verità, e le voci della propria coscienza; e nemici non tanto della Chiesa Cattolica, quanto delle Anime loro, non vogliono illuminarsi per ben operare, nè ricercare le diritte vie del Signore, per le quali unicamente puonno ricondursi al porto della salute. Risveglinsi almeno al mirare gli esempj della vostra Fede, e devozione, e pensino alfin seriamente, che non avranno scusa davanti al Divino Giudice, se continueranno a trascurar le occasioni, che loro si offrono, di conoscere la verità. Serva loro d'emulazione e di confusione il veder voi publicamente e concordemente impegnati nel culto di Dio, nella riforma del vostro vivere, e nell' unanime osservanza verso il comun Padre, Vicario del Gran Pastore, che altro in somma non desidera, se non che si riempia la Terra della scienza del Signore, e che l'onor di Dio, colla purità della Fede Cristiana, e colla Santità de' costumi, in tutte le Nazioni per ogni parte fiorisca, e si aumenti. Questo è ciò, che uniti, come in numeroso drappello, richiederemo; questo è ciò, che col sussidio delle vostre Orazioni, spereremo di ottenere dal clementissimo Signor Nostro, che si dichiara venirgli da' Servi suoi fatta quasi una specie di violenza, ogni qual volta si accordino ad unitamente supplicarlo; e insieme lo pregheremo per la pace della Chiesa Cattolica, per la prosperità de' Principi Cristiani, per la salute di tutto il Popolo Fedele.

Si commette ai Vescovi il pubblicare il Giubileo.

§. 11. Or voi, Venerabili Fratelli, Prelati della Religione Cattolica, Patriarchi, Primati, Arcivescovi, e Vescovi, che presso i Popoli Cristiani sostenete, come Ambasciatori, gl'interessi di Dio e della Chiesa, chiamate l'adunanza, congregate il Popolo, annunziate loro l'Anno accettabile del Signore; e fate ogni sforzo, affinchè il disegno, che, per impulso della nostra paterna carità, a gloria di Dio, ad utilità di tutta la Chiesa, e sull' esempio de' nostri Venerabili Predecessori, abbiamo intrapreso, non resti senza produr l'effetto, che ci siamo proposto. E giacchè il misericordioso Dio, dopo le calamità d'una lunga guerra, si è degnato di concedere alle fervorose preghiere del suo Popolo la tanto desiderata pace, giovi per l'emendazione e per l'eterna salute del Popolo istesso ciò, che la benignità del nostro Iddio ha accordato per la di lui temporale tranquillità. Un' altra specie di guerra deve ora intraprendersi contro i nemici della nostra salute. Devesi da tutti reprimere il libertinaggio dell' opinare e dell' operare; por freno al lusso, e alla superbia del vivere; rattenere la cupidigia degl'iniqui guadagni; purgare ogni immondezza; riconciliare le inimicizie, abolire gli odj.

§. 12. Su dunque, o Sacerdoti, Ministri di

Dio,

clangite tubis, & spiritale hujusmodi bellum adversus inimicos Crucis Christi indicite. Confortate remissas Militum vestrorum manus, soluta genua erigite; in primisque rectos gressus facite eorum pedibus, qui ad hanc Religionis arcem, & inexpugnabile propugnaculum conferre se statuent. Audiant ex Vobis, non se ad otiosam vagationem, aut ad curiosa spectacula hùc evocari, sed ad tractanda Christianæ Militiæ arma, & ad colluctationis pugnæque labores acciri. Quæ autem arma Satanas pertimescit, nisi piorum Vigilias, Orationes, Jejunia, Eleemosynas, Christianæque humilitatis, & misericordiæ opera? Quibus nimirum & humanæ cupiditatis tyrannica dominatio destruitur, & ejus, quæ in Deum, & in proximum est, Charitatis regnum firmatur & ampliatur.

§. 13. Ad hoc igitur pium bellum prodeuntes, oportet Cruce Christi munitos, & in omni armatura Dei collectos incedere, ut ne quis insidiantibus hostibus suppetat nocendi locus. Placidi, atque concordes, modesti, ac religiosi, itinerum suorum spatia transcurrant; implorantes regimen, & misericordiam, & adjutorium Dei; ut cujus signa sequi se profitentur, illius disciplina se dignos exhibeant; & cujus auspiciis militant, ejus etiam ductu & auxilio, propositam victoriæ coronam mereantur acquirere. Vos verò, Venerabiles Fratres, dum hæc iisdem insinuare curabitis, hoc simul cogitate, quod facile est quidem exhortationis, & suasionis officium; sed validiora sunt exempla, quàm verba; & pleniùs est opere docere, quàm voce. Luceat itaque coram ipsis sanctæ conversationis vestræ splendor, ut videant opera vestra bona, & ad normam eorum, vitam moresque suos exigant, & conforment. Hospitalitatis, beneficientiæ, & communionis nolite oblivisci; & dum Ecclesia spiritualibus Fidelium indigentiis uberiorem exhibet clementiæ mansuetudinem, temporales quoque pauperum necessitates a pierate vestra, majori misericordiæ largitate, subleventur.

Christianorum Principum auxilia expetuntur.

§. 14. Carissimos quoque in Christo Filios Nostros, Imperatorem electum, ac Reges, & Principes omnes Catholicos hortamur & rogamus in Domino, ut quò plura, & magis illustria beneficia ab eo, per quem Reges regnant, acceperunt; tantò ardentiùs, ut par est, ad Dei gloriam procurandam pio zelo excitentur. Præcipuè verò Venerabilium Fratrum Nostrorum Episcoporum, & superiorum Antistitum Pastoralem sedulitatem & vigilantiam adjuvent, & a suis Magistratibus & Ministris adjuvari mandent, ut improborum licentia coërceatur, & bonorum studia, eorum Regia ope & gratia foveantur. Maximè autem erga Peregrinos munificentiam & liberalitatem exerceant, curentque, ut tutis incedant itineribus, & nulla hominum perditorum vexatione perturbentur, sed Hospitalibus, Domibus, & publicis Hospitiis amanter excepti, & commeatu, rebusque ad vitam necessariis recreati, sine ulla concussione, & injuria, institutum iter læti peragant, & cum gaudio in Patriam revertantur. His enim hostiis Reges potissimum & Principes Deum sibi placabilem reddent, ut diu in terris felices vivant, & demum in æterna tabernacula recipiantur ab illis ipsis pauperibus, erga quos miseri-

Dio, date fiato alle Trombe, ed intimate questa guerra spirituale contro gl'inimici della Croce di Cristo. Rinvigorite le fiacche mani de'vostri Soldati, ergete le loro inferme ginocchia, e sopra tutto indirizzate sulla retta strada i passi di coloro, che risolveranno di portarsi a questa Rocca, e Fortezza inespugnabile della Religione. Apprendano da voi, non venir essi quà chiamati ad andare oziosamente vagabondi, o a mirare spettacoli di curiosità; ma a maneggiar le armi della Cristiana milizia, e a tollerar le fatiche del combattimento e della battaglia. E quali altre sono le armi, che teme il Demonio, fuorchè le Vigilie, le Orazioni, i Digiuni, le Limosine delle Persone pie, e le opere della Cristiana umiltà e misericordia, colle quali si distrugge il tirannico dominio della umana cupidità, e si fortifica e si dilata il Regno della carità verso Dio e verso il prossimo?

§. 13. Coloro adunque, che a questa pia guerra s'incamminano, debbono andar premuniti con la Croce di Cristo, e nell' intera armatura di Dio raccolti, affinchè i nemici, che loro tendono insidie, non abbian luogo a recar loro alcun nocumento. Con placidezza e concordia, con modestia e religiosità trascorrano gli spazj del loro viaggio, implorando la guida, la misericordia, e l'ajuto di Dio; onde si mostrino degni della disciplina di quello, le insegne del quale professano di seguire; e con la scorta ed ajuto di lui, sotto i cui auspicj militano, sian fatti meritevoli di riportare la proposta corona della vittoria. Ma voi, o Venerabili Fratelli, mentre procurerete d'insinuar loro queste massime, pensate ancora, che è ben facile il far le parti di esortare e di persuadere; ma che più valevoli sono gli esempj, che le parole; ed è più efficace l'insegnar con le opere, che colla voce. Riluca pertanto davanti a loro lo splendore della vostra santa condotta, affinche veggano le vostre operazioni esser buone, e sulla norma di quelle regolino la loro vita, e conformino i loro costumi. Non vi dimenticate di usar l'ospitalità, e la beneficenza, e di chiamare i poveri a parte delle vostre sostanze; onde nel tempo, che la Chiesa alle spirituali indigenze de'Fedeli somministra più abbondantemente gli effetti della sua clemenza e mansuetudine, anche le temporali necessità de'poveri restino più largamente sollevate dalla vostra pietà e misericordia.

Si domanda l'ajuto de' Prencipi Christiani.

§. 14. Esortiamo ancora, e preghiamo nel Signore i Carissimi Figliuoli Nostri in Cristo, l'Imperatore eletto, e tutti i Re, e Principi Cattolici, che quanto maggiori in numero, e più illustri benefizj riceverono da quel Dio, per cui regnano i Re; tanto più ardentemente, com'è dovere, si eccitino con pietoso zelo a procurar la gloria di Dio; e principalmente ajutino la pastoral diligenza, e vigilanza de' Venerabili Nostri Fratelli Patriarchi, Primati, Arcivescovi, e Vescovi, e da'loro Magistrati e Ministri comandino, che venga ajutata; perchè sia raffrenata la licenza de'tristi, e i desiderj de'buoni col loro Regio ajuto e grazia si fomentino. E particolarmente esercitino beneficenza e liberalità verso i Pellegrini, e procurino, che godano sicuro viaggio, nè alcuna vessazione d'Uomini scelerati gli perturbi; ma piuttosto negli Spedali, Case, e pubblici Ospizj amorevolmente ricevuti, e ricreati delle provisioni, e cose al vivere necessarie, senz'alcuna concussione ed ingiuria, seguitino allegri il cominciato viaggio, e con giubbilo alla Patria ritornino. Poichè con queste offerte, i Re, e Principi particolarmente si renderanno propizio Dio, per vivere in Terra lungamente felici, ed al fine esser ricevuti negli eterni Tabernacoli

cordiam exercuerint, in quibus Christus pascitur & nutritur.

Fides habenda Transumptis.

§. 15. Ut verò præsentes Litteræ ad omnium Fidelium, quibuscumque in locis existentium, notitiam faciliùs perveniant, volumus earum exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, ac personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ sigillo munitis, eamdem prorsus fidem haberi, quæ haberetur ipsis præsentibus, si exhibitæ forent, & ostensæ.

Sanctio.

§. 16. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ indictionis, promulgationis, concessionis, hortationis, rogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. die 5. Maji 1749.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo nono, tertio Nonas Maji, Pontificatus Nostri Anno Nono.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

Visa De Curia.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

da quegl'istessi Poveri, verso i quali avranno esercitata la misericordia, ed in persona de' quali Cristo vien pasciuto e nudrito.

'Del valore delle Copie autenticate.

§. 15. E perchè le presenti Lettere più facilmente pervengano alla notizia di tutti i Fedeli, in qualunque luogo si ritrovino; vogliamo, che alle Copie di quelle, anco impresse, per mano di Notaro pubblico sottoscritte, e corroborate col sigillo di Persona costituita in Dignità Ecclesiastica, si dia la stessa fede appunto, che si darebbe a queste presenti, se fossero esibite e mostrate.

Sanzione.

§. 16. A veruno dunque onninamente fra gli Uomini non sia permesso di rompere, o con ardir temerario venir contro a questa pagina della nostra pubblicazione, promulgazione, concessione, esortazione, preghiera, e volontà: E se pure alcuno ardisse di ciò attentare, sappia che incorrerà l'indignazione di Dio Onnipotente, e de' Beati suoi Apostoli Pietro e Paolo.

Dat. li 5 Maggio 1749.

Dato in Roma appresso Santa Maria Maggiore l'Anno dell' Incarnazione del Signore MDCCXLIX. a' cinque di Maggio, del Nostro Pontificato l'Anno Nono.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

Visa De Curia.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicationes solemnes in Urbe.

Pubblicazioni solenni in Roma.

Anno a Nativitate Domini millesimo septingentesimo quadragesimo nono, Indictione duodecima, die vero quinta decima Maji, Festo Ascensionis Domini Nostri JESU CHRISTI, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini BENEDICTI Divina providentia PAPÆ XIV. Anno Nono, præsentes Literas Apostolicas in Atrio Sacrosanctæ Basilicæ Vaticanæ de Urbe, adstante Populo, legi, & solemniter publicavi.

Ego I. C. Boschi Abbreviator de Curia.

Anno &c. supradictæ Literæ Apostolicæ in Atrio Basilicæ Principis Apostolorum, ut supra, publicatæ, ad valvas ejusdem Basilicæ affixæ fuerunt, ac eædem postea publicatæ in Basilicis S. Pauli, Lateranensi, & Sanctæ Mariæ Majoris, & ad earum valvas affixæ fuerunt, prout similiter ad valvas Cancellariæ Apostolicæ, & Magnæ Curiæ Innocentianæ in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, dimissis Copiis, ut moris est, per Nos Nicolaum Cappelli, & Josephum Renzani SS. D. N. PP. Cursores.

Antonius Befani Magister Cursorum.

Item eisdem Anno, & Indictione, die verò vigesimaprima Mensis Decembris, Dominica quarta Adventus Domini, Pontificatus præfati Sanctissimi Domini Nostri Anno Decimo supradictæ Literæ Apostolicæ apud Portam majorem Palatii Pontificii Montis Quirinalis lectæ, & publicatæ fuerunt per Nos infrascriptos Subdiaconos Apostolicos.

Cristophorus Migazzi Sac. Rotæ Auditor.
Aloysius Mattei Sac. Rotæ Auditor.

Eisdem Anno, Indictione, & Die supradictæ Literæ Apostolicæ præ foribus Basilicarum SS. Petri, & Pauli, necnon Lateranensis, & Liberianæ, prout ad valvas Cancellariæ Apostolicæ, & Magnæ Curiæ Innocentianæ in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ, aliisque locis consuetis Urbis publicatæ, & affixæ de more iterum fuerunt per nos Nicolaum Cappelli, & Josephum Renzoni Sanctiss. Domini Nostri Papæ Cursores.

Antonius Pelliccia Magister Cursorum.

XIX.

Suſpenſio Indulgentiarum & Facultatum vertente Anno Univerſalis Jubilæi Milleſimo Septingenteſimo Quinquageſimo.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Pontificis conſilium Prædeceſſorum exemplis conſentaneum.

CUm Nos nuper Sancti Jubilæi celebrationem in hac Alma Urbe a Vigilia Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti proximè futuræ inchoandam, & uſque ad finem ſequentis anni duraturam, univerſo Populo Chriſtiano, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium aſſenſu, indixerimus, ac omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, necnon Sancti Joannis Lateranenſis, & Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe Baſilicas certis vicibus viſitaverint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, remiſſionem, & veniam conceſſerimus, prout in noſtris deſuper confectis Literis pleniùs continetur; Cupientes ut Chriſtianæ Nationes ex omnibus Terrarum Orbis locis in hac Urbe Noſtra, in Fidei, ac Religionis unitate congregatæ, eodem pietatis, ac devotionis ſpiritu Baſilicas prædictas, quo maximo fieri poterit concurſu, durante eodem Jubilæo, viſitantes, & frequentantes, tanti & tam certi ſpiritualis emolumenti compotes fiant; multorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum exemplo adducti, Indulgentias & Facultates ab Apoſtolicæ Sedis liberalitate aliàs emanatas, pro hoc anno ſuſpendere; & nihilominus tum ſpiritualibus Fidelium per univerſum Orbem degentium neceſſitatibus Paterna charitate conſulere; tum pium devotionis fervorem erga laudabilia quædam Religionis & pietatis opera in Chriſtianorum animis conſervare, & fovere; tum demum ſuffragia in Fidelium Defunctorum levamen atque ſubſidium erogari ſolita neutiquam imminuere, eorumdem Prædeceſſorum veſtigiis inſiſtentes, decrevimus, & conſtituimus.

Indulgentiæ, quæ a ſuſpenſione generali excipiuntur.

§. 1. Itaque, præſervatis & firmis remanentibus Indulgentiis conceſſis in articulo mortis, ac facultatibus ſeu Indultis illas impertiendi ſeu communicandi, tam Venerabilibus Fratribus Epiſcopis, ac dilectis Filiis Prælatis Locorum Ordinariis, in vim, ſeu ad formam noſtrarum Literarum nonis Aprilis anni MDCCXLVII. editarum, quàm aliis quibuſcumque communiter aut perſonaliter, ſeu pro certo Perſonarum genere, gradu, aut numero conceſſis; iiſque pariter, quas fel. record. Prædeceſſor noſter Benedictus Papa XIII. cunctis Fidelibus Salutationem Angelicam, ſeu alias preces de tempore, manè, aut meridie, ſeu veſpere, ad Campanæ pulſum, de genu, vel, juxta dierum & temporum rationem, ſtando recitantibus; Item Indulgentiâ ſeptem annorum & totidem quadragenarum, quam ipſe Benedictus, noviſſimo Jubilæi anno durante, omnibus Chriſtifidelibus, tam in Urbe, quàm extra eam ubicumque degentibus, qui ſacramentaliter confeſſi, & ſacra Communione refecti, vel ſaltem verè contriti, & cum firmo propoſito confitendi, Eccleſias, in quibus Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum pro oratione quadraginta Horarum, eo anno durante, expoſitum eſſet, devotè viſitaſſent, ibique juxta Sanctæ Matris Eccleſiæ mentem oraſſent, toties quoties id egiſſent, benignè conceſſit, quamque Nos etiam, illius exemplo, pro proximè ineunte Jubilæi anno, & tam pro Urbe, quàm pro aliis ubique locis, præſentium tenore, libenter concedimus, & elargimur; Atque illis etiam, quas ſimilis memoriæ Innocentius XI., & Innocentius XII. Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri, Fidelibus Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, cum ad Infirmos defertur, devotè comitantibus, vel lumen, aut facem per alios eâ occaſione deferendum, ſeu deferendam mittentibus, ſimiliter conceſſerunt; tum etiam Indulgentiis a Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus de Latere Legatis, & Apoſtolicæ Sedis Nunciis, ac Epiſcopis, in uſu, ſeu exercitio Pontificalium, aut impertienda Benedictione, aliave forma conſueta, concedi ſolitis; Item ſalvis & firmis remanentibus Indulgentiis Altarium Privilegiatorum pro Fidelibus Defunctis, aliiſque eodem modo pro ſolis ipſis Defunctis conceſſis; atque etiam aliis quibuſcumque Indulgentiis, & peccatorum remiſſionibus, aliàs pro vivis conceſſis, ad effectum dumtaxat, ut Chriſtifideles illas animabus Fidelium Defunctorum, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum ſuffragii directè applicare valeant; quas omnes & ſingulas, licèt, pro eo quod reſpicit vivorum favorem, hoc Jubilæi anno durante, generaliter, ut infra, ſuſpenſas, ad prædictum tamen effectum, ipſius anni decurſu, etiamſi in earum conceſſionibus hujuſmodi applicandi facultas indulta non fuerit, ab omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui injuncta in ipſis conceſſionibus opera cum debitis diſpoſitionibus impleverint, acquiri poſſe concedimus, & indulgemus.

Item Facultates, quæ in ſuo vigore præſervantur.

§. 2. Præſervatis etiam & firmis remanentibus facultatibus Tribunalis Officii Inquiſitionis adverſùs Hæreticam pravitatem auctoritate Apoſtolica inſtituti, ejuſque Officialium; Miſſionariorum quoque, & Miniſtrorum, qui ab eodem Tribunali, ſeu a Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpoſita, vel aliàs a Sede prædicta ad id deputati fuerint; & præſertim facultate abſolvendi ab Hæreſi illos, qui, abjuratis eorum erroribus, capaces ejuſmodi abſolutionis redduntur; aliiſque facultatibus, quæ ab Officio Pœnitentiariæ noſtræ Apoſtolicæ, Miſſionariis, in Locis Miſſionum, earumque occaſione, ab ipſis exercendæ, conceſſæ fuerint; Item ſalvis & illæſis remanentibus facultatibus tam Venerabilium Fratrum Epiſcoporum, aliorumque Superiorum Antiſtitum, in ſuis reſpectivè Diœceſibus, circa diſpenſationes & abſolutiones ſuorum Subditorum in caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, prout ipſis a Sacra Tridentina Synodo, ſeu aliàs, etiam in publicis, a jure communi Eccleſiaſtico, & ab eadem Apoſtolica Sede, pro certis perſonis & caſibus, indultæ permiſſæque dignoſcuntur; quàm etiam Superiorum Ordinum Regularium, quæcumque ipſis in Regulares pariter ſibi ſubjectos a Sede Apoſtolica prædicta tributæ fuerunt.

Suſpenſio aliarum omnium Indulgentiarum & Facultatum abſolvendi.

§. 3. Cœteras omnes & ſingulas Indulgentias, tam Plenarias, quàm non Plenarias, etiam perpetuas, & peccatorum remiſſiones, ac facultates, & indulta abſolvendi, etiam a caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, etiam in Literis die Cœnæ Domini legi ſolitis contentis, ſeu relaxandi cenſuras, commutandi vota, aut diſpenſandi etiam ſuper irregularitatibus, & impedimentis, quibuſvis Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, etiam S. Joannis Jeroſolymitani, Domibus, Militiis, Ordinibus, etiam

Mendicantium, Congregationibus, Confraternitatibus, etiam Laicorum, Universitatibus, & Piis Locis, illorumque Ordinibus, Capitulis, Conventibus, Magistris, Superioribus, & tam Sæcularibus, quàm quorumvis etiam Mendicantium Ordinum Regularibus Personis, Coronisque, Granis, Imaginibus, & Numismatibus ex metallo, seu quacumque alia materia confectis, tam singulariter, quàm universaliter, per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac etiam Nos, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, aut ipsis etiam Imperatori, Regibus, Ducibus, & Principibus, vel aliis quacumque alia mundana, vel Ecclesiastica Dignitate fulgentibus, etiam ad instar Jubilæi, aut aliàs quomodocumque, & ex quibusvis causis & occasionibus, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac aliàs quomodolibet concessas, & concessa, quorum omnium tenores, formas, derogationes, & decreta præsentibus pro expressis haberi volumus, Apostolica auctoritate, de eorumdem Fratrum consilio & assensu, ac potestatis nostræ plenitudine, suspendimus, & suspensas, ac suspensa esse declaramus, easque, & ea, eodem anno durante, nulli prodesse, ac suffragari debere; Irritum quoque & inane decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Præceptum ne aliæ Indulgentiæ publicentur, sub pœna excommunicationis.

§. 4. Quocirca per præsentes auctoritate Apostolica præcipimus, & mandamus, ne interim, præter superiùs expressas, aliæ, quam indicti a Nobis prædicti Jubilæi Indulgentiæ, sive publicè, sive privatim, quovis prætextu, ubivis locorum & gentium, sub excommunicationis eo ipso incurrendæ, aliisque arbitrio Ordinariorum infligendis pœnis, publicentur, vel nuncientur, aut in usum demandentur.

Derogatio Privilegiis, Indultis &c.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Hospitalium, Confraternitatum, Universitatum, Collegiorum, & Locorum, aliorumque prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, exemptionibus, & Indultis Apostolicis, illis, eorumque Superioribus, & Personis, ac aliis quibuscumque, per eosdem Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Nos, & dictam Sedem, ejusque Legatos, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, & ex quibusvis causis, concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamsi in illis caveatur expresè, quod sub similibus, vel dissimilibus suspensionibus nequaquam comprehendantur, nisi de illis specialis, & individua mentio fiat, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Et quia difficile nimis esset, præsentes quòcumque, ubi illis opus fuerit, perferri, volumus earum exemplis, etiam impressis, Notarii publici manu, & sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eamdem prorsus fidem in judicio, & extra, ubique Locorum adhiberi, quæ adhiberetur præsentibus, si essent exhibitæ vel ostensæ. Fides habenda Transumptis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suspensionis, declarationis, decreti, præcepti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Sanctio.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo nono, sextodecimo Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Nono. Dat. die 17. Maji 1749.

D. Card. Passionеus.

J. Datarius.

Visa de Curia.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 24. Maji ejusdem anni.

XX. De Præparatione ad Annum Universalis Jubilæi, Epistola Encyclica ad omnes Patriarchas, Archiepiscopos, atque Episcopos.

Lettera Circolare a tutti i Patriarchi, Arcivescovi, e Vescovi sopra la preparazione all' Anno Santo.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater.

Fideles ad sacram peregrinationem invitati fuerunt per litteras Apostolicas.

Apostolica Constitutio a Nobis nuper promulgata, in qua Sanctioris Anni solemnitatem Christifidelibus denunciavimus, eosdem invitat, ut sacris Peregrinationibus sese committant, ac opus perficiant, quod in veteri Testamento Dei jussa, in primævis Ecclesiæ sæculis frequentior ad sacra Jerosolymorum loca accessus, ac perpetua consuetudo, quæ vel ipsos Imperatores ac Reges ad hujus nostræ almæ Urbis sacra monumenta, & præ cæteris ad beata Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum Sepulcra invisenda perduxit, satis commendant: opus denique, quod ab hæreticis malè habitum, a nostris Controversiarum Tractatoribus multâ vi, solidisque rationibus fuit vindicatum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater.

La nostra Costituzione, nella quale abbiamo intimato ai fedeli di Cristo la Solennità dell'Anno Santo, contiene un'invito per un divoto Pellegrinaggio: che è un' opera additata da Dio nel Testamento vecchio, praticata e frequentata nei primi secoli della Chiesa rispetto ai Luoghi Santi di Gerusalemme, usitata in ogni tempo con molta frequenza anche dai Rè e Monarchi in ordine ai Luoghi Santi di questa nostra Città di Roma, e particolarmente ai Sepolcri de' Santi Apostoli; opera finalmente, che impugnata dagli Eretici, è stata con molta ragione ed energia sostenuta e difesa dai nostri Controversisti, e che ben diretta e governata dai Prelati di Santa Chiesa, può servire, e serve di edifica-

Si enim ab iis, qui Ecclesiarum regimini præficiuntur, ejusmodi Peregrinationes, qua decet methodo ac ordine instituantur, pietatis ac religionis stimulos conciliant iis omnibus, qui sobrio pacatoque animo rem ipsam introspiciunt, ac veros, quibus ea circumscribitur, limites contemplantur.

Hujusmodi peregrinationum præcepta in Lege veteri.

§. 2. Jussis Deus in Lege veteri, ut omnes Israëlitarum filii ter quotannis ad Tabernaculum, sive ad Domini Templum devoti accederent: *Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit: in solemnitate Azymorum, in solemnitate Hebdomadarum, & in solemnitate Tabernaculorum*: ut ex Deuteronomii *cap.* 16. cuique perspectum est. Cui quidem præcepto Elcana, ejusque uxor Anna sedulo obtemperarunt 1. *Reg. cap.* 1. Et Redemptor noster summopere diligendus, Beatâ Virgine ejus Matre, ac Sancto Josepho ejus Nutritio comitantibus, ad Templum statis vicibus se contulit; uti legimus *Lucæ cap.* 2. Hinc, ut Templum a Salomone constructum vel ipsæ Gentes frequentiores adirent, idem Salomon Deum precatus est, ut exterarum Gentium, etsi Israëlitis non accenserentur, quæ post longos itinerum tractus Templum inviserent, precibus benignus annueret: *Insuper & alienigena, qui non est de populo tuo Israël, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum (audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extentum ubique) .... tu exaudies in Cælo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia, pro quibus invocaverit te alienigena.* Prostant hæc verba 3. *Reg. cap.* 8.

Christianorum concursus ad sacra Palestinæ loca.

§. 3. Splendidum testimonium suppeditat Eusebius *Histor. Ecclesiast. lib. 6. cap.* 11., ubi Sancti Alexandri Cappadociæ Episcopi adventum in Jerosolymorum Urbem commemorat, ut sacra illa loca intueretur ac coleret, inquiens: *Divino admonitus oraculo Alexander, cum ex Cappadocia, in qua primùm Episcopus fuerat ordinatus, Jerosolymam profectus fuisset, tum orandi, tum locorum visendorum gratiâ.* Sed longè præstantiora sunt, quæ in rem hanc producit S. Hieronymus *in epist. modò* 46. *olim* 17. hisce verbis: *Longum est nunc ab Ascensu Domini usque ad præsentem diem per singulas ætates currere, qui Episcoporum, qui Martyrum, qui eloquentium in doctrina Christiana virorum venerint Jerosolymam, putantes, minus se religionis, minus habere scientiæ, nec summam, ut dicitur, manum accepisse virtutum, nisi in illis Christum adorassent locis, de quibus primùm Evangelium de patibulo corruscaverat.*

De Peregrinationibus ad Limina Apostolorum; testimonia illustriora.

§. 4. Nostra non interest longiorem sermonem hic attexere de frequentiori Regum, Episcoporum, atque Ecclesiæ Prælatorum, necnon Fidelium penè omnium accessu, ac assiduis ad Limina Apostolorum Peregrinationibus; cum provinciam hanc universam præoccupaverint celebres aliquot eruditi, nimirum Onuphrius Panvinius in suo *de præstantia Basilicæ Vaticanæ* Tractatu, quem Nos in minoribus adhuc positi, hoc est inter Vaticanæ Basilicæ Canonicos cooptati, atque Archivi ejusdem Basilicæ Præfecturam agentes, pluries perlegimus nondum typis impressum, & in Tabulario Basilicæ diligenter servatum; Jacobus Gretserus *tom.* 4. novæ Operum editionis *lib.* 2. *de sacris Peregrinationibus cap.* 12. *& seqq.* Coccius *lib.* 5. *Thesaur. Catholic. cap.* 17. Stanislaus Hosius *cap. de Ceremoniis, quæ desumuntur a loco*; Rutilius Benzonius *de Anno Sancti Jubilæi lib.* 6. *cap.* 1. *& seq.* Drexellius *tom.* 13. edition. Monachii *par.* 1. *cap.* 7. *pag.* 126. *& seqq.*; & nuperus Trombella *de Cultu Sanctor. tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 46. *& seq.* Juvabit tamen ex Marculfo Monacho, qui vixit sæculo Ecclesiæ septimo, formu-

Formula Litteræ commendatitiæ pro peregrinantibus ad ea, apud Marculfum.

lam,

zione a tutti quelli, che con animo pacato la considerano nel suo vero stato, e ne' veri limiti, ne' quali deve esser ristretta.

2. Iddio ordinò, che tutti i figli d'Israele tre volte l'anno facessero un divoto pellegrinaggio per visitare il Tabernacolo, o sia il Tempio del Signore: *Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit, in solemnitate Azymorum, in solemnitate Hebdomadarum, & in solemnitate Tabernaculorum*: come si legge nel Deuteronomio *al cap.* 16. Elcana, ed Anna sua moglie adempirono puntualmente il precetto, come si vede *nel lib.* 1. de' *Re al cap.* 1. Il nostro amabilissimo Redentore colla sua SSma Madre, ed il suo Padre putativo Giuseppe, portossi al Tempio, come pure si legge nel Vangelo di S. Luca *al cap.* 2. Ed acciò il Sacro Tempio edificato da Salomone fosse da tutte le genti frequentato, non mancò esso di pregare Dio ad esaudire le preghiere anche de' forestieri, e che non erano del popolo d'Israele, che fossero venuti pellegrinando a visitarlo: *Insuper & alienigena, qui non est de populo tuo Israël, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum, (audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extensum ubique); tu exaudies de cœlo in firmamento habitaculi tui, & facies omnia, pro quibus invocaverit te alienigena*: come si legge *nel lib.* 3. *dei Rè al cap.* 8.

3. Celebre è il testimonio d'Eusebio *nella Storia Ecclesiastica al lib.* 6. *cap.* 11., in cui riferisce il divoto accesso di S. Alessandro Vescovo di Cappadocia a Gerusalemme per vedere ed orare ne' Luoghi Santi: *Divino admonitus oraculo Alexander cum ex Cappadocia, in qua primùm Episcopus fuerat ordinatus, Hierosolymam profectus fuisset, tum orandi, tum locorum visendorum gratia*: e più che celebre è in questo proposito il testimonio di S. Girolamo *nella sua lettera* 44. *altre volte* 17.: *Longum est nunc ab Ascensu Domini usque ad præsentem diem per singulas ætates currere, qui Episcoporum, qui Martyrum, qui eloquentium in doctrina Christiana virorum venerint Hierosolymam, putantes minus se habere religionis, minus habere scientiæ, nec summam, ut dicitur, manum accepisse virtutum, nisi in illis Christum adorassent locis, de quibus primum Evangelium de patibulo coruscaverat.*

4. Non prenderemo qui l'impegno di riferire il frequente accesso dei Rè, de' Vescovi e Prelati di Chiesa Santa, e di tutti i fedeli, e la continua peregrinazione a visitare i limini degli Apostoli; essendo già stata evacuata in tutto e per tutto la materia da alcuni celebri eruditi, cioè da Onofrio Panvinio nel suo Trattato *de præstantia Basilicæ Vaticanæ*, che insino ad ora si conserva manoscritto nell'Archivio del Capitolo della detta Basilica, che Noi più volte abbiamo letto, quando *in minoribus* eravamo Canonico della detta Chiesa, ed Archivista del detto Archivio; da Giacomo Gretsero *nel tom.* 4. della nuova edizione delle sue Opere *al lib.* 2. *de sacris Peregrinationibus al cap.* 12., *e molti seguenti*, dal Coccio *lib.* 5. *Thesauri Catholici al cap.* 17., da Stanislao Hosio *al cap. de Cæremoniis, quæ desumuntur a loco*, da Rutilio Benzonio *de Anno Sancti Jubilæi lib.* 6. *cap.* 1., *e seg.* dal Drexelio *nel tom.* 13. delle sue Opere stampate in Monaco *par.* 1. *cap.* 7. *pag.* 126. *e seguenti*, e dal moderno Trombelli *de Cultu Sanctorum tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 46. *e seg.* Porteremo bensì la formola di Marculfo

lam, cujus memorati Scriptores nunquam meminere, hic producere, ut palam fiat, quò ritu ac methodo conscriberentur commendatitiæ literæ, quæ ad Summum Pontificem, ac Episcopos dabantur, in gratiam eorum, qui Romam ad Apostolorum Limina progrediebantur. Prostat hæc formula *in lib. 2. cap. 49.* eaque sic habet: *Portitor iste, radio inflammante divino, non, ut plerisque mos est, vacandi*, sive ut alii legunt, *vagandi causâ, sed propter nomen Domini itinera ardua, & laboriosa parvi pendens, ob lucrandam Orationem Limina Sanctorum Apostolorum Domini Petri & Pauli adire cupiens, a mea parvitate se petiit vestræ commendari Almitati.* S. Joannes Chrysostomus in libro, cui titulus, *Quod Christus sit Deus, tom. 1.* editionis Parisiensis anni 1718. *pag. 570. num. 9.* ita ad rem nostram scribit: *In Regia Urbe Roma, missis aliis omnibus, ad Sepulcra Piscatoris, & tentoriorum Opificis, accurrunt Imperatores, Consules, Exercituum Duces.* Carolum Magnum Imperatorem septem supra quadraginta annorum spatio, religionis stimulo ductum Romam quater accessisse, Eginardus testatur, inquiens: *Carolus Magnus intra annos quadraginta septem, quater Romam ad vota persolvenda, & orandum profectus est.* Neque omittendum splendidum Nicolai I., qui nono sæculo floruit, testimonium, quo frequentissimæ ad hanc Urbem Peregrinationes, ad beatos Apostoli Petri Cineres institutæ, commemorantur. *Tanta millia hominum* (verba sunt Nicolai *in epist. 8.* ad Michaëlem Imperatorem) *Protectioni ac intercessioni Beati Apostolorum Principis Petri ex omnibus finibus terræ properantium se se quotidie conferunt, & usque in finem vitæ suæ apud ejus Limina semet mansura proponunt, ut præter illud, quo vas è Cælo submissum, in quo cunctorum ostensa sunt eidem Beato Petro horum omnium rectori animantium genera, Catholicam signat Ecclesiam, etiam ipsa sola Romanorum Urbs, apud quam ejusdem Apostoli corporalis præsentia sedulè veneratur, ipsius vasis cunctas dignoscatur in se continere universorum animalium (quæ homines intelliguntur spiritaliter) nationes.*

Apologiæ pro sacris peregrinationibus conscriptæ, & Conciliorum Canones indicantur.

§. 5. Quod verò aut ad nostros Controversiarum Scriptores attinet, qui pios ad sacra loca secessus ab hæreticorum calumniis egregiè vindicarunt, aut ad solertem Ecclesiæ Prælatorum œconomiam spectat, ut ejusmodi Peregrinationes, semotis quibusque scandalis, ritè atque ex ordine perficerentur; Nos, quibus non est animus Dissertationem, aut Tractatum elucubrandi, ea dumtaxat innuimus, quæ literis consignarunt Joannes Aurelianensis Episcopus, noni sæculi Scriptor, contra Claudium Taurinensem, in sacras Imagines, ideoque in sacras etiam Peregrinationes infensum, & Ægidius Carlerius Ecclesiæ Cameracensis Decanus in celebri Oratione Basileæ habita contra errores Nicolai Taboritæ, in qua, solidioris doctrinæ argumentis, quæcumque ab adversario contra sacra Fidelium itinera objiciebantur, planè dissolvit, ut patet Orationem legenti *in tom. 8. Collectionis Conciliorum* Harduini *pag. 1796. & seqq.* Ea item consulenda, quæ in Concilio Cabilonensi secundo *ann. 813. cap. 45.* & uberiùs in Concilio Bituricensi *anno 1584. tom. 10. memoratæ Collectionis pag. 1466. & seqq.* sancita sunt; patebit enim, Canones aliquot fuisse procusos ad quævis absurda tollenda, quæ in sacras Peregrinationes irrepere potuissent. Nec silentio prætereunda, quæ in rem hanc sedulâ curâ in unum collegit Laurentius Bochelli *in Decretis Ecclesiæ Gallicanæ lib. 4. tit. 14. de Peregrinationibus.*

Quid sentiendum de duobus Opusculis S. Gre-

§. 6. Neque verò ignoramus duo illa S. Gregorii Nysseni Opuscula, alterum *de iis, qui adeunt Jerosolymam*, alterum *ad Eustatiam*,

Monaco, che visse nel secolo settimo, e che dai predetti non è portata, nella quale si contiene la commendatizia, che facevasi al Papa, ed ai Vescovi a pro di quelli, che si accingevano al pellegrinaggio verso Roma per visitare i limini de'Santi Apostoli, come si vede *nel lib. 2. al cap. 49.*: *Portitor iste, radio inflammante Divino, non, ut plerisque mos est, vacandi*, o come altri leggono, *vagandi causa, sed propter nomen Domini, itinera ardua, & laboriosa parvipendens, ob lucrandam orationem, limina Apostolorum Domini Petri & Pauli adire cupiens, a mea parvitate se petiit vestræ commendari almitati.* S. Gio. Crisostomo nel Libro, *Quod Christus sit Deus, al num. 9. nel tom. 1.* delle sue Opere della stampa di Parigi *del 1718. alla pag. 570.* così scrive al nostro proposito: *In regia Urbe Roma, missis aliis omnibus, ad sepulcra Piscatoris, & tentoriorum Opificis, accurrunt Imperatores, Consules, Exercituum Duces.* Dell'Imperatore Carlo Magno scrive Eginardo, che quattro volte nello spazio d'anni quarantasette portossi a Roma, tratto dalla divozione: *Carolus Magnus intra annos quadraginta septem, quater Romam ad vota persolvenda & orandum profectus est.* Ed il Pontefice Niccolò I., che visse nel secolo nono, rende un'ampla testimonianza del concorso de' fedeli a Roma per venerare le ceneri dell'Apostolo S. Pietro *nella sua lettera 9.* a Michele Imperadore: *Tanta millia hominum protectioni ac intercessioni Beati Apostolorum Principis Petri ex omnibus finibus terræ properantium se se quotidie conferunt, & usque in finem vitæ suæ apud ejus limina semet mansura proponunt, ut præter illud, quod vas è Cælo submissum, in quo cunctorum ostensa sunt eidem Beato Petro horum omnium Rectori animantium genera, Catholicam signat Ecclesiam, etiam ipsa sola Romanorum Urbs, apud quam ejusdem Apostoli corporalis præsentia sedulè veneratur, ipsius vasis cunctas dignoscatur in se continere universorum animalium (quæ homines intelliguntur spiritaliter) nationes.*

5. Ed in ciò che risguarda o i nostri Controversisti, che contra gli Eretici hanno ben sostenuta la difesa delle divote peregrinazioni ai luoghi santi, o le regole de' Prelati di Santa Chiesa per ben governarle e liberarle da tutti gl'inconvenienti, Noi, che non intendiamo di fare un Trattato, o una Dissertazione, ci rimettiamo a quanto scrisse Giona Vescovo d'Orleans, autore del nono secolo, contra Claudio di Torino, che inimico delle Sacre Immagini, era per conseguenza anche nemico dei più divoti pellegrinaggi; ci rimettiamo alla celebre Orazione di Egidio Carlerio Decano della Chiesa di Cambrai, fatta in Basilea contra gli errori di Niccolò Taborita, stampata *nel tom. 8.* degli Atti de' Concilii dell'Arduino *alla pag. 1796. ed altre seguenti*, ove con profonda dottrina scioglie gli equivoci opposti dal suo contraditore contra i divoti pellegrinaggi; ed a quanto si legge nel Concilio Cabilonense tenuto *l'anno 813. cap. 45.* e più diffusamente nel Concilio Bituricense tenuto *l'anno 1584. nel tom. 10.* della citata Collezione dell'Arduino *pag. 1466. e seg.* ove sono registrati alcuni Canoni molto ben fatti, per levare gl'inconvenienti dai sacri e divoti pellegrinaggi; oltre ciò, che in tal proposito si ritrova esattamente radunato da Lorenzo Bochelli ne'Decreti della Chiesa Gallicana *lib. 4. tit. 14. de Peregrinationibus.*

6. Nè a Noi sono ignoti i due Opuscoli di S. Gregorio Nisseno, uno intitolato *de iis, qui adeunt Hierosolymam*, e l'altro indiriz-

gorio Nysseno tributis.

Ambrosiam, & Basiliſſam, quæ *tom.* 3. *ejus Operum* editionis Pariſienſis anni 1638. *pag.* 651. *& ſeqq.* inſeruntur; quibus abutuntur heterodoxi, ut pios Fidelium ad ſacra loca ſeceſſus irrideant, ac damnent. Novimus etiam gravem controverſiam ab eruditis ſuper Opuſculorum veritate excitatam. Genuina fatentur Lippomanus, Baronius, Natalis Alexander, Tillemontius, Ceillierus: dubia cenſet Cardinalis Bellarminus: tamquam ſuppoſititia & apocrypha damnat Gretſerus; idque multis rationibus probare contendit in accuratis adnotationibus, quas *pag.* 71. *& ſeqq. tom.* 3. *præfatæ editionis* impreſſas legimus. Hac tamen controverſiâ ſepoſitâ; eſto Opuſcula genuina dicamus; eſto in abuſus, qui occaſione Peregrinationum ad ſacra Jeroſolymorum loca irrepſerant, S. Gregorium inſurrexiſſe concedamus; eſto præpoſteram ſententiam illorum, qui haſce Peregrinationes ad æternam ſalutem conſequendam omnino neceſſarias affirmabant, proſcribamus; nihil inde conficitur, quod veritatem a Nobis ſupra propoſitam convellat, aut infirmet. Non enim ſacrorum itinerum neceſſitatem obtrudimus, ſed utilitatem dumtaxat commendamus: neque abſurda, quæ in longis itinerum tractibus aliquando inſurgunt, propugnamus; ſed, ut infra patebit, opportunis remediis præcavemus, ne ſcandala ſuboriantur. Quod ſi S. Doctor zelo pietatis abreptus, vehementiori fortaſſe ſtylo in ſacras Jeroſolymorum Peregrinationes aliquando obloquatur; aut de pravis Peregrinorum moribus duriores quæpiam ſententiæ excipiendæ ſunt; aut communis Eccleſiæ ſenſus ac ritus, qui ſacra Chriſtianorum itinera, modò qua decet modeſtiâ ac diſciplinâ inſtituantur, piis ac devotis operibus accenſet, privato Doctoris, etſi ſanctitatis ac doctrinæ laude celeberrimi, judicio anteponendus.

zato ad Euſtatia, ed Ambroſia, e Baſiliſſa, che ſono *nel tom.* 3. delle Opere del Santo Dottore ſtampate in Parigi *l'anno* 1638. *pag.* 651. ſul fondamento de' quali, quelli, che non ſono della noſtra communione, s'appoggiano per iſcreditare ed impugnare i divoti pellegrinaggi. Nè tampoco ci è ignota la grave controverſia fra i noſtri eruditi, ſe le dette opere ſiano genuine di S. Gregorio: nella qual controverſia il Lippomano, il Baronio, Natale Aleſſandro, il Tillemont, il Ceillier, ſono di ſentimento, che le dette Opere ſiano Opere del Santo Dottore, del che però dubita il Cardinal Bellarmino; & con molta aſſeveranza ed impegno il Gretſero ſoſtiene, che ſiano apocrife, come può vederſi nelle profonde ed erudite Note da eſſo ſtampate ſopra le medeſime, ed inſerite *nel cit. tom.* 3. delle Opere di S. Gregorio Niſſeno nelle Note *alla pag.* 71. *e ſegg.* Ma ci ſembra di potere con tutta giuſtizia accennare, che, quand' anche le Opere ſiano del Santo, quand' anche in eſſe, com'è vero, molto ſi eſageri contra gl' inconvenienti, che ſuccedevano ne' pellegrinaggi a Geruſalemme, quand' anche, com' è vero, gagliardamente s'impugni la maſſima ſpacciata falſamente da alcuni, che le accennate peregrinazioni foſſero neceſſarie per l'eterna ſalute; che ſenza quelle non poteva ottenerſi; ciò punto non oſta al noſtro aſſunto, in cui ſoſteniamo l'utilità delle opere predette, non la neceſſità; non ci facciamo difenſori degl'inconvenienti, ma, come vedraſſi in appreſſo, ne andiamo additando e procurando i rimedj: Non eſſendo poi del dovere, che ſi prendano con tutto il rigore le gagliarde eſpreſſioni del Santo Dottore contra i pellegrinaggi a Geruſalemme; ſi perchè ſi vede manifeſtamente, che hanno la loro origine dai frequenti ſcandali, che andavano occorrendo; ſi perchè l'idea d'uno, benche ſanto e celebratiſſimo Dottore, dee in ogni caſo cedere al ſentimento della Chieſa, ed al contrario comune parere degli altri, che fra le opere criſtiane pie e devote, annoverano i ſacri pellegrinaggi, quando ſiano fatti nelle dovute forme.

Quinam ad Urbem, & quibus conditionibus, imitentur. Epiſcopi.

§. 7. Noſtra hæc invitatio ipſos cum primis Venerabiles Fratres Eccleſiarum Epiſcopos complectitur; modò corporis ſalus id ferat, nullumque ex Paſtoris abſentia gregi concredito obventurum ſit detrimentum. Oportet verò meminerint, pleroſque Prædeceſſorum, eorum ſaltem, quos longiora itinera ab Urbe non diſſociabant, quotannis in ſanctam Civitatem ſe contuliſſe, ut conjunctim cum Romano Pontifice SS. Apoſtolorum Petri & Pauli Feſta celebrarent; ut *ex Epiſtola* 13. *&* 16. S. Paulini ſatis compertum eſt. Hortamur etiam Sacerdotes, atque ex Clero reliquos; modò, ut par eſt, dimiſſoriales Epiſcoporum Literas ſecum ferant: non enim a Nobis lex iſta nunc primùm indicitur, cujus jam tum a vetuſtis Eccleſiæ ſæculis apertiſſima occurrit mentio; ut patet *ex Canone* 41. *&* 42. *Concilii Laodiceni an.* 372. penes Harduinum *tom.* 1. *pag.* 789. *&* 790. Hortamur & Regulares; modò opportuna Superiorum, quos tamen hac in re benigniores fore confidimus, accedat voluntas. Pari ſtudio Laicos hortamur; modò, antequam itineri ſe ſe committant, aut a Parocho aut a Confeſſario, quid ſibi expediat, probe intellexerint. Ne autem conſcientiarum moderatores & conſiliarii facilè hallucinentur, ea noſſe, ac præ oculis habere debent, quæ hiſce in caſibus Theologi, ac præ cæteris Theophilus Raynaudus *tom.* 15. *ſuorum Operum*, in Tractatu, qui inſcribitur *Heteroclita ſpiritualia pag.* 227. *num.* 13. ſedulò examinanda proponunt. *Peregri-*

Clerici.

Regulares.

Laici.

§. 7. Queſto noſtro invito comprende i Veſcovi noſtri cari Fratelli, purchè la ſalute loro corporale lo permetta, e purchè la cura delle anime ad eſſi commeſſe non ſia per ricevere nocumento della loro aſſenza: e ſi ricordino, che una gran parte de' loro Predeceſſori, parlando almeno di quelli che non erano tanto lontani da Roma, venivano ogni anno alla ſanta Città per celebrare unitamente col Papa la Feſta de' Santi Apoſtoli Pietro e Paolo, come ſi vede *nella lettera* 13. *e* 16. di S. Paolino. Comprende l'invito i Sacerdoti e gli altri del Clero, purchè vengano, come è del dovere, colle Dimiſſorie de' loro Veſcovi; legge, che non è inventata da Noi, ma ben antica, come ſi raccoglie dal *Canone* 41. e dal *Canone* 42. del Concilio Laodiceno tenuto *l'anno* 372. *nel tom.* 1. della Collezione dell'Arduino *pag* 789. *&* 790. Comprende il noſtro invito i Regolari, purchè però abbiano le opportune licenze de' loro Superiori, che eſortiamo ad uſare ogni diſcretezza nel concederle. Comprende gli Uomini del ſecolo, purchè intraprendano il viaggio dopo averlo conſultato col loro Curato, o con altro Direttore delle loro coſcienze, che dovrà aver preſente, nel dare il ſuo conſiglio, la comune maſſima degli Autori ſpiegata da Teofilo Raynaudo *nel tom.* 15. delle ſue Opere, cioè in quella intitolata *Hetoroclita ſpiritualia*, *alla pag.* 217. *num.* 13. = *Peregrinatio eſt opus ſupererogationis*, *& pertinet ad cultum voluntarium*, *quem*

natio, ita Raynaudus, *est opus supererogationis, & pertinet ad cultum voluntarium, quem par non est officere actibus virtutis ex obligatione exercendis. Sic maritus, qui vinculo conjugii adstringitur adhærere uxori, malè faciet, si, uxore reluctante, longam Peregrinationem, eâ domi relictâ, suscipiat &c. Immo, quamvis uxor consentiret, posset tamen Peregrinatio longa mariti continere heterocliſim, si per eam absentiam in alterutro conjugum verisimile periculum labefactandæ virtutis timeretur. Æquè ex hoc capite anomala esset Peregrinatio patrisfamilias, qui, cum necessarius esset domi ad sustentationem familiæ, deberetque suis laborare, & thesaurizare, vellet tamen domo abesse, & ad hæc aut illa sacra monumenta discursare. Idem pronunciatum esto de eo, qui obæratus, nec habens aliunde, unde dissolvat debita, quàm si alicubi hæreat, & laboret, eligit tamen visere loca sancta.* Norunt omnes Plenariam peccatorum Indulgentiam, quam Urbanus II. in Concilio Claromontano iis elargitus est, qui Crucis insignia gestantes, ad sacra Jerosolymorum loca recuperanda, sacræ militiæ nomen darent. *Quicumque pro sola devotione, non pro honoris, vel pecuniæ adeptione, ad liberandam Ecclesiam Dei Jerusalem profectus fuerit, iter illud pro omni pœnitentia reputetur*: verba sunt memorati Concilii, quod *anno* 1095. celebratum est, atque *tom.* 10. Labbeanæ editionis inseritur. D. Thomas, *quodlib.* 4. *art.* 11. hac quæstione propositâ: *Utrum vir possit accipere Crucem, si de ejus incontinentia timeatur*, eamdem, quam supra statuimus, doctrinam secutus, ita quæstionem absolvit: *Ex necessitate viro imminet, ut gerat Crucem uxoris, quia caput mulieris est vir. Sed, quod accipiat Crucem ad transfretandum, subjacet propriæ voluntati. Unde si uxor sit talis, quæ sequi non possit propter aliquod impedimentum, & de ejus incontinentia timeatur, non est ei consulendum, ut accipiat Crucem, & dimittat uxorem; secus autem est, si uxor continere voluntariè proponat, aut velit, & possit sequi virum suum.* Sed nec ipsas quidem Mulieres, modò clausuræ legibus non teneantur, arcemus, quominus Anni Jubilæi tempore, si ita illis expediat, Romam accedant. Multa enim præsto sunt, quæ sacra mulierum itinera commendant, exempla. S. Helenam ad sacra loca properantem S. Ambrosius describit. Eudoxiæ, quæ Theodosio nupsit, Peregrinationes ad Urbem Jerosolymam Socrates commemorat. Paulam Matronam Romanam in Terræ sanctæ locis lustrandis sollicitam exhibet Sanctus Hieronymus. Nec minori studio S. Birgitta Compostellam, ac Romam, ut Sanctorum Apostolorum Limina deoscularetur, perrexit. Ad hæc, Nos ipsi, quo tempore diuturniorem in hac Urbe Sanctæ Sedis servitio obstricti moram traximus, de frequenti mulierum adventu, citra ullum ætatis, aut conditionis discrimen, testes fumus. Verùm, ne ubi sedulus Paterfamilias frumentum seminat, inimicus homo zizania commisceat, eos omnes, quibus disciplinæ ac morum custodia est concredita, monemus, ac in Domino obsecramus, ut sedulò caveant, ne ullus pateat aditus criminibus, quæ facili negotio a mulierum ætate, ab eorum, quibus sociantur, indole, ingenio, ac sexu dissimili, suam ducunt originem. Quod si mulieres viro alligatæ itineri se committant, ea cum primis cura adhibenda est, ut, viris absentibus, fratrum custodiæ commendentur, aut saltem iis custodiendæ tradantur, quos propinquitatis gradus, & a quavis suspicione alienos, & in pudicitia servanda probet sollicitos.

Quanta veneratione prosequendi sint SS. Apo-

§. 8. Jam verò reliquum est, ut, quò tandem nostra hæc invitatio spectet, aperiamus. Id verò satis explicare non possumus, nisi quæ-

par non est officere actibus virtus ex obligatione exercendis. Sic maritus, qui vinculo matrimonii adstringitur adhærere uxori, malè faciet, si, uxore reluctante, longam peregrinationem, ea domi relicta, suscipiat. Immò, quamvis uxor consentiret, posset tamen peregrinatio longa mariti continere heterocliſim, si per eam absentiam in alterutro conjugum verisimile periculum labefactandæ virtutis contineret. Æquè ex hoc capite anomala esset peregrinatio patrisfamilias, qui cùm necessarius esset domi ad sustentationem familiæ, deberetque suis laborare, & thesaurizare, vellet tamen domo abesse, & ad hæc aut illa sacra monumenta discursare. Idem pronuntiatum esto de eo, qui obæratus, nec habens aliunde, unde dissolvat debita, quàm si alicubi hæreat & laboret, eligit tamen visere loca sancta. E nota ad ognuno la plenaria Indulgenza conceduta da Urbano II. nel Concilio di Chiaromonte a chi, assumendo la Croce, assumeva la milizia per ricuperare Terra Santa: *Quicumque pro sola devotione, non pro honoris vel pecuniæ adeptione, ad liberandam Ecclesiam Dei Hierusalem profectus fuerit, iter illud pro omni pœnitentia reputetur.* Così si legge nel detto Concilio tenuto *l'anno* 1096. *nel tom.* 10. *de' Concilj* del Labbè. S. Tommaso *nel quodlibet* 4. *all' art.* 11. propone la questione: *Utrum vir possit accipere Crucem, si de ejus incontinentia timeatur*: e camminando coi principj poc' anzi additati, conchiude: *Ex necessitate viro imminet, ut gerat crucem uxoris, quia caput mulieris est vir. Sed, quod accipiat Crucem ad transfretandum, subjacet propriæ voluntati. Unde, si uxor sit talis, quæ sequi non possit propter aliquod impedimentum, & de ejus incontinentia timeatur, non est ei consulendum, ut accipiat Crucem, & dimittat uxorem: secus autem est, si uxor continere voluntariè proponat, aut velit, & possit sequi virum suum.* I divoti pellegrinaggi di S. Elena ai luoghi santi, riferiti da S. Ambrogio, di Eudossia moglie di Teodosio juniore a Gerusalemme, descritti da Socrate, di Paola nobile Romana a Terra Santa, riferiti da S. Girolamo, di S. Brigida a Compostella, ed a Roma, per visitare i limini degli Apostoli Pietro e Paolo, tanti altri lodevoli esempj di donne di condizione, ed anche poverette e miserabili, veduti da Noi nel decorso della lunga dimora, che abbiamo fatta in Roma nel tempo del servigio da Noi prestato alla Sede Apostolica; ci muovono a non escludere dal nostro invito le donne non astrette a clausura: Unendo però all'invito l'avvertimento, che crediamo molto necessario, cioè che da tutti quelli, a cui appartiene il vegliare sul buon costume, non si tralasci verun provvedimento, per opporsi agli inconvenienti, che facilmente possono derivare dall' età delle pellegrine, dalla compagnia nel loro viaggio, dalla mescolanza con quelli d'altro sesso, e particolarmente quand' esse, essendo maritate, non hanno la compagnia de' loro mariti, ed in difetto de' mariti, la custodia de' fratelli, o d'altri congiunti loro in grado tale di parentela, che escluda ogni sospetto, e porti seco ogni dovuta custodia.

§. 8. Al nostro invito succede il dover' esporre il motivo, e la causa finale dello stesso: ma ciò non possiamo fare con tutta adegua-

stolorum cineres.

dam scitu digna, a sanctis Patribus, atque Ecclesiasticæ Historiæ monumentis petita, primo loco statuamus. Sanctus Joannes Chrysostomus *Homil. 32. in Epistolam ad Romanos tom. 9. præfatæ editionis pag.* 757. Urbem Romam laude dignam affirmat, quòd illius amplitudo, vetustas, pulcritudo, populi frequentia, divitiæ, ac victoriæ, quas bello reportavit, multam intuentium animis excitent admirationem. Verùm hæc illi non erat præcipuè commendationis materies. Aliud quidpiam in Urbe Roma intuebatur, quod nedum laudes ab ore eliceret, sed insuper amorem ac desiderium excitaret quammaximum; ipsa nimirum Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli sacra Lipsana, ex quibus longè majori gloriâ ac dignitate Roma nobilitatur, *Propterea*, inquit S. Doctor, *quamquam aliunde illam laudare possim, a magnitudine, ab antiquitate, a pulcritudine, a populi frequentia, a potentia, a divitiis, a rebus in bello fortiter gestis. Sed, missis illis omnibus, ideo illam beatam prædico, quia Paulus & dum viveret, illis scripsit, atque ipsos ita dilexit, ac præsens ipsos allocutus est, & vitam ibidem clausit; ideoque hinc clarior est Civitas, quàm ex aliis omnibus: ac, quemadmodum corpus magnum & robustum, duos illa Urbs habet oculos splendentes, horum videlicet Sanctorum Corpora. Non ita splendet Cælum, cum radios Sol emittit, ut Romanorum Urbs duas illas lucernas habens per totum Orbem lucem emittentes.* Hinc charitatis igne succensus, quæ præsens intueri non poterat, Beatorum Apostolorum Corpora absens venerabatur; atque, ut aliquando Romam posset accedere, veluti moræ impatiens, summis optabat votis. *Quis mihi nunc dederit*, sic ille prosequitur, *ut Corpus Pauli circumplectar, ut sepulcro hæream, ut pulverem videam Corporis illius, quæ Christo deerant, adimplentis, stigmata illius gestantis, prædicationem ubique disseminantis?* & post pauca: *Vellem sepulcrum videre, ubi jacent arma justitiæ, arma lucis, membra nunc viventia, & mortua dum ille viveret, in quibus omnibus vivebat Christus, quæ crucifixa erant mundo, membra Christi, quæ Christum induebant, templum spiritus, ædificium sanctum, quæ spiritu ligata erant, quæ confixa erant timore Dei, quæ stigmata Christi habebant. Hoc Corpus Urbem illam quasi mœniis cingit, quod omni turre, & vallis innumeris tutius est; & cum hoc etiam Petri Corpus, nam illum viventem honoravit: Ascendi, inquit, videre Petrum.*

tezza, se non premettiamo alcune notizie dedotte dai Padri, ed altre dalla Storia Ecclesiastica. S. Giovanni Crisostomo *nell' Omel.* 32. sopra l'Epistola ai Romani *tom.* 9. della sopraccitata edizione *pag.* 757. protestossi di voler bene a Roma, e di poterla lodare per la grandezza, antichità, e bellezza, frequenza del popolo, ricchezze, e vittorie ottenute in guerra: *Propterea ego Romam diligo, quamquam aliunde illam laudare possim, a magnitudine, ab antiquitate, a pulchritudine, a populi frequentia, a potentia, a divitiis, a rebus in bello fortiter gestis:* ma aggiunse, che amava e stimava Roma, e che sommamente bramava di venirvi, per poter venerare i Sepolcri de' Santi Apostoli Pietro e Paolo: *Sed missis illis omnibus, ideo illam beatam prædico, quia Paulus & dum viveret illis scripsit, atque ipsos ita dilexit, ac præsens ipsos allocutus est, vitamque ibidem clausit, ideoque hinc clarior est civitas, quàm ex aliis omnibus: ac, quemadmodum corpus magnum & robustum, duos illa Urbs habet oculos splendentes, horum videlicet Sanctorum Corpora. Non splendet Cælum, cùm radios Sol emittit, ut Romanorum Urbs duas illas lucernas habens, per totum orbem lucem emittentes.* Passò avanti il Santo Dottore, ed espresse il suo acceso desiderio di prestare i dovuti atti di venerazione ai Sepolcri dei detti due Santi Apostoli: *Quis mihi nunc dederit, ut Corpus Pauli circumplectar, ut Sepulcro hæream, ut pulverem videam Corporis illius, quæ Christo deerant, adimplentis, stigmata illius gestantis, prædicationem ubique disseminantis?* e poco dopo: *Vellem Sepulcrum videre, ubi jacent arma justitiæ, arma lucis, membra nunc viventia, & mortua dum ille viveret, in quibus omnibus vivebat Christus, quæ crucifixa erant mundo, membra Christi, quæ Christum induebant, templum Spiritus, ædificium sanctum, quæ Spiritu ligata erant, quæ confixa erant timore Dei, quæ stigmata Christi habebant. Hoc Corpus urbem illam quasi mœniis cingit, quod omni turre & vallis innumeris tutius est; & cum hoc etiam Petri Corpus, nam illum viventem honoravit: Ascendi, inquit, videre Petrum.*

Alia Christiano Homini visenda in Urbe.

§. 9. Et Nos igitur S. Joannis Chrysostomi exempla secuti, affirmare tutò possumus, nostram hanc Urbem Romam amplissimis ædificiis, ac miro instructam ornatu, dignam esse, quæ spectatorum oculos alliciat ac trahat. Verùm vota, nostraque ad fidelem populum hortamenta hìc non sistunt. Hæc præcipua Romæ laus est, quod Catholicæ Religionis Caput, ac unitatis Centrum in ea sedem fixerit. Hoc dignum Urbe Româ spectaculum, apertissima monumenta disjectæ penitus Idololatriæ, quæ tamdiu Urbem hanc Orbis dominam sibi subjecerat, contemplari. Perspectam habent Eruditi sententiam Petri Angeli Bargæi in celebri Epistola *de privatorum publicorumque ædificiorum Urbis Romæ eversoribus*, qua probare contendit, magnifica Theatrorum, Thermarum, Templorumque ædificia, ac innumera Idolorum simulacra, non jam a Gothis, Vandalis, aliisque efferatis gentibus fuisse disjecta; sed a Romanis Pontificibus, ipsoque cum primis S. Gregorio Magno, aliisque Fidelibus, fuisse prostrata, ut omnem planè Idololatrici cultus memoriam, ac superstitionis irritamentum e medio tollerent. Quidquid verò sit de hujusce sententiæ veritate, profectò non defuit, qui

§. 9. Battendo le pedate di S. Giovanni Crisostomo, diremo, essere questa nostra Città di Roma, degna d'esser veduta, per la grandezza delle fabbriche, per la sontuosità degli edifizj: ma non esser queste o simili cose l' oggetto del nostro invito. Diremo, doversi ella principalmente lodare e ammirare per esser la Sede del Capo della Religione, il centro della unità, e per vedersi nella medesima i vivi contrassegni dell' estinta Idolatria, che in essa aveva per più secoli trionfato. Agli eruditi è noto l'assunto di Pietro Angelo Bargeo nella sua celebre lettera *de privatorum publicorumque ædificiorum Urbis Romæ eversoribus*, ove pretende di dimostrare, non essere state rovinate le sontuose fabbriche de' Teatri, delle Terme, de' Tempj, delle innumerabili Statue degl'Idoli, dai barbari, da' Goti, Vandali, e simil gente, ma da' Romani Pontefici, e specialmente da S. Gregorio il Grande, e dai pii fedeli, per levare ogni incentivo all'idolatria ed ogni memoria d'essa. Ma, ciocchè siasi di quanto scrisse il citato Bargeo, non è mancato ai giorni nostri chi con molta fatica ha composto un Trattato delle cose Gentilesche e profane, trasportate ad uso ed ornamento delle Chiese;

nostra ætate operosum Tractatum confecerit de profanis ac superstitiosis Ethnicorum reliquiis, in commodum ac ornamentum Ecclesiarum translatis, addito insuper nomine ac numero Ecclesiarum, quæ vel hisce diebus, profanis Gentium Templis innixæ ac superimpositæ, Romæ aspiciuntur. Sacras igitur Peregrinationes indicimus, ac religiosum ad memorias Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli accessum suademus, eo consilio, ut fidelis populus ad sacra hæc loca eodem feratur pietatis spiritu, quo S. Joannes Chrysostomus, ut supra narravimus, vehementer exarsit; esto illi datum non fuerit sacratiora Urbis Romæ loca vel semel invisere.

Indulgentia Plenaria præcipuus itineris scopus.

§. 10. Nondum verò rationes omnes, quibus nostra hæc hortatio innititur, explicavimus. Notum satis, quod *anno* 1300. Bonifacii VIII. tempore contigisse narratur. Fama illico invaluit de Plenaria peccatorum Indulgentia quovis anno centesimo iis concessa, qui Sanctorum Apostolorum adirent Limina. Auctor famæ, quæ nedum Romæ, sed & in aliis Orbis partibus percrebuerat, etsi diu multùmque quæsitus, nusquam inventus est. Hinc Bonifacius VIII. anno centesimo tunc recurrente, celeberrimam edidit Constitutionem, cui initium *Antiquorum habet fida relatio*, in qua plenissimam peccatorum veniam concedit iis omnibus, qui verè pœnitentes ac confessi, quindecim vicibus, si fuerint extranei, si verò Romani fuerint, triginta vicibus Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli Basilicas visitaverint; ac præterea cuilibet centesimo futuro anno idem plenissimarum Indulgentiarum beneficium, iisdem sub conditionibus acquirendum, perpetuò sociavit. Universa rei series fido calamo a Jacopo Cajetano Diacono Cardinali S. Georgii in Velabro, ejusdem Pontificis Nepote, conscripta, typis impressa legitur *tom.* 25. *Bibliothecæ Maximæ Patrum* editionis Lugdunensis *pag.* 937. *& seqq.* Notum item centum annorum spatium a Bonifacio VIII. definitum, a Clemente VI. ad annos quinquaginta, ab Urbano VI. ad annos tres ac triginta, ac postremò a Paulo II. ad annos viginti quinque fuisse revocatum: additâ insuper a Clemente VI. Lateranensis, ab Urbano VI. Liberianæ Basilicæ visitatione. In nostra, quam nuper edidimus, Constitutione, nihil de consueta Ecclesiæ disciplina, sive quoad Ecclesiarum, sive quoad Visitationum numerum, sive etiam quoad opera, quæ ad lucrandum Indulgentiarum thesaurum præscribuntur, exceptâ Sacræ Eucharistiæ perceptione, quam jure ac merito sepraddendam duximus, immutavimus. Atque huc tandem vota nostra ac hortamenta contendunt, ut, quæ præcipiuntur in sacris hisce itineribus, pia opera, qua decet humilitate ac devotione impleantur; non enim duntaxat consilii, sed præcepti, ac necessitatis res est, ejusmodi operum implementum. Quo semel posito, verbis iisdem, quibus Augustinus Valerius vigilantissimus Ecclesiæ Veronensis Episcopus, mox S. R. E. Cardinalis egregius, *in Pastorali epistola edita anno* 1574. dilectum suæ Civitatis ac Diœcesis populum hortatus est, occasione Jubilæi, quod Gregorius XIII. sequenti anno celebravit, universos Christifideles alloquimur, ac monemus. *Fratres*, verba sunt Epistolæ ex Italico idiomate in Latinum translata, *Gratia Sancti Spiritus proximo Jubilæi Anno vos Romam accersit; multus item, qui vobis proponitur, thesaurus invitat. Hortor vos omnes, ut vestro pares muneri, jucunditatis stolam, quæ bonæ conscientiæ perpetua comes est, induatis; ita namque fiet, ut hoc Jubilæi Anno sanctificationis gratiam adepti, e sacro itinere reduces, promptiores, quàm antea fuistis, Deo serviatis.*

ed in esso ha pienamente enumerate le Chiese, che ancor oggi si veggono in Roma erette su le rovine de' Tempj Gentileschi. Diremo finalmente, essere indirizzato il nostro invito ad un religioso pellegrinaggio, alla divota visita de' Sepolcri de' Santi Apostoli Pietro e Paolo, che S. Giovanni Crisostomo, come abbiamo veduto, sospirava di fare, nè mai ebbe il modo di fare.

16. Qui però non termina l'oggetto ed il fine del nostro invito. E' noto a ciascheduno ciò, che accadde *nel* 1300. allora che, nata all'improvviso una pubblica voce, sparsa non solo in Roma, ma in molte parti del Mondo, che ogni cento anni vi fosse una plenaria ed ampla Indulgenza concessa a chi visitava i limini degli Apostoli, e che per appunto in quell'anno 1300. cadeva il centesimo, dopo essersi fatte le maggiori diligenze per rintracciare il vero, fu dal Pontefice Bonifazio VIII. pubblicata la sua Costituzione, che incomincia *Antiquorum habet fida relatio*, in cui concesse la plenaria Indulgenza a chi pentito e confessato visitasse, se fosse forestiero, quindici volte, ed essendo Romano, trenta volte, le Basiliche de' Santi Pietro e Paolo; Perpetuando ogni cento anni la stessa plenaria Indulgenza nel modo poc'anzi espresso. Tutta la Storia è fedelmente riferita da Giacomo Gaetano Diacono Cardinale di S. Giorgio in Velabro, nipote dello stesso Bonifazio VIII. che è stampata *nel tomo* 25. della Biblioteca Massima de' Padri della stampa di Lione *alla pagina* 937. *e segg.* E' noto pure a ciascheduno, che il termine di cento anni fu ridotto a cinquanta da Clemente VI., a trentatrè da Urbano VI., ed a venticinque da Paolo II., e che il predetto Clemente VI. alla visita delle due Basiliche di S. Pietro e di S. Paolo, aggiunse quella della Lateranense, ed Urbano VI. alle predette tre aggiunse la visita della quarta Basilica, che è quella di S. Maria Maggiore. Noi nella nostra Costituzione ci siamo conformati alla disciplina, che abbiamo veduta già introdotta, e quanto alle Chiese da visitarsi, e quanto al numero delle visite, opere prescritte da adempirsi per conseguire il santo tesoro della plenaria Indulgenza; nè altro v'abbiamo aggiunto, che il dover ricevere la Sacra Eucaristia, che abbiamo creduto ben fatto dovervi aggiungere. E questo è il vero oggetto del nostro invito, a cui il pellegrinaggio, e le visite delle Chiese, ed ogni altra opera ingiunta, fatta a dovere, sono non che convenienti, ma necessarie disposizioni. *Vi chiama, fratelli, lo Spirito Santo a Roma quest'anno prossimo del Giubbileo. V'invita il tesoro, che vi è proposto. Io vi esorto tutti a non mancare a voi stessi, ed a vestirvi della stola dell'allegrezza, perpetua compagna della buona coscienza; acciocchè ritornati da questo santo viaggio santificati in quest'Anno Santo, possiate meglio servire il Signore Iddio di quello, che avete fatto sin ora*: sono parole del gran Vescovo di Verona Agostino Valerio, poi degno Cardinale della Santa Romana Chiesa, nella lettera Pastorale a tutti i fedeli della sua Città e Diocesi, stampata in Verona *l'anno* 1574. sopra il Giubbileo dell'Anno Santo, che nell'anno seguente fu celebrato da Gregorio XIII.

§. 11. Liceat Nobis huc item transferre ipsamet verba, quibus Sanctus Carolus Borromæus, clarissimus Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus, geminam ad commissum sibi gregem dedit epistolam, Italico sermone, ut omnium captui se accommodaret, conscriptam; alteram quidem *die* 10. *Septembris* 1574. hoc est anno Jubilæum a Gregorio XIII. celebratum præeunte; alteram, absoluto Jubilæi tempore, *anno* 1576. promulgatam. Utriusque epistolæ fragmentum latinè redditum lubentes exscribimus. Prior epistola sic habet: *Contemnenda ergo non est, filii charissimi, occasio, ex qua animabus vestris tanta obveniunt emolumenta. Nolite, precamur vos, metu curâve laboris, quo corpus paulisper lassatur, tanto fraudari bono. Vestram in terrenis commodis ac emolumentis diligentiam perpendite; quorum gratiâ, longa, ac periculi plena itinera ultrò suscipitis, absque eo quod ærumnæ, ac incommoda vos terreant, aut labores, qui non semel occurrunt, ab incæpto vos retrahant. Pudeat igitur, quòd majora corpori, quàm animæ, impendatis beneficia. Enimvero si de temporalis oneris dissolutione agatur, aliqui vestrûm non dubitant vias etiam difficiliores adire; esto sacra hæc itinera, tot tantorumque peccatorum, quæ animam gravant, absolutionem impetrent. Hæc ratio, filii charissimi, quæ animæ saluti tam benè consulit, stimulos vobis addat oportet, ut sinceræ pietatis, quæ Christianos decet, spiritu instructi, sacrum iter suscipiatis, ad quod antiqua Fidelium devotio, ac vetusta populorum ac Principum exempla vos provocant.* Posterioris epistolæ, quam, elapso Jubilæi Anno, Sanctus Carolus scripsit, postquam Summus Pontifex, ipso rogante, Plenariam Jubilæi Indulgentiam Mediolanum transmiserat, ut eorum saluti consuleret, qui præcedenti anno Romam non accesserant, verba hæc sunt ad rem nostram satis opportuna: *Nostis quænam fuerint anno præterito vota nostra, ut nemo vestrûm, cujusvis negotii aut impedimenti prætextu, a sacris Peregrinationibus, quæ ad Urbem Romam instituendæ erant, abstineret. Unumquemque excitavimus, ut ad spirituales divitias sibi comparandas properaret, ac singulari obsequio Sanctam Romanam Ecclesiam, quæ omnium Mater est, veneraretur, Romam accedens, ut corpore præsens Apostolicas benedictiones consequeretur, & Beatorum Petri & Pauli sacra Corpora, aliorumque Sanctorum Reliquias coleret; ut vetustas ac venerandas Ecclesias, necnon loca illa innumerorum penè Martyrum sanguine consperfa ac consecrata intueretur. Hæc enim Urbs illa est, mysteriis, sacrisque monumentis insignita, singularibus beneficiis a Deo cumulata, cum in ea S. Petri Cathedram perpetuò fixerit; infallibilem Fidei Catholicæ veritatem, disciplinæ ac morum Magisterium collocaverit. Hæc quidem Urbs est, cujus tellus, muri, Aræ, Ecclesiæ, Martyrum sepulcra, & quidquid oculis obversatur, sacrum quid animis ingerit, ut ii experiuntur, ac sentiunt, qui ritè comparati sacros illos recessus invisunt. Hinc vos omnes & voce pluries hortati sumus, & literis excitavimus, & itineris a nobis suscepti exemplo monuimus; rati, nostra interesse, hac etiam in re ductorem agere, ac exemplo præire.*

11. Contentatevi, che facciamo anche uso delle lettere Pastorali del gran Cardinale Arcivescovo di Milano Carlo Borromeo pubblicate in lingua Italiana per comodo del suo Popolo, una *nel giorno* 10. *di Settembre* 1574. che vuol dire l'anno prima del Giubbileo celebrato nel Pontificato di Gregorio XIII. *Non è dunque, dilettissimi figliuoli, da perdere l'occasione di tanto spirituale guadagno; non vogliate, vi preghiamo, per timore, e rispetto d'un poco di fatica corporale, privarvi di tanto bene; considerate la diligenza e sollecitudine vostra negli acquisti e guadagni terreni, per li quali vi mettete a lunghi e pericolosi viaggi, nè temete disagi ed incomodi, nè vi spaventate di fatica, che vi si rappresenti. Confondetevi di non fare per l'anima vostra quel che fate per il corpo, poichè per ricevere la remissione d'un debito di cose temporali, molti di voi non temeriano di mettersi eziandio a maggior viaggio di questo, il quale vi serve per ricevere la remissione di tanti e tanti debiti spirituali. Dovete, figliuoli amatissimi, per questa causa, la quale importa tanto all'anima vostra, muovervi con gran desiderio, e pietà veramente Cristiana a fare questo santo pellegrinaggio, al quale vi ha da accendere anco sommamente l'esempio dell'antica divozione, che in ciò mostrarono i fedeli, e popoli, e Principi*: l'altra pubblicata *l'anno* 1576. che vuol dire l'anno dopo quello del Giubbileo celebrato in Roma, allora che, secondo il solito, fu dal Sommo Pontefice trasmesso a Milano per quelli, che non erano venuti a Roma l'anno precedente: ed ecco le parole del Santo, che fanno al nostro proposito: *Sapete, quanto abbiamo desiderato l'anno passato, che non fosse alcuno di voi, il quale per qualsivoglia occupazione e impedimento s'iscusasse di far quel santo viaggio di Roma, ma che tutti andaste ad arricchirvi spiritualmente, e che faceste questo speciale riconoscimento verso la Chiesa Santa Romana, comune Madre nostra, andando in persona a ricevere presenzialmente queste sante benedizioni Apostoliche, ed a visitare i Sacri Corpi dei gloriosi Apostoli S. Pietro, e S. Paolo, ed altre Sante Reliquie, a visitare quelle antiche e divote Chiese, quella terra santa, tutta sparsa e consecrata col sangue d'innumerabili Martiri, dove e per questo, e per molti altri misterj e divotissime memorie, e per i favori speciali, che Iddio fa a quel luogo, dove ha collocata immobilmente la Cattedra di San Pietro, l'infallibilità della Fede Cattolica, il magistero de' costumi cristiani, pare, che la terra stessa, i muri sacri, gli Altari, le Chiese, i Cimiterj de Martiri, ed ogni cosa spiri divozione particolare; la quale isperimenta quasi sensibilmente chi visita que' santi luoghi con la disposizione, che deve. Per il che vi abbiamo a ciò molte volte esortato con parole, eccitato con lettere, ed invitato all'ultimo anco coll'esempio del viaggio nostro, riconoscendo nostro obbligo d'andarvi innanzi, ed esservi guida anco in così fatta occasione.*

Simplex peregrinatio ad Jubilæum consequendum non sufficit.

§. 12. Huc usque nostram hanc Encyclicam Literam producere, tandemque finem imponere meditabamur; verùm, præter spem a Nobis præconceptam, multa adhuc superesse animadvertimus. Patres Synodi secundæ Cabilonensis *anno* 813. *in Canone* 45. apud Harduinum *tom.* 4. *pag.* 1039. *suæ Collectionis*, nonnulla recensent absurda, quæ eorum ætate, occasione rei, de qua agimus, invaluerant, &

12. Qui pensavamo che potesse terminare questa nostra lettera Enciclica; ma riconosciamo d'esserci ingannati. I Padri del Concilio Cabilonense secondo, tenuto *l'anno* 813. *nel tomo* 4. della Collezione d'Arduino *alla pag.* 1039. *Can.* 45. ci rappresentano alcuni inconvenienti, che erano ne' loro tempi nella materia, di cui si tratta, e che pur troppo ancor oggi è facile, che si possano ritrovare = *Nam*

quæ fortasse nostris etiam temporibus possent obrepere. *Nam & a quibusdam*, inquit Canon, *qui Romam, Turonumve, & alia quædam loca sub prætextu orationis inconsultè peragrant, plurimùm erratur. Sunt Presbyteri, & Diacones, & cæteri in Clero constituti, qui negligenter viventes, in eo purgari se a peccatis putant, & ministerio suo fungi debere, si præfata loca attingant. Sunt nihilominùs laici, qui putant se impune aut peccare, aut peccasse, quia hæc loca frequentant. Sunt adeo vecordes, ut putent, se sanctorum locorum solâ visitatione a peccatis purgari.* Alia item sequentium temporum absurda, ex quibus Fidelium Peregrinationes suo frustrantur effectu, commemorat Abbas Albertus Stadensis in Chronico: *Vix aliquos vidi, vel nunquam, qui redierint meliores de transmarinis partibus, vel de Sanctorum Liminibus.* Ut hisce malis occurrant Patres Cabilonenses, remedia præscribunt, verbis, quæ sequuntur: *Qui verò peccata sua Sacerdotibus, in quorum sunt Parochiis, confessi sunt, & ab his agendæ pœnitentiæ consilium acceperunt, si orationibus insistendo, eleemosynas largiendo, vitam emendando, mores componendo, Apostolorum Limina, vel quorumlibet Sanctorum invisere desiderant, horum est devotio modis omnibus collaudanda.* Nec remedia dissimulat Abbas Stadensis, inquiens: *Puto ex eo hoc provenire, quod debitâ devotione nec exeunt, nec redeunt; debent enim tali cogitatione proficisci, quasi essent de sæculo migraturi.* Et Nos igitur, ne Apostolici ministerii partes negligamus, alieno exemplo edocti, malis omnibus avertendis, & iis statuendis, quæ ad Indulgentiarum fructum percipiendum necessaria sunt, animum intendamus oportet.

Instructiones, quibus præparandi sunt populi ad Indulgentiæ valorem æstimandum.

§. 13. Notum cuique est, mensium aliquot spatium intercurrere ab eo tempore, quo Anni Jubilæi Bulla Romæ evulgatur, ad ipsa Sacri Jubilæi Anni primordia; quandoquidem, juxtà veterem Ecclesiæ disciplinam, ipsâ Nativitatis Domini Vigiliâ, quæ Bullæ indictionem consequitur, Porta Sancta aperitur, & Jubilæi Annus tunc primùm incipit. Hoc mensium aliquot intervallum, otiosum abire non patimur; eo namque utimur, ut interim in variis Urbis Romæ partibus Missiones habeantur, quarum utilitatem satis commendavimus in Pastoralibus nostris Edictis, quæ Nobis ad Archiepiscopalis Ecclesiæ regimen Bononiæ commorantibus elucubrata sunt, ac typis edita; moxque in Latinum sermonem translata, iterum recusa sunt. Illud verò Evangelicis Missionum Operariis inculcamus, ut Catecheses ad populum habeant, in quibus Catholicam de Indulgentiis ac universali Jubilæo doctrinam explicent, iis posthabitis quæstionibus, quæ ad puram putamque disceptationem, a Polemicæ vel Moralis Theologiæ Tractatoribus agitantur. Satis enim erit fideli populo, si bene norit, Sacramento Pœnitentiæ, modò quis bene illo utatur, culpam pœnamque æternam dimitti; temporalem verò pœnam universam perrarò tolli, quæ idcirco aut satisfactoriis operibus in hac vita, aut post obitum Purgatorii igne supereſt eluenda: ut docet sacra Synodus Tridentina *sess. 6. cap. 14. & Can. 30. ejusdem sessionis, sub titulo de Justificatione.* Satis item erit, si Christianæ plebi innotescat, adesse in Ecclesia indeficientem thesaurum, ex immensa meritorum Christi copia conflatum, cui & alia Sanctorum accedunt merita; hujusce verò thesauri dispensationem, ab eodem Christo Domino, ejus in terris Vicario, hoc est Romano Pontifici fuisse concreditam; ideoque provido Romani Pontificis consilio, justis causis ita suadentibus, modò ampliorem, modò contractiorem fieri posse meritorum applicationem, sive per modum Absolutionis

& a quibusdam, qui Romam, Thuronumve, & alia quædam loca sub prætextu orationis inconsultè peragrant, plurimùm erratur. Sunt Presbyteri & Diacones, & cæteri in Clero constituti, qui negligenter viventes, in eo purgari se a peccatis putant, & ministerio suo fungi debere, si præfata loca attingant. Sunt nihilominus laici, qui putant se impunè aut peccare, aut peccasse, quia hæc loca frequentant. Sunt adeo vecordes, ut putent, se sanctorum locorum sola visitatione a peccatis purgari. Di altri disordini ne' secoli susseguenti parla l' Abbate Alberto Stadense nella sua Cronaca: *Vix aliquos vidi, vel nunquam, qui redierint meliores vel de transmarinis partibus, vel de Sanctorum liminibus.* Non lasciano i Padri Cabilonensi d'accennare il rimedio; ed ecco le loro parole: *Qui verò peccata sua Sacerdotibus, in quorum sunt Parochiis, confessi sunt, & ab his agendæ pœnitentiæ consilium acceperunt, si orationibus insistendo, eleemosynas largiendo, vitam emendando, mores componendo, Apostolorum limina, vel quorumlibet Sanctorum invisere desiderant, horum est devotio modis omnibus collaudanda.* Lo stesso si fa dall'Abbate Stadense: *Puto ex eo hoc provenire, quod debita devotione nec exeunt, nec redeunt; debent enim tali cogitatione proficisci, quasi essent de sæculo migraturi.* Mancheremmo al nostro Apostolico ministero, se non procurassimo di battere le pedate contrassegnate dai sopraddetti, non meno per torre di mezzo ogni male, che per mettere tutti quelli, che sono capaci del frutto dell'Indulgenza, nello stato di poterla fruttuosamente conseguire.

13. Come è noto ad ognuno, corre lo spazio d'alcuni mesi fra la pubblicazione della Bolla dell'Anno Santo, che si fa qui in Roma, ed il principio della plenaria Indulgenza; non aprendosi la Porta Santa, giusta l'antico stile, che nella vigilia del Natale dell'anno precedente all' Anno Santo. Non intendiamo di perdere il sopradetto tempo intermedio. D'esso ci prevaliamo per far fare nella nostra Città di Roma in varie parti le Missioni, dell'utilità delle quali abbiamo abbastanza ragionato nei nostri Editti Pastorali dati alle stampe, quando eravamo residenti nella nostra Chiesa Arcivescovile di Bologna, e che sono anche dipoi stati tradotti e dati alle stampe in lingua latina. Ai Missionarj inculchiamo lo spiegare al popolo in forma di Catechismo le Cattoliche verità nella materia delle sacre Indulgenze, e del Giubbileo universale, senza entrare in disputa particolare o di Teologia Polemica, o di Teologia Morale; dovendo bastare al popolo il sapere, dimetterſi nel Sagramento della Penitenza ben adoprato la colpa, unitamente colla pena eterna; ma non sempre, anzi rade volte dimetterſi la pena temporale da soddisfarsi o in questa vita, o nell'altra nel Purgatorio, come si vede *nel cap. 14. della sess. 6.* del Sacro Concilio di Trento, e *nel Can. 30.* della stessa Sessione sotto il titolo *de Justificatione*; esservi nella Chiesa un inesausto tesoro composto della sovrabbondanza de' meriti di Cristo, e de' Santi; esserne stata commessa da Gesù Cristo la dispositione al suo Vicario in terra, che è il Romano Pontefice; poterne esso fare o più restretta o più larga applicazione, concorrendovi giuste e legittime cause, o a pro de' vivi per modo di assoluzione, o a pro de' morti per modo di suffragio, purchè i primi abbiano colla penitenza conseguito la delezione del peccato e della pena eterna, ed i secondi siano passati da questa all' altra vita in grazia del Signore; essere la detta applicazione quella, che chia-

pro vivis, sive pro mortuis per modum suffragii: si tamen viventes culpam, pœnamque æternam per pœnitentiam deleverint; defuncti verò, Deo in charitate conjuncti ex hac vita migraverint. Porro hæc meritorum applicatio, Indulgentiæ nomine donatur, quam quisquis ritè consequitur, a temporali peccatorum pœna liberatur pro mensura applicationis, quam legitimus Dispensator concessit, ac definivit; ut legimus in Summorum Pontificum Constitutionibus, ac, præ cæteris, in celeberrima Decretali Leonis X. Prædecessoris nostri ad Cardinalem Thomam de Vio, aliàs Cajetanum, quo tempore Legati Apostolici munere in Germania fungebatur. Ex quo sequitur, ut Christifidelibus utilis admodum sit Indulgentiarum usus, ideoque diro anathemate damnanda sit prava illorum sententia, qui aut Indulgentiarum utilitatem denegant, aut Ecclesiæ Indulgentias conferendi adimunt potestatem; ut statuit Concilium Tridentinum *sess. 25. in Decreto de Indulgentiis.* Postremò monendus erit Christianus populus, Indulgentiam Anni Jubilæi Plenariam esse, atque ab aliis item Plenariis, quæ etiam per modum Jubilæi dispensantur, secerni, quòd Sacro Jubilæi Anno Confessariis ad id muneris designatis amplior tribuatur facultas cum absolvendi a peccatis, tum dispensandi super vinculis ac impedimentis quibusdam, quibus non semel pœnitentium conscientia irretitur.

Doctrina de' Indulgentiis ex Decretali Leonis X.

§. 14. Omissis aliis Summorum Pontificum Constitutionibus, quæ cuique obviæ sunt, eam dumtaxat, quam Leo X. promulgavit, hic duximus exscribendam. Sic verò habet: *Per præsentes tibi significandum duximus, Romanam Ecclesiam, quam reliquæ tamquam Matrem sequi tenentur, tradidisse, Romanum Pontificem Petri clavigerum, successorem, & Jesu Christi in terris Vicarium, potestate Clavium, quarum est aperire Regnum Cælorum, tollendo illius in Christifidelibus impedimenta, culpam scilicet & pœnam pro actualibus peccatis debitam, culpam quidem mediante Sacramento Pœnitentiæ, pœnam verò temporalem pro actualibus peccatis secundùm divinam justitiam debitam, mediante Ecclesiastica Indulgentiâ, posse pro rationabilibus causis concedere eisdem Christifidelibus, qui, charitate jungente, membra sunt Christi, sive in hac vita sint, sive in Purgatorio, Indulgentias ex superabundantia meritorum Christi, & Sanctorum; & tam pro vivis, quàm pro defunctis, Apostolicâ authoritate, Indulgentiam concedendo, thesaurum meritorum Jesu Christi & Sanctorum dispensare, & per modum Absolutionis Indulgentiam ipsam conferre, & per modum suffragii illam transferre consuevisse; ac propterea omnes tam vivos, quàm defunctos, qui veraciter omnes Indulgentias hujusmodi consecuti fuerint, a tanta temporali pœna, secundùm divinam justitiam pro peccatis suis actualibus debita, liberari, quanta concessæ & acquisitæ Indulgentiæ æquivalet; & ita ab omnibus teneri, & prædicari debere &c. auctoritate Apostolica &c. decernimus.*

Pœnitentia populis inculcanda, ut Indulgentiæ fructu potiantur.

§. 15. Hæc docuisse sat erit, ut populus ea, quæ ad Indulgentiarum materiem pertinent, satis percipiat. Quia verò studendum cum primis est, ut Indulgentiarum fructum Fideles consequantur; hinc ad alia progrediantur oportet, qui sacrarum Missionum ministerio incumbunt. Apostolico instructi zelo, in sæculi corruptelas, quæ longè latèque grassantur, sermonem convertant, memores verborum Isaiæ *cap. 58. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Jacob peccata eorum.* Pœnitentiæ necessitatem indicant, ac ineluctabilem animæ jacturam urgeant, nisi pœnitentiæ ope crimina deleantur: quò pertinet illud Christi

14. Tralasciando le altre Apostoliche Costituzioni, come ovvie a tutti, Noi porteremo qui la sopracitata di Leone X. -- *Per præsentes tibi significandum duximus, Romanam Ecclesiam, quam reliquæ tamquam Matrem sequi tenentur, tradidisse, Romanum Pontificem Petri clavigerum, Successorem, & Jesu Cristi in terris Vicarium, potestate clavium, quarum est aperire Regnum Cælorum, tollendo illius in Christifidelibus impedimenta, culpam scilicet & pœnam pro actualibus peccatis debitam, culpam quidem mediante Sacramento Pœnitentiæ, pœnam verò temporalem pro actualibus peccatis, secundùm Divinam justitiam debitam, mediante Ecclesiastica Indulgentia, posse pro rationalibus causis concedere eisdem Christifidelibus, qui charitate jungente membra sunt Christi, sive in hac vita sint, sive in Purgatorio, Indulgentias ex superabundantia meritorum Christi, & Sanctorum; & tam pro vivis, quàm pro defunctis, Apostolicâ authoritate Indulgentiam concedendo, thesaurum meritorum Jesu Christi & Sanctorum dispensare, & per modum Absolutionis Indulgentiam ipsam conferre, vel per modum suffragii ipsam transferre consuevisse; ac propterea omnes tam vivos, quàm defunctos, qui veraciter omnes Indulgentias hujusmodi consecuti fuerint, a tanta temporali pœna, secundùm divinam justitiam pro peccatis suis actualibus debita, liberari, quanta concessæ & acquisitæ Indulgentiæ æquivalet, & ita ab omnibus teneri, & prædicari debere &c. auctoritate Apostolica decernimus.*

15. Ciò può bastare pel popolo, ad effetto che resti istrutto di quanto è d'uopo che sappia in ordine alle Indulgenze. Ma, acciò si prepari a conseguirne il frutto, è d'uopo, che i Missionarj passino più avanti. Con Apostolica dunque libertà inveiscano contra le corruttele del secolo pur troppo pubbliche e notorie, avendo avanti gli occhj le parole d'Isaia *al cap. 58.: Clama, ne cesses, quasi tuba exaltá vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Jacob peccata eorum.* Predichino con Apostolico zelo la necessità della penitenza, la perdita irreparabile dell'anima, se non fanno penitenza de' loro peccati, avendo avanti gli occhj le parole di Gesù Cristo in S.

Domini, Lucæ 13. *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.* Ad hæc, divinæ misericordiæ divitias extollant, quæ in eos effunduntur, qui, pravis anteactæ vitæ moribus omnino rejectis, cor novum, novumque spiritum sibi comparant. Interim verò præ oculis habeant ea Domini verba, Ezechielis *cap.* 18. *Convertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Projicite a vobis omnes prævaricationes vestras, in quibus prævaricati estis, & facite vobis cor novum, & spiritum novum... Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus; revertimini, & vivite*: Et cap. 33. *Vivo ego, Dicit Dominus Deus: nolo mortem impii, sed ut convertatur impius a via sua, & vivat.*

Confessionum generalium utilitas ostendenda.

§. 16. Propositâ virtutis pœnitentiæ necessitate, ad Sacramentum Pœnitentiæ sermonem convertant, atque hortamenta, ac monita ingeminent, ut Fideles hoc saluberrimo muniti Sacramento, ad Annum Jubilæi accedant ritè dispositi. Hinc ad validam ac utilem peccatorum Confessionem perficiendam populos erudiant; omnimodam necessitatem iterandi Confessiones pridem irritas explicent; omnemque curam adhibeant, ut ii quoque, qui nullâ necessitate obstrictos se putant, ad præterita crimina in Pœnitentiæ Sacramento iterum manifestanda, atque ad generalem peccatorum Confessionem instituendam facilè inducantur. *Licèt non sit de necessitate iterum confiteri eadem peccata, tamen propter erubescentiam, quæ est magna Pœnitentiæ pars, ut eorumdem peccatorum iteretur Confessio, reputamus salubre*: verba sunt Prædecessoris nostri Benedicti XI. in Decretali *Inter cunctas, de Privilegiis*, relata inter Extravagantes communes. Quibus consona scribit S. Carolus Borromæus in suis ad Confessarios Monitis, quæ Innocentius XII. Prædecessor noster, ut iis, qui Confessiones audiunt, exemplo essent ac documento, iterum Romæ imprimenda curavit. *Confessarii*, ita loquitur S. Carolus, *pro cujusque personæ qualitate, opportuno tempore & loco, ad generalem quamdam Confessionem pœnitentes exhortentur, ut per hanc, propositâ omni præteritâ vitâ sibi ob oculos, majori cum alacritate redeant ad Dominum, ac omnes errores, qui potuissent in præcedentibus Confessionibus accidere, resarciant.*

Ea commendatur a S. Francisco Salesio, a S. Vincentio a Paulo, & ab ipsis Summis Pontificibus.

§. 17. Hanc ipsam generalium Confessionum utilitatem in suorum Operum locis quamplurimis Sanctus Franciscus Salesius commendat. Præcipua verò sunt, multamque redolent suavitatem verba illa, quæ ex epistola ad Viduam Matronam data, hic repetimus, e Gallico sermone Latinè reddita: *Accepi literas a Patre tuo, quibus a me postulat, ut aliquid, quod animæ saluti profuturum sit, illi aperiam. Lubens, & facilior fortasse, quàm par est, votis annuo. Quæ illi trado monita, ad duo revocantur capita. Alterum est, sedula ac universalis anteactæ vitæ discussio, quàm generalis Confessio, & par pœnitentia sequatur. Hoc enim illud est, quod nemo vir ingenuus ante obitum negligit. Alterum in eo versatur, ut paulatim a mundi illecebris animum studeat avellere.* Ejusmodi epistolæ exemplum inseritur *tom.* 1. *illius Operum* editionis Parisiensis an. 1669. *pag.* 914. *num.* 6. In Vita Sancti Vincentii a Paulo Fundatoris Congregationis Missionis, Italicè scripta, multis agitur de fructu, qui a generalibus Confessionibus, occasione sacrarum Missionum, percipitur. Hinc memoratæ Congregationis Regulæ ab Apostolica Sede probatæ, inter cætera Instituti ministeria illud enumerant, *Confessiones generales totius anteactæ vitæ suadere, & excipere.* Eòdem pertinent verba Urbani VIII. relata in Bulla, quæ incipit: *Salvatoris nostri*, qua Institutum præfatæ Congregationis confirmatur; ita namque generalium

Luca *al cap.* 18. *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis.* Entrino mallevadori della Divina misericordia a pro di quelli, che lascieranno le ree antiche costumanze, e si faranno un cuor nuovo, ed uno spirito nuovo; avendo pure avanti gli occhj le parole del Signore in Ezechiele *al cap.* 18. *Convertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Projicite a vobis prævaricationes vestras, in quibus prævaricati estis, & facite vobis cor novum & spiritum novum, quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus; revertimini, & vivite*: e nel *cap.* 33. *Vivo ego, dicit Dominus Deus, nolo mortem impii, sed ut convertatur impius a via sua, & vivat.*

16. Dalla virtù della Penitenza passino i Missionarj al Sagramento; e coi più fervorosi inviti non lascino d'indurre chi gli ascolta, a prepararsi all'Anno Santo con una fruttuosa Confessione. S'instruisca a ben farla; si faccia vedere la necessità di ripetere le passate mal fatte; e si adopri ogni diligenza per indurre anche chi non pensa d'avere necessità di ripetere le passate, a farne una generale: *Licèt non sit de necessitate iterum confiteri eadem peccata, tamen propter erubescentiam, quæ est magna pœnitentiæ pars, ut eorumdem peccatorum iteretur Confessio, reputamus salubre*: sono parole del nostro Predecessore Benedetto XI. nella sua Decretale: *Inter cunctas, de privilegiis*, fra le Stravaganti comuni. Ed il gran S. Carlo Borromeo ne' moniti a' Confessori, fatti ristampare in Roma dalla felice memoria d'Innocenzo XII. per regola e norma de' Confessori, così scrisse: *Confessarii pro cujusque personæ qualitate, opportuno tempore & loco, ad generalem quamdam Confessionem pœnitentes exhortentur, ut per hanc proposita omni præterita vita sibi ob oculos, majori cum alacritate redeant ad Dominum, ac omnes errores, qui potuissent in præcedentibus Confessionibus accidere, resarciant.*

17. Dell'utilità delle predette Confessioni generali parla pure S. Francesco di Sales in molti luoghi delle sue Opere: ma assai proprio della sua dolcezza è quello, che si legge nella sua lettera prima, scritta ad una Dama vedova, che è *nel tom.* 1. delle sue Opere della stampa di Parigi *del* 1669. *alla pag.* 914. *num.* 6., che Noi dall'idioma Francese trasportiamo in lingua Italiana: *Mi scrive vostro Padre; e perchè mi comanda di scrivergli qualche cosa per la salute dell'anima sua, io lo faccio con molta facilità, e forse troppo grande. Si riduce il mio avviso a due punti: Uno, che faccia una penitenza generale. Questa è una cosa, senza la quale nissun uomo d'onore dee morire. L'altro, che a poco a poco si vada distaccando dalle affezioni del mondo.* Nella Vita scritta in Italiano di S. Vincenzo de Paulis Fondatore della Congregazione della Missione, molto si tratta del frutto, che si ricava dalle Confessioni generali nelle Missioni: E però nelle Regole del detto Istituto, approvate dalla Santa Sede, tra gli altri ministerj si annovera questo d'insinuare le dette Confessioni: *Confessiones generales totius anteactæ vitæ suadere & excipere.* Ed il Pontefice Urbano VIII. nella sua Bolla, che incomincia *Salvatoris nostri*, colla quale approvò l'Istituto della detta Congregazione, nel proposito delle Confessioni generali così soggiugne: *Ex quorum felicibus successibus*, parla delle funzioni, e ministerj dell'Istituto ivi enunciati,

Confessionum usum ac utilitatem commendat: *Ex quorum felicibus successibus* (operum scilicet ac ministeriorum, quæ Congregationis Instituto propria sunt ac peculiaria) *evidenter apparet, hoc pium Institutum Deo acceptissimum, hominibus verò utilissimum, prorsusque necessarium esse: ex eo enim, licèt non multo abhinc tempore, rarus antea Confessionum sacramentalium, etiam generalium, & sanctissimæ Eucharistiæ usus, frequens per Dei gratiam factus est.* Hinc Prædecessor noster Innocentius XII. secum reputans graviores defectus, qui ex irrito præteritarum Confessionum usu possunt occurrere; in ea, quam post indictum Jubilæi Annum evulgavit Instructione, hisce verbis a Nobis latinè redditis, quemlibet peregrinorum hortatur, ut ante discessum universa anteactæ vitæ crimina iteratò aperiat in foro sacramentali: *Discessurus, validam, ac generalem Confessionem præmittat; ac moneatur, ut, hac oblatâ occasione, id non negligat: ut nimirum medeatur languoribus, quibus Confessiones pridem habitæ fortasse laborant.* Sanè conscientiarum moderatores uno ore conveniunt, multam ex generalium Confessionum usu percipi utilitatem. Ita namque universa vitæ ratio animo obversatur: ex quo hominis timor ac humilitas; major in peccatum horror insurgit; augentur vires, ut quidquid ad malum provocat, propulsetur; jucundissima pax & tranquillitas animo accedit; &, quæ præteritis Confessionibus illata sunt, damna sarciuntur.

Multum verò interest, ut Confessarii munus suum recte calleant & adimpleant.

§. 18. Haud ignoramus, sacramentales Confessiones, sive pro quotidianis excessibus instituantur, sive frustraneas repetant, sive universa vitæ crimina in unum colligant, eo, quem expectamus, & summopere expetimus, fructu carituras, nisi a probis, doctis, ac in sana Ecclesiæ doctrina ritè instructis pœnitentiæ Ministris excipiantur. Quo tempore Archiepiscopalis Ecclesiæ Bononiensis regimini Nos ipsi præfuimus, nullum in Pœnitentiæ Ministrum delegimus, quem aut Nos, aut alii coram Nobis, prævio examine, non probaverint; ut scilicet solidum de moribus ac doctrina supperet testimonium. Neque verò indefinitam ad Confessiones audiendas cuiquam tribuimus auctoritatem, sed certo, ac brevi temporis spatio circumscriptam concessimus; ut semel probati iterum examini subjicerentur, aut a Nobis ipsis, aut Nobis adstantibus perficiendo. Hoc autem sicut multam Confessariis molestiam, ita magnam pœnitentibus afferebat utilitatem. Jam verò universalis Ecclesiæ regimine usque adeò pressi, ut illi ferendo penè deficiant vires, examen Confessariorum, qui in hac Urbe Roma Sacramentum Pœnitentiæ administrant, aliorum, de quorum fide ac diligentia Nobis benè sperare licet, judicio relinquimus; & nonnisi semel quotannis, adventante nimirum sacro Quadragesimalis jejunii tempore, Concionatoribus, ac Parochis, qui coram Nobis jussi conveniunt, ea omnia, quæ eorum muneri, ac animarum saluti expedire videntur, significamus. Sed longè major ac potior Nos urget ratio, ut occasione Anni Jubilæi, qui propediem venturus est, Confessarios omnes alloquamur, quibus idcirco, eâ, qua possumus, verborum vi atque animi contentione, hæc, quæ sequuntur, monita ac hortamenta præbemus.

Ut Pœnitentium conscientiam investigent, eique apta remedia præbeant.

§. 19. Primo loco monemus, ut meminerint, susceptı muneris partes non implere, immo verò gravioris criminis reos esse eos omnes, qui cum in sacro Pœnitentiæ Tribunali resident, nullâ tacti sollicitudine, pœnitentes audiunt, non monent, non interrogant, sed, expletâ criminum enumeratione, Absolutionis formam illicò proferunt. Id sanè a solertis

18. Ben vediamo, che, dovendosi fare o semplici ed ordinarie Confessioni, o dovendosi ripetere le mal fatte, o dovendosi fare Confessioni generali, se non sono le Confessioni ricevute ed intese da Confessori, che siano uomini da bene, e periti, ed istrutti delle vere massime della Chiesa, non se ne ricaverà quel frutto, che si brama, e sommamente si desidera. In tutto il tempo, che siamo stati residenti nella Nostra Chiesa Arcivescovile di Bologna, non abbiamo data a veruno la facoltà di confessare, se non dopo averlo Noi stessi esaminato, o fatto esaminare da altri alla nostra presenza, per aver contezza della sua perizia, e delle sue massime: nè abbiamo mai data licenza illimitata di confessare, ma ristretta a tempo limitato e breve, acciò gli esaminati ed approvati una volta, dovessero di nuovo ritornare sotto l'esame nostro, o darsi di nuovo alla presenza nostra; il che quanto era incomodo ai Confessori, altrettanto era giovevole al buon regime delle anime. Ora che siamo oppressi dall' ormai insopportabile peso del regime della Chiesa universale, siamo obbligati a commettere l'esame de' Confessori di questa nostra Città di Roma ad altri, che possiamo sperare non manchino al loro dovere, ed a tutta l'esatta diligenza: e solamente una volta l'anno, quando è vicina la Quaresima, non lasciamo d'esprimere i nostri sentimenti ai Predicatori, ed ai Parrochi convocati avanti di Noi, in tutto ciò, che crediamo opportuno e necessario per la salute delle anime. Ora poi, che è imminente l'Anno Santo, chiamiamo avanti di Noi tutti i Confessori, a' quali con tutto lo spirito, e con tutta quella energia, che possiamo, inculchiamo le massime seguenti.

19. La prima, che si ricordino, non soddisfarsi al proprio dovere, anzi commettersi un gran mancamento da chi di loro mettendosi a sedere nel Tribunale della Penitenza, sente il penitente con una certa indolenza, nulla soggiugne, e finita l'esposizione de' peccati, profferisce l'assoluzione: essendo ciò troppo contrario alla condotta di un Medico perito, a

Medici, qui oleum, ac vinum vulneri infundit, moribus nimis alienum est. Equidem Medicum agit quisquis Pœnitentiæ Sacramentum ministrat; hinc debet nedum criminum circumstantias, sed etiam illius, qui in crimina lapsus est, indolem ac ingenium sedulò inspicere, ut illi præstò sit opportunis remediis, ex quibus animæ salutem consequatur. *Sacerdos autem sit discretus, & cautus, ut more periti Medici similiter infundat vinum & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumstantias, & peccati, per quas prudenter intelligat, quale illi debeat consilium præbere, & ejusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad sanandum ægrotum*: verbis utimur clarissimi Prædecessoris nostri Innocentii Papæ III. in Generali Concilio Lateranensi *Cap. Omnis utriusque sexus, de Pœnitentiis & Remissionibus.* Consonat Rituale Romanum a Paulo V. nostro item Prædecessore Apostolicâ Constitutione probatum, *in tit. de Sacramento Pœnitentiæ*, ubi sic loquitur: *Si pœnitens numerum, & species, & circumstantias peccatorum non expresserit, eum Sacerdos prudenter interroget.* Quod si Confessarius probè norit, pœnitentem aliquibus peccatis gravari, quæ nondum aperuit, sive ex oblivione, quod imos conscientiæ recessus non satis exploraverit, sive ex crassiori ignorantia, quæ tamen culpâ non vacat, cum putet sibi licere, quod re ipsâ nefas est; è re erit Confessarii, ne alioqui necessariâ integritate Confessio fraudetur, cautè ac prudenter in memoriam pœnitentis revocare, quæ omisit, illumque monere ac corrigere, ut ritè comparatus Sacramenti Pœnitentiæ fructum percipiat. Ita sentit S. Bernardinus Senensis *tom. 2. serm. 27. artic. 2. cap. 3. pag. 167.* ubi quæstione proposita, *an Confessor teneatur diligenter perscrutari, & examinare conscientiam peccatoris*, affirmando respondet: idque locum habere, ait, non solùm in iis, quæ pœnitens *propter negligentiam, vel propter verecundiam* omittit, sed & in iis, quæ ignorans tacet; *eò quod peccatores ignorant, quæ Dei sunt: unde si Confessor audierit aliquid de pœnitente, vel scivit per aliquam probabilem conjecturam; id debet pœnitenti ad memoriam reducere; quia potest timeri, quod pœnitens ignoret ignorantiâ crassâ, quæ non excusat secundùm Guillelmum; vel quia fortè non intelligit illud esse peccatum; nam, secundùm Isidorum, ignorans quotidie peccat, & ignorat.*

Scriptorum communis doctrina in hac materia.

§. 20. Obvia hæc sunt apud Theologos, ne iis quidem exceptis, qui inter rigidioris disciplinæ magistros enumerandi non sunt. Non enim res hic agitur de ignorantia, ut ajunt, invincibili juris positivi, ex qua pœnitens in absurdum quidpiam, uni Confessario notum, prolapsus est; & si fortè, quod pœnitens ignorat, monitus disceret, gravioris mali occasio inde sequi posset: sed vincibilis ignorantia locum habet; cum pœnitens aut crimina ignoret, quæ tamen nosse debet; aut in iis versetur facti circumstantiis, quæ Confessario dissimulante, peccatorem in pravo opere obfirmant, non sine aliorum scandalo; cum quis arbitretur, ea sibi licere, quæ ab iis, qui Ecclesiæ Sacramenta frequentant, impunè exerceri animadvertit. Hisce in casibus concors Theologorum sententia est, Confessarium teneri monitis ac interrogationibus pœnitenti opem ferre, quamvis inde pœnitentis tristitiam secuturam agnoscat. Quod si Confessarii monitis par exitus tunc non respondeat, adhuc sperare licet, ea in posterum, adjuvante Domino, profutura. Inter Theologos, qui aut Prædicatorum Ordini accensentur, aut Divi Thomæ doctrinæ subscribunt, consulantur Soto *in 4. Sententiar. distinct. 18. quæst. 2. tit. 4.* ac Sylvius *in 3. part. Divi Thomæ tom. 4. quæst. 9. art. 2.*

cui il Confessore viene rassomigliato, che deve infondere sopra le ferite e vino ed olio, deve investigare le circostanze e del peccato e del peccatore, per potergli dare un'opportuno consiglio, giusta il quale riceva e conseguisca la sanità dell'anima: *Sacerdos autem sit discretus & cautus, ut, more periti Medici, similiter infundat vinum & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumstantias & peccati, per quas prudenter intelligat, quale illi debeat consilium præbere, & ejusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad sanandum ægrotum*: sono parole d'Innocenzo III. nostro gran Predecessore, nel Concilio Generale Lateranense *nel cap. Omnis utriusque sexus, de pœnitentiis, & remissionibus.* Concorda il Rituale Romano, confermato con Apostolica Costituzione dall'altro nostro Predecessore Paolo V. sotto il titolo *de Sacramento Pœnitentiæ*; ed eccone le parole: *Si Pœnitens numerum, & species, & circumstantias peccatorum non expresserit, cum Sacerdos prudenter interroget.* E di più se il Confessore sa, che dal Penitente si commettono alcuni peccati, de' quali esso non si accusa, o perchè, volontariamente ingannando se stesso, si lusinga che ciò, che fa, non sia peccato; il Confessore che è obbligato d'aver cura dell'integrità della Confessione, dee con buona maniera ridurgli a memoria ciò, che tralascia, correggerlo, ammonirlo, inducendolo ad una vera penitenza. Così la discorre S. Bernardino da Siena *al tom. 2. serm. 27. artic. 2. cap. 3. pag. 167.*, ove propostasi la questione: *An Confessor teneatur diligenter perscrutari, & examinare conscientiam peccatoris*; risponde di sì: e dice, ciò doversi fare non solo in quelle cose, che il Penitente tace *propter negligentiam, vel propter verecundiam*, ma anche in quelle, che tace per ignoranza, *eò quod peccatores ignorant quæ Dei sunt: unde si Confessor audierit aliquid de Pœnitente, vel scivit per aliquam probabilem conjecturam, id debet Pœnitenti ad memoriam reducere, quia potest timeri, quod Pœnitens ignoret ignorantia crassa, quæ non excusat, secundum Guillelmum; vel quia fortè non intelligit illud esse peccatum, nam, secundum Isidorum, ignorans quotidie peccat, & ignorat.*

20. La materia è pure ovvia appresso i Teologi, come può vedersi ne' libri anche di quelli, che certamente non meritano di essere annoverati nel numero di troppo rigidi. Imperocchè, non trattandosi ora d'ignoranza invincibile di qualche jus positivo, da cui sia derivato un disordine, che è noto al Confessore, e che non è noto al Penitente, ed a cui se fosse notificato, ne potrebbe succedere qualche grave inconveniente; mà trattandosi ora d'ignoranza vincibile, d'azioni, che ognuno deve sapere esser peccaminose, di cose, che trascurate dal Confessore, danno fomento al Penitente di continuare nel suo pravo costume, ed agli altri o di scandalizzarsi, o di prendere le dette cose come indifferenti, giacchè vedono praticarsi con molta franchezza da quelli, che frequentano i Sagramenti della Chiesa: sono concordi i Teologi nell'asserire, essere il Confessore obbligato ad interrogare, ed ammonire il Penitente, nulla curando il dispiacere, che, ammonendolo, gli darà, e dovendo sperare, che se forse allora l'ammonizione non sarà del tutto profittevole, lo sarà una volta coll'ajuto di Dio. Fra gli Autori Domenicani, o seguaci della Dottrina di S. Tommaso, può vedersi il Soto *in quartum Sententiarum dist. 18. quæst. 2. al tit. 4.* il

ad 7. Inter Franciscanæ Familiæ alumnos, cæterosque Scoti discipulos, Cardinalis de Lauræa *in 4. Sentent. tom. 2. de Sacrament. Pœnitent. disputat. 21. artic. 3. num. 64. & sequentibus.* Inter Societatis Jesu Scriptores, Suaresius *in 3. part. D. Thomæ disputat. 32. sect. 3. & 4. tom. 4.* Theophilus Raynaudus *tom. 16. Heteroclit. spiritual. punct. 9. num. 4.* Gabriel Antonius *tractat. de Pœnitent. artic. 3. quæst. 3.* & Cardinalis de Lugo *de Sacrament. Pœnitent. disputat. 22. sect. 2.* ubi animarum salutis studio fervens, multa in rem hanc profert contra Episcoporum, Prælatorum, Principum, ac Gubernatorum desides Confessarios, qui licèt in sacro Pœnitentiæ foro nullam de publicis criminibus accusationem excipiant, taciti quiescunt, nullâque hortatione præmissâ, præcipiti judicio Absolutionis beneficium dispensant. *Infero secundò*, sic ille loquitur, *quid dicendum sit de obligatione, quam habent Confessarii Prælatorum, Principum, Gubernatorum, & similium, quando vident, aut sciunt, ipsos non satisfacere revera suo debito circa collationem beneficiorum, electionem ministrorum, subditorum gubernationem, circa eleemosynas ex superfluis faciendas de redditibus Ecclesiasticis, & alia similia: de quibus illud notandum est, rarò contingere, quod ignorantia sit invinsibilis, & inculpabilis; item rarò contingere, quod ignorantia illa non afferat secum scandalum in subditis, qui facilè putant licita, quæ a Prælatis & Principibus fieri vident; vel certè non afferat damnum commune. Quare regulariter Confessarius tenetur admonere pœnitentem, quicumque ille sit, de sua obligatione: nec satisfacit suo muneri, absolvendo a peccatis, quæ pœnitens dicit, sed potiùs imponit suis humeris peccata cætera & errores, quos in pœnitente dissimulat, & cæco cæcum ducente, ambo in æternam foveam cadent. Si formidet ergo potentis faciem, non assumat sibi Pastoris officium; sed modestè se excuset tamquam minùs aptum ad illud onus portandum.* Quæ quidem saluberrima Cardinalis de Lugo sententia, non solùm eos Sacramenti Ministros complectitur, qui Episcoporum ac Principum Confessiones excipiunt, sed pari jure eos omnes Confessarios perstringit, qui pœnitentes audiunt, quorum mores, ac vitæ exempla in proxima peccati occasione versantur, sin minùs in externis actibus, saltem in pravis cupiditatibus, ac morosis delectationibus, quibus assentiri consueverunt, neque interim ullâ tanguntur curâ, ut miserum criminosæ vitæ statum aperiant.

Silvio *in tertiam partem D. Thomæ tom. 4. quæst. 9. artic. 2. quesito 7.* Fra li Francescani, e seguaci della dottrina di Scoto, il Cardinal de Laurea *in quartum librum Sententiarum tom. 2. de Sacramento Pœnitentiæ disput. 21. art. 3. num. 64.* cogl' altri, che seguono. E fra i Padri della Compagnia di Gesù il Suarez *in tertiam partem D. Thomæ disput. 32. sectione 3. & 4. tom. 4.* Teofilo Raynaudo *tom. 16. Heteroclit. Spiritual. punct. 9. num. 4.*, Gabriele Antonio *Tractatu de Pœnitentia artic. 3. quæst. 3.* Il Cardinal de Lugo *de Sacramento Pœnitentiæ disput. 22. sess. 2.*, ove al nostro proposito con molto zelo inveisce contra i Confessori de' Vescovi, e de' Prelati, de' Principi, e de' Governatori, che intendendo le loro Confessioi, e vedendo che non parlano de' loro pubblici mancamenti, tacciono, non ammoniscono, e danno francamente l' assoluzione. *Infero secundò, quid dicendum sit de obligatione, quam habent Confessarii Prælatorum, Principum, Gubernatorum, & similium, quando vident, aut sciunt, ipsos non satisfacere revera suo debito circa collationem Beneficiorum, electionem Ministrorum, Subditorum gubernationem, circa eleemosynas ex superfluis faciendas de redditibus Ecclesiasticis, & alia similia; de quibus illud notandum est, rarò contingere, quod ignorantia illa non afferat secum scandalum in Subditis, qui facilè putant licita, quæ a Prælatis, & Principibus fieri vident; vel certè non afferat damnum commune; quare regulariter Confessarius tenetur admonere Pœnitentem, quicumque ille sit, de sua obligatione; nec satisfacit suo muneri absolvendo a peccatis, quæ pœnitens dicit, sed potius imponit suis humeris peccata cætera, & errores, quos in Pœnitente dissimulat, & cæco cæcum ducente, ambo in æternam foveam cadent. Si formidet ergo potentis faciem, non assumat sibi Pastoris officium; sed modestè se excuset tamquam minus aptum ad illud onus portandum.* E questo savio insegnamento del Cardinal de Lugo non dee essere ristretto ai soli Confessori de' Vescovi, de' Prelati, de' Principi, ma, se non con maggiore, almeno con egual ragione deve estendersi a tutti quelli, che sentono le Confessioni di que' Penitenti, la vita pubblica de' quali non è disgiunta da qualche prossima occasione di peccare, se non rispetto agli atti esterni, almeno rispetto ai pravi desiderj, e alle morose dilettazioni, del qual sistema di vivere essi non si accusano.

In casibus dubiis, ne temerè, aut ex privata opinione de iis judicetur.

§. 21. Alterum pro Confessariis monitum illud est, ut, si fortè contingat (solet autem frequentiùs contingere) Confessionis Ministrum aliquid a pœnitentibus audire, quod peculiari examine dignum sit, caveat, ne, divinando, respondeat; sed, opportuno tempore ac consilio primùm adhibitis, rem expediat. Optandum sanè esset, ut quilibet Confessarius eâ polleret scientiâ, quam eminentem appellant: verùm, cum hæc dos paucorum sit, necesse omnino est, ut competenti saltem scientiâ sit instructus. Nec meliora sperare licet; cum Moralis Theologia tot tantasque quæstiones, quæ a sacrorum Canonum, & Apostolicarum Constitutionum notitia pendent, complectatur, ut ardua planè res sit, posse aliquem omnia simul benè nosse, atque illico nodos quoscumque dissolvere; ut ii solent, qui eminenti scientiâ præfulgent. Sat igitur erit, si inferioris notæ Confessarii, ope librorum, quos consulant, difficiliora quædam, quæ in Sacramenti administratione occurrunt, ritè expediant; ut scitè animadvertit Prædecessor noster Innocentius IV. *in Commentariis ad Cap.*

21. La seconda cosa si è, che succedendo, come pur troppo va succedendo, che il Confessore nel suo ministero di confessare intenda dal Penitente qualche cosa, che abbia bisogno di qualche discussione, esso non tiri ad indovinare, ma prima di rispondere prenda tempo, e consiglio. Sarebbe desiderabile in ogni Confessore una eminente letteratura, ma una competente e sufficiente letteratura è assolutamente necessaria: nè forse di più si può sperare, comprendendo la morale Teologia tante, e tali questioni, che dipendono dalla notizia de' Canoni, e delle Costituzioni Apostoliche, che è moralmente impossibile, che un uomo abbia presente tutto, e possa, come suol dirsi, rispondere in piedi a tutto, come dee fare chi ha una scienza eminente, senza aver bisogno di ricorrere ai libri, come fa chi ha una scienza solo sufficiente; giusta ciò, che rifiette il nostro Predecessore Innocenzio IV. *nei Commenti al Cap. Cum in cunctis al num. 2. sotto il titolo de electione, & electi potestate*, ove così scrive: *Scientiam autem reputamus eminentem, quæ subtiles quæstiones discutere, & definire*

Cum in cunctis, num. 2. sub. tit. de electione, & electi potestate, ubi sic loquitur: *Scientiam autem reputamus eminentem, quæ subtiles quæstiones discutere & definire novit, & in promptu responsiones habet, ille habet mediocrem, qui scit aliquo modo examinare negotia, quamvis ad omnia nesciat respondere, & qui in libris veritatem eorum, quæ scire tenetur, scit quærere, & sic in promptu omnia non habet.* Cum igitur aut difficilior, aut nova quædam facti species ad Confessarium defertur, ideoque libros evolvere illi necesse sit, non sine sobrietate, ac librorum delectu id agendum. Notum quippe est, in tanto Scriptorum numero aliquos prodiisse, quorum opinio ac sententia Evangelicæ simplicitati, ac Sanctorum Patrum doctrinæ non benè consonat. *Complures opiniones* (verbis hic utimur Prædecessoris nostri Alexandri VII. in Decreto edito *die 7. Septemb. 1665.*) *Christianæ disciplinæ relaxativas, & animarum perniciem inferentes, partim antiquas iterum suscitari, partim noviter prodire, & summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excrescere, per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus modus opinandi irrepsit alienus omnino ab Evangelica simplicitate, Sanctorumque Patrum doctrina, & quem si pro recta regula Fideles in praxi sequerentur, ingens eruptura esset Christianæ vitæ corruptela.* Nolumus hac in re pressiorem sermonem instituere; nolumus vexatissimas quæstiones, quæ circa Scriptorum fidem, eorumque doctrinæ integritatem agitantur, attingere. Sat erit Confessarios monuisse, ut in re dubia propriæ opinioni non innitantur; sed, antequam causam dirimant, libros consulant quamplurimos, eos cum primis, quorum doctrina solidior; ac deinde in eam descendant sententiam, quam ratio suadet, ac firmat auctoritas. Nec aliud sanè docuimus in nostra Encyclica super usuris, quæ occurrit *ordine 143. Bullarii nostri tom. 1.* ubi §. 8. ita scripsimus: *Suis privatis opinionibus ne nimis adhæreant, sed priusquam responsum reddant, plures Scriptores examinent, qui magis inter cæteros prædicantur: deinde eas partes suscipiant, quas tum ratione, tum auctoritate planè confirmatas intelligent.* Idipsum modo repetimus. Nostra quippe sententia non solis rei usurariæ limitibus circumscribitur, sed ea omnia complectitur, quæ sive ad forum Sacramentale, sive ad rectum conscientiarum regimen quoquo modo conferre possunt.

Videndum quando, & quibus conferenda, neganda, aut differenda sit absolutio.

§. 22. Monemus tertiò, ut Sacramenti Pœnitentiæ Ministri illud Venerabilis Cardinalis Bellarmini effatum præ oculis habentes: *Non esset tanta facilitas peccandi, si non esset tanta facilitas absolvendi*, & memores propositionum, quas Prædecessores nostri anathematis gladio confixerunt, ac præ cæteris Innocentius XI., qui *die 2. Martii 1679.* Propositionem *ordine 60. cum tribus sequentibus* proscripsit, discant, quibus in casibus concedenda, deneganda, aut protrahenda sit Absolutio. *Videat autem diligenter Sacerdos, quando, & quibus conferenda, vel neganda, vel differenda sit Absolutio; ne absolvat eos, qui talis beneficii sunt incapaces, quales sunt, qui nulla dant signa doloris, qui odia, & inimicitias deponere, aut aliena, si possunt, restituere, aut proximam peccandi occasionem deserere, aut alio modo peccata derelinquere, & vitam in melius emendare nolunt, aut qui publicum scandalum dederunt, nisi publicè satisfaciant, & scandalum tollant.* Verba sunt hæc, non rigidioris Theologi, sed Ritualis Romani, quod insuper Confessariis inculcat, ut, sive denegent, sive differant Absolutionem, miti ingenio, ac suavi sermone pœnitentibus causas denegatæ Absolutionis aperiant, ac ostendant ita expedire, ut animæ saluti benè consulatur.

novit, & in promptu responsiones habet: ille habet mediocrem, qui scit aliquo modo examinare negotia, quamvis ad omnia nesciat respondere, & qui in Libris veritatem eorum, quæ scire tenetur, scit quærere, & sic in promptu omnia non habet. Ridotto perciò il Confessore nelle questioni dubbie, o in quelle, delle quali non ha notizia, a ricorrere ai Libri, non diremo cosa nuova, se diremo, esservi pur troppo nella gran farragine de' Scrittori, chi pensa o scrive in un modo, che è tutto alieno dalla semplicità Evangelica, e dalla dottrina de' Padri: *Cum plures opiniones Christianæ disciplinæ relaxativas, & animarum perniciem inferentes, partim antiquas iterum suscitari, partim noviter prodire, & summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excrescere, per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus modus opinandi irrepsit alienus omnino ab Evangelica simplicitate, Sanctorumque Patrum doctrina, & quem si pro recta regula fideles in praxi sequerentur, ingens eruptura esset Christianæ vitæ corruptela*: Sono parole del nostro Predecessore Alessandro VII. nel suo Decreto *dei 7. Settembre 1665.* Ma senza entrare in verun dettaglio particolare, e nelle inestricabili questioni, che sopra il credito degli Autori e delle loro dottrine potrebbero eccitarsi, ci contenteremo di dire, che il buon Confessore nelle materie dubbie non dee fidarsi della sua privata opinione, ma prima di rispondere si contenti di vedere non un solo libro, ma ne veda molti, veda fra questi i più rispettabili, e poi prenda quel partito, che vedrà più assistito dalla ragione, e dall' autorità. Così ci spiegammo nella nostra Lettera Circolare sopra le usure, che è *la 143. nel tom. 1.* del nostro Bollario *al §. 8.*: *Suis privatis opinionibus ne nimis adhæreant, sed priusquam responsum reddant, plures Scriptores examinent, qui magis inter cæteros prædicantur, deinde eas partes suscipiant, quas tum ratione tum auctoritate plane confirmatas intelligent*: Così ora ripetiamo, non dovendo la massima esser ristretta alla sola materia delle usure, ma dovendo estendersi ad ogni altra cosa, che appartenga al foro Sagramentale, ed alle regole della coscienza.

§. 22. La terza, che avendo sempre presente la massima del Venerabile Cardinale Bellarmino, che *non esset tanta facilitas peccandi, si non esset tanta facilitas absolvendi*, e le proposizioni condannate dai nostri Predecessori, e particolarmente dal Pontefice Innocenzo XI. *nel giorno 2. di Marzo 1679.*, e fra queste *la 60. colle tre seguenti*, prendano le dovute risoluzioni di concedere, di negare, o di differire l'assoluzione. *Videat autem diligenter Sacerdos, quando, & quibus conferenda, vel differenda sit absolutio; ne absolvat eos, qui talis beneficii sunt incapaces, quales sunt qui nulla dant signa doloris, qui odia, & inimicitias deponere, aut aliena, si possunt, restituere, aut proximam peccandi occasionem deserere, aut alio modo peccata derelinquere, & vitam in melius emendare nolunt, aut qui publicum scandalum dederunt, nisi publicè satisfaciant, & scandalum tollant*: non sono parole de' rigoristi, ma del Rituale Romano. Coll'avvertenza in oltre, che, o negandosi, o differendosi, o concedendosi l'Assoluzione, non lascino i Confessori o nel caso di negarla, o di differirla, di far conoscere ai loro Penitenti, con ogni maggiore piacevolezza e carità, le ragioni del loro operare, indirizzato unicamente alla salute delle Anime loro, invitandoli a ritornare, ed

Hinc illos, ut quantocyus revertantur, invitent, atque animos addant, ut ante reditum, ea omnia, quæ illis agenda præscribuntur, ritè perficiant, ex quo fiet, ut ad sacramentale forum regressi, Absolutionis beneficio donentur. Ubi verò Absolutionem concedunt, iis potissimùm, qui aut rarò, aut non sine multis criminibus ad Pœnitentiæ Sacramentum solent accedere, eos hortari non desinant; vitam, quam sub peccati jugo duxere miserrimam, illis aperiant; criminum turpitudinem explicent: ut nimirum ex corde doleant, ac se in posterum a peccatis recessuros seriò proponant. Ratum quippe est, solida ac gravia Confessariorum hortamenta in Pœnitentiæ foro prolata, longè efficaciora esse sacris Oratorum Concionibus, ut pœnitentis animum a vitiis avocent. Solent enim Concionum auditores, quas aure excipiunt increpationes, in alios potiùs, quàm in se ipsos, transferre. Id verò fieri nequit in privatis Confessariorum monitionibus, quæ in unum ac individuum pœnitentem cadunt, ac in illius faciem vibrantur, absque eo quod aut crimina inficiari possit, aut excusare. Nec Confessarii reponant, id fieri non posse, si frequentior pœnitentium numerus suadeat brevitatem; jam enim difficultatem dissolvit aurea illa Sancti Francisci Xaverii sententia apud P. Tursellinum *in ejus Vita lib. 6. cap. 17.* hisce verbis concepta: *Confitentibus porrò, non festinatam, sed diligentem navandam operam censebat, monens, ut præoptarent Confessiones paucas ritè factas audire, quàm multas temerè properatas.*

Opportuna pœnitentibus monita dari debent.

§. 23. Quartum monitum Satisfactionem attingit, quæ Sacramenti Pœnitentiæ postrema pars est, eaque integralis. Etsi pia Mater Ecclesia humanam commiserans infirmitatem, primævam severitatem nonnihil emolliverit, atque a Canonum Pœnitentialium usu recesserit; quandoquidem, ut legimus *in Can. Fraternitatis, dist. 34. Defectus nostrorum temporum, quibus non solùm merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius non patitur in omnibus manere censuram*: non ideo tamen fas Confessariis sacramentalem Satisfactionem, pro libito, ac temerè imponere; sed hac in re justitiæ, prudentiæ, ac æquitatis jura debent unà componere. *In irroganda autem satisfactionis pœna Sacerdotes nihil sibi suo arbitratu statuendum esse, sed omnia, justitiâ, prudentiâ, & pietate dirigenda existimabunt.* Ita statuit Catechismus Romanus in Parochorum utilitatem, jussu Concilii Tridentini elucubratus, & a S. Pio V. Prædecessore nostro in lucem editus, *sub tit. de Pœnitentia.* Præiverat eadem Synodus Tridentina *in cap. 8. Session. 14. de Pœnitentia*, ubi saluberrimam hanc doctrinam ita statuit: *Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus, & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, salutares, & convenientes satisfactiones injungere, ne, si fortè peccatis conniveant, & indulgentiùs cum pœnitentibus agant, levissima quædam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantùm ad novæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem; nam claves Sacerdotum non ad solvendum duntaxat, sed & ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres credunt, & docent.* Ut autem ad acceptandam opportunam satisfactionem, quæ a Confessariis imponitur, peccatores faciliùs inducantur, multùm proderit Canonum Pœnitentialium notitia, qua Confessarius instructus, esto Canones illos in usum non revocet, potest tamen eâ uti, ut pœnarum,

Satisfactio imponenda pro criminum gravitate.

23. La quarta si è, che essendo l'ultima parte del Sagramento della Penitenza la Satisfazione, ancorchè, compatendo la Santa Madre Chiesa l'umana fiacchezza, abbia rilasciato l'antico rigore, e sia receduta dagli antichi Canoni Penitenziali: *Defectus nostrorum temporum, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius non patitur in omnibus manere censuram*: sono parole *del Can. Fraternitatis, dist. 34.*; da ciò però non deriva, che nell'imporla possano i Confessori giuocare, come suol dirsi, a capriccio, essendo obbligati a regolarsi anche in questo punto colla giustizia, colla prudenza, e colla pietà: *In irroganda autem satisfactionis pœna Sacerdotes nihil sibi suo arbitratu statuendum esse, sed omnia justitia, prudentia, & pietate dirigenda existimabunt*, come si legge nel Catechismo ai Parrochi fatto per ordine del Concilio di Trento, e pubblicato dal nostro Predecessore S. Pio V. *sotto il tit. de Pœnitentia.* Qual massima salutevole è ben fondata *nel cap. 8. della Sess. 14. de Pœnitentia* dello stesso Concilio di Trento: *Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus, & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & Pœnitentium facultate, salutares, & convenientes satisfactiones injungere, ne, si fortè peccatis conniveant, & indulgentiùs cum Pœnitentibus agant, levissima quædam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad novæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem; Nam claves Sacerdotum non ad solvendum dumtaxat, sed & ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres credunt, & docent.* E per indurre i Penitenti ad accettar volentieri le proporzionate soddisfazioni, che loro s'impongono dai Confessori, non poco può contribuire la notizia, che gli stessi Confessori abbiano degli antichi Canoni Penitenziali; non già per imporre oggidì ai Peccatori quelle soddisfazioni, che in essi vengono stabilite, come poc'anzi si è detto; ma per poter

quæ olim pro iisdem criminibus statutæ fuerant, mensuram explicet: Ex quo pœnitens, & summam peccatis inesse malitiam agnoscet, & indictæ sibi satisfactioni, quæ gravior alioqui videri potuisset, lubens acquiescet; facta nimirum comparatione cum iis pœnis, quas pro iisdem criminibus subiisset, si remotiori ætate, cum scilicet Pœnitentiales Canones adhuc obtinebant, ad Confessarium accessisset, nec ad ea pervenisset tempora, quibus veterum Canonum severitatem benignior Ecclesiæ disciplina emollivit. Atque ita quidem ratiocinantur Scritores quamplurimi pietate ac doctrinâ præstantes, quorum nomina cum a Nobis *in nostro Tractatu de Synodo lib. 7. cap. 62.* fuerint relata, supervacaneum ducimus ea hic repetere. Illud verò addimus, vitam, moresque Fidelium, qui nostrâ ætate ad Pœnitentiæ Sacramentum accedunt, latè discriminari ab ea vitæ ratione, quæ inclytam Agnetem, Imperii dignitate, ac pietatis studio conspicuam, olim commendavit. Cum enim in hanc Urbem, ut ad Sanctorum Apostolorum Limina procumberet, se contulisset, universas præteritæ vitæ maculas Beato Petro Damiani, eximio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, aperuit in foro sacramentali; atque inde recessit, nullâ a Confessario, probitatis ac doctrinæ laude celeberrimo, impositâ satisfactione.

fondatamente notificare ai Penitenti la pena, o sia soddisfazione, che in essi era imposta: il che non solo molto servirà per far loro concepire la gravezza del peccato, ma altresì acciò volentieri accettino la soddisfazione imposta, ancorchè l'avessero creduta grave; paragonandola con quella, che per gli stessi peccati sarebbe stata loro imposta, se fossero stati vivi, e si fossero confessati nel tempo, in cui erano in vigore i Canoni Penitenziali; e non avessero avuta la sorte di vivere ne' tempi presenti, ne' quali la Chiesa ha benignamente condiscefo a rilasciare l'antico Canonico rigore. Così la discorrono tanti pii e dotti Autori, da Noi raccolti *nel nostro Trattato de Synodo al lib. 7. cap. 62.*, che qui non è d'uopo ripetere. Aggiugneremo solamente, non essere i Penitenti d'oggidì simili alla celebre Agnese Imperadrice, che venuta a visitare i limini de' Santi Apostoli fece al Beato Cardinale Pietro Damiano la sua Confessione generale, senza che il beato e dotto Confessore, dopo averla sentita, fosse in grado d'imporle veruna penitenza.

B. Petrus Damiani nullam Agneti Imperatrici pœnitentiam imposuit.

§. 24. Præstat ipsummet Beatum Petrum Damiani *in Opusculo 56. cap. 5. tom. 3. suorum Operum* editionis Parisiensis *pag. 432.* hac de re differentem, atque in aliorum exemplum ita loquentem audire: *Sed ut hi, qui ad Apostolorum Limina confluunt, Sanctæ devotionis tuæ salubriter imitentur exemplum, sub arcana quoque Beati Petri Confessione, ante Sacrum Altare me sedere fecisti, ac per lugubres gemitus, & amara suspiria, ab ipsa quinquennis infantiæ tenera adhuc, & nuper ablactata levitate cœpisti, & tamquam illic ipse Beatus Apostolus corporaliter præsideret, quidquid subtile vel minutum in humanitatis tuæ potuit titillare visceribus, quidquid in cogitationibus vanum, quidquid præterea subrepere potuit in sermone superfluum, fidelibus est relationibus evolutum: ad quod mihi visum est, ut nil aliud confitenti pœnitentiæ pondus injungerem, nisi ut illud Divinæ legationis elogium iterarem: Age quod agis, operare quod operaris: vel illud, quod his, qui Thiatyræ erant, per Angelum mittitur: Non mittam super vos aliud pondus; tantùm id, quod habetis, tenete (Apoc. 2.). Nam, Deo teste, ne unum quidem diem jejunii, vel cujuslibet afflictionis indidi; sed, ut in cœptis solummodò sanctis perseverares operibus, imperavi.*

24. Il fatto è riferito dallo stesso Beato Pietro Damiano *nel suo Opuscolo 56. al cap. 5. tom. 3.* delle sue Opere della stampa di Parigi *pag. 432. Sed ut hi, qui ad Apostolorum Limina confluunt, sanctæ devotionis tuæ salubriter imitentur exemplum, sub arcana quoque Beati Petri Confessione ante sacrum Altare me sedere fecisti, ac per lugubres gemitus, & amara suspiria, ab ipsa quinquennis infantiæ tenera adhuc & nuper ablactata levitate cœpisti; & tamquam illic ipse Beatus Apostolus corporaliter præsideret, quidquid subtile vel minutum in humanitatis tuæ potuit titillare visceribus, quidquid in cogitationibus vanum, quidquid præterea subrepere potuit in sermone superfluum, fidelibus est relationibus evolutum: ad quod mihi visum est, ut nil aliud confitenti pœnitentiæ pondus injungeremus, nisi ut illud Divinæ legationis elogium iterarem: Age quod agis, operare quod operaris; Vel illud, quod his, qui Thiatyræ erant, per Angelum mittitur: non mittam super vos aliud pondus, tantùm id, quod habetis, tenete (Apoc. 2.) Nam, Deo teste, ne ullum quidem diem jejunii, vel cujuslibet afflictionis indidi, sed ut incœptis solummodo sanctis perseverares operibus imperavi.*

Non ita merentur plerique pœnitentiam.

§. 25. At contra, nostris hisce temporibus passim occurrunt peccatores (quo nomine censemur & Nos, & alii fortasse Beati Petri Damiani tempore censebantur) qui non jam in generali criminum exomologesi, sed & in ipsis Confessionibus, quas pluries in anno frequentant, atque identidem repetunt, gravioribus criminibus implicantur; ideoque in sacro Pœnitentiæ foro eâ satisfactione digni sunt, quæ juxtà Concilii Tridentini Canones peccatorum gravitati commensuretur: tum maximè, quòd nulla aut ferè nulla bona opera eliciunt, si in consueta vivendi ratione permaneant; nec, ut par est, æquo ferunt animo ærumnas, quibus aliquando premuntur: ex quo fit, ut uberiori fructu fraudentur, quem Ecclesiæ preces, Sacerdotis ore in pœnitentes prolatæ, a Deo postulant hisce verbis: *Ut quidquid boni feceris, vel mali patienter sustinueris, sit tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ.*

25. Sono i Peccatori d'oggidì, fra' quali pure Noi stessi ci ritroviamo, e forse anche altri si ritrovavano ne' tempi del Beato Pietro Damiano, che, non solo nelle Confessioni generali, ma anche nelle Confessioni correnti, e spesse volte reiterate fra l'anno, si ritrovano rei di peccati gravi, e che però accostandosi al Tribunale della Penitenza, meritano che s'impongano loro soddisfazioni di quel peso, e di quella importanza di sopra ricavata dal Sacro Concilio di Trento; tanto più che poco o nulla di bene, vivendo come si vive, si va facendo, e che se tal volta sono oppressi dalle disgrazie, non le sopportano colla dovuta pazienza; in tal maniera che restano senza il frutto delle preghiere della Chiesa, che per bocca del Sacerdote nella stessa Confessione domanda dal Grande Iddio, *ut quidquid boni feceris, vel mali patienter sustinueris, sit tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ.*

Adhortatio ad Episcopos, ut præmissa

§. 26. En igitur, Venerabilis Frater, rerum, quas gessimus, aut etiam gerendas de-

26. Ed eccovi esposto, o Venerabile Fratello, quanto andiamo facendo, e quanto

in suis Diœcesibus observari curent.

crevimus, seriem universam tibi propositam, ut quotquot nostram hanc Urbem inhabitant sanctioris Anni spirituales frúctus percipiant. Hoc idem in tua Civitate, ac Diœcesi, te agente, præstari vehementer cupimus, ut populus tibi concreditus, qui jamjam venturo anno sacras Peregrinationes ad hanc Urbem suscipiet, par lucrum, eamdemque cœlestium bonorum copiam assequatur. Quæ de sacramentali Confessione a peregrinis ante discessum instituenda, hactenus significavimus, Bituricense Concilium *anno* 1584. *in Can.* 2. *tom.* 10. Collectionis Harduini *pag.* 1466. *&* *seq.* pridem decreverat hisce verbis: *Præmuniantur debitâ & integrâ peccatorum Confessione, & Eucharistiæ Sacramento, quicumque ad loca sacra peregrinantur, antequam ire aggrediantur.* Consonat Prædecessor noster Innocentius XII. in ipsa Indictione Anni Jubilæi 1700. ubi salutarem criminum expiationem cum primis urget, atque ita loquitur: *Sanctificamini itaque, filii charissimi, & præparate corda vestra Domino. Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis Dei, & renovati spiritu mentis vestræ, orationibus insistite, frequentate jejunia, eleemosynas erogate.* Ne autem quis putaret, hæc verba ad eos duntaxat, qui Romæ degebant, extendi, prudenti consilio alia addidit, quibus illos etiam comprehendit, qui Romam venire parati, a suis regionibus nondum recesserant: *His porrò Christianæ vitæ ornamentis instructi, virtutumque præsidiis muniti, impigrè, piáque animi alacritate, ad hanc Sanctam in terris Civitatem Dei, veluti ad Thronum gratiæ, accedite cum fiducia, ut misericordiam consequamini.*

Quam sanctè se gerere debeant, qui sacrum iter inire cogitant.

§. 27. Te verò, modò Pastoralis officii ministerium id ferat, ad Urbem hanc accedente, certò confidimus, ut, sive iter agas, sive Romæ degas, eam vivendi rationem, quam S. Carolus Borromæus Anno Jubilei 1575. Romam accedens, Romæque commoratus, sibi servandam constituit, studeas æmulari. Sacram hanc optimi Præsulis Peregrinationem describit Carolus a Basilica Petri, Novariensis Episcopus, *libro tertio* Historiæ, quam texuit de vita ac gestis S. Caroli. Si verò, ut par est, & Nos summopere optamus, e tua Diœcesi populus Romam commigraturus discedat, in eam spem erigimur, ut, quamdiu peregrinatur, atque hàc illàc divertit, nihil molestiæ illaturus sit iis locorum Præsidibus, quorum interest vigili curâ cavere, ne ea suboriantur scandala, quæ retroactis temporibus ansam nonnullis præbuere, ut contra sacras Peregrinationes obloquerentur. Cumque Romam pervenerit, omni studio curabimus, ut honestam & morigeram vitam ducat, opera injuncta ritè perficiat, Basilicas adeat, variosque Christianæ pœnitentiæ actus exerceat. Enimvero testis est Deus, quo studio, quoque conatu in id incumbamus, ut peregrini omnes, qui suas repetent domos, sanctæ conversationis, quæ Romæ viget, exemplo edocti, in Fide stabiles, in virtute fervidi, atque in Apostolicæ Sedis obsequio confirmati perseverent. Quæ Nobis, eadem & Prædecessori ac Concivi nostro Gregorio XIII. insedit voluntas, cum Jubilæi Annum tunc temporis recurrentem celebraret, ut *ex illius Annalibus lib.* 3. *cap.* 24. compertum est. Quibus ita statutis, solidam spem concipimus, ut, adjuvante Domino, cui rem hanc universam humillimis precibus commendamus, peregrini in patriam regressi, eâ censurâ digni non sint, qua S. Hieronymus *in epist.* 58. *ad Paulinum tom.* 1. *Operum* edition. Veronens. *pag.* 318. nonnullos, qui sacras Peregrinationes in ipsa Jerosolymorum Urbe confecerant, ira sugillat: *Non Jerosolymis fuisse, sed Jerosolymis benè vixisse, laudandum est.*

andiamo disponendo, acciò gli Abitatori di questa nostra Città si preparino a godere il frutto spirituale del santo Giubbileo. Invitiamo ancor Voi a fare lo stesso nella vostra Città, e nella vostra Diocesi, acciò quelli, che intraprenderanno nel prossimo anno il pellegrinaggio, o il viaggio per Roma, conseguiscano lo stesso frutto. Ciò è conforme a quanto fu stabilito dal Concilio Bituricense tenuto *l'anno* 1584. *nel Can.* 2. *tom.* 10. della Collezione dell' Arduino *pag.* 1466. *e seg.*, ed eccone le parole: *Præmuniantur debita & integra peccatorum Confessione, & Eucharistiæ Sacramento, quicumque ad loca sacra peregrinantur, antequam ire aggrediantur.* Concorda il nostro Predecessore Innocenzo XII. nella pubblicazione del Giubbileo *dell'anno* 1700., ove gravemente inculca pel di lui acquisto una fruttuosa Confessione: *Sanctificamini itaque filii carissimi, & præparate corda vestra Domino. Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis Dei, & renovati Spiritu mentis vestræ, orationibus insistite, frequentate jejunia, eleemosynas erogate.* Ed acciò non potesse taluno credere, che le sue parole comprendessero quelli solamente, che erano in Roma, soggiunse providamente le seguenti, che senza dubbio comprendono anche quelli, che per anche non sono partiti dai loro paesi, ma pensano di partirne, e di venire a Roma per l'Anno Santo: *His porrò Christianæ vitæ ornamentis instructi, virtutumque præsidiis muniti, impigrè piaque animi alacritate ad hanc Sanctam in terris Civitatem Dei, velutì ad Thronum gratiæ, accedite cum fiducia, ut misericordiam consequamini.*

27. Venendo Voi, quando lo permetta la vostra Cura Pastorale, a Roma, teniamo per certo, che e pel viaggio e per la dimora in Roma prenderete per vostra norma il sistema, che tenne e pel viaggio ed in Roma S. Carlo Borromeo, allora che venne per l'Anno Santo *del* 1575. Il tutto è descritto dal Vescovo di Novara Carlo a Basilica Petri *nel lib.* 3. *della Storia del detto Santo.* Venendo i vostri Diocesani, se partiranno dalle loro Patrie, come Noi desideriamo che partano, e come poc'anzi abbiamo insinuato che dovrebbero partire, possiamo fondatamente sperare, che non avranno molto da travagliare i Governatori de' luoghi, pe' quali passeranno, per invigilare, acciò non seguano que' mali e que' disordini, che in altri tempi sono stati cagione delle oblocuzioni contra i sacri pellegrinaggi; Ed arrivati che siano in Roma, non trascureremo certamente diligenza, acciò vivano con edificazione, adempiano, come si dee, le opere ingiunte, le Visite delle Basiliche, s'esercitino in varj altri atti di Cristiana penitenza; e chiamiamo Iddio in testimonio dell'ardentissima volontà, che abbiamo, di far sì, che tutti tornino alle Case loro edificati della Romana conversazione, saldi nella Religione, disposti a perseverare, e ben affetti alla Santa Sede, come per appunto sommamente desiderò il nostro Predecessore e Concittadino Gregorio XIII. nella celebrazione, che fece, dell' Anno Santo, giusta ciò, che si legge *ne' suoi Annali al lib.* 3. *cap.* 24. Col qual sistema, che raccomandiamo al Grande Iddio, abbiamo una sicura fiducia, che ritornati alle loro patrie, non saranno sottoposti alla taccia, che diede S. Girolamo a quelli, che venivano dal pellegrinaggio di Gerusalemme *nella sua epist.* 58. *ad Paulinum, nel tom.* 1. delle sue Opere della stampa di Verona *alla pag.* 318. *Non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis benè vixisse, laudandum est.*

Non deerunt Romæ subsidia ad pœnitentium reconciliationem, ad bonorum operum exercitia.

ſed Jeroſolymis bene vixiſſe, laudandum eſt.

§. 28. Integro Anni Jubilæi tempore præſto erunt in Urbe Roma Pœnitentiarii, aliique ad Confeſſiones excipiendas deſignati, qui opportunis facultatibus inſtructi, pœnitentes audiant, ac meritam abſolutionem & diſpenſationem concedant, cum iis, qui Romæ degunt, tum aliis, qui aliunde confluunt, ut Spirituales Sanctioris Anni divitias conſequantur. Hoc ipſo temporis intervallo non deerunt Divini Verbi præcones. Nos ipſi loquemur; loquentur & alii ad id muneris a Nobis deſignati; ita tamen, ut Theologicæ controverſiæ, quæ ad puram putamque Scholarum diſputationem pertinent, intactæ relinquantur. Illud verò cum Nobis, tum aliis, qui noſtro loquentur nomine, curæ erit, ut clauſulæ illius, quam Bullæ noſtræ inſeruimus: *Fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, Sacraque Communione refectis*: vis ac ſignificatio probè intelligatur. Illud item re atque exemplis demonſtrabimus, quàm futilis atque inanis ſit illorum ſententia, qui a Catholica Communione extorres, perperam aſſerunt, Indulgentiarum uſu pœnitentiam imminui, aut etiam e medio tolli. Præterea, ne quis ſuſpicetur, aut Nos ipſos, aut eos, qui noſtra auctoritate Conciones habebunt, in rigidiorem ſententiam pronos eſſe, eamdem ſequemur methodum; quam celebris Pater Bourdaloue Societatis Jeſu ſibi proponit, ac ſequitur in Sermone ſub initium Anni Jubilæi habito, ac typis edito *tom. 2. Sermonum pag. 517. & ſeqq.* juxtà alteram editionem Pariſiis procuſam *anno 1709.* Quo tempore Bononiæ moram traximus, & noſtras identidem ad populum Inſtructiones evulgavimus, quæ primùm in plures tomos digeſtæ, mox Latinè redditæ, in unum volumen in folio compactæ ſunt, unam procudimus, quæ *tom. 3. Italicæ editionis* eſt *ordine duodecima* in Latino autem volumine occurrit *quinquageſima tertia.* Porrò in hac Inſtructione, omiſſis Theologorum diſceptationibus, univerſum Diœceſis noſtræ populum monuimus, ac hortati ſumus, ut, occaſione Plenariæ Indulgentiæ, quam Prædeceſſor noſter Clemens XII. promulgaverat, injunctis operibus alia pietatis opera ſuperadderet, ac dignos pœnitentiæ fructus faceret, aureo illo Venerabilis Cardinalis Bellarmini documento *ex tom. 2. Controverſiarum in tractatu de Indulgentiis lib. 1. cap. 12. §. Ad tertium*, illis propoſito: *Accipiunt prudentes Chriſtiani Pontificias Indulgentias, ut ſimul etiam ſtudeant dignos pœnitentiæ fructus facere, ac pro ſuis peccatis Domino ſatisfacere.* Sed & illud adjecimus, quod Cardinalis Pallavicinus *in Hiſtoria Concilii Tridentini lib. 24. cap. 12. num. 6.* adnotavit, falſam nimirum eſſe illorum ſententiam, qui rentur, Chriſtianos, propter Indulgentiarum uſum, deſides fieri, atque a ſatisfactione, quæ Deo criminum noſtrorum vindici præſtanda eſt, avocari. Sanè, cum homines dubii omnino ſint, an Indulgentiarum fructum re ipſâ comparaverint, ſtimulus pluribus ſupereſt, quo urgentur, ut novo ſalutarium operum ac laborum quæſtu, in ſolidiorem ſpem erigantur. Præterquamquod, opera ad lucrandas Indulgentias ſtatuta, cum in praxim uſumque revocantur, pietatem adaugent, atque, ut quotidiano conſtat experimento, novum inducunt habitum, quo quis ſemel inſtructus, alia virtutis opera faciliùs exequitur. Equidem Bonifacius VIII. Baſilicarum viſitationem, ab exteris quindecim vicibus, a Romanis vicibus triginta peragendam præſcripſit, atque huic operi lucrum Indulgentiarum ſociavit. Non ideo tamen cætera pietatis opera ſilentio præteriit: immo verò in ſua Extravaganti *Antiquorum, de pœnitentiis, & remiſſionibus*, quæ inter communes Extravagantes

28. In tutto il tempo dell' Anno del Giubbileo ſaranno pronti in Roma i Penitenzieri ed i Confeſſori, come di ſopra abbiamo detto, muniti delle neceſſarie facoltà per ſentire le Confeſſioni, per dare le dovute Aſſoluzioni, e Diſpenſe, tanto a quelli, che abitano in queſta Città, tanto a tutti gli altri, che verranno di fuora per conſeguire il frutto ſpirituale del Giubbileo. Quando nell' Anno Santo Noi parleremo, o quand' altri parleranno di noſtra commiſſione, non ſi entrerà nemmeno allora in diſpute teologiche, che laſcieremo ben volentieri alle ſcuole ſenza entrare a deciderne veruna. Non ci aſterremo però, nè faremo che altri s'aſtengano dal far ben capire l'importanza della clauſola, che è nella noſtra Bolla = *fidelibus verè pœnitentibus, & Confeſſis, Sacraque Communione refectis.* Faremo altresì conoſcere coi fatti, quanto ſia inſuſſiſtente l'aſſerzione di chi, vivendo fuori della noſtra comunione, va diſſeminando, che l'Indulgenza sfianca, e rende al nulla la penitenza. E per non moſtrarci troppo parziali di chi va ſpacciando rigoriſmi, ne' noſtri ragionamenti, ed in quelli, che ſi faranno d'ordine noſtro, penſiamo d'uniformarci a quanto in tale propoſito laſciò ſcritto il celebre Padre Bourdalue della Compagnia di Gesù *nel tom. 2.* de' ſuoi Sermoni della ſeconda edizione di Parigi *del 1709.* nel ſuo bel Sermone fatto nell' occaſione dell' apertura del Giubbileo alla *pag. 517. e ſeg.* Quando eravamo in Bologna, ed andavamo di tratto in tratto pubblicando le noſtre Iſtruzioni, (che ſono poi ſtate ridotte in più Volumi, ed ultimamente dall' idioma Italiano tradotte in lingua latina veggonſi compilate in un ſolo Volume in foglio) nell' Iſtruzione *12. del tom. 3.* dell'edizione italiana, (che è *la 53.* nell' edizione latina) ſenza voler entrare nelle diſpute Teologiche, nell'occaſione d'una Indulgenza Plenaria pubblicata dal noſtro Predeceſſore Clemente XII., invitammo ed eſortammo i noſtri Dioceſani ad aggiungere altre opere buone, ed a fare altri degni frutti di penitenza, proponendo ad eſſi il celebre inſegnamento del Venerabile Cardinal Bellarmino nel ſuo Trattato *de Indulgentiis al lib. 1. cap. 12. §. Ad tertium, nel tom. 2.* delle ſue Controverſie: *Accipiunt prudentes Chriſtiani Pontificias Indulgentias, ut ſimul etiam ſtudeant dignos pœnitentiæ fructus facere, ac pro ſuis peccatis Domino ſatisfacere*: proponendo ancora ad eſſi quanto ſcriſſe il Cardinale Pallavicino nella ſua Iſtoria del Concilio di Trento *al lib. 24. cap. 12. num. 6.* cioè non eſſer vero, che per le Indulgenze i Criſtiani ſi rendano neghittoſi in ſoddisfare a Dio per le colpe commeſſe, imperocchè rimanendo ſempre agli uomini incerti, ſe l'Indulgenza ſiaſi effettivamente acquiſtata, reſta in molti lo ſtimolo di aſſicurarſi con ſempre novella induſtria d'opere ſalutari e penali; e d'altra parte le ingiunte per conſeguir l'Indulgenza coll' eſercizio loro accreſcono la divozione, e inducono l'abito buono a farne delle ſomiglianti, del che ſi vede la ſperienza cotidiana. Preſiſſe Bonifazio VIII. la divota viſita delle Chieſe ai Foreſtieri per quindici volte, ed ai Romani per trenta volte, come opera ingiunta per conſeguire la piena Indulgenza dell' Anno Santo; ma non laſciò d'inſinuare nella ſua Eſtravagante *Amtiquorum, de pœnitentiis, & remiſſionibus*, fra le ſtravaganti comuni, che *unuſquiſque tamen plus merebitur, & Indulgentiam efficaciùs conſequetur, qui Baſilicas ipſas ampliùs, & devotiùs viſitabit*: il che ſenza dubbio porta un invito ed un' eſortazione ſimile alla noſtra, che oltre le opere ingiunte, ſi sforzino i Chriſtiani d'aggiungere altre opere meritorie, giuſta lo Spirito della Chieſa. Lo ſteſſo

legitur, expressis verbis hæc addidit: *Unusquisque tamen plus merebitur, & Indulgentiam efficaciùs consequetur, quo Basilicas ipsas ampliùs, & devotiùs frequentabit.* Hæc autem iis affinia sunt, quæ & Nos supra inculcavimus, monentes, ut, præter opera, quæ præcipiuntur, alia Christifideles exerceant pia opera, quæ spiritui ac votis Ecclesiæ consona sunt. Nec aliud subindicant ea veteris formulæ verba, quibus Prædecessores nostri usi sunt, & Nos item utimur, cum populo solemniter benedicimus. Expleto quippe Benedictionis ritu, Plenaria Indulgentia conceditur; ac præterea humiles ad Deum funduntur preces, ut adstanti populo nedum *perseverantiam in bonis operibus, sed & cor semper pœnitens* tribuat, hoc est, ad nova pœnitentiæ opera, quibus præterita expiantur crimina, ritè comparatum: quamvis aliunde bene sperare liceat, præteritorum criminum culpam pœnamque æternam, in Pœnitentiæ Sacramento fuisse dimissas; & temporalem, quæ supereſt, pœnam, ope Indulgentiæ, quæ prídem conceditur, fuisse dilutam.

pure viene indicato dall' antica formola, di cui i nostri Predecessori si sono serviti, e Noi ci serviamo ogni qual volta si dà la solenne Benedizione al popolo, dopo la quale si pubblica l'Indulgenza plenaria; pregandosi l'Onnipotente Iddio a concedergli non solo *perseverantiam in bonis operibus*, ma altresì un cuore sempre penitente, *cor semper pœnitens*; che è lo stesso che dire, un cuore sempre preparato ad aggiungere nuovi atti di penitenza per gli peccati già commessi, ancorchè possa piamente credere esserne stato assoluto nel Sagramento della Penitenza, quanto alla colpa, e alla pena eterna, ed essergli anche stata rimessa la temporale per l'efficacia della plenaria Indulgenza.

Peregrinis etiam hospitia suppeditent.

§. 29. Apud vulgatum Anastasium in Vitis Prædecessorum nostrorum Zachariæ, & Paschalis legimus, nonnullas propè Vaticanum Templum extructas fuisse hospitales domos, in quibus peregrini, qui ad Limina Apostolorum pervenerant, excipiebantur, & reficiebantur. Ejusmodi ædificia, sive temporum, sive hominum injuriâ, jamdiu eversa sunt. Alia tamen, in variis Urbis locis posita, insignis Romanorum pietas excitavit, ad quæ quovis tempore, potissimùm verò Sacro Jubilæi Anno, liber patet aditus peregrinis, qui ad Urbem hanc confluunt, ut Beatorum Apostolorum deoscu-lentur Limina, atque Indulgentiarum thesauros acquirant: quibus ea item, quæ sive corpori alendo, sive animo piis operibus proborum Sacerdotum ope reficiendo necessaria sunt, abundè suppeditantur. Hæc sunt, quæ tibi duximus significanda. Atque plenâ animi Nostri benevolentiâ tibi, tuoque gregi universo Apostolicam Benedictionem elargimur.

29. Nelle Vite dei nostri Predecessori Zaccaria e Pasquale, appresso il vulgato Anastasio, si legge, che vicino al Vaticano avevano eretti alcuni edifizj, ne' quali si dava soccorso ai poveri pellegrini, che venivano a visitare i Limini degli Apostoli. Sono stati i detti edifizj rovinati ed atterrati dalle disgrazie succedute, o pure dall' edacità del tempo: ma la pietà Romana non ha lasciato d'aprirne molti altri in varj luoghi della Città, nè quali in ogni tempo, ma particolarmente nell'Anno Santo, si ricevono i poveri pellegrini, che vengono a visitare i Limini degli Apostoli per conseguire le Sante Indulgenze, e ne' quali sono ben trattati, ed anche ben animati alle opere buone da pii Sacerdoti. Ecco quanto dovevamo accennarvi; dando intanto con pienezza di cuori a Voi, ed al Gregge alla vostra cura commesso, l'Apostolica Benedizione.

Datum ex Arce Castri Gandulphi die 26. Junii 1749. Pontificatus Nostri Anno Nono.

Datum ex Arce Castri Gandulphi die 26. Junii 1749. Pontificatus Nostri Anno Nono.

XXI.

Pœnitentiariis in Basilicis & Ecclesiis Urbis pro Anno Jubilæi deputatis, & Confessariis a Cardinali Urbis Vicario designandis, Facultates eodem Anno exercendæ conceduntur: adjectis opportunis Monitis, & Declarationibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

COnvocatis per alias nostras Apostolicas Litteras Universis Ecclesiæ Filiis ad celebrandam Nobiscum proximè recurrentis Anni Sancti solemnitatem; iisque jam, ut confidimus, ad Supremi Pastoris vocem, Sacerdotali præsertim Fratrum Nostrorum Episcoporum tubâ inclamante, excitatis; ad officium nostrum pertinere judicamus, non solùm convenientes ex toto Christiano Orbe Fideles aperto charitatis paternæ sinu excipere; sed etiam omnia, quæ confluentium necessitatibus, aut utilitatibus opportuna fore prospicimus, in antecessum parata atque dispositа habere; ut hominis illius Regis in Evangelicis Litteris laudatam providentiam imitemur, qui, quum ad Cœnam magnam vocasset multos, quæcumque ad uberem splendidumque convivii apparatum spectarent, ita sollicitè curare non destitit, ut instante horâ Cœnæ, mittere potuerit invitatis dicere, *quia parata sunt omnia.* Et Nos igitur pluribus per elapsos Menses curis & sollicitudinibus, quantùm humanarum rerum conditio patitur, id efficere studuimus, ut omnibus, quicumque ad Sanctam Civitatem iter arripient, nihil sive ad Divinæ Religionis cultum, sive ad Christianæ pietatis exemplum, sive ad itineris, hospitiique commoda deesse posset: Et nunc, attendentes, quænam potissimùm a suprema ligandi atque solvendi potestate Nobis cum Apostolicæ vicis Officio commissâ, expetere possint plures, qui ad oblatum remissionis & indulgentiæ munus assequendum, cum vero pœnitentiæ spiritu, & devotionis affectu accedentes, commissorum forsan delictorum oneribus gravati, aliisque conscientiæ vinculis adstricti, & impediti reperiantur; hæc etiam peculiari studio a Nobis ordinata, & maturè provisa fuisse, omnibus, ad quos pertinet, specialiter verò infrascriptis Sacramenti Pœnitentiæ Ministris, præsentium Litterarum tenore ab iis præsertim diligenter observando, edicimus & declaramus: Nil magis optantes, quàm ut omnes, quicumque animum peccatis ægrum, aut Censuris, impedimentisve irretitum gerunt, procul abjecto formidatæ difficultatis terrore, ad

Ecclesiasticæ curationis fidenter remedia confugiant, per quæ copiosum Redemptionis fructum consequentes, & sanitati reddantur & paci, & in filiorum Dei libertatem, confractis impietatis compedibus, vindicentur.

Novimus sanè Prædecessores nostros Romanos Pontifices, in quorum tempora superiores, nostroque tempori propinquiores Jubilæi Universalis Anni incurrerunt, hunc morem servasse, ut per geminum præcipuè organum, per Cardinalem scilicet Majorem Pœnitentiarium, perque Cardinalem ipsorum in Urbe, ejusque districtu Vicarium in spiritualibus Generalem, & idoneos Confessarios deputari, & eorum amplificari facultates providenter mandarent; ut nec sacrorum Ministrorum copia per Urbem, nec his facultatum amplitudo deesset, ad Pœnitentes, pro variis cujusque causis, Deo reconciliandos, & culpâ jam exsolutos, ad assequendam quoque plenissimam pœnarum indulgentiam disponendo.

Idcirco Nos laudabilibus eorum vestigiis inhærentes, simulque cupientes gravissimam hanc Pastoralis dispensationis partem, certâ rectâque ratione administrari, nec ullum, quoad ejus fieri poterit, circa facultatum, præsertim limites, earumque usum & exercitium, dubitationi aut errori locum relinqui; post maturam deliberationem super his ritè præhabitam, nostro Motu proprio, certâque scientiâ, rem totam ad eum, quem subjicimus modum, ordinandam dirigendamque decrevimus.

Commissio Cardinali Majori Pœnitentiario pro deputazione Pœnitentiariorum.

I. In primis itaque Dilecto Filio Nostro S. R. E. Cardinali Majori Pœnitentiario per præsentes committimus, ac demandamus, ut, juxta id, quod jam pridem in nostra Constitutione incipien. *In Apostolicæ Pœnitentiariæ Officio*, Idibus Aprilis Anni MDCCXLIV., Pontificatus Nostri Anno Quarto edita, pro perpetuis futuris temporibus præscripsimus, præter consuetos trium Basilicarum S. Joannis Lateranensis, S. Petri in Vaticano, & S. Mariæ Majoris Pœnitentiarios Minores, pro Basilica etiam S. Pauli extra Muros præsenti Anno Sancto similes Pœnitentiarios designet; nec non, præter extraordinarios Pœnitentiarios in dicta Basilica Sancti Petri certis cujusque anni diebus inservientes, nunc autem per totum Annum Sanctum aliis insuper diebus, ejusdem Pœnitentiarii Majoris arbitrio præscribendis, inservituros, a se jam electos, vel eligendos, alios insuper, eodem Anno Sancto durante, tam in memoratis quatuor Basilicis, quàm in reliquis quoque sive Sæcularium, sive Regularium, & nominatim, quantùm fieri poterit, in variarum Nationum Urbis Ecclesiis, novos similiter Pœnitentiarios deputet, & extra ordinem abundè multiplicet.

Item Cardinali Vicario Urbis pro Confessariorum deputatione.

II. Deinde Dilecto itidem Filio Nostro S. R. E. Cardinali, Nostro in Urbe ejusque Districtu Vicario in spiritualibus Generali, committimus pariter atque injungimus, ut ex Confessariis tam Sæcularibus, quàm Regularibus, ab se aliàs ad audiendas Romæ Confessiones approbatis, quamplures magno numero designare non omittat; imò etiam, si ita ad concurrentium tam Romanorum, quàm Exterorum utilitatem & commoditatem necessarium aut expediens fore judicaverit, omnes a se, ut prædiximus, approbatos, vel approbandos, designare in eum finem non dubitet, ut facultatibus illis, quæ a Nobis inferiùs, earundem præsentium tenore, Confessariis hujusmodi ab eo designandis tribuentur, statim se a Nobismet ipsis instructos esse intelligant, easque exercere liberè valeant, audiendisque Confessionibus Fidelium quorumcumque, Jubilæum hujus Anni Sancti lucrari volentium, operam dare aggrediantur, & assiduo charitatis & zeli studio pergant. Pro Confessariis autem Monialium, aliarumque Virginum, seu Mulierum in perpetua Clausura Romæ viventium, sicut etiam Oblatarum, aliarumque in Religiosis aut Piis Domibus, seu Conservatoriis degentium, nec non Carceribus detentorum, & morbis impeditorum, quæcumque opus erunt, quæque Nobis in Domino expedire videbuntur, aliis nostris peculiaribus Litteris statuemus.

Facultates pro Pœnitentiariis.

III. Porro Pœnitentiariis sive in quatuor præfatis Basilicis, sive in aliis Urbis Ecclesiis per Cardinalem Majorem Pœnitentiarium, ut præfertur, deputatis, vel per Anni Sancti cursum deputandis, subsequentes facultates, pro hoc dumtaxat Anno Sancto duraturas, de Apostolicæ potestatis plenitudine concedimus, & impertimur: videlicet

Circa absolutiones.

IV. *Absolvere possint per se ipsos tantum, & in foro dumtaxat conscientiæ, quascumque personas sibi confitentes, etiam Regulares, cujuscumque sint Ordinis, Congregationis, & Instituti, etiamsi ex præscripto Superiorum, vel suarum Constitutionum, etiam a Sede Apostolica approbatarum, vel aliàs ex Indulto, Decreto, aut præcepto Apostolico, extra propriam Religionem peccata sua confiteri prohibeantur, a quibuscumque Sententiis Excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis Censuris, etiam Summo Pontifici, & Sedi Apostolicæ quomodolibet, etiam in Bulla Cœnæ, reservatis, & a Sacris Canonibus fulminatis; nec non ab omnibus peccatis, & excessibus quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reservatis; injunctis tamen salutaribus pœnitentiis, & aliis de jure iisdem Pœnitentibus injungendis.*

V. *Absolvere item possint a supradictis Censuris in jure latis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, quamvis publicæ in partibus sint, quamvis deductæ, aut nominatim declaratæ, ac denunciatæ in iisdem partibus sint per Locorum Ordinarios, aut alios quoscumque Judices; prænonitis tamen Pœnitentibus de Libello, ut infra, in his casibus publicis omninò conficiendo. Post absolutionem nimirùm conficiant Libellum supplicem, expresso nomine, cognomine, ac Diœcesi Pœnitentis, & casu hujusmodi publicæ Censuræ subjecto; & subtus scribant testimonium absolutionis ab eadem Censura concessæ; eundemque Pœnitentem dirigant ad Officium Pœnitentiariæ Apostolicæ, ut recipere possit Breve in forma Missi, vel Remissi absoluti, juxta praxim ejusdem Officii Pœnitentiariæ.*

VI. *A Censura ab Homine, seu a quocumque Judice de partibus, nominatim latâ, absolvere valeant ad effectum dumtaxat Indulgentias præsentis Jubilæi consequendi; itaut, semel ac consecuti Jubilæum fuerint, eâdem, quâ antea, Censurâ adstricti remaneant, ac teneantur parere Judicis sententiæ, & absolutionem ab eodem petere, perinde ac si nunquam absoluti fuissent. Atque his Pœnitentibus nullum detur testimonium absolutionis, neque Confessionis.*

VII. *Absolvere insuper valeant, pro foro conscientiæ tantùm, a Censuris propter hæresim formalem externam incursis, dummodò tamen Pœnitens neminem habeat hæresis complicem; prævia coram ipso Confessario abjuratione secreta; atque etiam pro casu, quo Pœnitens habeat quidem hæresis complicem, vel complices, sed hujusmodi complex, seu complices, in Regionibus, ubi hæresis impunè grassatur, existant, & degant.*

Circa Vota.

VIII. *Omnia, & singula simplicia Vota, etiam Sedi Apostolicæ reservata, etiam jurata, commutare dispensando possint in alia pia opera.*

IX. *Votum tamen perpetuæ Castitatis, nonnisi Mulieribus ita commutare possint, ob periculum incontinentiæ, vel ob timorem pudicitiæ; & quidem tantummodo ad effectum nubendi; easdem*

monendo,

monendo, facturas contra idem Votum, si extra usum Matrimonialem delinquant; & remansuras eodem prorsùs, ac antea, Voto Castitatis obstrictas, si Marito supervixerint.

X. *Votum autem Religionis iisdem tantùm Mulieribus commutare dispensando possint ad effectum nubendi, si alterutra supradicta causa intercesserit; ad effectum verò vitam tantum cœlibem in sæculo ducendi, si vel dote sufficiente ad ingrediendum Religionem careant, vel Religionis onera sufferre posse rationabiliter diffidant.*

Circa dispensationes.

XI. *Habeant etiam præ oculis, quoad Vota, infrascriptum Monitum, quod inter alia pro ipsis Pœnitentiariis mox jubjicienda, positum est n.* XXXII.

XII. *Dispensare possint super irregularitate, ob violationem Censurarum dumtaxat contractâ, & occultâ remanente, cum Sacerdotibus, aut in sacris constitutis, tam Sæcularibus, quàm Regularibus.*

XIII. *Cum illis, qui scienter, vel ignoranter cum impedimento Secundi & Tertii, vel Tertii solius, aut Tertii & Quarti, vel solius Quarti gradus Consanguinitatis, vel Affinitatis, etiam ex copula licita provenientis, Matrimonium jam contraxerunt, dummodò hujusmodi impedimentum occultum remaneat, dispensare pro foro tantum conscientiæ possint, ad remanendum in Matrimonio.*

XIV. *Cum illis, qui a Dataria Apostolica dispensationem obtinuerunt super aliquo impedimento publico, quod tamen non sit Primus & Secundus, vel Secundus tantum gradus Consanguinitatis, vel Affinitatis ex copula licita provenientis, & præ verecundia copulam inter eos secutam in eadem Dataria tacuerunt (dummodò nullitas prædictæ dispensationis ex hujusmodi reticentia proveniens occulta sit) dispensare pro foro tantùm conscientiæ valeant, tam ad remanendum in Matrimonio jam contracto, quàm ad illud contrahendum, si nondum sit contractum.*

XV. *Dispensare item pro foro tantùm conscientiæ valeant super impedimento dirimente occulto tam Primi & Secundi, quàm Primi tantùm, aut Secundi tantùm gradus Affinitatis, ex copula illicita provenientis, tam in Matrimonio contracto, quàm in contrahendo.*

XVI. *Dispensare similiter pro eodem foro, tam de contracto, quàm de contrahendo, possint super occulto impedimento criminis, neutro tamen machinante; ideſt quandò solùm concurrant adulterium, & fides data de Matrimonio contrahendo post Conjugis mortem.*

XVII. *In prædictis Matrimonialium Dispensationum casibus possint etiam, quandocumque opus fuerit, pro foro conscientiæ, legitimare prolem, non tamen ex adulterio susceptam.*

XVIII. *Dispensare ad petendum debitum possint in casu Affinitatis incestuosæ Matrimonio superveniențis.*

XIX. *Ad petendum pariter debitum, cum illis, qui Voto simplici Castitatis obstricti, Matrimonium contraxerint, dispensare valeant; illos monendo, facturos contra id Votum, si extra usum Matrimonialem delinquant, ac remansuros eodem prorsùs, ac antea, Voto obstrictos, si Conjugi supervixerint.*

XX. *Super Visitatione quatuor Basilicarum, cum Exteris, qui vel ob paupertatem, vel ob aliam urgentem causam, in Urbe remanere non possunt, dispensare valeant, vel reducendo ad tres saltem dies Visitationes earundem quatuor Basilicarum, alioquin per quindecim dies ab iisdem visitandarum; vel visitationes præscriptas in alia pia opera, ad ipsorum Pœnitentiariorum prudens arbitrium, commutando.*

XXI. *Cum Civibus autem, & Incolis Romanis, qui morbo, vel aliquo legitimo impedimento detenti, non valent præfatas Basilicas visitare, possint præscriptas iisdem per triginta dies Visitationes in alia pia opera, quæ illorum possibilitati proportionata esse viderint, dispensando commutare; suam tamen conscientiam oneraturi, si super hujusmodi Visitationibus inconsultò, & sine justâ & rationabili causâ, sive cum Exteris, sive cum Romanis Civibus, aut Incolis dispensaverint.*

Monita pro recto præcedentium facultatum usu.

XXII. Quia vero magnoperè interest concessis facultatibus prudenter, & circumspectè uti, ne, minus cautè illas exercendo, tum justo disciplinæ vigori, tum ipsarum Animarum vero bono detrimentum afferri contingat; Ideò post facultates a Nobis pro hoc Anno Sancto memoratis Pœnitentiariis concessas, congruum & opportunum ducimus nonnulla Monita pro recto earundem facultatum usu subjungere; quæ quidem tam ab ipsis omnibus, & singulis, quàm etiam a reliquis Confessariis, ut supra designandis, attentè legi & considerari jubemus, ac pro norma, & regula haberi, cui se in suæ quisque facultatis exercitio, prout casus poposcerit, exactè conformet.

Facultatum limitationes indicantur.

XXIII. Primò itaque meminerint, nulli penitus Confessario dari in præsenti Jubilæo, aut in quovis alio, facultatem absolvendi complicem in quolibet inhonesto contra sextum præceptum peccato; atque omnem Confessarium, respectu hujusmodi complicum, esse omni tum jurisdictione, tum approbatione destitutum, & prorsus ineligibilem, cujuscumque Jubilæi, sive Indulti beneficio, ad normam Constitutionis Nostræ incipien. *Sacramentum Pœnitentiæ*, Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLI. Kalendis Junii, Pontificatus Nostri Anno Primo editæ.

XXIV. Intelligant, hujusmodi facultatibus peculiaribus a Nobis, ut supra, pro hoc Anno Sancto sibi concessis uti se non posse, nisi cum iis Pœnitentibus, qui præsens ejusdem Anni Sancti Jubilæum consequi sincerè & seriò volunt; atque ex hoc animo ipsum lucrandi, & reliqua opera ad id lucrandum necessaria adimplendi, ad Confessionem apud ipsos peragendam accedunt; neque item posse uti cum iis Pœnitentibus, qui hujus Anni Sancti Jubilæum semel jam lucrati fuissent, prout inferiùs explicabitur *n.* LII.

XXV. Advertant insuper, supradictas absolutiones, commutationes, dispensationes, non posse a se exerceri extra actum Sacramentalis Confessionis, neque extra suam cujusque Basilicam, vel Ecclesiam, nisi in casibus aliàs sibi a Majori Pœnitentiario permissis, vel permittendis; vel in casu administrandi Pœnitentiæ Sacramentum alicui Infirmo, qui quum corporalis ægritudinis causâ ad Basilicas ipsis respectivè designatas accedere personaliter nequeat, eorum aliquem arcessendum duxerit, ut Confessionem Sacramentalem pro Jubilæi consecutione, ut præfertur, apud ipsum expleat.

Leges in earum usu servandæ statuuntur.

XXVI. Non prætermittant suam cuique Pœnitenti salutarem pœnitentiam imponere in Sacramento, ne prætextu quidem Jubilæi per eundem Pœnitentem consequendi.

XXVII. Ab occultis Censuris ob partem læsam incursis non priùs absolvant, quàm parti læsæ Pœnitens satisfecerit; vel si priùs pœnitens nequeat, non eum absolvant, nisi juret se satisfacturum, cum primùm poterit. In publicis autem, huic satisfactioni consuletur juxta praxim Pœnitentiariæ Apostolicæ, ad quam dirigendus erit Pœnitens cum Libello, de quo supra *n.* V.

XXVIII. Violantibus Clausuram Monialium ad malum finem, in casibus etiam occultis, imponant prohibitionem accedendi in posterum ad quævis Monasteria, & Ecclesias Monialium;

monendo Pœnitentes hujuſmodi, ita ipſos abſolvi a Cenſuris ob relatam violationem incurſis, ut ſi impoſitam illam prohibitionem non ſervaverint, relabantur eo ipſo in eaſdem Cenſuras.

XXIX. Religioſos verò ſuam violantes Clauſuram per Mulierum introductionem ad malum finem, ita a Cenſuris propterea incurſis abſolvant, ut ſuper inhabilitate ulteriùs per hoc contracta ad Dignitates, & Officia ſui Ordinis conſequenda, nullatenus cum iiſdem diſpenſent.

XXX. A lectione Librorum prohibitorum, præſertim in Bulla Cœnæ contentorum, non ante abſolvant, quàm Pœnitens Libros, quos in ſua poteſtate habeat, Inquiſitori, vel Ordinario, ſecretè tradiderit; vel ſe, quàm primùm poterit, traditurum promiſerit, ſi tradere ante abſolutionem nequeat.

XXXI. In abſolvendis Regularibus a ſuo Ordine Apoſtatis, vel Fugitivis, ſervent modum in ſua Tabella præſcriptum.

Limitatio quoad Vota.

XXXII. Denique, quoad Vota, noverint ſibi abſtinendum ab eorum commutatione, in quibus agitur de præjudicio tertii. Quare in eo, quod pertinet ad Vota, quamvis ſimplicia, ſeu perſeverantiæ, ſeu alia, emitti ſolita in aliqua Congregatione, vel Communitate, & in Vota obligatoria a tertio acceptata, non ſe ingerant. Nec admodùm diſſimiliter ſe gerant circa Vota pœnalia, ſeu præſervativa a peccato, ne detur anſa peccandi liberiùs; niſi forte circumſtantiæ adſint, quæ aliquam commutationem ſuadeant, & commutatio futura judicetur ejuſmodi, ut non minùs a peccato committendo refrænet, quàm prior Voti materia.

De aliis Pœnitentiar. facultatibus.

XXXIII. Cæterùm alias facultates prædictis trium Baſilicarum Pœnitentiariis Minoribus pridem conceſſas, aut forſitan concedendas per dictum Majorem Pœnitentiarium, in vim generalium facultatum, quas Nos eidem per alias Noſtras prædictis die & anno expeditas Litteras incipientes: *Paſtor bonus*: communicavimus, & perpetuò competere ſtatuimus, ſalvas & firmas hoc ipſo Jubilæi Anno eſſe & fore, atque ab iis, hoc etiam Anno durante, non ſecus ac alio quovis tempore, erga omnes exerceri, juxta ejuſdem conceſſionis tenorem libere & licitè poſſe, decernimus, & declaramus.

XXXIV. Eaſdem verò facultates, tam in memoratis, quarum initium eſt: *Paſtor bonus*: quàm in præſentibus Noſtris Litteris expreſſas, atque contentas, prædicto Majori Pœnitentiario, & Apoſtolicæ Pœnitentiariæ Officio, earundem præſentium tenore etiam confirmamus, & reſpectivè, quatenus opus ſit, pro eodem Anno Sancto concedimus & impertimur; ad hoc ut ipſe Major Pœnitentiarius iis omnibus & ſingulis, tam per ſe ipſum, quam per alios quoſcumque a ſe eligendos Confeſſarios in Urbe uti licite valeat. Si quos autem caſus ad ipſum Pœnitentiariæ Officium, vel ad aliquem ex dictis Pœnitentiariis, ſeu Confeſſariis, deferri contingat, qui nec ſub prædictarum Litterarum, nec ſub præſentium diſpoſitione comprehenſi, vel etiam in iiſdem prohibiti dignoſcantur; onus erit præfati Majoris Pœnitentiarii, ad quem Pœnitentiarii Minores & Confeſſarii præfati recurſum habebunt, Apoſtolatum Noſtrum ſuper illis conſulere; Nos enim eidem præſcribere non omittemus, quæcumque opportuna fore in Domino judicabimus, ut Animarum vulneribus ſanandis idonea remedia aptentur.

Facultates pro Confeſſariis a Card. Vicario deſignandis.

XXXV. Confeſſariis autem a prædicto Cardinali Vicario Noſtro, ut præfertur, in Urbe deſignandis, infraſcriptas facultates, quibus hujuſmodi deſignationis vigore, ipſius Anni Sancti decurſu, fruantur, per eaſdem præſentes ducimus tribuendas; videlicet.

Circa abſolutiones.

XXXVI. *Abſolvere poſſint per ſe ipſos tantùm, & in foro dumtaxat conſcientiæ, perſonas ſibi confitentes a quibuſcumque Eccleſiaſticis Cenſuris, etiam Summo Pontifici, & Sedi Apoſtolicæ, etiam in Bulla Cœnæ reſervatis, & a Sacris Canonibus fulminatis, dummodo tamen hujuſmodi Cenſuræ non ſint publicæ; necnon ab omnibus peccatis, & exceſſibus quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis; injunctis tamen ſalutaribus pœnitentiis, & aliis de jure iiſdem Pœnitentibus injungendis.*

Circa Vota.

XXXVII. *Omnia & ſingula ſimplicia Vota, etiam jurata, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervata, exceptis Caſtitatis, Religionis, aliiſque ſuperius n.* XXXII. *memoratis Votis, commutare in alia pia opera valeant.*

XXXVIII. *Quibus tamen facultatibus, tam abſolvendi, quam Vota commutandi, uti non poterunt niſi cum iis Pœnitentibus, qui præſens Anni Sancti Jubilæum conſequi ſincere, & ſeriò volunt, atque ex hoc animo ipſum lucrandi, & reliqua ad id lucrandum neceſſaria opera adimplendi, ad Confeſſionem apud ipſos peragendam accedunt. Neque item uti poterunt cum iis Pœnitentibus, qui hujus Anni Sancti Jubilæum ſemel jam lucrati fuiſſent, prout inferius explicabitur n.* LII.

Circa Diſpenſationes.

XXXIX. *Diſpenſare poſſint circa Viſitationes præſcriptas quatuor Baſilicarum, eaſque commutare, eodem omnino modo, ac conceditur Pœnitentiariis in duobus poſtremis numeris, quæ pertinent ad facultates circa Diſpenſationes ſuperius poſitis. Præter hanc autem facultatem diſpenſandi circa dictas Viſitationes, ſciant nullam aliam diſpenſandi cum quoquam facultatem ſibi concedi.*

XL. Poſtremò præcipimus Confeſſariis præfatis, attentè legere & conſiderare monita ſuperius poſt facultates Pœnitentiariis impertitas adjuncta, eiſque in exercitio ſuarum reſpective facultatum exactè ſe conformare.

Facultates ſpeciales pro Confeſſariis Regularibus erga ſuos Religioſos.

XLI. Præterea Regularium quoque commoditati uberius conſulere, ſimulque augendo numero Confeſſariorum pro Jubilæi conſecutione proſpicere volentes; *præmiſſas nuper facultates; quas Confeſſariis hujuſmodi à Cardinali Vicario deſignandis hoc Anno competere ſtatuimus, eaſdem omnes & ſingulas pari prorſus modo, pro eodem Anno, tribuimus, & concedimus omnibus Confeſſariis illis Regularibus, cujuſcumque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti, quicumque aliàs ejuſdem Card. Vicarii, ſeu ipſius Viceſgerentis approbationem ad audiendas Confeſſiones habeant, & inſuper per ſuos reſpective Regulares Prælatos, ſeu Superiores, ad excipiendas ſuorum Religioſorum Confeſſiones deputati fuerint; ad hoc ſcilicet, ut iidem Confeſſarii facultates hujuſmodi erga ſolos proprii reſpective Ordinis Pœnitentes Religioſos hoc Jubilæum lucrari volentes, exercere in ſuis quique Cœnobiis ſeu Domibus, libere & licite valeant: quibus etiam Regularibus Confeſſariis facultatem diſpenſandi cum iiſdem Religioſis Pœnitentibus in Sacris Ordinibus conſtitutis ſuper Irregularitate forſan ob Cenſurarum violationem contractâ, dummodo occulta ſit, eorundem tenore præſentium, ac dicto Anno, dictâque occaſione dumtaxat, concedimus & impertimur.*

Declarationes circa præſens Jubilæum.

XLII. Denique communi tam Confeſſariorum, quàm Pœnitentium utilitati, ac ſpirituali ſolatio provide intendentes, ac memores quæſtionum, atque dubiorum, quæ occaſione univerſalis Jubilæi hujuſmodi excitari ſolent, nonnullas hic etiam declarationes, ſeu magis apertas voluntatis noſtræ ſignificationes ſuper hoc a Nobis indicto præſentis

Anni Sancti Jubilæo subnectere opportunum duximus; quibus inspectis, ac diligenter, ut par est, animadversis, pleraque hujusmodi dubia anteverti posse, aut facile solutum iri non dubitamus. Eæ autem sunt, quæ sequuntur.

Quoad Personas.

XLIII. Personis Romam ad hoc Jubilæum consequendum venire volentibus, non intelligitur data veniendi libertas, sive licentia, sine obtento aliàs necessario suorum respectivè Superiorum consensu.

XLIV. Romanorum appellatione, quoad Visitationes quatuor Basilicarum per triginta dies peragendas, comprehenduntur omnes & singuli nati atque habitantes Romæ, sicut etiam nati atque habitantes in Suburbano Vinearum tractu, intra quintum ab Urbe lapidem. Incolarum autem nomine, ad eundem effectum, intelliguntur omnes illi, qui certum aliquod Officium in Urbe obtinent, seu cum spe illud obtinendi moram ibidem trahunt, ideoque in ipsa quasi domicilium acquirunt; omnesque illi, qui ad eandem Urbem, vel ad aliquem suburbanum locum intra quintum lapidem, ut supra, se contulerunt alia quacumque de causa, quam præsentis Jubilæi lucrandi; vel si ipsius lucrandi causa ad Urbem accesserint, eo tamen animo sunt, ut per majorem Anni partem, seu ultra sex menses ibi commorentur. Reliqui omnes, Peregrinorum, aut Externorum nomine, quoad Visitationes earumdem Basilicarum per quindecim dies, se comprehensos intelligant.

Quoad opera injuncta.

XLV. Confessionem & Communionem pro hoc Jubilæo consequendo injunctas, non necesse est visitationibus quatuor Basilicarum præmittere. Satis erit vel in hujusmodi visitationum decursu, vel etiam post easdem visitationes expletas, Confessionis & Communionis Sacramenta suscipere.

XLVI. Cum Confessio Sacramentalis in hoc Jubilæo sit opus injunctum, peragenda eadem erit etiam ab eo, qui solis peccatis venialibus teneatur, si hoc lucrari Jubilæum velit.

XLVII. Si quis post Confessionem peractam, in lethale peccatum (quod Deus avertat) inciderit, antequam omnia omninò opera pro Jubilæo hoc lucrando injuncta expleverit, Confessionem denuò præmittere debebit, priusquàm ultimum saltem ex aliis injunctis operibus, expleat, ut Indulgentiam hoc Jubilæo concessam consequatur.

XLVIII. Quamvis injuncta pro hoc Jubilæo Communio sit; pueri tamen, qui nondum ad primam Communionem admissi fuissent, neque intra hunc Annum Sanctum, Parochi proprii, vel Confessarii judicio, admittendi videantur, censeri possunt ab isto injuncto opere legitimè impediti; eisdemque Communionem in aliud pium opus arbitrio Confessarii præscribendum commutari permittimus.

XLIX. Ad injunctam Basilicarum visitationem perficiendam non opus est in easdem Basilicas per Portas Sanctas, vel per harum aliquam ingredi, vel egredi.

L. Si quod superveniat Indultum, quo præscriptus initio visitationum numerus ad minorem redigatur; quisquis, ante id Indultum, Visitationes peregisset paucioribus numero diebus, quàm qui in Indulto præscribuntur, is Visitationes a se jam peractas utiliter computare poterit ad conficiendum numerum Visitationum hujusmodi Indulto præscriptarum; superaddendo nimirùm alias, quæ desint ad explendam summam Indulto præfinitam. Si verò eam summam, seu numerum antea jam expleviſſet, vel etiam exceſſiſſet; unum saltem diem Visitationis quatuor Basilicarum præterea adjunget, ut Indulti beneficio frui valeat.

LI. Injunctæ piæ preces in singularum Visitatione Basilicarum, ad fines Nobis propositos, & in nostra Bulla Indictionis expressos effundendæ, satis erit, si vocales fuerint. Qui sola mente ad eosdem fines devotè orare voluerit, laudandus est; aliquam tamen etiam vocalem orationem adjungat.

Quoad iteratam hujus Jubilæi consecutionem.

LII. Qui hoc Anno Sancto bis, aut pluries omnia & singula opera, vel primitùs in hujus Jubilæi Indictione præscripta, vel superveniente forsan aliquo Indulto, ea, quæ in ipsius Indulti concessione pro ejusdem Jubilæi consecutione præscribentur, plenè iteraverit; vel priùs ad Indictionis, deinde ad Indulti formam, vel priùs ad formam Indulti unius, deinde ad alterius fortasse diversi formam, ut præfertur, iteraverit; bis quoque aut pluries poterit hoc Anni Sancti Jubilæum lucrari. Nos enim, habita ratione annui spatii, ad quod hujusmodi Jubilæum protenditur, ita de Apostolicæ liberalitatis plenitudine concedimus & indulgemus; hoc tamen declarantes, neminem posse, nisi semel, idest prima tantùm vice, frui seu potiri favoribus huic Jubilæo adjunctis: quare post primam vicem nullus gaudere amplius poterit beneficio aut absolutionum a novis censuris & casibus reservatis de novo fortasse contractis, aut commutationum, aut dispensationum in facultatibus superiùs positis contentarum.

Quoad favores huic Jubilæo adjunctos.

LIII. Præter Pœnitentiarios, ut supra, deputatos, seu deputandos, peculiaribus pro hoc Anno Sancto facultatibus a Nobis instructos, inter quas adest etiam facultas absolvendi pro foro conscientiæ a censuris propter hæresim formalem incursis, prout latiùs expressum est supra *n.* VII., reliqui omnes noverint, in concessione facultatis absolvendi a Censuris in Bulla Cœnæ reservatis, non comprehendi facultatem absolvendi a Censuris propter hæresim formalem externam, etiam occultam, incursis, nisi specialiter, & expresse hujusmodi facultas concedatur; juxta iteratas hac de re Declarationes, & nominatim juxta Decretum Universalis Inquisitionis die XV. Maji Anni MDCLVI. a felic. recordat. Prædecessore Nostro Alexandro VII. approbatum.

LIV. Absolutiones a Censuris (præter quam datæ ad reincidentiam, qualis, exempli gratiâ, datur in casu superiùs expresso, ubi de facultatibus pro Pœnitentiariis egimus *n.* VI.) Commutationes item Votorum, & Dispensationes, juxta concessas hoc Anno respectivas facultates, semel obtentæ, permanent in suo vigore, etiamsi contigerit eum, qui illas jam obtinuerat, mutato postea, quod priùs habuerat, sincero & serio proposito Jubilæum hoc lucrandi, ac proinde reliqua ad id lucrandum necessaria opera adimplendi, de eodem Jubilæo consequendo ampliùs non laborare.

Quoad facultates vertente Anno Jubilæi suspensas.

LV. Suspensio facultatum absolvendi, dispensandi &c. pro hoc Anno Sancto a Nobis indicta per alias nostras Litteras Apostolicas incipientes: *Cùm Nos nuper*, datas XVI. Kalendas Junii proximè præteriti, non comprehendit ipsam Romanam Urbem, in qua hoc maximè Anno præstat Operariorum copiam & auxilia pro expediendis Pœnitentibus non imminui. Quicùmque ergo in eadem Alma Urbe hujusmodi facultatibus alioquin legitime muniti reperiantur, easdem per hunc quoque annum in ipsa Urbe, juxta tenorem uniuscujusque concessionis aliàs obtentæ, exercere liberè poterunt.

LVI. Extra Urbem verò, servanda omninò erit suspensio facultatum in præfatis Litteris expressa, per quam non modò facultates illas, quæ causa vel occasione Indulgentiarum concessæ fuissent, verùm etiam cæteras quaslibet quocumque alio titulo, & causas concessas, prædicto Anno durante, suspensas esse & censeri debere,

exceptis dumtaxat illis, quas in præfatis Litteris Noſtris ab ipſa generali ſuſpenſione præſervavimus, præſentium tenore, quatenus opus ſit, & pari auctoritate, edicimus & declaramus.

Adhortatio. LVII. Jam vero adventante convivii hora, qua magnus Paterfamilias non modò vocandos atque invitandos convivas, ſed ad intrandum potius compellendos eſſe denunciat, hanc Paſtoralibus Noſtris vocibus virtutem a Deo donari cupimus, quæ univerſos in Chriſto credentes a finibus Terræ evocatos, ad hoc Unitatis & Fidei centrum valeat congregare. Itaque omnes iterùm Noſtros Eccleſiæque Filios, quàm maximo poſſumus paterni animi affectu etiam atque etiam hortamur, ut ad Cœleſtium gratiarum aquas ex hoc fonte nunc latiùs referato hauriendas accurrant, atque hic omnes uno corde atque ore Deum honorificantes, propriæque ſaluti ſinguli ſeriò conſulentes, ipſius Dei miſericordiâ, & piæ Matris Eccleſiæ favoribus uberrimè perfruantur.

Sacros autem Chriſti Miniſtros, ejuſque Sacramentorum diſpenſatores, Noſtra, ut præfertur, ordinatione deputandos, enixè, ſtudioſèque admonemus, ut demandandum ſibi laborem pro Fratrum infirmorum curatione & ſalute alacriter ſuſcipiant, ac pro ipſius Chriſti Domini, ejuſque Sponſæ Eccleſiæ charitate, ſtrenuè & conſtanter exerceant, memores illius, cujus vices gerunt, Paſtoris boni, qui non labores ſolùm longiſſimo intervallo majores ſuſtinuit, ſed vitam quoque ſuam poſuit pro Ovibus ſuis; cujus nimirùm immenſæ charitatis cooperatores ſe fieri; maximo lucro ſuo deputare debebunt, ampliſſimamque mercedem ab eo ſperare, quam ipſe omnibus, qui ſibi miniſtraverint, retributurum ſpopondit. Omnes itaque ad Sacramenti Pœnitentiæ ſaluberrimum & neceſſarium lavacrum accurrentes benignè excipiant, patienter audiant, inſtruant, moneant; & facultates per Nos ſibi collatas in eorumdem Pœnitentium ſolidum bonum, in ædificationem, non in deſtructionem, quò ſcilicet fideles diſpenſatores inveniantur, adhibeant.

Clauſulæ. Cæterùm præſentes Litteras, omneſque, & ſingulas conceſſiones, limitationes, monita, declarationes, ac voluntatis Noſtræ ſignificationes in iis contentas, de nullo defectu impugnari, aut redargui poſſe, ſed omnimoda firmitate validas eſſe & cenſeri, & ab iis omnibus, ad quos pertinet, exactiſſimè obſervari, eiſque etiam, quorum favorem reſpectivè concernunt, pleniſſimè ſuffragari volumus atque decernimus: Non obſtantibus præmiſſis Noſtris, aliiſque Apoſtolicis, ſeu in Univerſalibus, Provincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis Conſtitutionibus & Ordinationibus; necnon quarumcumque Perſonarum, aut Ordinum, etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & Inſtitutorum, etiam ſpecialem & individuam mentionem promerentium, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, legibus, uſibus, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, Indultis quoque, & Privilegiis, etiam Mari Magno, ſeu Bulla Aurea, aut aliter nuncupatis, & ſub quibuſcumque tenoribus & formis, & cum quibuſvis etiam ſuſpenſionum, & derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus clauſulis, ſeu irritantibus Decretis, etiam ſimili Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine, & alias quomodolibet conceſſis, & iteratis vicibus confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis, quatenùs præſentibus in aliquo adverſari dignoſcantur, illis alias in ſuo robore permanſuris, pro hac vice dumtaxat, ampliſſimè & latiſſimè, ac ſpecialiter & expreſsè, velut ſi eorum tenores præſentibus per extenſum inſerti forent, derogamus, & derogatum cenſeri volumus & decernimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Noſtrarum conceſſionum, limitationum, monitorum, declarationum, mandatorum, decretorum, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo nono, ſeptimo Kalendas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Decimo. Dat. die 25. Nov. 1749.

D. Card. Paſſioneus.

J. Datarius.

Visa de Curia.

J. C. Boſchi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 6. Decemb. ejuſdem Anni.

XXII. De Quæſtionibus & controverſiis olim excitatis circa opera injuncta pro Jubilæi acquiſitione, & circa Facultates conceſſas, earumque uſum; quæ per præcedentes Conſtitutiones ſublatæ fuerunt: Epiſtola Encyclica ad Pœnitentiarios & Confeſſarios pro Anno Sancto in Urbe deputatos.

Delle Diſpute e controverſie altre volte promoſſe circa le opere ingiunte per l'acquiſto del Giubbileo, e circa le Facoltà concedute, e loro uſo; le quali ſono ſtate tolte nelle precedenti Coſtituzioni: Lettera Circolare a' Penitentieri e Confeſſori deputati in Roma per l' Anno Santo.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

De variis Controverſiis ad Jubilæum ſpectantibus, ac de ratione eaſdem ſolvendi. INter præteritos, ac præſentes labores noſtros in eum potiſſimum finem a Nobis ſuſceptos, ut imminens jam magni Jubilæi Annus ea, qua par eſt, pietate celebretur, & Fideles Chriſti ſpiritualem Sanctæ Indulgentiæ fructum con-

Delle varie controverſie ſpettanti al Giubbileo, e come ſi ſcioglono. FRa le fatiche, che abbiamo fatte, e che andiamo facendo, acciò il futuro, ed imminente Anno Santo ſia celebrato a dovere, ed i Fedeli conſeguiſcano il frutto ſpirituale della Santa Indulgenza, non è ſtata certamente l'ulti-

sequantur, non postremo loco habenda est ea, quam adhibuimus, cura, ut libros de Anni Sancti Jubilæo pertractantes, qui numero pauci non sunt, consuleremus. In hisce verò libris perlegendis illud animadversum a Nobis est, quod inter eorum Auctores, alii quidem sunt, qui in controversiarum tractatione ita se gerunt, ut in iisdem discutiendis, ac resolvendis, vel ad eorum scripta tantummodo attendant, qui ætate præcesserunt, vel de propositis quæstionibus ex eo, quod sibi ac propriæ intelligentiæ magis conveniens videatur, pronuntient, nulla interim attentione adhibita ad Summorum Pontificum Constitutiones, quibus Anni Sancti Jubilæum Christifidelibus indicitur, & in quibus inserta quædam verba reperiuntur, quorum beneficio quæstiones ante exortæ commode & opportune explanantur. Alii contra, earumdem Constitutionum verba accurate considerantes, dum illa rite ponderare non prætermittunt, ex eisdem quæstionum ipsarum solutiones deducunt, atque eas difficultates de medio tollunt, quæ ab illis excitatæ fuerant, qui vel ante scripserunt, quàm Constitutiones ipsæ prodirent, in quibus opportuna verba inserta sunt, quorum vigore excitatæ jam difficultates evanescunt; vel qui si posterius scripserunt, nullam in scribendo, ut par erat, adhibuerunt ad Pontificiarum Constitutionum verba mentis applicationem. Hunc, qui prope jam instat, Magni Jubilæi Annum, si Divinæ Majestati placuerit vitam nostram ad illud usque tempus perducere, tertium numerabimus ex iis, quos Nos in hac Urbe celebratos vidimus: nec immemores sumus disputationum, & quæstionum, quæ non sine aliqua contentione agitabantur inter Confessarios, Romæ primum, deinde etiam foris, postquam, peracta hic Anni Sancti celebratione, Jubilæum ad alia loca transmittitur. Ea igitur de causa Nos opportunam operam dedimus, primum ut in Constitutionibus, quas de Anni Sancti Jubilæo publicavimus, ea verba insereremus, quæ non minus a Nobis, quàm ab iis Doctoribus, qui ante Nos scripserunt, talia reputantur, quæ excitatas prius difficultates vi sua dissolvant; deinde verò, cum quæstiones aliquæ adhuc indecisæ remanerent, quæ a solis verbis in Constitutionibus insertis solutæ dici non poterant; aliquot etiam pro hisce Declarationes facere non prætermisimus. Non tamen idcirco Nobis certo pollicemur, omnia Nos omnino dubia diluisse, quæ suboriri possint hominibus ingenio nimis ad Metaphysicas subtilitates prono, quæ quidem, quantum in speculativis rebus afferunt usum, tam magno sunt in Moralibus Disciplinis incommodo. Illud tamen speramus, tantum Nos hac via profecisse, ut per eam aliis, quibus plusquam Nobis otii sit, liberior ac latior ad iter persequendum semita recludatur. Ut verò hæc quæcumque egimus, ac meditati sumus, in cæterorum commodum, & in præcipuam Confessariorum præsertim, & eorum, qui animarum curam gerunt, utilitatem evadant; ad Vos, Dilecti Filii, Encyclicas hasce nostras Litteras dirigimus, adimplentes hoc modo, quod polliciti sumus in Consistoriali Allocutione nostra, quam in Consistorio die v. Maji vertentis anni 1749. a Nobis habito pronuntiavimus. Atque ut etiam confusio omnis removeatur, & debito ordine procedatur, de qualibet Constitutione super Anni Jubilæi Sancti per Nos ad præsentem usque diem publicata singillatim agemus.

ma quella di vedere e leggere i libri, che trattano del Giubbileo dell'Anno Santo, che non sono pochi. Leggendogli, abbiamo osservato, che alcuni trattano, e risolvono le controversie, badando unicamente a quanto hanno scritto i loro predecessori, e risolvendo i punti giusta ciò, che loro sembra conveniente, e adattato al loro modo d'intendere, senza punto badare alle Costituzioni de' Sommi Pontefici, nelle quali s'indice ai Fedeli il Giubbileo dell'Anno Santo, e nelle quali si trovano inserite alcune parole, che vanno levando le precedenti eccitate questioni. Altri Autori poi vi sono, che accuratamente considerando le parole delle dette Bolle Pontificie, non lasciano di ben pesarle, dando in sequela d'esse per superate e tolte di mezzo le difficoltà promosse da quelli, o che hanno scritto prima che emanassero le Costituzioni, nelle quali sono inserite le parole opportune, in vigore delle quali restano tolte le difficoltà già eccitate; o che, se hanno scritto dopo, hanno scritto senza le dovute riflessioni alle parole delle Apostoliche Costituzioni. Il prossimo Anno Santo, se piacerà al Grande Iddio di prolungarci la vita fino a quel tempo, sarà il terzo Anno Santo, che Noi avremo veduto celebrarsi in Roma: e ben ci ricordiamo delle dispute, e questioni, che con qualche impegno si ventilavano fra i Confessori di Roma, e di poi tra li Confessori fuori di Roma, quando, terminata qui la celebrazione dell'Anno Santo, si trasmette ai luoghi fuori di Roma il Giubbileo. Ci siamo ingegnati nelle Costituzioni, che abbiamo fatte sopra l'Anno Santo, d'inserirvi quelle parole, che non meno da Noi, che dai Dottori, che hanno scritto prima di Noi, sono stimate di tal valore, che levano le difficoltà precedentemente eccitate. Abbiamo pur fatte alcune dichiarazioni sopra alcune questioni, che restavano indecise, e che non potevano dirsi risolute in sequela delle sole parole inserite nelle Costituzioni. Ma non perciò ci lusinghiamo d'avere sciolti tutti i dubbj, che possono venire in capo agli uomini di cervello troppo sottile, e metafisico; qualità quanto buona per le materie speculative, altrettanto incomoda per le materie morali. Speriamo però di aver fatto qualche cammino, che potrà forse proseguirsi con maggiore ampiezza da altri men occupati di Noi. Ed acciò, quanto abbiamo fatto, e quanto abbiamo pensato, riesca utile agli altri, e particolarmente ai Confessori, e direttori d'anime, indirizziamo a Voi, o diletti Figli, questa nostra Lettera Circolare, adempiendo in questo modo la promessa, che facemmo nella nostra Allocuzione Concistoriale pronunziata da Noi nel Concistoro tenuto ai 5. di Maggio dell'anno corrente 1749. Ed acciò si escluda ogni confusione, e si proceda col dovuto ordine, tratteremo a parte a parte di ciascheduna Costituzione sopra l'Anno Santo pubblicata da Noi fino al giorno presente.

I.

De Apostolica Constitutione, quæ incipit Peregrinantes, *in qua indicitur Universale Jubilæum Anni Sancti, publicata die 15. Maji, in Festo Dominicæ Ascensionis*, 1749.

De Communione Sacramentali.

§. 2. IN hac Constitutione nostra hæc, quæ subjicimus, verba leguntur: *Verè pœnitentibus, & confessis, sacraque Communione refectis.* Primi Nos omnium sumus, qui Confessioni Communionem adjecimus, eam inter opera illa comprehendentes, quæ ad consequendas Anni Sancti Indulgentias injuncta sunt atque præscripta. Quæ verò Nos causæ moverint, ut prædicta verba adjungeremus, eas in Consistoriali Allocutione nostra expressimus, quæ in Consistorio die 5. Maji Anni 1749. habito a Nobis pronunciata fuit. Neminem autem arbitramur futurum, qui eam in medium quæstionem adducat, num videlicet sub nomine Sacræ Communionis, Sacramentalis Communio, an vero Communio spiritualis intelligatur; quoniam Sacrum Tridentinum Concilium, *Sess.* 13. *cap.* 8. trium Communionum mentionem facit, videlicet, solius Sacramentalis, quæ Communio est illorum, qui eam in peccato lethali recipiunt; solius Spiritualis, quæ illorum est, qui summopere cupientes Panem Eucharisticum gustare, viva fide, *quæ per dilectionem operatur*, spiritualis illius fructus atque utilitatis participes fiunt; & Sacramentalis simul ac Spiritualis, quæ est illorum, qui *prius ita se probant & instruunt, ut vestem nuptialem induti ad Divinam Mensam accedant.* Nos sub sacræ Communionis nomine Sacramentalem simul ac Spiritualem Communionem intelleximus, atque intelligimus, cum sensus verborum obvius hic planè sit; neutiquam rati, rem tam absurdam cuiquam in mentem venire posse, ut sub nomine sacræ Communionis, sola Sacramentalis Communio intelligi possit; quemadmodum etiam opportunè a Patre Passerino *de Indulgentiis quæst.* 43. *&* 44. animadversum fuit; licèt ipse scriberet quidem post damnationem ab Alexandro VII. die 7. Septembris 1665. prolatam illius propositionis: *Qui facit Confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ*; sed scriberet ante damnationem promulgatam a Venerabili Servo Dei Innocentio XI. die 2. Maji 1679. in alteram propositionem: *Præcepto Communionis annuæ satisfit per sacrilegam Domini manducationem.*

De Confessione Sacramentali.

§. 3. In celebri illa Bonifacii VIII. Constitutione, quæ incipit *Antiquorum* sub titulo *de pœnitentiis & remissionibus, in Extravagan. commun.*, ubi indicit Jubilæum Anni Sancti, hæc verba leguntur: *verè pœnitentibus, & confessis, vel qui verè pœnitebunt & confitebuntur*: & in Extravaganti *Unigenitus* Clementis VI. eodem libro, & sub eodem titulo hæc alia leguntur verba: *verè pœnitentibus, & confessis.* Ex hisce autem verbis gravis est controversia quodam tempore excitata, num ad Indulgentiæ consecutionem confessio *in voto* sufficiens sit, an vero confessio *in re* requiratur; quod idem est ac si diceretur, utrum ad consequendam Indulgentiam peccata Sacerdoti actualiter confiteri necessarium sit, an verò satis sit ea cum intimo doloris sensu, & sincero contritionis actu detestari cum confitendi proposito, confessionem interim in aliud tempus differendo, ac in Pascha præsertim, quo tempore unusquisque Fidelium, lege ab Ecclesia præscripta, sacram recipere Communionem obligatur.

§. 4. Indicata tantum, verum non decisa hujusmodi quæstio est a Cardinali de Lugo *de Pœnit. disp.* 27. *sect.* 6. *num.* 94. Nos eam ritè ac

I.

Dell' Apostolica Costituzione, che incomincia Peregrinantes, *in cui s' intima l'Universale Giubbileo dell' Anno Santo, pubblicata nel giorno* 15. *di Maggio, Festa dell' Ascensione del Signore*, 1749.

Della Comunione Sagramentale.

§. 2. IN questa nostra Costituzione si leggono le seguenti parole: *Vere pœnitentibus, & confessis, sacraque Communione refectis.* Noi siamo i primi, che alla Confessione abbiamo unita la Comunione, annoverandola fra le opere ingiunte e prescritte per conseguire le Indulgenze dell' Anno Santo. I motivi della detta aggiunta sono stati da Noi espressi nella nostra Allocuzione Concistoriale fatta nel Concistoro tenuto ai 5. di Maggio dell'anno 1749. Non crediamo, che da veruno possa eccitarsi la questione, se sotto nome di sacra Comunione intendasi la Comunione Sagramentale, o pure la Comunione Spirituale; giacchè il Sacro Concilio di Trento *sess.* 13. *cap.* 8. fa menzione di Comunioni; cioè della sola Sagramentale, che è quella di coloro, che la ricevono in peccato mortale; della sola Spirituale, che è quella di coloro, che sommamente desiderando di gustare il Pane Eucaristico, con fede viva, *quæ per dilectionem operatur*, ne sentono il frutto e l'utilità; e della Sagramentale insieme e Spirituale, che è di quelli, che *prius ita se probant & instruunt, ut vestem nuptialem induti ad Divinam Mensam accedant.* Noi sotto nome di sacra Comunione abbiamo inteso ed intendiamo la Comunione Sagramentale insieme e Spirituale; essendo questo il senso ovvio delle parole, e non credendo mai, che possa cadere in mente a veruno, che possa intendersi sotto nome di sacra Comunione la sola Comunione Sacramentale; come anche fu ben'avvertito dal P. Passerino *de Indulgentiis quæst.* 43. *&* 44., non ostante ch'esso scrivesse bensì dopo la condanna della proposizione fatta da Alessandro VII. ai 7. di Settembre 1665. *Qui facit Confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ*; ma scrivesse prima della condanna della proposizione, fatta dal Venerabile Servo di Dio Innocenzo XI. ai 2. di Marzo 1679. *Præcepto Communionis annuæ satisfit per sacrilegam Domini manducationem.*

Della Confessione Sagramentale.

§. 3. Nella celebre Costituzione di Bonifazio VIII., che incomincia *Antiquorum* sotto il titolo *de pœnitentiis & remissionibus, nell'Estravaganti communi*, ove indice il Giubbileo dell' Anno Santo, si leggono le seguenti parole: *verè pœnitentibus, & confessis, vel qui verè pœnitebunt, & confitebuntur*: e nell'Estravagante *Unigenitus* di Clemente VI. nello stesso libro, e sotto lo stesso titolo, si leggono queste altre parole: *verè pœnitentibus, & confessis.* Da queste parole altre volte è nata una grave controversia, se basti per conseguire l'Indulgenza la Confessione *in voto*, o pure si richieda la Confessione *in re*; che è lo stesso che dire, se per conseguire l'Indulgenza sia necessario il confessare attualmente al Sacerdote i peccati, o pur se basti il pentirsene con un vero atto di contrizione, col proposito di confessarsene, differendo la Confessione ad altro tempo, e specialmente alla Pasqua, nel qual tempo ogni Fedele è obbligato a ricevere la sacra Comunione.

§. 4. La questione è indicata, e non risoluta dal Cardinale de Lugo *de Pœnit. disp.* 27. *sect.* 6. *num.* 94. Noi la ritroviamo formal-

secundum leges discussam reperimus. Ludovicus Bologninus Canonici Juris Doctor illustris famæ, in suo *de Indulgentiis* Tractatu, in eam inclinat sententiam, quod contritionis actus cum prædicto proposito conjunctus, sufficiens sit. Felinus Sandeus, vir suis supra Jus Canonicum scriptis item insignis, in eo, quem scripsit *de Indulgentia plenaria* Tractatu, in eandem pariter sententiam propendet; verum contrariam tutiorem esse affirmat. Bolognini, & Felini opera in Tractatibus, qui vulgò *Magni* dicuntur, sunt impressa *tom.* 14. *edit. Venet. ann.* 1584. *pag.* 145. *a tergo*, *& pag.* 158. *a tergo.* Silvester vir in Theologica Facultate præclarus in sua Summa *in verb. Indulgentia num.* 20. postquam propriam in eam sententiam propensionem ostendit, quod sufficiat confessio *in Voto*; eos qui Indulgentias consequi volunt, ad actualem Confessionem consilio suo excitat, atque in ea pariter sententia est Venerabilis Cardinalis Bellarminus *tom.* 2. *Controversiarum lib.* 1. *de Indulgentiis cap.* 13. §. *Tertia quæstio.* Sanctarellus *Variar. resolut. quæstion.* 76. *a num.* 7. *usque ad num.* 23., Auctores, qui pro utraque stant opinione, diligenter colligit & accuratè, ipse tamen ad consecutionem Indulgentiæ Anni Sancti actualem Confessionem requirit. Nos ad Auctores ab ipso collectos Johannem Baptistam Pauliani *lib.* 3. *cap.* 2. *pag.* 147. *& seqq.* addemus, qui super Jubilæo Anni Sancti a Julio III. publicato scripsit; qui quidem Auctor ex vi verborum *vere pœnitentibus*, *& confessis* actualem Confessionem requiri contendit.

§. 5. Navarrus tam celebris, qui olim opinionem, quæ sufficientem esse vult Confessionem *in voto*, secutus fuerat, Cardinalis Cajetani auctoritate permotus, in suo *de Jubilæo* Tractatu *Notabil.* 18. *num.* 1. *& seqq. & num.* 6. eam prorsus abjecit, & alterius opinionis sectator evasit, quæ requirit Confessionem actualem, quamque Fidelibus magnæ spiritualis utilitatis occasionem dedisse cognoverat. Pater Viva *de Jubilæo quæst.* 8. *art.* 3., qui per occasionem Jubilæi Anni Sancti ab Innocentio XII. publicati scripsit, & Pater Constantini in suo Tractatu *part.* 2. *art.* 5. de Anno Jubilæi a Benedicto XIII. indicti, considerant, quod sub verbo *verè pœnitentibus* comprehenduntur peccatores contriti; verum quoniam ad verba *verè pœnitentibus* adduntur hæc alia, *& confessis*, in hisce ultimis actualis Confessio exprimitur atque præscribitur.

§. 6. Dici autem potest, quod hujusmodi opinio facta jam sit sententia Sanctæ Sedis; nam cum in Congregatione Indulgentiarum propositum, & quæsitum esset, num videlicet, quemadmodum Missionarii, qui in regionibus Infidelium morantur, licitè Sanctam Missam celebrant, præmisso contritionis actu ob grave aliquod, quod admiserint, peccatum; cum non adsit Confessarius, nec debeant die Festo Fideles Missâ privari; ita consequendi Indulgentias, quæ conceduntur *verè pœnitentibus*, *& confessis* capaces dicendi sint facientes actum contritionis, nec præmittentes Confessionem; Congregatio prædicta respondit, nequaquam eos esse capaces, verùm Summo Pontifici supplicari debere, ut novâ eos gratiâ capaces reddat, ut, non factâ actuali Confessione propter deficientiam Confessarii, solo contritionis actu ad consequendas Indulgentias habiles evadant. Hanc verò resolutionem Clemens XII. Prædecessor Noster approbavit, & gratiam impertitus fuit. Documenta referuntur in Opere P. Theodori ejusdem Congregationis Indulgentiarum Consultoris *de Indulg. part.* 1. *cap.* 11. *art.* 5. *in fine.*

mente discussa. Lodovico Bolognino Canonista di chiaro nome nel suo Trattato *de Indulgentiis* inclina nel sentimento, che basti l'atto di contrizione col detto proposito. Felino Sandeo, uomo pure celebre pe' suoi scritti sopra il jus Canonico, in un suo Trattato *de Indulgentia plenaria*, inclina nello stesso sentimento; ma dice, che il contrario è più sicuro. Le Opere del Bolognino, e del Felino sono stampate ne' Trattati volgarmente detti *Magni*, *tom.* 14. *edit. Venet. ann.* 1584. *pag.* 145. *a terg. & pag.* 158. *a terg.* L'insigne Teologo Silvestro nella sua Somma *in verb. Indulgentia num.* 20., dopo aver mostrata inclinazione pel sentimento della Confessione *in Voto*, consiglia l'attuale Confessione per conseguire le Indulgenze; e dello stesso sentimento ancora è il Venerabile Cardinal Bellarmino *tom.* 2. *Controversiarum lib.* 1. *de Indulgentiis cap.* 13. §. *Tertia quæstio.* Il Santarelli *Variar. resolut. quæst.* 76. *a num.* 7. *usque ad num.* 23. con molta accuratezza raduna gli Autori, che stanno per l'una e per l'altra opinione, e richiede l'attuale Confessione per conseguire l'Indulgenza dell'Anno Santo. Ed agli Autori da esso radunati Noi aggiungeremo Gio. Battista Pauliani *lib.* 3. *cap.* 2. *pag.* 147. *& seqq.*, che scrisse sopra il Giubbileo dell' Anno Santo, pubblicato da Giulio III., che sostiene, richiedersi l'attuale Confessione in vigore delle parole *verè pœnitentibus & confessis.*

§. 5. Il Navarro tanto rinomato, che una volta avea seguitata l'opinione, che basti la Confessione *in voto*, mosso dall'autorità del Cardinale Gaetano, nel suo Trattato del Giubbileo *Notabil.* 18. *num.* 1. *& seqq. & num.* 6. l'abbandonò, e divenne invitto seguace dell'opinione, che richiede l'attuale Confessione, riferendo il gran bene, che sapeva esser provenuto dalla pratica dell'opinione, che richiede l'attuale Confessione. Il Padre Viva *de Jubilæo quæst.* 8. *art.* 3., che scrisse nell' occasione del Giubbileo dell'Anno Santo pubblicato da Innocenzo XII., ed il P. Costantini nel suo Trattato *par.* 2. *art.* 5. dell'Anno Santo pubblicato da Benedetto XIII. considerano, che sotto la parola *verè pœnitentibus* sono compresi i peccatori contriti, ma che aggiungendosi alle parole *verè pœnitentibus*, le altre *& confessis*, in queste ultime viene prescritta la Confessione attuale.

§. 6. Può dirsi questa opinione diventata sentimento della Santa Sede: imperocchè essendo stato proposto nella Congregazione delle Indulgenze il quesito, se, siccome i Missionarj, che stanno ne'paesi degl'Infedeli, celebrano lecitamente la Santa Messa, premesso un'atto di contrizione, per qualche peccato commesso; non essendovi Confessore, con cui possano confessarsi, e non dovendo i Fedeli restar senza Messa nel giorno di Festa; così debbano dirsi capaci di conseguir le Indulgenze concedute *verè pœnitentibus & confessis*, facendo un'atto di contrizione, e non premettendo la Confessione; la detta Congregazione rispose, non esserne essi capaci, ma doversi pregare il Sommo Pontefice di renderli capaci con nuova grazia, acciò contriti, senza essersi confessati, mancando il Confessore, restino abilitati a conseguire le dette Indulgenze. Ed il nostro Predecessore Clemente XII. approvò la risoluzione, e concesse la grazia. I documenti sono riferiti nell'Opera del P. Teodoro Consultore della detta Congregazione delle Indulgenze *de Indulgentiis part.* 1. *cap.* 11. *art.* 5. *in fine.*

§. 7. Nos hac formula *verè pœnitentibus, & confessis*, Confessionem actualem intelleximus, semperque intelligemus, quam inter præscripta, & adimplenda opera ad consequendas Indulgentias necessaria reponimus. Dicere, quod sic intelleximus, & intelligimus, sufficiens fortasse fuisset; verùm quæ ante exposuimus, ea de causa exponere opportunum existimavimus, ut fundamenta agnoscantur, quibus nostra innixa sententia est.

De Visitatione Basilicarum.

§. 8. Prosequitur Constitutio *Peregrinantes*, atque in ipsa post præscriptas quatuor Basilicarum, videlicet Sancti Petri, S. Pauli, S. Johannis in Laterano, & S. Mariæ Majoris visitationes, subjungitur, quod dicta visitatio fiat *semel saltem in die, per triginta continuos, aut interpolatos dies, sive naturales, sive etiam Ecclesiasticos, nimirum a primis vesperis unius diei usque ad integrum ipsius subsequentis diei vespertinum crepusculum computandos, si Romani, vel incolæ Urbis; si verò Peregrini, aut aliàs externi fuerint, per quindecim saltem hujusmodi dies*: quibus verbis, ritè, &, ut Nos intelligimus, intellectis, quæstiones duæ aliàs excitatæ de medio tolluntur.

§. 9. Prima, num, quemadmodum quatuor Basilicarum visitatio vigore Constitutionis interpolatis diebus fieri potest, velut, exempli gratiâ, fieri potest una visitatio quatuor Basilicarum decima die mensis Januarii, alia verò visitatio quatuor Basilicarum die 15.; ita fieri possit, exempli gratiâ visitatio duarum Basilicarum in uno die, & visitatio duarum aliarum Basilicarum in altero die, usque ad completum triginta, vel quindecim respectivè visitationum pro unaquaque Basilica numerum.

§. 10. Verba *saltem semel in die* etiam in citata Bonifacii VIII. Decretali *Antiquorum* leguntur: Glossator autem ad prædicta verba, ea commentans, attestatur, quod dictus Pontifex in Consistorio declaravit, prædictarum Basilicarum visitationes per modum nuper indicatum fieri posse, dummodo numerus visitationum uniuscujusque Basilicæ trigesimus sit quo ad Romanos, & decimus quintus quo ad Exteros. Si ponamus, quod factum a Glossatore relatum subsistat, dici debere putamus, Pontificem Bonifacium non quidem declarasse, quod talis esset verborum sensus *saltem semel in die*, verum pro speciali gratia concessisse, ut, non obstante contrariâ Decretalis suæ dispositione, Ecclesiarum visitationes modo ante indicato fieri possent. Et sane quotquot subsequentibus temporibus super Bullis de Anni Sancti Jubilæo scripserunt, in quibus semper verba *saltem semel in die*, reperiuntur, vim locutionis expendentes, quod dicitur *in die* in singulari, & non *in diebus* in plurali, fieri debere visitationes quatuor Basilicarum in uno die dixerunt. Videri possunt Navarrus *de Jubilæo, & Indulgentiis notab. 32. num. 41.*, & Benzonius *de Anno Jubilæo lib. 5. dub. 5.* Ita pariter disserunt Sanctarellus *variar. Resolut. quæst. 75. n. 1. & seq.* Lavorius *de Jubil. & Indulgent. part. 1. cap. 17. num. 5.* Quartus *Trattato del Giubileo punt. 2. dub. 1.* Passerinus *de Indulgentiis quæst. 49. n. 63.* Pasqualigo *de Jubilæo quæst. 45.* Riccius *Trattato del Giubileo cap. 117.* qui ulterius adjunxit, quod quando a Summis Pontificibus Basilicæ per Annum Sanctum visitantur, quatuor simul in uno die visitantur.

§. 11. Nihilominus per occasionem Anni Sancti 1700. a Pontifice Innocenzio XII. promulgati opportunum factu visum fuit, in particulari Congregatione ex variis Cardinalibus, & Prælatis composita, iterum examini supra-

§. 7. Noi sotto nome di *verè pœnitentibus, & confessis*, abbiamo inteso, e sempre intenderemo l'attuale Confessione, che riponiamo fra le opere ingiunte da adempirsi per conseguire le Indulgenze. Sarebbe forse bastato il dire, che così abbiamo inteso ed intendiamo; ma abbiamo creduto opportuno l'esporre quanto poc'anzi abbiamo esposto, acciò si riconoscano i fondamenti, a' quali resta appoggiato il nostro sentimento.

Della Visita delle Basiliche.

§. 8. Prosiegue la Bolla *Peregrinantes*, ed in essa, dopo essersi prescritta la visita delle quattro Basiliche, cioè di S. Pietro, di S. Paolo, di S. Giovanni in Laterano, e di S. Maria Maggiore, si aggiunge, che la detta visita si faccia *semel saltem in die, per triginta continuos, aut interpolatos dies, sive naturales, sive etiam Ecclesiasticos, nimirum a primis vesperis unius diei usque ad integrum ipsius subsequentis diei vespertinum crepusculum computandos, si Romani, vel incolæ Urbis; si verò peregrini, aut aliàs externi fuerint, per quindecim saltem hujusmodi dies*: colle quali parole ben inteso, e come Noi le intendiamo, si tolgono di mezzo due questioni altre volte eccitate.

§. 9. La prima, se, siccome la visita delle quattro Basiliche si può fare a tenore della Costituzione in giorni interpolati, come per esempio si può fare una visita delle quattro Basiliche a' 10. del mese di Gennajo, ed un' altra visita delle quattro Basiliche a' 15.; così possa farsi la visita per esempio di due Basiliche in un giorno, e la visita di due altre Basiliche in un'altro giorno, sinchè sia compiuto il numero delle trenta, o respettivamente quindici visite per ciascheduna Basilica.

§. 10. Le parole *saltem semel in die*, si leggono ancora nella citata Decretale di Bonifazio VIII. *Antiquorum*: ed il Chiosatore commentando le dette parole, attesta, che il detto Pontefice in Concistoro dichiarò potersi fare le visite delle Basiliche nel modo poc'anzi accennato, cioè d'una Basilica in un giorno, e d'un'altra in un altro, purchè il numero delle visite di ciascheduna Basilica sia il trentesimo, quanto ai Romani, ed il decimoquinto quanto ai Forestieri. Quando sussista il fatto riferito dal Chiosatore, crediamo doversi dire, che il Pontefice Bonifazio non già dichiarò, che tale fosse l'intelligenza delle parole *saltem semel in die*, ma che concedette per grazia particolare, che, non ostante la contraria disposizione della sua Decretale, potessero farsi le visite delle Chiese nel modo accennato. Ed in fatti quanti hanno scritto ne' tempi susseguenti sopra le Bolle del Giubbileo dell'Anno Santo, nelle quali sempre si ritrovano le parole *saltem semel in die*, valutando dirsi *in die* in singolare, e non *in diebus* in plurale, hanno detto, doversi fare la visita delle quattro Chiese in un giorno. Si possono vedere il Navarro *de Jubilæo, & Indulgentiis notab. 32. num. 41.*, ed il Benzonio *de Anno Jubilæi lib. 5. dub. 5.* Così pure discorrono il Santarelli *Variar. Resolut. quæst. 75. num. 1. & seq.* il Lavorio *de Jubilæo, & Indulgentiis part. 1. cap. 17. num. 5.* il Quarti *Trattato del Giubbileo punt. 2. dub. 1.* il Passerino *de Indulgentiis quæst. 49. n. 363.* il Pasqualigo *de Jubilæo quæst. 45.* il Ricci *Trattato del Giubbileo cap. 117.*, che di più aggiunse, che visitandosi da' Sommi Pontefici le Basiliche nell'Anno Santo, si visitano tutte quattro in un giorno.

§. 11. Ciò non ostante, fu creduto ben fatto nell'occasione dell'Anno Santo del 1700. intimato dal Pontefice Innocenzo XII. il sottoporre ad un nuovo esame in una Congregazione particolare composta di varj Cardinali, e

dictum dubium committere, num videlicet visitatio quatuor Basilicarum in unico tantum die fieri deberet, an vero fieri diebus interpolatis posset, duas exempli gratiâ Ecclesias uno die, alteras vero duas alio die visitando. Concordi sententiâ decisum fuit, quod omnes in uno die fieri deberent. Atque ita pariter in Notificatione a Cardinali Gaspare de Carpineo tunc temporis Urbis Vicario publicata indictum fuit. Tam nomina eorum, qui Congregationi interfuerunt, quàm ipsa Resolutio registrata sunt a Joanne Baptista Riganti Comment. ad Regulas Cancell. *Tom.* 4. *ad Reg.* 53. *a n.* 22. *usque ad finem*, & Declaratio ipsa a P. Viva *de Indulgent. pag.* 668. *edit. Patavin. ann.* 1715. typis impressa, atque etiam a P. Vanranst *Opuscul. de Indulg. & Jub. quæst.* 7. *num.* 10. indicata reperitur. Nos demum, communi, atque obvio verborum sensui *saltem semel in die*, communi Doctorum opinioni, ac præcedentibus Resolutionibus adhærentes, protestamur, Nos in Constitutione nostra: *Peregrinantes*, visitationem quatuor Basilicarum in uno die fieri debere intellexisse.

De die, in quo fieri debent Visitationes quatuor Basilicarum.

§. 12. Altera autem controversia est, quæ respicit mensuram diei, in quo, quemadmodum dictum est, quatuor Basilicarum visitatio fieri debet. Quidam a media præcedenti nocte, ad alteram mediam noctem diei subsequentis metiendum esse existimarunt; exempli gratiâ, a media nocte diei Jovis usque ad mediam noctem diei Veneris subsequentis. Alii porro crediderunt diem metiendum esse a Vesperis diei præcedentis ad Vesperas diei subsequentis, exempli gratiâ, a Vesperis diei Jovis usque ad alteras Vesperas diei Veneris subsequentis, quod idem est ac si dicatur, usque ad principium noctis, sive ad vigesimam quartam horam diei Veneris, quoniam Completorium orationum diei complementum est.

§. 13. Hæc controversia per occasionem Anni Sancti a Clemente X. celebrati examinata, at non decisa fuit, quemadmodum Phœbæus *de Anno Jubilæi par.* 2. *cap.* 15. *pag.* 241. testatur. Iterum postea per Annum Sanctum ab Innocentio XII. indictum novo examini commissa est. Rigantius *loco citato* ei adhæsit opinioni, quod dies illi a primis Vesperis usque ad Vesperas diei sequentis computari deberent. Nec omisit validissimas pro suo assumpto rationes afferre; illud valde ad rem animadvertens, quod Portæ Sanctæ in Pervigilio Nativitatis Domini nostri ante Vesperas aperiuntur, & in subsequenti altero Nativitatis Domini Pervigilio post Vesperas, ideo prope occasum Solis clauduntur. Hujusmodi rationes tam ab aliquibus, qui in Congregatione interfuerunt, quàm ab aliis, quorum sententias Congregatio ipsa requisivit, & laudatæ, & receptæ fuerunt. Alii vero partim ex Congregatione, partim etiam ex iis, qui ab eadem Congregatione consulti sunt, in eam sententiam iverunt, quod dies ab una ad alteram mediam noctem metiendus esset. Hæc autem sententia vicit, ut apud ipsum Riganti videre est; & in citata Cardinalis de Carpineo Vicarii Notificatione declaratum fuit, diem ab una ad alteram mediam noctem incipere, & desinere intelligi debere. Nos vero, ut Fideles per imminentem Annum Sanctum visitationem quatuor Basilicarum faciliùs adimplere possint, omnem in Constitutione nostra disputationem de medio sustulimus, declarantes, quod visitatio quatuor Basilicarum vel uno, vel altero modo fieri possit; videlicet aut ab una ad alteram mediam noctem, aut a Vesperis diei præcedentis usque ad subsequentis diei vespertina crepuscula.

De Confluentibus,

§. 14. Postremo verò in citata Constitutione

Prelati il sopradetto punto, se la visita delle quattro Chiese dovesse farsi in un sol giorno, o pure potesse farsi in giorni interpolati, visitando per esempio due Chiese in un giorno, e due in un' altro; e concordemente fu risoluto, che dovevano farsi tutte in un giorno: e così ancora fu intimato in una Notificazione pubblicata dal Cardinale Gasparo di Carpegna, in que' tempi Vicario di Roma. I nomi degl'intervenienti alla Congregazione, e la risoluzione della medesima sono registrati da Gio. Battista Riganti sopra le Regole della Cancellaria *Tom.* 4. *ad Regulam* 53. *a n.* 22. *usque ad fin.* e la Dichiarazione si ritrova stampata dal Padre Viva *de Indulgentiis pag.* 668. *edit. Patavin. ann.* 1715. ed anche indicata dal Padre Vanranst *Opuscul. de Indulgentiis, & Jubilæo quæst.* 7. *num.* 10. E Noi, aderendo all' ovvia intelligenza delle parole *semel saltem in die*, alla comune opinione de' Dottori, ed alle precedenti risoluzioni, nella nostra Costituzione *Peregrinantes*, ci protestiamo d'aver inteso, doversi far la visita delle quattro Chiese in un giorno.

Dal giorno, in cui debbono visitarsi le quattro Basiliche.

§. 12. La seconda controversia risguarda la misura del giorno, in cui, come si è detto, dee farsi la Visita delle quattro Chiese. Alcuni hanno creduto doversi misurare il giorno dalla mezza notte precedente all'altra mezza notte del giorno susseguente, per esempio, dalla mezza notte del Giovedì sino alla mezza notte del Venerdì susseguente. Altri poi hanno creduto doversi il giorno misurare dai Vespri del giorno precedente ai Vespri del giorno susseguente, per esempio, dai Vespri del Giovedì sino agli altri Vespri del Venerdì susseguente; che è lo stesso, che dire sino al princ pio della notte, o sia alle ventiquattr'ore del Venerdì, giacchè la Compieta è il compimento delle orazioni del giorno.

§. 13. Fu esaminata questa controversia nell' occasione dell'Anno Santo celebrato dal Pontefice Clemente X. e non fu risoluta, come attesta il Febei *de Anno Jubilæi par.* 2. *cap.* 15. *pag.* 241. Fu sottoposta a nuovo esame nell'occasione dell'Anno Santo intimato da Innocenzo XII. Il Riganti *nel luogo citato* aderì all'opinione, che il giorno dovesse computarsi dai primi vespri sino ai vespri del giorno seguente. Non mancò di portare validissime ragioni pel suo assunto, riflettendo molto a proposito, che le Porte Sante si aprono nella Vigilia della Natività di Nostro Signore avanti i Vespri, e si chiudono nella susseguente Vigilia della Natività del Signore dopo i vespri, cioè vicino al tramontare del Sole. Furono queste ragioni pregiate, ed abbracciate da alcuni, che intervennero alla Congregazione, e da altri, i sentimenti de' quali furono dalla stessa Congregazione richiesti. Altri poi della Congregazione, ed anche de' consultati dalla stessa Congregazione, seguitarono la sentenza, che il giorno dovesse misurarsi da una mezza notte all'altra mezza notte. Prevalse questa opinione, come può vedersi nello stesso Riganti; e nella citata Notificazione del Cardinale di Carpegna Vicario, fu dichiarato, che il giorno debba intendersi cominciare e finire da una mezza notte all'altra. Ma Noi, acciò possano i Fedeli più facilmente adempire la visita delle quattro Basiliche nell'imminente Anno Santo, abbiamo nella nostra Costituzione tolta di mezzo ogni disputa, dichiarando, che la visita delle quattro Basiliche possa farsi o nell'una, o nell' altra maniera, cioè o da una mezza notte all' altra mezza notte, o dai vespri del giorno precedente sino a' vespertini crepuscoli del giorno susseguente.

De' Confluenti, che

§. 14. Finalmente nella citata Costituzione

tione

Peregri-

qui Visitationes præscriptas adimplere nequeunt.

tione *Peregrinantes* decernitur, quod ii, qui iter Romam versus susceperunt, vel qui cum ad ipsam pervenerint, non possunt vel complere, vel incipere visitationem Basilicarum, sive morte præventi, sive aliâ legitimâ causâ impediti, gaudeant fructu Indulgentiæ, dummodo pœnitentes sint, Confessionem fecerint, & Sanctam Eucharistiam receperint : *Eosdem verè pœnitentes, & confessos, ac Sacrâ Communione refectos, prædictæ Indulgentiæ, & remissionis participes perinde fieri volumus, ac si dictas Basilicas diebus a nobis præscriptis re ipsâ visitassent.*

§. 15. Pontifex Bonifacius VIII. in sua pluries a Nobis citata Decretali : *Antiquorum*, in qua Annum Sanctum indicit, prædictam declarationem Advenarum; seu Peregrinorum comprehensivam non inseruit; orta proinde controversia fuit : num ipsi in prædictis circumstantiis Indulgentias consequuti essent ? Quapropter ipse Pontifex verbalem in Consistorio Declarationem in favorem Advenarum facere necessarium duxit, quemadmodum Glossator Decretalis : *Antiquorum, vers. sed quæro : aliquis vere pœnitens, & confessus*, inter Extravagantes Communes, testatur. Altera deinde fuit Quæstio excitata : num, sine prædicta declaratione, illi, qui ad proficiscendum Romam parati, sive ad eandem iter ingressi erant, quive cum Romam pervenissent, præscriptam tamen Basilicarum visitationem aut incipere, aut complere non potuissent, dummodo peccatorum suorum pœnitentes, & confessi forent, Jubilæi Indulgentias consequerentur ? Nec defuit, qui ejus esset opinionis, quod eam consequerentur. Melioris tamen notæ, ac famæ Doctores in contraria sententia fuerunt, eâ ducti ratione, quod ad consecutionem Indulgentiæ non sola voluntas satis sit, sed necessariò effectus requiratur. Ita differit Felinus in suo *de Indulgentiis* Tractatu *inter Tractatus Magnos cit. tom. 14. pag. 159. a tergo num. 36.* Hoc idem assumptum variis argumentis probavit etiam supra citatus Johannes Baptista Pauliani *lib. 3. de Jubilæo cap. 5.* Similis Controversia a S. Thoma *Quodlibet. 2. art. 16.* pertractatur, ubi hanc quæstionem proponit : utrum scilicet is, qui, Cruce sumptâ, profecturus ad recuperationem Terræ Sanctæ, pro qua insigni actione Indulgentiam consequebatur Plenariam, consequeretur eam, si in statu veræ pœnitentiæ constitutus, morte præoccuparetur, antequam itineri se committeret ? Sanctus vero Doctor controversiam eandem solvit dicendo : opus esse, verba Textus concessionis Indulgentiæ rite observare; quoniam, si in Textu dicitur, quod Indulgentia conceditur sumentibus Crucem; Crucesignatus statim acquirit Indulgentiam, ejusque particeps fit, si moritur, antequam itineri se commiserit; verum si in Textu concessionis Indulgentiæ, ipsa conceditur illis, qui mare transierint; Crucesignatus, qui mortem ante obit, quàm mare transeat, Indulgentiam non consequitur.

§. 16. Pontifex Clemens VI., qui ille fuit, a quo Jubilæi Annus a centesimo quoque Anno per Bonifacium VIII. præfixo ad quinquagesimum reductus fuit, in Decretali sua : *Unigenitus* : *De Pœnitentiis, & Remissionibus Inter Extravagantes Communes*, primus omnium supradictam Declarationem in Peregrinorum, atque Advenarum favorem scripto mandavit, & in sua Decretali registravit, atque in eamdem inseruit; quocirca celebris Jurisconsultus Johannes de Anania Archidiaconus Bononiensis in suo de Jubilæo Tractatu sub Rubrica *de Sortilegiis*, postquam quatuordecim Dubia ad Jubilæi materiam spectantia examinanda proposuit, *num. 9.* hoc, quod sequitur,

Peregrinantes viene stabilito, che quelli, che hanno intrapreso il viaggio per Roma, o che arrivati a Roma non possono o compire, o incominciare la visita delle Basiliche, prevenuti dalla morte, o impediti per altra legittima causa, godano il frutto dell'Indulgenza, purchè siano penitenti, abbiano fatta la Confessione, ed abbiano ricevuta la santa Eucaristia : *Eosdem verè pœnitentes, & confessos, ac Sacrâ Communione refectos, prædictæ Indulgentiæ, & remissionis participes perindè fieri volumus, ac si dictas Basilicas diebus a Nobis præscriptis re ipsâ visitassent.*

§. 15. Il Pontefice Bonifazio VIII. nella più volte citata sua Decretale *Antiquorum*, in cui intima l'Anno Santo, non inserì la predetta dichiarazione comprensiva de' Forestieri, o siano Pellegrini; e però nacque la controversia, se essi nelle dette circostanze avessero conseguita l'Indulgenza; per lo che esso fu necessitato a fare una verbale dichiarazione in Concistoro favorevole ai Forestieri, come attesta il Chiosatore della Decretale *Antiquorum, vers. sed quæro : aliquis vere pœnitens, & confessus*, fra l'Estravaganti Comuni. Eccitossi di poi la questione, se, senza la detta dichiarazione, quelli, che disposti a venire a Roma, ed avendo anche intrapreso il viaggio, o pure giunti a Roma, non avendo potuto o incominciare, o finire la visita prescritta delle Basiliche, purchè fossero pentiti delle loro colpe, e si fossero confessati, conseguissero l'Indulgenza del Giubbileo ? Ne mancò chi opinasse, che la conseguivano. I più accreditati furono di sentimento contrario; non conseguendosi l'Indulgenza per la sola volontà, ma essendo necessario l'effetto. Così discorre il Felino nel suo Trattato *de Indulgentiis, inter Tractatus Magnos citat. tom. 14. pag. 159. a tergo num. 36.* Il sopraccitato ancora Giovanni Battista Pauliani *lib. 3. de Jubilæo cap. 5.* provò questo stesso assunto con varj argomenti. Una simile controversia si tratta da S. Tommaso *Quodlibet. 2. art. 16.* ove cerca, se chi aveva presa la Croce per portarsi alla ricupera di Terra Santa, per la quale insigne azione conseguiva l'Indulgenza plenaria, la conseguisse, se essendo in istato di vera penitenza, morisse prima d'intraprendere il viaggio ? Ed il Santo la risolve dicendo : che è d'uopo ben osservare il Testo della concessione dell'Indulgenza; perchè se nel Testo si dice, che l'Indulgenza si concede a chi prende la Croce, il Crocesignato subito acquista l'Indulgenza, e n'è partecipe, se muore anche prima d'essersi posto in viaggio; ma se nel Testo della concessione dell'Indulgenza, essa si concede a quelli, che passeranno il mare, il Crocesignato, che muore prima di passare il mare, non consegue l'Indulgenza.

non possono adempire le Visite prescritte.

§. 16. Il Pontefice Clemente VI., che fu quello, che ridusse il Giubbileo dai cento anni prefissi da Bonifazio VIII. ai cinquanta, nella sua Decretale *Unigenitus*, sotto il Titolo *de Pœnitentiis, & Remissionibus* fra *l'Estravaganti comuni*, fu il primo, che pose in carta, e registrò nella Decretale suddetta la dichiarazione favorevole ai Pellegrini o Forestieri, avendola inserita nella sopradetta sua Decretale; e però il celebre Giurisconsulto Giovanni di Anania Archidiacono di Bologna nel suo Trattato *de Jubilæo*, sotto la Rubrica *de sortilegiis*, dopo aver proposto quattordici dubbj da esaminarsi spettanti alla materia del Giubbileo, *nel num. 9.* ripone il seguente : *Dubitatur*

repo- de

reponit : *Dubitatur de illo, qui ivit usque ad mediam viam, & non potuit ulterius ire, de illo, qui non implet numerum dierum.* Huic autem dubio ita respondet : *Ista tolluntur in Bulla præcedenti*, quæ est Clementis VI. superiùs ab ipso commemorata. Eadem Declaratio invenitur in Constitutionibus, & Indictionibus Anni Jubilæi, Pontificum, qui successerunt. Nos etiam, ad omnes controversias tollendas, exemplo eorum libenter adhæsimus, & eam propterea in Constitutione nostra : *Peregrinantes* inseruimus : Illud tamen animadvertendum, quod hæc Declaratio Advenas tantummodo comprehendit, nec ad Romanos, aut Romæ incolas extenditur, quemadmodum bene etiam a Benzonio *de Anno Jubilæi lib. 5. dub. 10.* fuit observatum; Quum Romanis, aut Romæ incolis, visitationes Basilicarum facere non valentibus, sive impeditis, aliâ quadam ratione, ut alibi ostendetur, provisum sit.

I I.

De Constitutione, quæ incipit : Cum Nos nuper, *signata die 17. Maji* 1749.

De suspensione Indulgentiarum durante Anno Sancto.

§. 17. IN primis quinque Jubilæis alias Indulgentias, aut etiam facultates absolvendi a casibus reservatis, suspensas fuisse minimè legitur; & omnium primus, qui per occasionem Anni Sancti prædictam suspensionem faceret, fuit Pontifex Sixtus IV., sicut in ejus Decretali : *Quemadmodum*, sub titulo : *De pœnitentiis, & remissionibus*, in Extravagantibus Communibus videre est; atque id ea maximè de causa, ut Fideles Romam ad consequendam Plenariam Indulgentiam, quam ipse per Annum Sanctum eisdem offerebat, invitaret; cujus postea exemplo, qui successerunt, Pontifices sese conformarunt. Quidam ex his suspensionem Indulgentiarum, & Facultatum in eadem Bulla, qua Jubilæum Anni Sancti indicebant, inseruerunt. Ita fecit Sixtus IV., Alexander VI. præstitit idem, sed per separatam Constitutionem. Sixti IV. exemplum in omnibus secuti sunt tum Clemens VII., tum Julius III., ut ex Jubilæi Bullis apparet. At Gregorius XIII. ille fuit, qui suspensionem per Bullam a Jubilæi Bulla separatam restituit, quemadmodum ab Alexandro VI. factum fuerat, atque eo postea modo deinceps continuatum est. Sairo, Valentia, Salas a P. Baldello *tom. 1. Theolog. Moral. lib. 5. de lege disp. 16. num. 8.* nominati, & probati, prædictam suspensionem superfluam esse dixerunt, cum illa Sixti IV. in Jure Canonico jam inserta esset, sicuti nuper dictum est. Probè Nos scimus, non solùm illis Decretalibus honorem habendum esse, quæ in Collectionibus jussu Gregorii IX., Bonifacii VIII., & Clementis V. factis, insertæ sunt, verum & aliis, quæ dicuntur Extravagantes Communes, inter quas ea Sixti IV., quam indicavimus, reperitur; quia licèt harum collectio auctoritate privatâ facta fuerit; fons nihilominus, a quo profluunt & originem ducunt, idem est ac omnium aliarum; cum tam illæ, quam hæ ab eadem Apostolica Sede derivatæ sint; quemadmodum etiam Venerabilis Frater vivens Episcopus Feltrensis in eximio suo Opere *Institution. Juris Canonici cap. 59. num. 8.* novissimè in lucem edito valde appositè animadvertit; verùm considerantes Nos, non esse saltem rationi incongruum dubitare; num suspensio Indulgentiarum, & Facultatum a Sixto IV. facta, revocata sit; hinc orta necessitas est novæ suspensionis Indulgentiarum, & Facultatum, quæ fit, quando Annus Jubilæi indicitur.

§. 18. Suspensio Indulgentiarum, & Facultatum

de illo, qui ivit usque ad mediam viam, & non potuit ulteriùs ire, de illo, qui non implet numerum dierum; ed a questo dubbio risponde così : *Ista tolluntur in Bulla præcedenti*, che è quella di Clemente VI. di sopra da esso commemorata. Ritrovasi nelle Costituzioni, ed intimazioni degli Anni Santi de' Pontefici Successori la stessa dichiarazione. E Noi per levare tutte le controversie abbiamo ben volontieri aderito al loro esempio, avendola inserita nella nostra Costituzione *Peregrinantes*; coll'avvertenza però, che questa dichiarazione comprende unicamente i Forestieri, e non s'estende ai Romani, o agli abitatori di Roma, come anche fu ben osservato dal Benzonio *de Anno Jubilæi lib. 5. dub. 10.* provedendosi ai Romani, ed abitanti in Roma, impediti, ed impotenti a far le visite delle Basiliche, in altra maniera, come altrove vedrassi.

I I.

Della Costituzione, che incomincia : Cum Nos nuper, *segnata ai 17. di Maggio* 1749.

Della sospensione delle Indulgenze durante l' Anno Santo.

§. 17. NE' primi cinque Giubbilei non si legge, che fossero sospese le altre Indulgenze, nè tampoco le altre facoltà d'assolvere da' casi riservati; ed il primo, che facesse la detta sospensione per l'occasione dell'Anno Santo, fu il Pontefice Sisto IV., come si vede nella sua Decretale : *Quemadmodum* sotto il titolo *de pœnitentiis & remissionibus* nell'Estravaganti comuni, per invitare i Fedeli a venire a Roma, e conseguire la Plenaria Indulgenza, che esso nell'Anno Santo lor' offeriva; al di cui esempio aderirono gli altri suoi Successori. Alcuni inserirono la sospensione delle Indulgenze e facoltà nella stessa Bolla, in cui indicevano il Giubbileo dell'Anno Santo. Così praticò Sisto IV. : Alessandro VI. fece lo stesso, ma per Costituzione separata. L'esempio di Sisto IV. in tutto e per tutto fu seguitato da Clemente VII., e da Giulio III., come apparisce dalle Bolle de' Giubbilei. E Gregorio XIII. fu quello, che rimise in piedi la sospensione in Bolla separata da quella del Giubbileo, come aveva fatto Alessandro VI., e così poi si è proseguito in avvenire. Il Sairo, il Valenza, il Salas nominati, e seguitati dal Padre Baldello *tom. 1. Theolog. Moral. lib. 5. de Lege disp. 16. num. 8.* dissero, esser superflua la detta sospensione, essendo già inserita nel Diritto Canonico quella di Sisto IV., come poc' anzi si è detto. Noi ben sappiamo doversi rispettare non solo quelle Decretali, che sono inserite nelle Collezioni fatte per ordine di Gregorio IX., di Bonifazio VIII., e di Clemente V., ma ancora le altre, che si dicono Estravaganti comuni, fra le quali si ritrova l'indicata di Sisto IV.; perchè sebbene la collezione di queste fu fatta con autorità privata; il fonte nulladimeno, da cui ebbero la sorgente, è lo stesso, che quello di tutte l'altre, essendo derivate e quelle e queste dalla stessa Apostolica Autorità; come anche molto bene riflette il Venerabile Fratello vivente Vescovo di Feltre nella sua dell'Opera *Institution. Juris Canonici cap. 59. num. 8.* ultimamente data alla stampa. Ma riflettendo Noi, potersi per lo meno ragionevolmente dubitare; se sia stata rivocata la sospensione fatta dal Pontefice Sisto IV. delle Indulgenze e Facoltà, da ciò è derivata la necessità della nuova sospensione delle Indulgenze, e Facoltà, che si fa, quando s'indice l'Anno Santo.

§. 18. La sospensione delle Indulgenze e Facoltà

tatum a Sixto IV. facta hisce, quæ sequuntur, verbis concepta fuit: *Usque ad nostrum, & ejusdem Sedis beneplacitum suspendimus, illasque, durante beneplacito nostro, & Sedis prædictæ, suspensas esse volumus, nec interim alicui suffragari*: quicquid autem cum clausula *ad beneplacitum Sedis Apostolicæ* stabilitur, durat etiam post Pontificis mortem, qui id stabilivit; cum id, quod stabilitum est, non cesset, nisi revocetur a Successore: *si usque ad Apostolicæ Sedis beneplacitum gratia concedatur; tunc enim, quia Sedes ipsa non moritur, durabit perpetuò, nisi a Successore fuerit revocata*: quod quidem non contingit, tum cum actus sit a Pontifice usque *ad suæ voluntatis beneplacitum*, quia concessio cessat cum morte concedentis: *si gratiosè tibi a Romano Pontifice concedatur, ut beneficia, quæ tempore tuæ promotionis obtinebas, posses usque ad suæ voluntatis beneplacitum retinere, hujusmodi gratia per ejus obitum, per quem ipsius beneplacitum omnino extinguitur, eo ipso expirat*; verba sunt Pontificis Bonifacii VIII. *in cap.* Si gratiosè, *de rescriptis, in sexto.*

§. 19. Navarrus in suis Consiliis *lib.* 5. *de pœnitent. & remissionibus consil.* 17. hanc se materiam accuratè tractasse dicit; quod verum est, cum ipse in suo de Jubilæo & Indulgentiis Tractatu *Notab.* 28. *num.* 27. *&* 28. *ac Notab.* 33. *num.* 7. de eadem fusè disseruerit. Ibi post ponderatam vim clausulæ *ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum*, Sixti IV. mortem certam esse dicit, illud tamen ignorari, an ipse antequam supremum diem obiret, suspensionem revocaverit, aut ex illius Successoribus quispiam id fecerit; quapropter ei se opinioni adhærentem, & addictum ostendit, quod suspensio Sixti etiam tunc duraret. Vivebat Navarrus tempore Gregorii XIII.; cumque animadvertisset, Pontificem hunc in suspensione Indulgentiarum Anni Sancti clausulam *ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum* adhibere, egit de hac re cum Officialibus Curiæ Romanæ, qui ei responderunt, Pontificem Sixtum nunquam generalem suspensionis revocationem fecisse, neque ex eo inductam revocationem existimari posse, quod Annus Sanctus elapsus esset; verum credibile esse, eundem Sixtum, exacto Anno Sancto, particularem revocationem suspensionis quarumdam Indulgentiarum fecisse, ut aliquorum Fidelium precibus obsecundaret, adjunxeruntque, quod etiam Pontifex Gregorius XIII. eandem rationem retenturus erat: hoc verò totum, quod a Navarro dicitur, a Benzonio etiam *de Anno Jubilæi lib.* 4. *cap.* 8. *dub.* 6., & a P. Theodoro *tom.* 1. *de Indulg. cap.* 13. *art.* 5. confirmatur.

§. 20. Verum si quis ita dixisset, aut diceret; verum quidem esse, Pontificias determinationes per formulam *ad nostrum, & Apostolicæ Sedis beneplacitum* conceptas, morte Pontificis, qui eas fecit, non cessare, sed revocationem alicujus ex Successoribus necessariam esse; credibile etiam esse, Sixtum IV., completo Anno Sancto, revocationem suspensionis generalem, & expressam minimè fecisse, verùm tantummodo particularem; At eodem tempore subdidisset ac subderet, aliquas dari revocationes, ut scholæ loquuntur, *virtuales*, & expressis revocationibus æquipollentes, atque hasce in eo, de quo agitur, casu interveniisse; quoniam, non obstante, suspensione Indulgentiarum per Annum Sanctum factâ Summis Pontificibus notum semper fuit, quod homines pii, ac religiosi suspensas, elapso Anno Sancto, hujusmodi Indulgentias prædicarunt, ac publicarunt, libris suis inseruerunt, ac super eisdem fusè scripserunt, quin unquam Sancta Sedes contra

colta fatta da Sisto IV. fu conceputa colle seguenti parole: *usque ad nostrum, & ejusdem Sedis beneplacitum suspendimus, illasque durante beneplacito nostro, & Sedis prædictæ, suspensas esse volumus, nec interim alicui suffragari*: e quanto viene stabilito colla clausola *ad beneplacitum Sedis Apostolicæ*, dura anche dopo la morte del Papa, che ha stabilito; non cessando lo stabilito, se non è rivocato dal Successore: *si usque ad Apostolicæ Sedis beneplacitum gratia concedatur; tunc enim, quia Sedes ipsa non moritur, durabit perpetuò, nisi a Successore fuerit revocata*: il che non succede allora, che l'atto si fa dal Pontefice *usque ad suæ voluntatis beneplacitum*, perchè la concessione cessa colla morte del concedente: *Si gratiosè tibi a Romano Pontifice concedatur, ut beneficia, quæ tempore tuæ promotionis obtinebas, posses usque ad suæ voluntatis beneplacitum retinere; hujusmodi gratia per ejus obitum, per quem ipsius beneplacitum omninò extinguitur, eò ipsò expirat*; sono parole del Pontefice Bonifacio VIII. *in cap.* Si gratiosè, *de rescriptis, in sexto.*

§. 19. Il Navarro ne' suoi Consigli *lib.* 5. *de pœnitentiis & remissionibus consil.* 17. dice d'aver trattata con accuratezza questa materia; ed è vero, avendone ampiamente discorso nel suo Trattato de Jubilæo, & Indulgentiis *Notabil.* 28. *num.* 27. *&* 28. *ac Notabil.* 33. *num.* 7. Ivi, dopo aver ponderata l'importanza della clausola *ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum*, dice, esser certa la morte di Sisto IV., ma non saperssi, se esso prima di morire rivocasse lo sospensione, o pure se qualche altro di lui Successore ciò facesse; per lo che si mostrò parziale e seguace dell'opinione, che la sospensione di Sisto ancor durasse. Viveva il Navarro ne' tempi di Gregorio XIII., ed avendo osservato, che questo Pontefice nella sospensione delle Indulgenze dell'Anno Santo si servì della clausola *ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum*, nè parlò cogli Officiali della Curia Romana; che gli risposero, non aver mai il Pontefice Sisto fatta revoca generale della sospensione, nè potersi pretendere, essere stata indotta la revoca per esser passato l'Anno; ma potersi credere, che lo stesso Sisto facesse, passato l'Anno Santo, una revoca particolare della sospensione d'alcune Indulgenze, per aderire alle preci d'alcuni Fedeli; ed aggiunsero, che anche il Pontefice Gregorio XIII. era per regolarsi nella stessa maniera: e quanto vien asserito dal Navarro, resta anche confermato dal Benzone *de Anno Jubilæi, lib.* 4. *cap.* 8. *dub.* 6., e dal P. Teodoro *tom.* 1. *de Indulgentiis cap.* 13. *artic.* 5.

§. 20. Ma se taluno avesse detto, o dicesse, esser vero, non cessare le Pontificie determinazioni concepute colle parole *ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum*, per la morte del Pontefice, che le ha fatte; ed esser necessaria la revoca di qualche di lui Successore; potersi anche credere, che Sisto IV., passato l'Anno Santo, non facesse revoca espressa e generale della sospensione, ma ne facesse una particolare, confermando alcune Indulgenze sospese; Ma nello stesso tempo avesse soggiunto, o soggiugnesse, darsi alcune revoche, come parlano le scuole, *virtuali*, ed equipollenti alle revoche espresse, ed esser queste intervenute nel caso, di cui si tratta, giacchè, non ostante la sospensione fatta dell' Indulgenze nell'Anno Santo, si è mai sempre dai Sommi Pontefici saputo, che uomini pii e religiosi, passato l'Anno Santo, hanno predicate e pubblicate le Indulgenze sospese, le hanno inserite ne' loro Libri, e sopra esse hanno scritto diffusamente, senz'

aliquem ex prædictis actibus quidquam egerit, aut statuerit, licèt apocryphas interim Indulgentias prohibere, & variis etiam Decretis, quæ revocatæ forent, nominatim declarare, quoties occasio hoc tulit, non prætermiserit; procul dubio & Navarrum, & quemcumque alium, qui se ejus opinionis asseclam fecisset, aut faceret, ad incitas, quod ajunt, atque angustias redegisset.

§. 21. Non nostra hæc, sed Castro Palai in suis Operibus Moralibus *par. 4. tract. 24. disput. unic. punct. 12. §. 2. num. 12. & 13.* animadversio est. Et quando ex hujusmodi animadversione aliud nihil deduci possit, vel deducatur, nisi saltem materiam dubiam esse; hæc tam Prædecessoribus nostris, quàm Nobis sufficiens causa esse potuit, cur, non obstante suspensione a Sixto IV. in Jure Canonico, ut dictum est, insertâ, novam suspensionem Indulgentiarum, & Facultatum per occasionem Anni Sancti faceremus. In Constitutione nostra: *Cum Nos nuper*, de qua in præsens agimus, usi non sumus clausulâ *ad Nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum*, verum aliâ hâc *Apostolica auctoritate &c. suspendimus &c. easque eodem Anno durante nulli prodesse, aut suffragari debere &c.* Hanc autem clausulam adhibuimus, tum quia Clemens VIII. in suspensione Indulgentiarum, & Facultatum per Annum Sanctum eandem adhibuit, atque ejus exemplo omnes alii Successores, quorum temporibus celebrati sunt Anni Sancti, sese conformarunt; tum quia per ipsam difficultas aliàs excitata de medio tollitur, num videlicet post Annum Sanctum suspensio Indulgentiarum perduret, necne, quemadmodum valde appositè Lavorius *de Jubilæo & Indulg. par. 1. cap. 10. num. 13.*, & Quarti *in suo Tractatu de Jubilæo punct. 1. de suspensione Indulgentiar. dub. 7.* adnotarunt.

§. 22. Qui aliquem, etsi mediocrem, in Moralibus Auctoribus usum habet, multas procul dubio quæstiones non ignorabit, quæ ab ipsis excitantur circa Indulgentias, promoventur, quæ per Annum Sanctum suspenduntur. Ad eas Nos removendas, generalem in Constitutione nostra suspensionem fecimus. Sed primum, quemadmodum in ipsa legere est, aliquot a generali revocatione Indulgentias subtraximus, quas expressimus etiam, & nominavimus: ex quo per se consequitur, illas, quæ nominatim præservatæ non sunt, intelligi debere suspensas. Magna erat controversia, num sub suspensione solæ Plenariæ Indulgentiæ comprehenderentur, an vero ipsa ad non Plenarias, & partiales extenderetur. Navarrus *de Jub. & Indulg. notabili 33. num. 26.* Benzonius *de Jub. lib. 4. cap. 8. dub. 2.* Lavorius *de Jub. par. 1. cap. 10. num. 3. & 4.* Viva *de Jub. præsertim Anni Sancti quæst. 4. art. 1.* solas Plenarias suspensas remanere scripserunt. Alii vero in ea erant opinione, quod tam plenariæ, quàm non plenariæ, sive partiales, suspensæ remanerent. Ita scripserunt Vanranst. *in Opuscul. Histor. Theologic. de Indulg., & Jubilæo quæst. 5.* Quarti *in Tractatu de Jubilæo cap. 3. punt. 1.* Pignatellus *in Tractatu de Anno Sancto cap. 13. dub. 10.* Difficultas ex diversitate formularum in suspensionibus adhibitarum oriebatur, cum in aliquibus ea, quæ sequuntur, verba legerentur: *Omnes, & singulas Indulgentias plenarias*; in aliis verò *omnes, & singulas Indulgentias.* Quidam ita reputabant, quod etiamsi in formulis suspensivis Indulgentiæ non plenariæ minimè nominarentur, nihilominus credendum esset, easdem comprehensas esse, ex eo, quod quidam Pontifices, Anno Sancto vertente, concesserant, ut partiales aliquot Indulgentiæ

§. 21. La riflessione non è Nostra, ma del Castro Palao nelle sue Opere Morali *par. 4. tract. 24. disput. unic. punct. 12. §. 2. num. 12. & 13.* E quando dalla predetta riflessione altro non si possa dedurre, o si deduca, se non che per lo meno la materia è dubbia; ciò è potuto bastare a i nostri Predecessori, ed è bastato a Noi, per fare una nuova sospensione delle Indulgenze, e Facoltà nell'occasione del Giubbileo dell'Anno Santo, non ostante la sospensione di Sisto IV. inserita, come si è detto, nel Diritto Canonico. Nella nostra Costituzione: *Cum Nos nuper*, della quale presentemente parliamo, non ci siamo serviti della clausola *ad Nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum*, ma di quest'altra *Apostolica auctoritate &c. suspendimus &c. easque, eodem Anno durante, nulli prodesse, aut suffragari debere &c.* Abbiamo adoperata questa clausola, sì perchè Clemente VIII. nella sospensione delle Indulgenze, e Facoltà nell'Anno Santo, se ne prevalse, ed al di lui esempio hanno aderito tutti gli altri suoi Successori, ne' tempi de' quali si sono celebrati gli Anni Santi; sì perchè con essa si leva di mezzo la difficoltà altre volte promossa, se dopo l'Anno Santo duri, o non duri la sospensione delle Indulgenze, come osservano molto a proposito il Lavorio *de Jubilæo & Indulgentiis par. 1. cap. 10. num. 13.*, ed il Quarti *nel suo Trattato del Giubbileo punto primo della sospensione delle Indulgenze dub. 7.*

§. 22. Chi ha qualche, benchè mediocre, pratica degli Autori Morali, sarà senza dubbio informato delle molte questioni, che da essi si promovono in ordine all'Indulgenze, che si sospendono nell'Anno Santo. Noi, per levarle, nella nostra Costituzione abbiamo fatta una sospensione generale. Ma prima, come può leggersi in essa, abbiamo sottratte dalla revoca generale alcune Indulgenze, che abbiamo ancora espresse e nominate: il che porta seco la conseguenza, che chelle, che non sono nominatamente preservate, debbonsi intendere sospese. Grande era la controversia, se sotto la sospensione comprendevansi le sole Indulgenze plenarie, o pure se essa si estendeva anche alle non plenarie, e parziali. Il Navarro *de Jubilæo & Indulgentiis notabili 33. num. 26.* il Benzone *de Jubilæo lib. 4. cap. 8. dub. 2.* il Lavorio *de Jubilæo par. 1. cap. 10. n. 3. & 4.* il Viva *de Jubilæo præsertim Anni Sancti quæst. 4. art. 1.* scrissero, che restavano sospese le sole plenarie. Altri però erano d'opinione, che restassero sospese le plenarie, e non plenarie, o siano parziali. Così scrissero il Vanranst *in Opuscul. Histor. Theologic. de Indulgentiis, & Jubilæo quæst. 5.* il Quarti *nel Trattato del Giubbileo cap. 3. punto 1.* il Pignatelli *nel Trattato dell'Anno Santo cap. 13. dub. 10.* Nasceva la difficoltà dalle varie formole adoperate nelle sospensioni; leggendosi in alcune le seguenti parole: *Omnes, & singulas Indulgentias plenarias*; in altre, *omnes & singulas Indulgentias.* Riflettevano alcuni, che ancorchè nelle formole sospensive non fossero nominate le Indulgenze non plenarie, dovevasi ciò non ostante credere, che fossero comprese, avendo alcuni Pontefici, durante l'Anno Santo, conceduto, che alcune parziali Indulgenze fossero rimesse, e si pubblicassero;

gentiæ reſtituerentur, ac publicarentur; quod non feciſſent, niſi prius mens illis fuiſſet eaſdem ſub ſuſpenſione comprehendere. Ita PP. Conſtantinus *in ſuo Tractatu de Jubilæo Anni Sancti part. 3. cap. 7.*, & Theodorus *de Indulg. tom. 1. cap. 13. art. 5. quæſt. 2.* ſcripſerunt. Nos, ut omnis quæſtio removeretur, poſtquam Indulgentias, quas non revocamus, expreſſimus; ita ſubdimus: *Cæteras omnes, & ſingulas Indulgentias tam plenarias, quàm non plenarias &c. ſuſpendimus, & ſuſpenſas eſſe declaramus &c.*

De Indulgentiis non ſuſpenſis per proximum Annum Sanctum.

§. 23. Nihil ab ipſa materia propoſita digredientes, eos Nos Indulgentias a revocatione excepiſſe ac ſubtraxiſſe dicemus, quæ pro Defunctorum Animabus directe conceduntur. Reliqua erat controverſia circa illas Indulgentias, quas vivi conſequi poſſunt, cum facultate per modum ſuffragii Defunctis applicandi. Quarti *in Tractatu de Jubilæo cap. 3. punt. 1. pag. 198.*, & Pignatellus *in ſuo Tractatu de Anno Sancto cap. 13. dub. 20.* ejus opinionis fuerunt, quod prædictæ Indulgentiæ ſub revocatione minime comprehenderentur. Pro contrariâ autem ſententia ſteterunt Viva *de Jub. quæſt. 4. art. 4.* Vanranſt *in Opuſcul. Hiſtor. Theolog. de Indulg. & Jubil. quæſt. 5. num. 9.*, & Conſtantinus *in Tractatu de Jubil. par. 3. cap. 7. pag. 244* Neque inficias iri poteſt, hanc magis plauſibilem ſententiam fuiſſe, & per multos etiam Annos Sanctos in praxi receptam. Abbas olim Michael Angelus Riccius, qui Congregationis Indulgentiarum primum a Secretis fuit, deinde vero inter Cardinales cooptatus, in Congregationibus, quæ habitæ fuerunt tempore Anni Sancti a Clemente X. celebrati, & in quibus examinatæ, at non admiſſæ fuerunt quarundam piarum perſonarum preces, quibus inſtanter petebant, ut decerneretur, ne generalis ſuſpenſio Indulgentiarum illas comprehenderet, quæ conceduntur vivis cum facultate Defunctis applicandi, multum ſe illi opinioni addictum oſtendit, quæ prædictas Indulgentias contendit per Annum Sanctum ſuſpenſas eſſe, & ſub revocatione, ſeu generali ſuſpenſione contineri. Illi etiam ſententiæ hæc ratio favet, quod in Indulgentiis, quæ conceduntur Vivis cum facultate eas per modum ſuffragii defunctis applicandi, duæ res conſiderari poſſunt; altera, quæ principalis eſt, & quæ reſpicit Vivos; altera, quæ eſt acceſſoria, & quæ reſpicit Mortuos; & cum ſub revocatione comprehendatur pars principalis, non videtur, exemptam eſſe poſſe partem acceſſoriam.

§. 24. Ut præcedentes Notificationes in cæteris Annis Sanctis publicatas miſſas faciamus; in illa a Cardinali de Carpineo Urbis Vicario per Annum Jubilæi 1675. juſſu Pontificis Clementis X. publicata ita legitur: *Non intelligantur ſuſpenſæ Indulgentiæ Altarium privilegiatorum pro Defunctis, neque aliæ conceſſæ eo modo pro Defunctis; verum illæ ſuſpenſæ habeantur, quæ poſſunt ſibi conſequi Vivi, ut eas poſſint concedere Animabus Purgatorii per modum ſuffragii.* Similes fuerunt Notificationes, quæ per Annum Sanctum tempore Innocentii XII. celebratum publicatæ fuerunt. Et Pontifex Benedictus XIII. in ſua Notificatione, quæ die 10. Januarii 1725. publicata eſt, eidem pariter ſententiæ, ac normæ ſeſe conformavit. Verum cum Pontificis illius Benedicti Benefactoris Noſtri præcipuâ pietate præditi mirificus erga Purgatorii animas eſſet devotionis ſenſus, quemadmodum ex ſermonibus ſuper Purgatorio ab ipſo Typis editis clarum ſit; ſub die IX. Februarii ejuſdem Anni aliam Notificationem publicavit, quam in Hiſtoriâ Annorum Jubilæi ab Alfano *pag. 564.* in lucem editâ

il che non avrebbero fatto, ſe non aveſſero avuta per l'avanti l'intenzione di comprenderle ſotto la ſoſpenſione. Così ſcriſſero i PP. Coſtantini *nel ſuo Trattato del Giubbileo dell'Anno Santo par. 3. cap. 7.*, e Teodoro *de Indulgentiis tom. 1. cap. 13. art. 5. quæſt. 2.* Noi per torre ogni queſtione, dopo aver eſpreſſe le Indulgenze, che non rivochiamo, ſoggiungiamo così: *Cæteras omnes, & ſingulas Indulgentias tam plenarias, quàm non plenarias &c. ſuſpendimus, & ſuſpenſas eſſe declaramus &c.*

Delle Indulgenze non ſoſpeſe pel proſſimo Anno.

§. 23. Senza punto dipartirci dalla materia, diremo, aver eccettuate, e ſottratte dalla revoca le Indulgenze conceſſe direttamente per le anime de' Defonti. Reſtava la controverſia in ordine a quelle, che poſſono i vivi conſeguire, colla facoltà d'applicarle per modo di ſuffragio a i Defonti. Il Quarti *nel Trattato del Giubbileo cap. 3. punto 1. p. 198.*, ed il Pignatelli *nel ſuo Trattato dell'Anno Santo cap. 13. dub. 20.* opinarono, che le ſopraddette Indulgenze non foſſero compreſe ſotto la revoca. Furono di contrario ſentimento il Viva *de Jubilæo quæſt. 4. art. 4.* il Vanranſt *in Opuſcul. Hiſtor. Theolog. de Indulgentiis, & Jubilæo quæſt. 5. num. 9.*, ed il Coſtantini *nel Trattato del Giubbileo par. 3. cap. 7. pag. 244.* Nè può negarſi, che queſta non ſia ſtata la ſentenza più plauſibile, ed anche in molti Anni Santi ricevuta in pratica. Il fu Abbate, poi Cardinale, Michel' Angelo Ricci Segretario della Congregazione delle Indulgenze, nel tempo dell'Anno Santo celebrato da Clemente X., nelle Congregazioni, che ſi fecero, e nelle quali fu eſaminata, e non eſaudita l'iſtanza d'alcune perſone divote, acciò foſſe ſtabilito, che la generale ſoſpenſione delle Indulgenze non comprendeſſe quelle conceſſe a i vivi con facoltà d'applicarle pe' defonti, ſi dimoſtrò molto attaccato all'opinione, che ſoſtiene eſſer le predette Indulgenze ſoſpeſe nell'Anno Santo, e compreſe ſotto la revoca, o ſia generale ſoſpenſione. Aſſiſte ancora ad eſſa la ſeguente ragione; che nelle Indulgenze, che ſi concedono a i vivi colla facoltà d'applicarle pe' morti *per modum ſuffragii*, ſi poſſono conſiderare due coſe; una, che è la principale, e che riſguarda i vivi; l'altra, che è acceſſoria, e che riſguarda i morti; ed eſſendo compreſa ſotto la revoca la parte principale, non ſembra poterne reſtar eſente la parte acceſſoria.

§. 24. Tralaſciando le precedenti Notificazioni pubblicate negli altri Anni Santi, ſi legge in quella pubblicata dal Cardinale di Carpegna Vicario di Roma l'Anno 1675. Anno del Giubbileo, d'ordine del Pontefice Clemente X.: *Non intelligantur ſuſpenſæ Indulgentiæ Altarium privilegiatorum pro Defunctis, neque aliæ conceſſæ eodem modo pro Defunctis; verùm illæ ſuſpenſæ habeantur, quæ poſſunt ſibi conſequi Vivi, ut eas poſſint concedere Animabus Purgatorii per modum ſuffragii.* Simili furono le Notificazioni pubblicate nell'Anno Santo celebrato nel tempo d'Innocenzo XII. Ed il Pontefice Benedetto XIII. camminò cogli ſteſſi ſentimenti nella ſua Notificazione pubblicata a i 10. di Gennajo del 1725. Anno del Giubbileo. Ma eſſendo indicibile la divozione di quel pio, e devoto Pontefice Benedetto Noſtro Benefattore verſo le anime del Purgatorio, come ben ſi riconoſce anche dai Sermoni ſopra il Purgatorio dati da eſſo alle ſtampe; ſotto i 9. di Febbrajo dell'anno ſteſſo pubblicò un'altra Notificazione, che può vederſi nella Storia degli Anni Santi data in luce dall'Alfani *pag. 564.*; e ſuſ-

videre est; ac deinde sub die XXVIII. Aprilis ejusdem pariter Anni Breve expedivit, quod a P. Theodoro in suo sæpius citato de Indulgentiis Tractatu *par.* 1. *pag.* 375. impressum reperitur; in quo declaravit, Indulgentias Vivis concessas cum facultate Defunctis applicandi sub revocatione ab ipso per Annum Sanctum facta minime comprehendi, quo ad illam tamen dumtaxat partem, quæ Animarum Defunctorum suffragium respicit. Et licet Regula sit, quod Indulgentiæ Vivis concessæ, per modum suffragii Mortuis applicari non possunt, nisi id in concessione exprimatur; adjecit quod, Anno Sancto durante, ut Purgatorii Animæ opportunis suffragiis nequaquam destitutæ remanerent, possent a Vivis Indulgentiæ in ipsarum beneficium applicari, etiamsi in concessione facultas, ut eædem pro Defunctis applicari possent, expressa non esset. Quapropter, & Nos in Constitutione nostra tanti Pontificis exemplum libenter secuti sumus.

De suspensione Facultatum durante Anno Sancto.

§. 25. In hac nostra Constitutione: *Cum nos nuper*, quemadmodum hactenus dictum est, durante Anno Sancto, non solum Indulgentiæ suspenduntur, verum omnes Facultates, & Indulta absolvendi a Casibus reservatis etiam in Bulla Cœnæ, secundum id, quod in §. *Cæteras omnes* legitur. Quam regulam in suspensione Indulgentiarum tenuimus, eandem & in suspensione Facultatum, & Indultorum servavimus; cum præcipue Facultates, & Indulta expresserimus, quæ sub revocatione minime comprehendi intelleximus; unde sequitur, illa, quæ excepta non sunt, comprehensa remanere. In generali Facultatum, & Indultorum suspensione alio tempore dubitatum fuerat, num Facultates comprehenderentur, quæ Prælatis Regularibus ratione proprii Officii ac muneris competunt, absolvendi scilicet Regulares eorum subditos a casibus reservatis, & super aliquibus impedimentis dispensandi, quemadmodum apud P. Viva *de Jubilæo quæst.* 4. *art. ult.* §. 4. Constantinum *de Jubilæo Anni Sancti par.* 3. *cap.* 7. *pag.* 250., & Pasqualigum *quæst.* 160. videre est. Nos, ad ambiguitatem omnem tollendam, inter facultates a suspensione exceptas, illas excepimus: *Superiorum Ordinum Regularium, quæcumque ipsis in Regulares pariter sibi subjectos a Sede Apostolica prædicta tributæ fuerunt.*

§. 26. Verum cum Regulares non solis Indultis & Facultatibus gaudeant super suos subditos Regulares, sed quidam eorum contendant, habere se Facultates, & Indulta sibi a Sede Apostolica concessa, nec unquam revocata, absolvendi a casibus eidem Sedi reservatis seculares personas, & Vota commutandi, aliasque varias res concedendi, quas hic commemorare minime opus est; alia gravis controversia in medio remanet, num eædem Facultates, sub suspensione Indultorum, & Facultatum, quæ per Annum Sanctum sit, comprehensæ remaneant. In qua quidem controversia aliqui opinantur, Facultates absolvendi a casibus reservatis, Vota commutandi, etiamsi collatæ non sint intuitu, aut occasione Indulgentiarum, suspensas remanere. Quidam alii vero distinguunt inter Facultates absolvendi collatas per occasionem, aut intuitu Indulgentiarum, & Facultates aliis de causis attributas; & primas, non autem secundas, per Annum Sanctum suspensas remanere affirmant, quemadmodum apud Viva *loco citato*, item apud Constantinum *loco pariter citato pag.* 246. *& seqq.* Vanranst *cit. Opuscul. de Indulgent. quæst.* 5. & apud alios complures videre est, quos hic nominare inutile foret.

§. 27. Qui primæ adhærent opinioni, quod videlicet Facultates, & Indulta sive

seguentemente sotto i 28. di Aprile dell'Anno medesimo spedì un Breve, che si ritrova stampato dal Padre Teodoro nel più volte citato suo Trattato *de Indulgentiis, par.* 1. *pag.* 375., in cui dichiarò, non esser compresse sotto la revoca da esso fatta nell'Anno Santo le Indulgenze concedute a i Vivi colla facoltà d'applicarle a i Defonti, in quella parte però solamente, che risguarda il suffragio dell'Anime de' morti. E sebbene è regola, che le Indulgenze concesse a i Vivi, non possono applicarsi *per modum suffragii* a i Morti, se ciò non si esprime nella concessione; aggiunse, che durante l'Anno Santo, acciò le povere Anime del Purgatorio non restassero senza gli opportuni suffragj, potessero dai Vivi applicarsi le Indulgenze a pro d'esse, ancorchè nella concessione non fosse stata espressa la facoltà di poterle applicare ai defonti. E Noi nella nostra Costituzione ben volentieri abbiamo seguitato l'esempio d'un sì gran Pontefice.

Della sospensione delle Facolta', durante l'Anno Santo.

§. 25. In questa nostra Costituzione: *Cum nos nuper*, non solo, come insino ad ora si è detto, si sospendono, durante l'Anno Santo, le Indulgenze, ma ancora tutte le Facoltà, e gl'Indulti d'assolvere dai casi riservati anche *in Bulla Cœnæ*, giusta ciò, che si legge nel §. *Cæteras omnes*. Come ci siamo regolati nella sospensione delle Indulgenze, ci siamo ancora regolati nella sospensione delle Facoltà e degl' Indulti, avendo espresse in particolare le Facoltà, e gl'Indulti, che non abbiamo inteso di comprendere sotto la revoca; dal che s'inferisce, che le non eccettuate restano comprese. Nella generale sospensione delle Facoltà e degl'Indulti erasi altre volte dubitato, se erano comprese le Facoltà, che competono a' Prelati Regolari per ragione del proprio carico, d'assolvere i loro Sudditi Regolari da' casi riservati, e dispensare sopra alcuni impedimenti, come può vedersi appresso il Viva *de Jubilæo quæst.* 4. *artic. ult.* §. 4. il Costantino *del Giubbileo dell'Anno Santo par.* 3. *cap.* 7. *pag.* 250. ed il Pasqualigo *quæst.* 160. Ma Noi, per torre ogni ambiguità, fra le Facoltà eccettuate dalla sospensione, abbiamo eccettuate quelle: *Superiorum Ordinum Regularium, quæcumque ipsis in Regulares pariter sibi subjectos a Sede Apostolica prædicta tributæ fuerunt.*

§. 26. Ma non godendo i Regolari i soli Indulti e Facoltà sopra i suoi Sudditi Regolari, ma altresì alcuni di loro sostenendo d'aver Facoltà ed Indulti, loro concessi dalla Sede Apostolica, e non mai rivocati, d'assolvere dai casi riservati ad Essa le persone secolari, e di poter commutar voti, e concedere varie altre cose, che qui non è d'uopo commemorare; resta in piedi una gran controversia, se le medesime restino comprese sotto la sospensione degl'Indulti e Facoltà, che si fa nell'Anno Santo. Nella qual controversia alcuni vogliono, che restino sospese le Facoltà d'assolvere da' riservati, e commutar voti, ancorchè non conferite per cagione, o con occasione delle Indulgenze; ed altri poi distinguono fra le Facoltà d'assolvere conferite per cagione o con occasione delle Indulgenze, e le Facoltà conferite per altri motivi; dicendo, che le prime nell'Anno Santo restino sospese, e non le seconde; come può vedersi appresso il Viva nel luogo citato, il Costantini pure nel luogo citato *pag.* 246. *& seqq.* il Vanranst *cit. Opuscul.* 5. ed appresso molti altri, che qui è inutile nominare.

§. 27. Chi aderisce alla prima opinione, cioè che restino sospese le Facoltà e gl'Indulti o

intuitu & occasione Indulgentiarum, sive ob alias rationes concessa, suspensa remaneant, argumentum desumunt ex amplo modo, quo suspensivæ Bullæ conceptæ sunt; item ex eo, quod quædam Facultates, & Indulta a generalitate suspensionum excipi solent; sicut videri potest apud Sorbum, & Rodriguez, quorum sententiæ a Pasqualigo *cit. quæst.* 160. referuntur. Pro hujus autem sententiæ comprobatione magnam habet vim Pontificis Julii III. factum, quod narratur; qui Pontifex, cum per Annum Jubilæi Facultatem absolvendi a Casibus Sedi Apostolicæ reservatis Confessariis illis, qui eam habebant, suspendisset; pro speciali gratia Patribus Societatis Jesu concessit, ut per integrum vertentis tunc Anni Sancti cursum gaudere possent Privilegio absolvendi a casibus Summo Pontifici, & Apostolicæ Sedi reservatis, quod ipsis a Paulo III. non quidem intuitu, aut occasione Indulgentiarum, sed ob alias rationes elargitum fuerat. Ex quo sequitur, dicta Privilegia ab ipso Pontifice sub suspensione, quam per Annum Sanctum fecerat, comprehensa fuisse. Factum ab Orlandino in Historia Societatis Jesu refertur, & Phœbæi *Tract. de Anno Jubilæi par. 2. cap. 10. pag. 162.* Victorelli *in Historia Jubil. Pontific. par. 3. pag. 371.* Alfani *in Historia Anni Sancti pag. 311. & seqq.* Riccii *Tractatu de Jubil. cap. 38.* testimoniis comprobatur.

§. 28. Qui secundæ opinionis partes tuentur, considerant, Romanos consuevisse Pontifices, quasdam Facultates concedere ad faciliorem Indulgentiarum consecutionem, & ad impedimenta removenda; atque has solas esse, quæ per Annum Sanctum suspensæ intelliguntur; cum ad has suspendendas eos potissimum ducat desiderium, quod habent, ut Fideles ad acquirendas Indulgentias Romam se conferant; verùm nequaquam remanere suspensas Facultates absolute, ac non ratione Indulgentiarum, neque ipsarum causa concessas. Ita, post alios complures, contendit Quarti *in Tract. de Jubil. cap. 3. punt. 2. pag. 219.* Porro Navarrus Bullam Indulgentiarum suspensivam a Gregorio XIII. per Annum Jubilæi publicatam cum exponeret, quamvis facilis ei ad Pontificem aditus pateret, apud quem, & gratiâ, & existimatione valebat, narrat tamen (*de Jub. & Indulg. notab. 33. n. 2.*), se, ne illi sæpius molestus esset, egisse cum Præsule tum temporis Datario viro valde perito, & qui Pontificiam mentem apprime callebat; eumque interrogasse, num sub generali suspensione Facultates, & Indulta ex aliis causis, & non ratione, aut per occasionem Indulgentiarum concessa, comprehenderentur; atque hoc, quod sequitur, responsum tulisse: *Intentionis Sanctissimi Domini Nostri fuisse suspendere solas, & omnes Indulgentias Plenarias, & sola, & omnia earum quærendarum causa concessa, & indulta; ita quod nulla Indulgentia, quæ non esset Plenaria, nec ulla Facultas, quæ non esset causâ Indulgentiæ Plenariæ quærendæ concessa, censeatur suspensa.* Alia item similis Clementis VIII. declaratio a Cardinali de Lugo *de Pœnit. disput. 20. sect. 8. num. 145.* refertur.

§. 29. In hac Controversia, num Breve generalis suspensionis omnium Indulgentiarum, & Facultatum absolvendi a Casibus Sanctæ Sedi reservatis per Annum Sanctum illas tantummodo Facultates comprehendat, quæ respectu Indulgentiarum conceduntur, an vero ad illas etiam extendatur, quæ sine ullo Indulgentiarum respectu concessæ sunt; Nos semper arbitrati sumus, atque arbitramur, diversitatem sententiarum ortam esse, atque oriri ex diversitate verborum, & clausularum, quibus

conceduti per cagione, ed occasione delle Indulgenze, o per altri motivi, si fondano sopra l'ampiezza, con cui sono concepute le Bolle sospensive; si fondano sopra l'eccettuazione d'alcune Facoltà, ed Indulti dalla generalità delle sospensioni; come può vedersi appresso il Sorbo, ed il Rodriguez riferiti dal Pasqualigo *cit. quæst. 160.* E per questo sentimento può molto valutarsi un fatto del Pontefice Giulio III., che nell'Anno del Giubbileo, avendo sospeso a quei Confessori, che l'avevano, la Facoltà di assolvere dai casi riservati alla Sede Apostolica, per grazia particolare concesse ai Padri della Compagnia di Gesù, durante l'Anno Santo, che allora correva, il poter godere del Privilegio d'assolvere dai casi riservati al Sommo Pontefice, ed alla Sede Apostolica, conceduto loro da Paolo III. non certamente per cagione, o con occasione delle Indulgenze, ma per altri motivi. Dal che deriva, che i detti privilegj erano da esso stati compresi sotto la sospensione, che aveva fatta nell'Anno Santo. Il fatto è riferito dall'Orlandini nella Storia della Compagnia di Gesù, ed è contestato dal Febei *Tract. de Anno Jubilæi par. 2. cap. 10. pag. 162.* dal Vittorelli *nella Storia de' Giubbilei Pontificj par. 3. pag. 371.* dall' Alfani *nella Storia degli Anni Santi pag. 311. e segg.* e dal Ricci *Trattato de' Giubbilei cap. 38.*

§. 28. Chi poi è partigiano della seconda opinione, riflette, essere stati soliti i Romani Pontefici di concedere alcune Facoltà per facilitare l'acquisto delle Indulgenze, e per rimuovere gl'impedimenti; e ch'esse sono quelle sole, che s'intendono sospese nell'Anno Santo; militando per la sospensione di queste il desiderio, che hanno, che nell'Anno Santo si portino i Fedeli a Roma per acquistare le Indulgenze; ma non restar sospese le Facoltà assolutamente concedute non in ordine alle Indulgenze, nè per causa d'esse. Così, dopo molti altri, sostiene il Quarti *nel Trattato del Giubbileo cap. 3. num. 2. pag. 219.* Il Navarro commentando la Bolla sospensiva delle Indulgenze fatta da Gregorio XIII. nell'Anno del Giubbileo, ancorchè avesse facile l'accesso al Papa, da cui era ben veduto, ed appresso cui era in molto pregio, riferisce (*de Jubilæo, & Indulgentiis, notabili 33. sub num. 2.*) che per non incomodarlo così spesso, trattò col Prelato Datario di quel tempo, uomo molto perito, e che era ben informato della mente Pontificia, e l'interrogò, se sotto la sospensione generale restavano comprese le Facoltà e gl'Indulti conceduti per altri motivi, e non per cagione, ed in occasione delle Indulgenze; e che ne riportò la seguente risposta: *Intentionis Sanctissimi Domini Nostri fuisse suspendere solas & omnes Indulgentias plenarias, & sola, & omnia earum quærendarum causâ concessa, & indulta; ita quod nulla Indulgentia, quæ non esset plenaria, nec ulla Facultas, quæ non esset causâ Indulgentiæ plenariæ quærendæ concessa, censeatur suspensa.* Ed altra simile dichiarazione di Clemente VIII. vien riferita dal Cardinale de Lugo *de Pœnitentia disputat. 20. sect. 8. num. 145.*

§. 29. In questa controversia, se il Breve di sospensione generale di tutte le Indulgenze e Facoltà d'assolvere da' casi riservati alla Santa Sede, comprenda nell'Anno Santo solo quelle Facoltà concesse ad intuito delle Indulgenze, o pure si estenda a quelle ancora concesse senza verun'ordine alle Indulgenze; Noi sempre abbiamo creduto, e crediamo, esser nata, e nascere la diversità de' sentimenti dalla diversità delle parole, e clausole, con cui sono conceputi i Brevi di sospensione; e dal non aver, chi

Brevia ſuſpenſionis concepta ſunt; & ex eo quod qui ſcripſit, non animadverterit, Suſpenſiones minime eſſe uniformes, & quod ſub una Suſpenſione comprehendi poſſunt omnes Facultates abſolvendi a caſibus reſervatis; ſub alia verò aliquæ tantum, & non aliæ comprehendi poſſunt. In Decretali Sixti IV. *Quemadmodum*, qui, ſicut ſupra etiam indicatum eſt, primus fuit, qui per Annum Sanctum Indulgentias, & Facultates abſolvendi a caſibus reſervatis ſuſpendit, ſubjecta verba leguntur: *Omnes, & ſingulas Plenarias, etiam ad inſtar Jubilæi &c., deputandi Confeſſores cum poteſtate abſolvendi etiam in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, Facultates, Conceſſiones, & Indulta a Nobis, & eâdem Sede, vel illius auctoritate conceſſas . . . . ſuſpendimus &c.* Hæc eadem formula a ſucceſſoribus illius Alexandro VI., Clemente VII., & Julio III. adhibita fuit in Conſtitutionibus, in quibus Anni Sancti Jubilæum indixerunt. Nimis generalia verba ſunt, neque ulla datur anſa reſtringendi ſuſpenſiones ad facultates abſolvendi, ratione Indulgentiarum conceſſas; cum Facultates comprehendere debeat aliis etiam de cauſis impertitas. Quare nemini mirum videri debet, ſi Pontifex Julius III., qui eadem adhibuerat, Patribus Societatis Jeſu poteſtatem conceſſit, ut per totum illum, quem ipſe celebrabat, Annum Sanctum, a caſibus reſervatis abſolverent, utentes privilegio, quod eiſdem a Paulo III. conceſſum fuerat, quodque ipſe priùs ſub amplitudine ſuæ ſuſpenſionis comprehenderat, quemadmodum etiam paulo ante dictum eſt.

§. 30. Hujuſce porro formulæ amplitudo ad Gregorium uſque XIII. perduravit, qui in ſuſpenſione Indulgentiarum, & Facultatum, quam per Annum Sanctum a ſe celebratum fecit, in hunc, qui ſequitur, modum eandem reſtrinxit: *De Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſuſpendimus . . . . omnes & quaſcumque plenarias, etiam ad inſtar Jubilæi, & earum causâ, Facultates, Conceſſiones, & Indulta quæcumque a Nobis, & a dicta Sede, ejuſque auctoritate quibuſcumque Eccleſiis &c.* Digna obſervatione verba ſunt, *& earum causâ*, cum ab ipſis derivetur, eas dumtaxat Facultates ſub Brevi ſuſpenſivo comprehenſas fuiſſe, quæ per reſpectum ad Indulgentias conceſſæ fuerant; quod quidem & explicationem a Pontificis Datario editam, & Navarri ſententiam, ſicut & ſupra indicatum eſt, mirifice comprobat.

§. 31. Reſtrictiva Gregorii XIII. formula a Clemente VIII. nequaquam ſervata fuit, qui antiquam rurſus amplitudinem aſſumpſit: *Omnes, & ſingulas Indulgentias, etiam perpetuas, & peccatorum remiſſiones, & Facultates, & Indulta abſolvendi etiam a caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis . . . . . ſuſpendimus.* Hanc autem eandem rationem Succeſſores illius tenuerunt, qui verba, *& earum causâ*, unde reſtrictiva oriebatur, omiſerunt. Cardinalis de Lugo *loco ſupracitato* contendit, ſolam ſuſpenſionem Facultatum, quæ ratione Indulgentiarum conceſſæ ſunt, non autem earum, quæ propter alias cauſas impertitæ fuerunt, admittendam eſſe, etiamſi in Brevi ſuſpenſivo Clementis VIII. verba, *& earum causâ*, deſiderentur, affirmans, ita ab eodem Clemente fuiſſe declaratum: *Sed idem Pontifex interrogatus dixit, eandem fuiſſe intentionem ſuam, & ad tollendum dubium, edita fuit iterum eadem Bulla, additis eiſdem verbis*, ideſt, *earum causâ.* Nos mutationis hujuſce nullum documentum aut indicium habemus; &, poſito quod ſubſiſteret, argumento eſſet, quod niſi in ſuſpenſivo Brevi inſint verba, *earum causâ*; ſub illius amplitudine Facultates abſolvendi, tam in ordine ad Indulgentias, quàm aliis de cauſis conceſſæ, comprehenſæ

ha ſcritto, fatta la riſleſſione, che le Soſpenſioni non ſono uniformi, e che ſotto una Soſpenſione poſſono eſſer compreſe tutte le Facoltà d'aſſolvere da' caſi riſervati, e ſotto l'altra alcune ſolo poſſono eſſer compreſe, e non le altre. Nella Decretale *Quemadmodum* di Siſto IV., che fu il primo, come anche di ſopra ſi è accennato, che nell'Anno Santo ſoſpeſe le Indulgenze, e le Facoltà d'aſſolvere da' caſi riſervati, ſi leggono le ſeguenti parole: *Omnes & ſingulas plenarias, etiam ad inſtar Jubilæi &c., deputandi Confeſſores cum poteſtate abſolvendi etiam in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, Facultates, Conceſſiones, & Indulta, a Nobis, & eâdem Sede, vel illius auctoritate conceſſas . . . . . ſuſpendimus &c.* Queſta ſteſſa formola fu adoperata dai di lui Succeſſori Aleſſandro VI., Clemente VII., e Giulio III. nelle Coſtituzioni, nelle quali intimarono il Giubbileo univerſale dell'Anno Santo. Sono le parole troppo generali, e non v'è attacco per poter reſtringere la ſoſpenſione alle Facoltà d'aſſolvere conceſſe in ordine alle Indulgenze, dovendo comprendere anche le Facoltà d'aſſolvere conceſſe per altri motivi; e però non dee a veruno recar meraviglia, ſe il Pontefice Giulio III., che ſe n'era ſervito, conceſſe ai Padri della Compagnia di Gesù il potere, durante l'Anno Santo, che celebrava, aſſolvere dai caſi riſervati, prevalendoſi del Privilegio loro dato da Paolo III., che aveva prima compreſo ſotto l'ampiezza della ſua ſoſpenſione, come poc'anzi ancora ſi è detto.

§. 30. Durò l'ampiezza della formola ſino a Gregorio XIII., che nella ſoſpenſione, che fece, delle Indulgenze e Facoltà, nell'Anno Santo da lui celebrato, la reſtrinſe nel modo ſeguente: *De Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſuſpendimus . . . . omnes & quaſcumque plenarias, etiam ad inſtar Jubilæi, & earum causâ, Facultates, Conceſſiones, & Indulta quæcumque a Nobis, & a dicta Sede, ejuſque auctoritate quibuſcumque Eccleſiis &c.* Sono degne d'oſſervazione le parole, *& earum causâ*, derivando da eſſe la comprenſione ſotto il Breve ſoſpenſivo delle ſole Facoltà d'aſſolvere concedute ad intuito dell'Indulgenza, il che molto bene giuſtifica la ſpiegazione data dal di lui Datario, ed il ſentimento del Navarro, come pure di ſopra fù accennato.

§. 31. La reſtrittiva di Gregorio XIII. non fu mantenuta da Clemente VIII. che riaſſunſe l'antica ampiezza: *Omnes, & ſingulas Indulgentias, etiam perpetuas, & peccatorum remiſſiones, & Facultates, & Indulta abſolvendi etiam a caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis . . . . ſuſpendimus*: ed in queſta ſteſſa maniera ſi ſono regolati i di lui Succeſſori, che hanno abbandonato le parole, *& earum causâ*, dalle quali naſceva la reſtrittiva. Il Cardinale de Lugo *nel luogo ſopracitato* pretende, doverſi ammettere la ſola ſoſpenſione delle Facoltà concedute in ordine alle Indulgenze, e non delle altre accordate per altri motivi, ancorchè nel Breve ſoſpenſivo di Clemente VIII. manchino le parole, *& earum causâ*, aſſerendo, così aver dichiarato lo ſteſſo Clemente: *Sed idem Pontifex interrogatus dixit, eamdem fuiſſe intentionem ſuam, & ad tollendum dubium, edita fuit iterum eadem Bulla additis eiſdem verbis*, cioè *earum causâ.* Noi di queſta mutazione non abbiamo verun rincontro, e, quando foſſe ſuſſiſtente, dimoſtrerebbe, che ſe nel Breve ſoſpenſivo non ſono le parole *earum causâ*, s'intendono ſotto la di lui ampiezza compreſe le Facoltà d'aſſolvere o date in ordine alle Indulgenze, o per altri motivi. Le parole pure *earum*

prehensæ intelliguntur. Verba *earum causâ* in Brevibus suspensivis Urbani VIII., aliorumque Successorum etiam omissa sunt; Et quamquam supradictus Cardinalis de Lugo in sententia sua persistens, affirmet, quod Breve Urbani VIII. secundum explicationem alteri Brevi Clementis VIII. datam intelligendum sit; animadvertendum tamen est, quod non ita Urbanum declarasse ait, sed ita Cardinalem ipsum opinatum esse: *Quare cum iterum de hoc dubitaretur, æquè dixi, non fuisse revocatam Regularium Facultatem.* Et sane cùm Regesta Anni Sancti Pontificis Urbani VIII. diligenter evoluta, ac perlustrata sint, nullum inventum est monumentum, quod hanc, de qua agimus, materiam respiciat. Præterea diligenter perlecta sunt Regesta Congregationum, quæ per Jubilæi Annum a Clemente X. celebratum habitæ fuerunt, atque ex ipsis hoc collectum est, eos, qui in illis interveniebant, ejus sententiæ fuisse, ut deficientibus in Brevi suspensivo verbis, *& earum causâ*, Facultates absolvendi, tam in ordine ad Indulgentias, quàm aliter concessæ, revocatæ intelligerentur. Et sane maximo studio contenderunt, ut a Summo Pontifice declararetur, sicuti declaratum fuit, ut durante etiam Anno Sancto possent Regulares uti privilegiis proprios subditos absolvendi a casibus reservatis, quod profectò non fecissent, nisi credidissent, sub suspensione Pontificis Clementis etiam Facultates absolvendi non respectu Indulgentiarum concessas, comprehensas fuisse; cùm hujusmodi essent eæ, quas in favorem Regularium præservari postulabant.

§. 32. Pater Constantini in suo *de Anno Sancto* pluries laudato Tractatu *part.* 3. *cap.* 7. *pag.* 246. valde appositè, & ad rem dicit, rem omnem a mente, atque intentione Pontificis pendere. Nos in Constitutione nostra verba, *& earum causâ*, quemadmodum Gregorius XIII. fecit, non inseruimus; Neque porro in altera Constitutionis nostræ editione ea verba supplevimus, quemadmodum Cardinalis de Lugo a Clemente VIII. factum affirmat. Persuasum Nobis est, magnam esse vim generalitatis verborum; Ideoque protestamur, quod, salvis Facultatibus expressè ac nominatim exceptis, suspensæ remaneant, durante Anno Sancto, aliæ Facultates absolvendi a casibus Apostolicæ Sedi etiam *in Bulla Cœnæ* reservatis, sive Indulgentiarum causa, & intuitu, sive ob alias causas concessæ sint. Et quamquam hoc ad aperiendam, & manifestandam mentem nostram circa id, de quo agitur, sufficiens esse deberet; nihilominus opportunum, atque expediens esse existimavimus in altera Constitutione nostra, quæ incipit *Convocatis*, repetere, quod omnes Facultates absolvendi, & dispensandi suspensæ sint, sive eæ Indulgentiarum causa, & occasione sive alio quovis titulo, & causâ concessæ fuerint, tum cum de earum Facultatum usu agitur extra Urbem; non tamen Romæ; & item quando agitur de earumdem usu in Sæculares extra Urbem, non tamen quando agitur de illarum usu sive extra Urbem, sive in ea in Regulares Subditos eorum Prælatorum, & Superiorum Regularium, quibus eædem Facultates legitimè competere dignoscuntur; quemadmodum etiam superius §. 24. indicatum est.

causâ furono tralasciate ne' Brevi sospensivi d'Urbano VIII., e degli altri Successori; Et quantunque il sopraddetto Cardinal de Lugo, proseguendo nel suo impegno, dica, che il Breve d'Urbano deve intendersi giusta la spiegazione data all' altro di Clemente VIII., è però d' avvertirsi, che non dice, aver così Urbano dichiarato, ma d'avere esso Cardinale così opinato: *Quare, cum iterum de hoc dubitaretur, æquè dixi, non fuisse revocatam Regularium Facultatem.* E di fatto si sono fatti rivoltare i Registri dell'Anno Santo del Pontefice Urbano, e non si è ritrovata alcuna memoria, che risguardi la materia, di cui si tratta. Si sono in oltre diligentemente letti i Registri delle Congregazioni tenute nell' Anno del Giubbileo celebrato da Clemente X., e da essi si è potuto raccorre, che gl'intervenienti erano di sentimento, che, mancando nel Breve sospensivo le parole, *& earum causâ*, s'intendessero rivocate le Facoltà d'assolvere, o concedute, o non concedute in ordine alle Indulgenze. Imperocchè fecero tutti gli sforzi, acciò dal Sommo Pontefice si dichiarasse, come fu dichiarato, che anche durante l'Anno Santo potessero i Regolari prevalersi dei privilegj d'assolvere i proprj Sudditi Regolari dai casi riservati; il che non avrebbero fatto, se non avessero supposto, che sotto la sospensione del Pontefice Clemente fossero state comprese anche le Facoltà d'assolvere, non concesse ad intuito delle Indulgenze; essendo tali quelle, che domandavano che si preservassero a pro de' Regolari.

§. 32. Il Padre Costantini nel suo Trattato più volte nominato *dell' Anno Santo part.* 3. *cap.* 7. *pag.* 245., dice molto bene, quando dice, dipendere il tutto dall' intenzione del Papa. Noi nella nostra Costituzione non abbiamo inserite le parole, *& earum causâ*, come fece Gregorio XIII.; Noi non le abbiamo fatte rimettere in altra edizione della nostra Costituzione, come il Cardinal de Lugo dice essersi fatto da Clemente VIII.; Noi molto valutiamo la generalità delle parole; e però ci protestiamo, che, salve le Facoltà eccettuate espressamente, restino sospese, durante l'Anno Santo, le altre Facoltà d'assolvere dai casi riservati alla Sede Apostolica anche *in Bulla Cœnæ*, o siano state concedute ad intuito, ed in ordine alle Indulgenze, o per altri motivi. E sebbene ciò dovrebbe essere bastante per manifestare, in ciò, che appartiene al punto, di cui si tratta, la Nostra intenzione, abbiamo nulladimeno creduto espediente il ripetere nell' altra Nostra seguente Costituzione, che comincia *Convocatis*, esser sospese tutte le Facoltà d'assolvere, e dispensare, o concedute per causa ed occasione delle Indulgenze, o per qualsivoglia altro titolo o causa, quando si tratta dell'uso d'esse fuori di Roma; non però in Roma; e quando si tratta dell'uso delle medesime fuori di Roma sopra i Secolari, non però quando si tratta del loro uso o fuori di Roma, o in Roma, sopra i Sudditi Regolari di quei Prelati e Superiori Regolari, che sono in legittimo possesso delle dette Facoltà; come anche si è accennato di sopra al §. 24.

III.

De Apostolica Constitutione, quæ incipit Convocatis, *signata sub die 25. Novembris 1749.*

§. I.

§. 33. NOn nostrum hic consilium est de Annis Jubilæi Historiam contexere, cum id jam præstitum ab aliis multis sit, & etiam per occasionem Anni Sancti a Pontifice Benedicto XIII. celebrati a supra citato P. Alfani Ordinis Prædicatorum; Minimè etiam proinde immorabimur in referendo, quo modo a Decessoribus nostris Pœnitentiarii minores deputari, & quo numero cœperint, aliique deinde ipsis adjuncti in Basilicis SS. Apostolorum Petri, & Pauli, S. Johannis, & S. Mariæ Majoris, ad eorum omnium audiendas Confessiones, eosdemque ab ipsorum peccatis absolvendos, quicumque ad easdem visitandas accederent plenariam Indulgentiam consecuturi. Nihil præterea dicemus etiam de deputatione, quæ temporis successu a Cardinali Urbis Vicario fieri cœpit aliorum Confessariorum, qui pro majori Pœnitentium commodo in propriis Ecclesiis Confessiones audire possent. Tam minorum Pœnitentiariorum in Basilicis, quàm adjunctorum, quemadmodum item Sacerdotum, qui a Cardinali Vicario eliguntur, deputationem Nos introductam invenimus, atque eam aliis duobus præcedentibus Jubilæi Annis, quos Romæ celebrari vidimus, in more habitam, & receptam Nos vidisse dicere possumus. A Cardinali Pœnitentiario, ex Oraculo Pontificio, opportunæ Facultates dabantur Pœnitentiariis minoribus Basilicarum tam ordinariis, quàm adjunctis; eodemque Oraculo a Cardinali Vicario aliquæ Confessariis, quos deputabat, Facultates impertiebantur. Ex hoc autem quædam confusionis ac perplexitatis species oriebatur, licèt variæ identidem Instructiones pro recto usu Facultatum eisdem respective concessarum publicarentur, ac variis Notificationibus solverentur dubia, quæ non semel proponebantur. Nos illud curavimus, ut in unica Constitutione, in ea nimirum, de qua nunc agimus, omnia simul complecteremur. In hac itaque Facultates enunciavimus, quas Pœnitentiariis Basilicarum minoribus, atque iis, qui tum in ipsis, tum in aliis Urbis Ecclesiis adjunguntur, concedimus, instructiones item pro recto earumdem usu; Facultates, quæ Confessariis a Cardinali Vicario deputatis dantur; & quorumdam dubiorum, quæ aliàs proposita sunt, declarationes; ut uno, quod ajunt, ictu oculi unusquisque omne id, quod ad adimplendum in futuro Anno Sancto Pœnitentiarii, vel Confessarii, ut supra, deputati ministerium, necessarium est, videre possit. Quare illud unicè restat, unumquemque Pœnitentiarium, vel Confessarium deputatum hortari, eique, ut facimus, injungere, ut quantum unicuique eorum conceditur attentè legant, ne in propriæ animæ, ac animarum suorum Pœnitentium præjudicium præscriptos auctoritatis limites excedant.

III.

Dell' Apostolica Costituzione, che incomincia Convocatis, *segnata sotto il dì 25. Novembre 1749.*

§. I.

§. 33. NOn è qui Nostra intenzione di comporre una Storia degli Anni Santi, essendo ciò già stato eseguito da molti altri, ed anche nell' occasione dell' Anno Santo celebrato dal Pontefice Benedetto XIII. dal sopraccitato Padre Alfani dell' Ordine de' Predicatori; e però ci asterremo dal riferire, come da' Nostri Predecessori incominciarono a deputarsi, ed in qual numero, i minori Penitenzieri, e poscia altri ad essi aggiunti nelle Basiliche dei Santi Apostoli Pietro, e Paolo, S. Giovanni, e S. Maria Maggiore, per sentire le Confessioni, ed assolvere dai loro peccati tutti quelli, che venivano a visitarle per conseguire la plenaria Indulgenza. Nè tampoco parleremo della deputazione, che incominciò col tratto del tempo a farsi ancora dal Cardinal Vicario di Roma d' altri Confessori, che nelle loro Chiese potessero sentire le Confessioni per maggior commodo de' Penitenti. La deputazione tanto de' Penitenzieri minori nelle Basiliche, quanto degli Aggiunti, come pure de' Sacerdoti eletti dal Cardinale Vicario, è stata da Noi ritrovata introdotta, e possiamo dire d'averla veduta in pratica negli altri due Anni Santi precedenti, che abbiamo veduto celebraro in Roma. Davansi coll' Oracolo Pontificio dal Cardinale Penitenziere le opportune Facoltà ai minori Penitenzieri delle Basiliche, ed agli aggiunti; e collo stesso Oracolo si davano dal Cardinale Vicario alcune Facoltà ai Confessori, che deputava. Da ciò derivava qualche specie di confusione, ed imbarazzo, ancorchè si andassero pubblicando Istruzioni pel retto uso delle Facoltà concedute agli uni ed agli altri, e con varie notificazioni si andassero sciogliendo varj dubbj, che si andavano promovendo. Noi abbiamo procurato d' unir tutto in una Costituzione, che è quella, della quale ora parliamo. In essa abbiamo inserite le Facoltà, che concediamo ai Penitenzieri minori delle Basiliche, ed agli Aggiunti in esse, e in altre Chiese di Roma; le istruzioni pel retto uso d'esse; le Facoltà, che si danno ai Confessori deputati dal Cardinale Vicario; e le dichiarazioni d'alcuni dubbj altre volte proposti; acciò in un colpo d' occhio, come suol dirsi, ciascheduno possa vedere quanto è necessario per adempire nel futuro Anno Santo il ministero di Penitenziere, e di Confessore, come sopra, deputato. Sicchè altro non resta, che l'esortare ed ingiungere, come facciamo, a ciascheduno o Penitenziere, o Confessore deputato, il leggere attentamente quanto a ciascheduno di loro vien concesso, per non trapassare i confini dell'autorità, in pregiudizio dell' anima propria, e delle anime de' loro Penitenti.

§. II.

De Facultatibus conceſſis in Conſtitutione Convocatis *pro imminente Anno Sancto Pœnitentiariis in ordine ad* Abſolutiones *a peccatis, & cenſuris incurſis.*

§. 34. Duæ in hoc, quod proponitur, themate notabiles res Nobis videntur; una, quæ reſpicit Pœnitentes; altera, quæ pertinet ad peccata.

De Pœnitentibus Regularibus.

§. 35. Magna ea controverſia eſt, num aliqui Regulares tempore Jubilæi Anni Sancti, ſive aliàs dum Jubilæum conceditur, & Pœnitentibus Facultas datur eligendi Confeſſarium ab Ordinario appprobatum, poſſint confiteri Confeſſario Sæculari, vel Regulari alterius Ordinis, ab Ordinario pro Confeſſionibus Sæcularium audiendis approbato, idque ſine Superiorum ſuorum licentia; cum aliquot Religioſæ Communitates, ſive Religiones, Privilegia a Summis Pontificibus eiſdem conceſſa habeant, ut non obſtante Facultate, quæ occaſione Jubilæi conceditur, confitendi Confeſſario ab Ordinario approbato, vetitum tamen id ſit eorum Alumnis, niſi ad id expreſſus Superiorum ſuorum Regularium aſſenſus concurrat. Hujuſmodi privilegium a Leone X. Minimis conceſſum dicitur, ab Alexandro VI. Ciſtercienſibus, a Sancto Pio V. Prædicatoribus, a Sixto V. Barnabitis. Amplum illud eſt, quod Gregorius XIII. Societati Jeſu conceſſit in Bulla, cujus initium: *Decet Romanum Pontificem*, ubi declarat, *non eſſe, nec fore unquam mentis noſtræ, aut Sedis Apoſtolicæ, ut perſonæ Societatis abſque expreſſa Superiorum ejuſdem Societatis licentia, utantur Facultatibus, quæ in Jubilæis, Bullis Cruciatæ &c. hactenus conceſſæ ſunt, aut in poſterum concedentur, etiamſi in illis expreſsè indulgeatur, ut omnes Regulares, etiam Mendicantes, hujuſmodi Facultatibus uti poſſint.* Atque hujus Privilegii alii Regulares Ordines participes ſe debere eſſe per viam communicationis contendunt, quemadmodum citatus P. Conſtantini probè animadvertit *in ſuo Tractatu de Jubilæo par. 3. cap. 5. §.* Secondo che.

§. 36. Quæſtio hæc in opere, quod *de Privilegiis Religioſorum* inſcribitur, accuratè diſcuſſa eſt; quem librum Canonicus quidam Regularis Lateranenſis pridem defunctus conſcripſit, & P. Euſebius Amort Canonicus item Lateranenſis notis diligentibus, & accuratis illuſtratum noviſſimè in lucem edidit: Ibi, *de poteſtate Regularium eligendi ſibi Confeſſarium num. 17. pag. 750.* In prædicto Opere fusè comprobatur, quod a ſuis Canonicis Regularibus tempore Jubilæi etiam ſine Superiorum ſuorum licentia eligi poſſit Confeſſarius, vel Secularis vel Regularis alterius Ordinis ab Ordinario approbatus. P. Viva in Tractatu ſuo pluries a Nobis allegato *de Jubilæo quæſt. 9. art. 1.* de hac quæſtione generaliter agit, ſeque opinionis Regularium libertati contrariæ aſſeclam facit, opinionem verò, quæ ipſis favet, inter probabiles tantùm haberi vult. Natalis Alexander *de Indulgentiis cap. 3. regul. 17.* nullam ſe videre rationem teſtatur, quare hujuſmodi libertas tempore Jubilæi auferri Regularibus poſſit. Cardinalis de Lugo inter Bullam Cruciatæ, & Jubilæum diſtinguit; dicens, haudquaquam vigore primæ eligi poſſe a Regularibus Confeſſarium ab Ordinario approbatum pro Secularibus, ſine Superiorum ſuorum Regularium licentia; quod item a compluribus Summis Pontificibus Deceſſoribus noſtris, & a Nobis in Conſtitutione noſtra, cujus initium *Apoſtolica Indulta la 100. §. 7. Bullar. tom. 1.* ſtabilitum eſt; cum Cruciatæ Privilegium ſit

§. II.

Delle Facoltà concedute nella Coſtituzione Convocatis *per l'imminente Anno Santo ai Penitenzieri in ordine alle* Aſſoluzioni *dai peccati, e cenſure incorſe.*

§. 34. Due ci ſembrano le coſe notabili nel tema propoſto; la prima, che riſguarda i Penitenti; l'altra, che appartiene ai peccati.

De' Penitenti Regolari.

§. 35. Grande è la controverſia, ſe alcuni Regolari poſſano nel tempo del Giubbileo dell' Anno Santo, o pure in altri Giubbilei, ne' quali ſi dà ai Penitenti la Facoltà d'eleggerſi un Confeſſore approvato dall' Ordinario, confeſſarſi ad un Confeſſore Secolare, o pure Regolare d'altra Religione, approvato dall' Ordinario per ſentire le Confeſſioni de' Secolari, e ciò ſenza la licenza de' loro Superiori; avendo alcune Comunità Religioſe, o ſieno Religioni, privilegi loro accordati da' Sommi Pontefici, che, non oſtante la Facoltà, che ſi dà ne' Giubbilei, di confeſſarſi ad un Confeſſore approvato dall' Ordinario, ciò reſti vietato ai loro Alunni, ſe non vi concorre l'eſpreſſo aſſenſo de' loro Superiori Regolari. Tal privilegio diceſi conceduto da Leone X. ai Minimi, da Aleſſandro VI. ai Ciſtercienſi, da San Pio V. ai Predicatori, da Siſto V. ai Barnabiti. Amplo è quello conceduto da Gregorio XIII. alla Compagnia di Gesù, nella Bolla, che comincia: *Decet Romanum Pontificem*, ove dichiara *non eſſe, nec fore unquam mentis noſtræ, aut Sedis Apoſtolicæ, ut perſonæ Societatis abſque expreſſa Superiorum ejuſdem Societatis licentia, utantur Facultatibus, quæ in Jubilæis, Bullis Cruciatæ &c. hactenus conceſſæ ſunt, aut in poſterum concedentur, etiamſi in illis expreſsè indulgeatur, ut omnes Regulares, etiam Mendicantes, hujuſmodi Facultatibus uti poſſint.* E di queſto privilegio altri Ordini Regolari pretendono di dover partecipare per via di communicazione, come ben oſſerva il citato Padre Coſtantini *nel ſuo Trattato del Giubbileo part. 3. cap. 5. §.* Secondo che.

§. 36. La queſtione è accuratamente diſcuſſa nell' Opera intitolata *de Privilegiis Religioſorum*, Opera compoſta da un Canonico Regolare Lateranenſe predefunto, e che il Padre Euſebio Amort Canonico pure Lateranenſe ha data ultimamente alle ſtampe, avendola illuſtrata con Note diligenti, ed accurate: Veggaſi *il num. 17. de poteſtate Regularium eligendi ſibi Confeſſarium pag. 750.* Nell' Opera predetta diffuſamente ſi comprova, poterſi dai ſuoi Canonici Regolari Lateranenſi eleggere nel tempo del Giubbileo per loro Confeſſore, anche ſenza licenza de' loro Superiori, un Confeſſore o Secolare, o Regolare d' altro Ordine, approvato dall' Ordinario. Il Padre Viva nel più volte ſuo allegato Trattato *de Jubilæo quæſt. 9. art. 1.* tratta in generale la queſtione; ſi fa ſeguace dell' opinione contraria alla libertà de' Regolari, e non dà, che per probabile, l'opinione ad eſſi favorevole. Natale Aleſſandro *de Indulgentiis cap. 3. regul. 17.* ſi proteſta non ſaper vedere, come tal libertà poſſa nel tempo del Giubbileo levarſi ai Regolari. Il Cardinale de Lugo diſtingue fra la Bolla della Crociata, ed il Giubbileo; dicendo, non potere in vigore della prima eleggerſi dai Regolari il Confeſſore approvato dall'Ordinario per gli Secolari, ſenza la licenza de' loro Superiori Regolari; il che pure è ſtato ſtabilito da' molti Sommi Pontefici noſtri Predeceſſori, e da Noi ancora nella noſtra Coſtituzione, che incomincia *Apoſtolica Indulta la 100. §. 7. Bullar. tom. 1.*; eſſendo il

Privilegium permanens, quod si in Religiosis Ordinibus suum haberet vigorem, damno eisdem esset; posse verò a Regularibus eligi supradictum Confessarium vigore Jubilæi, quod Privilegium brevi temporis intervallo durat, quod in favorem est omnium, quodque nemini nocet. Alii verò docent, huic controversiæ locum non esse, quando Regulares conferunt se ad confitendum Pœnitentiariis minoribus Basilicarum Urbis, sive per Annum Sanctum, sive extra Annum Sanctum; tum quia ita palam ab ipsis fit, absque ulla Superiorum suorum licentia, quod tacitam infert Summorum Pontificum permissionem; tum quia, cum hi Pœnitentiarii a Romanis Pontificibus, ad omnium Catholicorum sive Secularium, sive Regularium Confessiones excipiendas in Basilicis collocati sint, ii Religiosi, qui ad confitendum eisdem accedunt, ad confitendum Sacerdoti a proprio Pastore deputato accedunt; cum Romanus Pontifex Supremus omnium Christi ovium, omniumque Pastorum earundem Pastor sit. Eos, qui ita docent, Auctores Rotarius *in Theolog. moral. Regular. tom. 3. lib. 1. cap. 1. punct. 2. num.* 18. colligit, eorumque sententiæ subscribit. Diffusè id a P. Siro, qui in Lateranensi Basilica tot Annos Pœnitentiarii munus obivit, comprobatur in suo Tractatu *de Facultatibus minorum Pœnitentiariorum Basilicarum Urbis part. 1. cap. 1. dub. 6.* Nos verò nihil eorum juri detrahentes, verum, ut dici solet, *jura juribus addendo*, ad unicum dumtaxat finem, ut tutiores semper conscientiæ reddantur, inter Facultates, quas, hoc Anno Sancto vertente, Pœnitentiariis Basilicarum concedimus, etiam illam expressimus, ut possint scilicet absolvere *quascumque personas sibi confitentes, etiam Regulares, cujuscumque sint Ordinis, Congregationis, & Instituti, etiamsi ex præscripto Superiorum, vel suarum Constitutionum etiam a Sede Apostolica approbatarum, vel aliàs ex Indulto, Decreto, aut Præcepto Apostolico extra propriam Religionem peccata sua confiteri prohibeantur.*

Privilegio della Crociata un Privilegio permanente, che se avesse nelle Religioni il suo vigore, sarebbe di danno ad esse; potersi poi dai Regolari eleggere il suddetto Confessore in vigore del Giubbileo, che è un privilegio, che dura poco, che fa favore a tutti, e che non nuoce a veruno. Altri poi insegnano, non aver luogo questa controversia, quando i Regolari si vanno a confessare dai Penitenzieri minori delle Basiliche di Roma o nell'Anno Santo, o fuori dell'Anno Santo; si perchè così pubblicamente da essi si pratica senza veruna licenza de' loro Superiori, il che porta seco una tacita permissione de' Sommi Pontefici; si perchè essendo questi Penitenzieri collocati nelle Basiliche dai Romani Pontefici per sentire le Confessioni di tutti i Cattolici, o Secolari, o Regolari; i Religiosi, che vanno a confessarsi da loro, vanno a confessarsi da un Sacerdote deputato dal proprio Pastore, essendo il Romano Pontefice il Supremo Pastore di tutte le Pecorelle di Cristo, e di tutti i Pastori d'esse. Gli Autori, che ciò insegnano, sono cumulati e seguitati dal Rotario *in Theolog. moral. Regular. tom. 3. lib. 1. cap. 1. punct. 2. num.* 18. Diffusamente ciò è comprovato dal Padre Siro, che fu tanti anni Penitenziere nella Basilica Lateranense, nel suo Trattato *delle Facoltà de' minori Penitenzieri delle Basiliche di Roma par. 1. cap. 1. dub. 6.* Ma Noi senza punto pregiudicare al loro diritto, ma, come suol dirsi, *jura juribus addendo*, ed unicamente per rendere sempre più sicure le coscienze, abbiamo espresso nelle Facoltà, che concediamo nel corrente Anno Santo ai Penitenzieri delle Basiliche, anche quella di poter assolvere *quascumque personas sibi confitentes, etiam Regulares, cujuscumque sint Ordinis, Congregationis, & Instituti, etiamsi ex præscripto Superiorum, vel suarum Constitutionum, etiam a Sede Apostolica approbatarum, vel aliàs ex Indulto, Decreto, aut Præcepto Apostolico extra propriam Religionem peccata sua confiteri prohibeantur.*

De peccatis, & censuris, ad quæ extenduntur Facultates Pœnitentiariorum.

§. 37. Atque hæc sunt, quæ ad Pœnitentes pertinent. Quod verò respicit peccata, in Ephemeridibus Johannis Burcardi Cappellæ Pontificiæ Cœremoniarum Magistri tempore Alexandri VI., in Annalibus Bzovii, & in pluries citata Alfani Historia de Annis Sanctis *Lib. 8. de Anno Sancto* 1500. *pag.* 244. *num.* 7. 8. *&* 9. postulationes registratæ sunt, quas S. Petri Pœnitentiarii Pontifici Alexandro VI. occasione Anni Sancti, qui tunc celebrabatur, obtulerunt; inter quas illa registrata est, ut possent absolvere *a peccatis omnibus quantumcumque enormibus*; Pontifex verò in sua Constitutione, quæ incipit *Cum in principio*, eam cum exceptione quatuor casuum concessit, idest conjurationis contra Pontificis Personam, ejusque statum; adulterationis litterarum, & commissionum Apostolicarum; translationis armorum, aliarumque rerum vetitarum ad loca, & regiones Infidelium; & injectionis manuum violentarum in Cardinales, Episcopos, aliosque Prælatos, & Superiores Ecclesiasticos. Eamdem exceptionem a Pontifice Clemente VII. per Annum Sanctum, quem ipse celebravit, eisdem Basilicæ Vaticanæ Pœnitentiariis factam legimus in Constitutione, quam penes Nos habemus, cujus initium *Pastoris æterni*. De prædictis casibus, ac de aliis etiam, mentio est in Constitutione Pauli II., quæ incipit: *Etsi Dominici Gregis*, inter Extravagantes communes sub titulo *de Pœnitentiis, & Remissionibus*; Quod quidem quibusdam occasionem credendi ac scribendi præbuit, non posse Pœnitentiarios Minores Basilicarum per Annum Sanctum a prædictis casibus absolvere. Nos verò ad difficultatem

De' peccati, e censure, a cui s'estendono le Facoltà de' Penitenzieri.

§. 37. Ecco ciò, che risguarda i penitenti. In ordine poi ai peccati, ne' Diarj di Giovanni Burcardo Maestro di Cerimonie della Cappella Pontificia nel tempo d'Alessandro VI., negli Annali del Bzovio, e nella più volte citata Storia degl'Anni Santi dell'Alfani *lib. 8. dell' Anno Santo del* 1500. *pag.* 244. *num.* 7. 8. *e* 9. sono registrate le domande, che fecero i Penitenzieri di S. Pietro al Pontefice Alessandro VI. per l'Anno Santo, che allora celebravasi, fra le quali è registrata quella di poter assolvere *a peccatis omnibus quantumcumque enormibus*; ed il Pontefice in una sua Costituzione, che incomincia *Cum in principio*, la concedette; ma coll'eccettuazione di quattro casi, cioè della congiura contro la persona del Papa, e suo Stato; della falsificazione delle lettere, e commissioni Apostoliche; del trasporto delle armi ed altre cose vietate, a' Paesi degl'Infedeli; e della percussione con violente mani de' Cardinali, Vescovi, Prelati, ed altri Ecclesiastici Superiori. La stessa eccettuazione leggiamo fatta dal Pontefice Clemente Settimo nell'Anno Santo, che esso celebrò, agli stessi Penitenzieri della Basilica Vaticana, in una Costituzione, che abbiamo presso di Noi, che incomincia *Pastoris æterni*. De' predetti casi, ed altri ancora, si discorre in una Costituzione di Paolo II., che incomincia: *Etsi Dominici Gregis*, fra l'Estravaganti comuni sotto il titolo *de Pœnitentiis, & Remissionibus*; il che ha dato campo ad alcuni di credere, e scrivere, non potere i Penitenzieri minori delle Basiliche nell'Anno Santo assolvere dai predetti casi eccettuati. Ma Noi, per torre di mezzo ogni difficoltà, aderendo

tatem omnem de medio tollendam, aliorum etiam Deceſſorum noſtrorum exemplo adhærentes, in Conſtitutione noſtra, de qua in præſens agimus, *n.* IV., Pœnitentiariis prædictis auctoritatem dedimus abſolvendi a cenſuris etiam *in Bulla Cœnæ* Summo Pontifici, & Sedi Apoſtolicæ reſervatis, & inſuper *ab omnibus peccatis, & exceſſibus quantumcumque gravibus, & enormibus.* Præterea verò *n.* XXXIII. illæſas, & in ſuo vigore per Annum Sanctum alias etiam Facultates remanere declaravimus, quæ ipſis a Cardinali Majori Pœnitentiario conceſſæ ſunt, aut concedentur.

§. 38. Nequaquam verò, quemadmodum inferiùs dicetur, conceſſa unquam intelligitur auctoritas abſolvendi ab hæreſi ad extrinſecum deducta, etiamſi verba Indulti generalia, ac generaliſſima ſint, niſi hæreſis expreſsè, & individualiter nominetur. In Facultatibus a Nobis per Annum Sanctum Pœnitentiariis conceſſis caſus hæreſis ad extrinſecum deductæ expreſsè *n.* VII. nominatur; ubi tamen Facultas abſolvendi a cenſuris propter hæreſim formalem externam incurſis intra certos limites reſtringitur, quos Pœnitentiarius attentè animadvertere debet, ne faciat id, quod faciendi auctoritatem non habet.

§. 39. De Confeſſario, qui expers remanet auctoritatis abſolvendi perſonam complicem in peccato turpi & inhoneſto contra ſextum Præceptum, etiam tempore Jubilæi, inferiùs dicetur. Hoc interim punctum de Facultatibus abſolvendi a peccatis, & cenſuris, quæ Pœnitentiariis minoribus per Annum Sanctum conceduntur, concludimus, eoſdem admonendo, & hortando, ut Noſtram legant Conſtitutionem de Facultatibus Majoris Pœnitentiarii, & Officio Pœnitentiariæ; cum ex ejus lectione facilè intelligere poſſint, non obſtante amplitudine verborum Conceſſionis, ac etiam quidquid ipſis communicatum fuerit a Cardinali Majori Pœnitentiario, aut in poſterum communicetur, interdictum ipſis eſſe totum id, quod eidem Cardinali in Conſtitutione interdicitur. Exempli gratiâ, ſi Cardinalis Major Pœnitentiarius non poteſt abſolvere *in occultis etiam in foro conſcientiæ*, eos, qui, vivente Romano Pontifice, circa Succeſſoris electionem tractatus inierint, ſuffragia comparaverint, aut pactiones fecerint; nec eos, qui Aſtrologiâ Judiciariâ, vel per ſe, vel per alios, de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, ſive de vita aut morte Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, inquiſierint; multo minus eos Pœnitentiarius minor abſolvere poterit. Conſtitutio incipit: *Paſtor bonus*, & ordine 95. eſt in Bullario Noſtro *tomo* 1., quæ ſi ritè legatur, & ponderetur, magnam Pœnitentiariis minoribus in hujuſmodi rebus lucem allatura eſt; quibus præterea notum facimus, ut, ſi quando aliquis ex prædictis caſibus eiſdem occurrat, ad Cardinalem Majorem Pœnitentiarium recurrere non prætermittant, cui a Nobis opportuna, & neceſſaria remedia demonſtrabuntur, ac præſcribentur.

§. III.

De Facultatibus Minorum Pœnitentiariorum circa vota, contentis in Conſtitutione Convocatis.

De Votis Sanctæ Sedi reſervatis.

§. 40. DUm Jubilæi Annus a Prædeceſſore noſtro Alexandro Papa VI. celebratus fuit, quemadmodum apud Bzovium *ad Annum Chriſti* 1500. *num.* 5. videre eſt, inter alias petitiones, quas Pœnitentiarii Minores Pontifici obtulerunt, ea, quæ ſequitur, ordine undecima eſt: *Commutatio omnium Votorum, dempto Continentiæ, aut Religionis ſolemni.*

anche all'eſempio d'altri noſtri Predeceſſori, nella noſtra Coſtituzione, di cui ora trattiamo, al *n.* IV., abbiamo data ai detti Penitenzieri l'autorità di aſſolvere dalle cenſure anche riſervate *in Bulla Cœnæ* al Sommo Pontefice ed alla Sede Apoſtolica, e di più *ab omnibus peccatis & exceſſibus quantumcumque gravibus & enormibus.* Ed inoltre al *n.* XXXIII. abbiamo dichiarato, reſtar illeſe e nel ſuo vigore anche nell'Anno Santo le altre facoltà, o concedute, o che ſi concederanno ad eſſi dal Cardinale Maggiore Penitenziere.

§. 38. Conforme abbaſſo diraſſi, non s'intende mai conceduta l'autorità di aſſolvere dall'Ereſia eſtrinſecata, ancorchè le parole dell'Indulto ſiano generali e generaliſſime, ſe l'Ereſia eſpreſſamente ed individualmente non è nominata. Nelle Facoltà concedute da Noi per l'Anno Santo ai Penitenzieri, il caſo dell'ereſia eſtrinſecata viene eſpreſſamente nominato al *n.* VII., ove però la Facoltà d'aſſolvere dalle cenſure incorſe per l'ereſia formale eſterna, viene riſtretta dentro certi confini, a' quali il Penitenziere dee ſtar attento, per non fare quello, che non ha autorità di fare.

§. 39. Del Confeſſore, che reſta privo dell'autorità d'aſſolvere la perſona complice nel peccato turpe e di diſoneſtà contra il ſeſto Precetto, anche in tempo di Giubbileo, ſi parlerà più abbaſſo; terminando il punto delle Facoltà, che ſi danno nell'Anno Santo ai Penitenzieri minori ſopra l'aſſolvere dai peccati e dalle cenſure, con avvertirli a leggere la noſtra Coſtituzione ſopra le Facoltà del Cardinale Maggior Penitenziere, e dell'Officio della Penitenzieria; potendo bene comprendere dalla detta lettura, eſſer a loro vietato, non oſtante l'ampiezza delle parole della conceſſione, e non oſtante quanto loro foſſe ſtato comunicato, o loro foſſe per comunicarſi dallo ſteſſo Cardinale Sommo Penitenziere, tutto ciò, che al ſopradetto Cardinale vien proibito nella Coſtituzione. Per eſempio, ſe il Cardinale Maggior Penitenziere non può aſſolvere *in occultis etiam in foro conſcientiæ* chiunque, vivente il Romano Pontefice, ha fatto trattati, unito voti, o fatto patti in ordine all'elezione del di lui Succeſſore, o pure chi con Aſtrologia Giudiziaria, o per ſe, o per mezzo d'altri, ha fatta ricerca dello ſtato della Repubblica Criſtiana, o della vita e morte del Papa vivente; molto meno potrà aſſolverlo il minor Penitenziere. La Coſtituzione incomincia: *Paſtor bonus*, ed è la 95. *nel noſtro Bollario al tom.* 1., che ben letta e conſiderata, può ſervire di gran lume ai Penitenzieri minori: A'quali in oltre facciamo ſapere, che ſuccedendo loro qualcheduno de'predetti caſi, non laſcino di ricorrere al Cardinale Sommo Penitenziere, a cui ſaranno da Noi inſinuati e preſcritti i rimedj opportuni, e neceſſarj.

§. III.

Delle Facoltà de' Minori Penitenzieri circa i Voti, *contenute nella Coſtituzione* Convocatis.

De' Voti riſervati alla Santa Sede.

§. 40. NEll'Anno Santo celebrato da Aleſſandro VI. come può vederſi appreſſo il Bzovio *ad Annum Chriſti* 1500. *num.* 5. fra le altre domande, che i Penitenzieri Minori fecero al Pontefice, l'undecima in ordine è la ſeguente: *Commutatio omnium Votorum, dempto Continentiæ, aut Religionis ſolemni.* Ma ancorchè ciò loro foſſe ſtato in quel tempo con-

Licet autem tunc temporis id illis concessum fuerit, certum tamen est, subsequentibus temporibus nihil aliud facultatis ipsis tributum esse, quàm ut omnia Vota simplicia, etiam Apostolicæ Sedi reservata, in alia pia Opera commutare dispensando possent.

§. 41. Quod idem est ac si dicatur, ipsos potestatem dispensandi in Votis solemnibus Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ in solemni Religiosa Professione, sive in Ordinis Sacri susceptione emissis, minime habere: Hæc autem sola solemnia Vota sunt; quum alia omnia Vota, licèt publicè facta, simplicia Vota sint, secundùm Bonifacii VIII. Decretalem, *cap. unic. de Voto, & Voti redemptione, in sexto;* & communem Auctorum sententiam *apud Pontas in verbo Votum, in princip.*, posse vero è contrario omnia alia simplicia Vota, licèt Sanctæ Sedi reservata, in alia pia opera, dispensando, commutare.

§. 42. Sanctus Thomas 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 12. *ad tertium* duorum dumtaxat simplicium Votorum Summo Pontifici reservatorum mentionem facit, *Continentiæ, & Peregrinationis Terræ Sanctæ*; idcirco autem duorum prædictorum tantùm Sanctum Doctorem mentionem feciſſe putandum est, quia suo forsan tempore illa duo solùm reservata Sanctæ Sedi fuerant. Crevit postea simplicium Votorum numerus, quæ Pontifici sunt reservata; ea autem, sicut unicuique probe notum est, Vota sunt Religionem ingrediendi, perpetuam continentiam servandi, peregrinationis ad Sanctam Urbem Jerusalem, ad Sanctuarium Sancti Jacobi de Compostella, item ad Urbem Romam visitandi gratiâ Basilicas Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli; sive id ex consuetudine ortum sit, sive ex subsequenti Canonica dispositione Sixti P. IV. registrata in cap. *Et si Dominici cap. 5. de pœnit. & remiss. inter Extravagant. communes.* Alii sunt, qui inter Vota Summo Pontifici reservata, Votum adjungunt visitationis Sanctæ Domus Lauretanæ; verùm hujusce rei nulla probatio occurrit. Alii denique in hac Classe omnia perpetua Vota reponunt; id quod errori locum præbere potest, nisi aliquid addatur; Propositio enim intelligi debet de solo Voto perpetuo, quo quis Episcopatum acceptans, obligationem suscipit animarum sibi commissarum curam retinendi, juxtà Responsum Innocentii III. *in cap. nisi cum pridem, de renuntiatione*, ac probatiorum Theologorum Doctrinam, quemadmodum apud Sylvium *in* 2. 2. *D. Thom. quæst.* 8. *art.* 12. *concl.* 2. videre est.

De Votis juramento confirmatis.

§. 43. Super eo, quod hactenus dictum est, nulla, quod sciamus, extitit Controversia. Controversia autem, quæ aliàs excitata est, ea fuit, num videlicet Pœnitentiarius, qui facultatem absolvendi a Votis simplicibus habet, etiam de quinque Sedi Apostolicæ reservatis loquendo, possit hac auctoritate uti, quando Vota juramento confirmata sunt. Quod quidem alii eum posse crediderunt, docente S. Thoma 2. 2. *quæst.* 89. *art.* 8. arctius esse vinculum Voti, quàm juramenti, ac proinde, cum Pœnitentiarius auctoritatem habeat absolvendi a Voto, dici debere, eumdem habere etiam auctoritatem absolvendi a Voto per juramentum confirmato. Alii autem contra senserunt; quia, cùm in Voto per juramentum confirmato, duo diversa vincula insint, alterum, quod oritur ex Voto, alterum quod ex juramento; qui habet auctoritatem solvendi unum, non habet item auctoritatem alterius dissolvendi, nisi individualiter eidem concedatur; cujus rei argumentum desumitur ex eo, quod qui per vim coactus Votum fecit, non tenetur illud adimplere; verumtamen ad idem implendum obligatur, si ipsum juramento confir-

ceduto, certa cosa si è, che ne' tempi susseguenti altro non è stato loro accordato, che l'autorità di commutare, dispensando, in altre opere pie, tutti i Voti semplici, anche riservati alla Sede Apostolica.

§. 41. Che è lo stesso, che dire, non poter essi dispensare ne' Voti solenni di Castità, Povertà, ed Obbedienza, solennizzati colla Professione Religiosa, o col ricevimento dell'Ordine Sacro, essendo questi i soli Voti solenni; ed essendo tutti gli altri Voti, Voti semplici, ancorchè fatti pubblicamente; secondo la Decretale di Bonifazio VIII. *cap. unic. de Voto, & Voti redemptione, in sexto*, ed il comune sentimento degli Autori *appresso il Pontas, in verb.* Votum, *in princip.*: Potere per lo contrario commutare, dispensando, in altre opere pie tutti gli altri semplici Voti, benchè riservati alla Santa Sede.

§. 42. S. Tommaso 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 12. *ad tertium*, non fa menzione che di due Voti semplici riservati al Papa, *Continentiæ, & Peregrinationis Terræ Sanctæ*; e dei predetti due soli il Santo avrà fatta menzione, perchè nel suo tempo quei due soli saranno stati i riservati alla Santa Sede. E' dipoi cresciuto il numero de' semplici Voti riservati al Papa, che, come ognuno ben sa, sono i Voti d'entrare in Religione, di perpetua Continenza, di Pellegrinaggio a Gerusalemme, al Santuario di S. Giacomo di Galizia, ed a Roma per visitare le Basiliche de' Santi Apostoli Pietro, e Paolo: o ciò provenga dalla consuetudine, o pure anche dalla susseguente Canonica disposizione registrata *nel Cap. Etsi Dominici* di Sisto IV. *cap. 5. de Pœnitentiis & Remissionibus, inter Extravagantes communes.* Altri fra i Voti riservati al Sommo Pontefice aggiungono quello di visitare la Santa Casa di Loreto; ma di ciò non v'è prova veruna. Altri finalmente in questa classe pongono tutti i Voti perpetui, il che può cagionare equivoco, se non vi si aggiunge qualche cosa; dovendosi la proposizione intendere del solo Voto perpetuo, con cui uno, accettando il Vescovado, s'obbliga a ritenere la Cura delle anime a lui commesse, secondo la risposta d'Innocenzo III. *in cap. Nisi cum pridem, de renuntiatione*, e la dottrina de' più accreditati Teologi, come può vedersi nel Silvio *in* 2. 2. *D. Thomæ quæst.* 8. *art.* 12. *concl.* 2.

De' Voti confermati con giuramento.

§. 43. Sopra il detto fin qui, non v'è stata, che sappiamo, veruna controversia. La controversia, che altre volte si è eccitata, è stata, se il Penitenziere, che ha la facoltà d'assolvere dai Voti semplici, parlando anche dei cinque riservati alla Sede Apostolica, possa prevalersi di quest'autorità, quando i Voti sono stati confermati con giuramento. In essa alcuni hanno creduto di sì; insegnando S. Tommaso 2. 2. *quæst.* 89. *art.* 8., che è più stretto il legame del Voto, che quello del giuramento; e che però avendo il Penitenziere l'autorità d'assolvere dal Voto, dee dirsi, che l'abbia ancora d'assolvere dal Voto confermato con giuramento. Altri poi hanno creduto di nò; perchè nel Voto confermato con giuramento, essendovi due legami diversi, uno che nasce dal Voto, l'altro dal giuramento, chi ha l'autorità di disciorne uno, non ha l'autorità di sciorre l'altro, se non gli è individualmente conceduta; del che è una forte congettura il vedere, che chi per forza ha fatto un Voto, non è obbligato ad adempirlo; essendo però obbligato ad adempirlo, se lo ha confermato con giuramento; ed altresì il vedere, che chi ha promesso

confirmaverit; similique ratione, si quis promisit solvere usuras, non tenetur eas solvere, cùm tamen ad earum solutionem adstringatur, si promissionem juramento confirmaverit, juxta Decretalem: *Debitores, de Jure jurando.*

§. 44. Eorum Auctorum nomina, qui tam pro una, quam pro altera stant opinione, videri possunt in Leandro *part.* 1. *Tract.* 5. *de Sacramento Pœnitentiæ disputat.* 14. *quæst.* 101. Azorius porro *Institut. moral. tom.* 1. *lib.* 11. *cap.* 10. *quæst.* 2. utriusque opinionis fundamenta refert, atque ad extremum illi adhæret, quæ habenti auctoritatem absolvendi a Votis, potestatem denegat id faciendi, tum cum Vota juramento confirmata sunt. P. Sirus *de Facult. Minor. Pœnitent. par.* 1. *cap.* 6. *dub.* 4. Facultatem ad commutanda Vota concessam, Vota etiam Jurejurando confirmata comprehendere affirmat. Nos autem ad omnem controversiam removendam, inter Facultates Pœnitentiariis Minoribus pro Anno Sancto concessas, §. 8. hujusce Constitutionis nostræ, illam etiam auctoritatem dedimus, non solùm ut possent Vota simplicia, etiam Sanctæ Sedi reservata, in alia pia Opera, dispensando, commutare; verùm & illud adjecimus, ut id ipsum circa illa Vota facere possent, quæ Jurejurando confirmata sunt: *Omnia, & singula simplicia Vota etiam Sedi Apostolicæ reservata, etiam jurata, commutare, dispensando, possint in alia pia opera;* quod quidem a Nobis etiam in citata Constitutione: *Pastor bonus*, super Facultatibus Cardinalis Majoris Pœnitentiarii, factum est, in qua agendo de auctoritate, quæ ipsi concedebatur, Vota simplicia Sanctæ Sedi reservata in alia pia Opera, dispensando, commutandi, verba, quæ sequuntur, adjecimus: *tametsi privato juramento confirmata.* Pro exemplo nobis fuit circa præmissa, id quod a Prædecessore nostro Gregorio Papa XIII. erga PP. Societatis Jesu præstitum fuit. Horum Confessariis Ordinariis ab eorumdem Superioribus deputatis, & ab Ordinariis approbatis Paulus III. Facultatem commutandi Vota concesserat, iis exceptis, quæ Sanctæ Sedi reservata erant; cum vero dubitatum esset, num prædicta Facultas Vota comprehenderet juramento confirmata; Gregorius XIII., salvâ Pauli III. exceptione, auctoritatem etiam ad Vota jurata extendit, sicut in Compendio Privilegiorum eorumdem *in verb. Commutatio §.* 1. videre est.

De commutatione Votorum.

§. 45. Operæ pretium est hìc animadvertere, quod Facultates, de quibus hactenus pertractatum est, non sunt Facultates commutandi simpliciter, & absolute, verùm *commutandi dispensando;* cum commutatio, & dispensatio, res inter se diversæ sint. Nam Dispensatio obligationem Voti tollit, sine ulla alia subrogatione; at simplici commutatione non extinguitur obligatio Voti, verùm materia Voti transfertur in aliam materiam, quæ ipsi subrogatur. Pater Sirus in suo Opere superiùs allegato *part.* 1. *cap.* 6. *dub.* 2. observat, totum id, quod Pœnitentiario Facultatis attribuitur, in commutatione mixta cum aliqua dispensatione consistere; quodque, sicut sola ac simplex commutatio subrogationem exigeret in materiam majorem, aut saltem æqualem, sic commutatio mixta cum dispensatione, capax est alicujus moderatæ inæqualitatis inter materiam Voti, & materiam subrogatam: *Ut principale*, scribit præfatus Auctor, *ponitur* COMMUTARE, *& ut accessorium jungitur* DISPENSANDO, *ita ut esse debeat essentialiter commutatio, quæ de sui natura est in majus, vel in æquale, & per accessoriam dispensationem a rigore naturæ suæ*

di pagare le usure, non è obligato a pagarle; restando però obligato al pagamento, se l'ha confermato col giuramento, giusta la Decretale: *Debitores, de Jure jurando.*

§. 44. I nomi degli Autori favorevòli o all' una, o all'altra opinione, possono vedersi nel Leandro *part.* 1. *Tract.* 5. *de Sacramento Pœnitentiæ disputat.* 14. *quæst.* 101. L'Azorio poi *Instit. moral. tom.* 1. *lib.* 11. *cap.* 10. *quæst.* 2. riferisce i fondamenti dell'una, e dell'altra opinione, aderendo in ultimo a quella, che nega a chi ha l'autorità d'assolvere dai Voti, il poter ciò fare, quando sono confermati con giuramento. Il P. Siro *de Facultatibus Minorum Pœnitentiariorum part.* 1. *cap.* 6. *dub.* 4. vuole, che la Facoltà data per commutare i Voti, comprenda ancora i Voti giurati. E Noi, per torre ogni controversia, fra le Facoltà date ai Minori Penitenzieri nell'Anno Santo al §. 8. di questa nostra Costituzione, non solo abbiamo loro data quella di poter commutare, dispensando, in altre opere pie tutti i Voti semplici, anche riservati alla Santa Sede, ma vi abbiamo aggiunto, che lo possono fare, ancorchè siano confermati con giuramento: *Omnia, & singula simplicia Vota, etiam Sedi Apostolicæ reservata, etiam jurata, commutare, dispensando, possint in alia pia opera*: il che anche fu fatto da Noi nella citata nostra Costituzione: *Pastor bonus*, sopra le Facoltà del Cardinale Maggior Penitenziere; in cui, trattando dell'autorità, che se gli dava, di commutare, dispensando, in altre opere di pietà i Voti semplici riservati alla Santa Sede, aggiungemmo le seguenti parole: *tametsi privato juramento confirmata.* Ci è servito nel fare tutto ciò d'esempio il fatto di Gregorio XIII. coi Padri della Compagnia di Gesù. Il Pontefice Paolo III. aveva conceduto ai loro Confessori ordinarj, deputati dai loro Superiori, ed approvati dagli Ordinarj, la Facoltà di commutare i Voti, eccettuati quelli riservati alla Santa Sede. Essendosi dubitato, se la detta Facoltà comprendesse i Voti giurati; Gregorio XIII., salva l'eccezione di Paolo III., estese l'autorità anche ai Voti giurati, come può vedersi nel Compendio de' loro Privilegj *in verb. Commutatio §.* 1.

Della commutazione de' Voti.

§. 45. Degno di considerazione si è, che le Facoltà, delle quali sin'ora si è trattato, non sono Facoltà di commutare semplicemente ed assolutamente, ma di *commutare dispensando*; essendo cose fra di loro diverse la commutazione, e la dispensa; togliendo la dispensa l'obbligo del Voto, senza verun'altra surrogazione; e non estinguendosi l'obbligazione del Voto colla semplice commutazione, ma trasferendosi la materia del Voto in un'altra materia, che ad essa si surroga. Il Padre Siro nella sua Opera di sopra allegata *part.* 1. *cap.* 6. *dub.* 2. osserva, che quanto si dà al Penitenziere, consiste in una commutazione mista con qualche dispensa; e che siccome la sola e semplice commutazione esigerebbe la surrogazione in una materia maggiore, o almeno uguale; così la commutazione mista colla dispensa, è capace di qualche moderata disuguaglianza fra la materia del Voto, e la materia surrogata: *Ut principale*, scrive il detto Autore, *ponitur* COMMUTARE, *& ut accessorium jungitur* DISPENSANDO, *ita ut esse debeat essentialiter commutatio, quæ de sui natura est in majus, vel in æquale, & per accessoriam dispensationem a rigore naturæ*

aliquantisper recedat : ergo moderata, & non exorbitans, debet esse inæqualitas materiæ subrogatæ in commutatione Voti, cùm accessoria dispensatio sequi debeat naturam sui principalis, scilicet commutationis, ejus naturam non multum immutando; ne quod accessoriè ponitur, locum habeat principalis, nempe plus dispensando, quàm commutando, quod esset contra intentionem Pontificis, qui facultatem dat Pœnitentiario, ut possit dispensando commutare, non commutando dispensare.

§. 46. Permultum ad rem, de qua agimus, duo illa faciunt exempla, quorum alterum Pontificis est Alexandri III. in sua Decretali : *Venientis, de Voto*, in qua valde gravibus de causis Clericum dispensat, qui Voto se obstrinxerat Hierosolymam proficiscendi ad Christi Domini Sepulchrum invisendum; Votum tamen in Eleemosynas commutans, eique injungens, ut per totum vitæ suæ tempus propriis sumptibus *tam in victu, quàm in vestitu* pauperem aleret, dummodo tamen ejus facultates ad onus hoc ferendum non impares essent. Alterum vero est Innocentii III. in Decretali : *Magnæ, eod. Tit.* in qua Episcopum Trœcensem ab adimplendo Voto dispensat, quod, licet improvide, fecerat item Hierosolymam se conferendi, eidem injungens, *ut omnes expensas, quas fuerat in eundo, morando, & redeundo facturus, alicui Religioso committat in necessarios usus Terræ illius*, ideſt Terræ Sanctæ, *sine diminutione qualibet transferendas*; tum autem labori, quem in itinere sustinere debuisset, aliorum laborum augmentum subrogans, quos ut pro servitio gregis sui susciperet mandavit : *Labores etiam laboribus recompenset, sollicitiùs instando vigiliis, devotiùs vacans orationibus, & jejuniis fortiùs se exercens, ac super grege suo vigilans sollicitudine Pastorali.*

§. 47. Verba illa, quæ non simplicem tantùm commutationem, verùm *commutationem cum dispensatione conjunctam* indicant, non solùm ad bonam regulam super dispensatione, & commutatione Votorum in alia pia Opera, utilia sunt; sed etiam difficultati, quæ oriri poterat, quæque aliàs inter Auctores exorta est, occasionem præcludunt; quæ quidem difficultas ex eo originem habuit, quod vel solum verbum *commutatio*, vel solum verbum *dispensatio* adhibitum sit; cùm alii quidem contenderent, quod potestas commutandi Vota non ferat secum potestatem super ipsis dispensandi, cum commutatio, ac dispensatio sint actus, quemadmodum dictum est, omnino distincti; alii vero docerent, quod nec ex facultate quidem concessa super Votis dispensandi, alia commutandi potestas deduci possit; cùm de potestate delegata agatur, quæ semper intrà præcisos limites in litteris Delegationis præscriptos restringi debet. Ita cum aliis multis Pignatellus *in suo Tractatu de Anno Sancto cap. 19. dub. 2. & 3.* ratiocinatur. Neque tandem defuere, qui de Anno Sancto agentes, docuerunt, concessam intelligi Facultatem commutandi, ac dispensandi in Votis, etiamsi neutra expressa foret. Verùm hujusmodi opiniones communiter reprobatæ ac rejectæ sunt, quemadmodum apud P. Viva *de Jubilæo quæst. 12. art. 1. num. 2.* & apud Constantinum *de Jubilæo Anni Sancti par. 3. cap. 1. §.* Potrebbe, *cum multis aliis seqq.* videre est. Quibus etiam præclusa opportunè via est per nominata sæpius a Nobis verba *commutare dispensando* in supradicto *§. 8. ac sequentibus* insertas.

suæ aliquantisper recedat : ergo moderata, & non exorbitans, debet esse inæqualitas materiæ subrogatæ in commutatione Voti, cùm accessoria dispensatio sequi debeat naturam sui principalis, scilicet commutationis, ejus naturam non multum immutando; ne quod accessoriè ponitur, locum habeat principalis, nempe plus dispensando, quàm commutando, quod esset contra intentionem Pontificis, qui Facultatem dat Pœnitentiario, ut possit dispensando commutare, non commutando dispensare.

§. 46. Molto a proposito sono i due esempj, uno del Pontefice Alessandro III. nella sua Decretale : *Venientis, de Voto*, in cui dispensa per cause assai rilevanti un Chierico, che aveva fatto Voto di portarsi a Gerusalemme a visitare il Sepolcro del Signore, commutando però il Voto in limosine, ed ingiungendogli, che in tutto il tempo della sua vita mantenesse a spese proprie *tam in victu, quàm in vestitu* un poverello, purchè però le sue facoltà fossero in grado di poter sostenere questo peso. L'altro è d'Innocenzo III. nella Decretale : *Magnæ, eod. Tit.* in cui dispensa il Vescovo Trecense dall'adempimento d'un Voto fatto, benchè improvidamente, di portarsi pure a Gerusalemme, ingiungendogli, *ut omnes expensas, quas fuerat in eundo, morando, & redeundo facturus, alicui Religioso committat, in necessarios usus Terræ illius*, cioè di Terra Santa, *sine diminutione qualibet transferendas*; e surrogando alla fatica, che avrebbe fatta pel viaggio, l'accrescimento d'altre fatiche, che gl'imposse di fare per servizio del suo Gregge : *Labores etiam laboribus recompenset, sollicitiùs instando vigiliis, devotiùs vacans orationibus, & jejuniis fortiùs se exercens, ac super Grege suo vigilans sollicitudine Pastorali.*

§. 47. Le parole, che indicano, non una semplice commutazione, ma una *commutazione unita colla dispensa*, non solo servono per ben regolare le dispense, e commutazioni de' Voti in altre opere pie, ma levano il corso ad una difficoltà, che poteva insorgere, ed altre volte è insorta fra gli Autori, e cagionata dall'essere stata adoperata la sola parola *commutazione*, o pure la sola parola *dispensa*; sostenendo alcuni, che la potestà di commutare i Voti non porta seco la podestà di dispensare in essi, essendo, come già si è detto, atti in tutto distinti, commutazione, e dispensa; insegnando altri, che nemmeno dalla Facoltà data di dispensare ne' Voti si possa dedurre la podestà di commutarli, trattandosi di podestà delegata, che deve esser sempre ristretta dentro i precisi confini della lettera della delegazione. Così con molti altri va discorrendo il Pignatello *nel suo Trattato dell'Anno Santo cap. 19. dub. 2. e dub. 3.* Trattando pure dell'Anno Santo, non è mancato chi ha scritto, intendersi data la Facoltà di commutare, e di dispensare ne' Voti, ancorchè nè l'una, nè l'altra si fossero espresse. Ma queste sono opinioni communemente riprovate, come può vedersi nel Viva *de Jubilæo quæst. 12. art. 1. num. 2.*, e nel Costantini *del Giubbileo dell'Anno Santo part. 3. cap. 1. §.* Potrebbe, *con molti altri ſgg.* Ed a queste pure si leva il corso coll'aver inserito nel sopradetto §. 8., e ne' seguenti, circa le Facoltà date ai Penitenzieri sopra i Voti, le più volte nominate parole, *commutare, dispensando.*

§. IV.

De Facultatibus super Dispensationibus, *quæ continentur in Constitutione* : Convocatis.

De Facultate dispensandi super Irregularitate etiam cum Clericis in Minoribus Ordinibus constitutis.

§. 48. QUi aliquâ Canonici Juris, ac Moralis Theologiæ vel mediocri cognitione imbutus est, duas hasce controversias procul dubio non ignoraverit; quarum una est, num sub nomine Censuræ comprehendatur Irregularitas, quæ oritur ex delicto; altera verò, utrum qui censuram incurrit, ideſt aut excommunicationem, aut suspensionem, aut interdictum, cum sit in Minoribus Ordinibus constitutus, susceptos Ordines solemniter exercens, incurrat irregularitatem. Oritur prima quæstio ex intelligentia Decretalis : *Quærenti, de verbor. significat.*, ubi interrogatus Summus Pontifex, quid sub censuræ nomine comprehendatur, respondit, quod comprehenditur interdictum, suspensio, & excommunicatio; quo non obstante, Gonzalez *in Commentar. ad dict. textum* contendit, quod sub nomine censuræ etiam irregularitas ex delicto comprehendatur. Contrariam tamen sententiam tuentur Suarez, Molina, Trullengus, Filliucius, Reginaldus, aliique complures. Altera verò controversia oritur ex Decretalibus, quæ leguntur sub Tit. *de Clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante*, in quibus etiamsi legatur, quod qui ligatus excommunicatione minori celebrat, graviter peccat, sed non incurrit irregularitatem; quæ tamen incurritur ab eo, qui excommunicatione majori ligatus, Sacerdos cum sit, celebrat, vel in ordine Subdiaconatus, vel Diaconatus constitutus, Subdiaconi, aut Diaconi functiones exercet, dummodo sciat, se incurrisse in censuram, aut non ignoret ignorantiâ crassâ, supinâ, aut erroneâ; nulla tamen ex iis est, quæ de Clerico excommunicatione majori excommunicato, non in Sacris Ordinibus, sed in Minoribus constituto, loquatur, & quæ eum irregularem declaret, si susceptos Ordines solemniter exercet. Navarrus, Avila, cum aliis multis ejus sententiæ sunt, quod in prædicto casu Irregularitas non incurratur. Contra verò Pirhing. *ad lib. 5. Decretal. tit. 27. §. 6.*, Anacletus *ad eundem titulum Decretal. num. 21. & 22.*, & Fagnanus, *in cap.* Si quis Presbyter *a num. 2. usque ad fin. de Clerico excommunicato ministrante*, eundem Irregularitatem incurrere affirmant; atque hic quidem postremus, talem esse Pœnitentiariæ, & Congregationis Concilii sententiam adjungit.

§. 49. Ex hisce controversiis dubia duo exoriri poterant : primum, utrum cum Pœnitentiariis *n.* IV. Facultas absolvendi *a quibuscumque sententiis excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis censuris* attributa sit, concessa etiam ipsis intelligeretur auctoritas absolvendi *in occultis*, & quod ad forum conscientiæ, ab irregularitatibus *ex delicto* contractis, exceptâ tamen illâ semper, quæ provenit ex homicidio voluntario; quoniam juxta quorumdam opinionem irregularitates *ex delicto* sub Censuræ nomine comprehenduntur. Alterum autem, num, cum data esset minoribus Pœnitentiariis Facultas absolvendi Sacerdotes, & alios in Sacris Ordinibus constitutos, ab irregularitate contracta *ob violationem censurarum*, pro illis etiam data intelligeretur, qui sunt in minoribus Ordinibus constituti.

§. 50. Gonzalez in Commentariis ad citatam Decretalem *Quærenti, de verbor. significat.* licet opinionis eorum assecla sit, qui sub Censuræ nomine irregularitatem ex delicto comprehendi

§. IV.

Delle Facoltà sopra le Dispense, *contenute nella Costituzione* : Convocatis.

Delle Facoltà di dispensare sopra l'Irregolarità, anche ai Chierici d'Ordini Minori.

§. 48. CHi ha qualche tintura del Diritto Canonico, e della Morale Teologia, sarà senza dubbio informato delle due controversie; una, se sotto nome di censura si comprenda l'irregolarità, che nasce dal delitto; l'altra, se chi ha incorsa la censura, cioè o la scomunica, o la sospensione, o l'interdetto, essendo costituito negli Ordini Minori, solennemente esercitando gli Ordini ricevuti, incorra l'irregolarità. Nasce la prima questione dalla intelligenza della Decretale : *Quærenti, de verbor. significat.*, ove interrogato il Sommo Pontefice, cosa si comprenda sotto il nome di censura, risponde, che si comprende l'interdetto, la sospensione, e la scomunica; il che non ostante, il Gonzalez *in Commentar. ad dictum textum* sostiene, che sotto nome di censura si comprende ancora l'irregolarità *ex delicto*; essendo però di sentimento contrario il Suarez, il Molina, il Trullengo, il Figliuccio, il Reginaldo, e molti altri. Nasce poi la seconda controversia dalle Decretali registrate sotto il Titolo *de Clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante*; nelle quali benchè si legga, che chi celebra legato di scomunica minore, gravemente pecca, ma non incorre irregolarità; che però s'incorre da chi è legato di scomunica maggiore, ed essendo Sacerdote celebra, o costituito nell'ordine del Suddiaconato, o Diaconato, fa le funzioni di Subdiacono, o di Diacono, purchè sappia d'essere incorso nella censura, o non l'ignori con ignoranza crassa, supina, o erronea; non ve n'è però veruna, che parli del Chierico scomunicato di scomunica maggiore, non costituito negli Ordini Sacri, ma negli Ordini minori, che lo dichiari irregolare, se solennemente esercita gli Ordini ricevuti. Il Navarro, l'Avila, e molti altri sono di sentimento, che nel detto caso non s'incorra irregolarità. Per lo contrario il Pirhing. *ad lib. 5. Decretal. tit. 27. §. 6.*, l'Anacleto *ad eumdem titulum Decretal. num. 21. & 22.*, ed il Fagnano *in cap.* Si quis Presbyter *a num. 2. usque ad fin. de Clerico excommunicato ministrante*, vogliono, che incorra l'irregolarità; e quest'ultimo aggiugne, che questo è il sentimento della Penitenziaria, e della Congregazione del Concilio.

§. 49. Da queste controversie potevano originarsi due dubbj : il primo, se, essendosi data ai Penitenzieri nel *n.* IV. la Facoltà d'assolvere *a quibuscumque sententiis excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis censuris*, s'intendesse data ad essi anche l'autorità d'assolvere *in occultis*, e pel foro della coscienza, dalle irregolarità contratte *ex delicto*, eccettuata però sempre quella, che proviene dall'omicidio volontario; giacchè, secondo l'opinione d'alcuni, le irregolarità *ex delicto* si comprendono sotto il nome di Censura. Il secondo, se essendosi data ai Penitenzieri minori la Facoltà d'assolvere i Sacerdoti e gli altri costituiti negli Ordini Sacri dall'irregolarità contratta *ob violationem censurarum*, s'intendesse anche data per quelli, che sono costituiti negli Ordini minori.

§. 50. Il Gonzalez ne' Commenti alla citata Decretale *Quærenti, de verbor. significat.*, benchè sia seguace dell'opinione di quelli, che vogliono, comprendersi l'irregolarità *ex*

hendi

delicto,

hendi volunt; attamen proteſtatur, quod ſi per Jubilæum Facultas datur abſolvendi ab omnibus cenſuris, non illa intelligitur conceſſa abſolvendi ab irregularitate *ex delicto*, quum hæc ſpeciali mentione digna ſit, & difficiliùs remitti conſueverit. Ad omnes haſce diſputationes evitandas, duæ claſſes conſtitutæ ſunt, altera Cenſurarum, altera Irregularitatum. In priori verbum *abſolutionis* adhibitum eſt, in poſteriori vox *diſpenſatio*, cum hæc propria loquendi forma ſit ex Sacro Concilio Tridentino deſumpta *ſeſſ. 24. cap. 6. de Reform.* Ex quo quidem ſatis manifeſtum ſit, quod, quidquid ſit de ea controverſia, num ſub nomine cenſuræ irregularitas *ex delicto* comprehendatur, cum Nos cenſuras ab irregularitate ſeparaverimus, cumque, reſpectu irregularitatis, Pœnitentiariis minoribus non niſi Facultatem dederimus diſpenſandi ab irregularitate *ob violationem cenſurarum*, idque per vocem *dumtaxat*, hinc alia omnis irregularitas, ſive ex delicto, ſive ex defectu, excluditur. Et quamquam ibi non niſi Sacerdotes, & in Sacris Ordinibus conſtituti nominentur; unuſquiſque tamen per ſe ſatis intelligere poteſt, ſi, eo conceſſo, quod eſt majus, conceſſum intelligitur quod minus eſt, nequaquam vetitum eſſe Pœnitentiariis, quibus data eſt facultas diſpenſandi cum Sacerdotibus aut in Sacris Ordinibus conſtitutis, ſuper occulta irregularitate *ob violationem cenſurarum* contracta, quò minus eâdem facultate utantur cum Clericis, qui in minoribus Ordinibus ſunt conſtituti.

delicto, ſotto nome di Cenſura, ſi proteſta però, che, ſe nel Giubbileo ſi dà la Facoltà d'aſſolvere da tutte le cenſure, non s'intende data quella d' aſſolvere dall' irregolarità *ex delicto*, eſſendo queſta una coſa degna di ſpeciale menzione, e più difficile da eſſer proſciolta. Per uſcire da tutte queſte diſpute, ſi ſono fatte due claſſi, una delle cenſure, e l'altra delle irregolarità; nella prima ſi è adoprata la parola *aſſoluzione*; nella ſeconda ſi è adoprata la parola *diſpenſa*: eſſendo queſto il linguaggio proprio ricavato dal Sacro Concilio di Trento *Seſſ. 24. cap. 6. de Reform.* Il che dà abbaſtanza a divedere, che, ciò che ſiaſi delle diſpute, ſe ſotto nome di cenſura ſi comprenda l'irregolarità *ex delicto*, avendo Noi ſeparate le cenſure dall'irregolarità, e riſpetto all'irregolarità non avendo dato ai Penitenzieri minori, che le Facoltà di diſpenſare dall'irregolarità *ob violationem cenſurarum*, colla parola *dumtaxat*, ciò eſclude ogni altra irregolarità o per altro delitto, o per difetto. E benchè ivi non ſiano nominati, che i Sacerdoti, ed i coſtituiti degli Ordini Sacri, ciaſcheduno però può abbaſtanza conoſcere, che, ſe, conceſſo il più, s'intende conceſſo il meno, non reſta vietato ai Penitenzieri, a cui ſi dà l'autorità di diſpenſare ſopra l'irregolarità contratta *ob violationem cenſurarum* co' Sacerdoti o coſtituiti negli Ordini Sacri, purchè ſia occulta, il ſervirſi della ſteſſa autorità, co'Chierici coſtituiti negli Ordini minori.

De aliis Facultatibus diſpenſandi.

§. 51. Sequuntur aliæ Facultates diſpenſandi in foro conſcientiæ, & in caſibus occultis, quæ minoribus Pœnitentiariis occaſione Jubilæi conceduntur. Quod verò ad haſce pertinet, nihil aliud hic inculcandum eſt, niſi ut ab eiſdem attentè conſideretur, quàm ipſis, & quibus terminis concluſam concedatur, ne de miniſterio ſuo in præjudicium animarum ſuorum Pœnitentium malè geſto ante Dei Tribunal rei fiant.

Delle altre Facoltà di diſpenſare.

§. 51. Proſieguono le altre Facoltà di diſpenſare pel foro della coſcienza, e ne' caſi occulti, che ſi danno ai Penitenzieri minori nell' occaſione del Giubbileo: ed in ordine a queſte non v'è altro da inculcare, ſe non che da eſſi attentamente ſi conſideri, quanto, ed in quali termini vien loro conceduto, per non renderſi rei nel Tribunale di Dio di non aver bene uſato il loro miniſtero, in pregiudizio delle anime de'penitenti.

De diſpenſatione, & commutatione Viſitationum injunctarum quatuor Baſilicarum.

§. 52. Facilè evenire poteſt, ut Advenæ, qui conſequendi causâ Indulgentiam Anni Sancti ſeſe Romam contulerunt, ſive ob magnam paupertatem, ſive alia urgenti de cauſa, tamdiu morari non poſſint, ut quindecim viſitationum Baſilicarum numerum compleant; quemadmodum fieri etiam poteſt, ut Romani, aut alii Urbis incolæ, ſive ob morbum, ſive ob aliud legitimum impedimentum, eaſdem Baſilicas per vices triginta viſitare non poſſint. Hac de cauſa *n.* XX. Conſtitutionis Noſtræ noviſſimè indicatæ, Pœnitentiariis minoribus auctoritas eſt attributa, quo ad Advenas, quindecim viſitationes Baſilicarum ad tres ſaltem reducendi, aut viſitationes ipſas in alia pia opera commutandi; quo autem ad Romanos, cæteroſque Urbis incolas, ſequenti *n.* XXI. conceſſa ipſis auctoritas eſt triginta viſitationes in alia pia opera commutandi, quæ ab impeditis adimpleri poſſint, ipſorum Pœnitentiariorum conſcientiam onerando, ne prædictis Facultatibus abutantur.

§. 53. Hujuſmodi autem auctoritas tum quo ad Romanos, tum quo ad Advenas, ad viſitationes Baſilicarum reſtringitur, ac proinde ad alia opera injuncta nec poteſt, nec debet extendi; exempli gratiâ ad Confeſſionem, ad Communionem, aut etiam ad preces, quæ a Baſilicarum viſitatione ſeparari poſſunt. Quapropter controverſiæ illi, ac diſputationi, quæ inter Doctores habetur, non eſt amplius locus, num videlicet in Jubilæis, injuncta Confeſſionis, & Communionis opera etiam quoad perſonas ſacræ Communionis capaces, in alia pia opera commutari poſſint. De hac

Della diſpenſa, e commutazione delle Viſite ingiunte delle quattro Baſiliche.

§. 52. Facile da ſuccedere è il caſo, che i Foraſtieri venuti a Roma per conſeguire l'Indulgenza dell'Anno Santo, non poſſano, o per la gran povertà, o per altra cauſa urgente, trattenerſi per fare quindici volte la viſita delle Baſiliche; ed anche è facile il caſo de' Romani, ed Abitatori di Roma, che per malattia, o per altro legittimo impedimento, non poſſano viſitare trenta volte le Baſiliche; però nel *n.* XX. dell' ultima accennata noſtra Coſtituzione ſi è dato ai Penitenzieri minori, quanto ai Foraſtieri, l'autorità o di ridurre le quindici viſite delle quattro Baſiliche a tre, o pure il commutare le viſite in altre opere pie; e quanto ai Romani ed Abitatori di Roma, nel ſeguente *n.* XXI. ſi è loro data l'autorità di poter commutare le trenta viſite in altre opere pie, che poſſano dagli impediti adempirſi, incaricando la coſcienza de'Penitenzieri a non abuſarſi delle predette Facoltà.

§. 53. Queſta autorità, e quanto ai Foreſtieri, e quanto ai Romani, è riſtretta alla viſita delle Baſiliche, e però non può, nè deve eſtenderſi alle altre opere ingiunte, per eſempio alla Confeſſione, alla Communione, ed anche alle Orazioni, che poſſono ſepararſi dalla viſita delle Baſiliche. Per lo che ceſſa la controverſia, o ſia la diſputa, che ſi fa dai Dottori, ſe ne' Giubbilei poſſano commutarſi in altre opere pie le opere ingiunte della Confeſſione e Comunione, anche in perſone capaci della ſacra Comunione. Di queſta controverſia trattano il Cardinal de Lugo *Diſput. 27. de Pœnit.*

controversia tractant Cardinalis de Lugo *Disput. 27. de Pœnit. sect. 7. num. 118. tom. 1.*, Leander *de sacram. Pœnit. tract. 5. quæst. 95.*, La Croix *lib. 6. part. 2. de Indulg. num. 1442.* Constantinus in suo de Anno Jubilæi Tractatu *part. 3. cap. 4. pag. 204. & seq.* animadvertit, quod, cum Facultas commutandi ad visitationes Basilicarum restringatur, non solum ea ad commutationem aliorum operum injunctorum, sicut modo innuimus, extendi non potest; verum ulterius quod commutatio ipsa nequaquam fieri debet in alia opera, licet pia, ad quæ pœnitens ex alio titulo esset obligatus. Quæstio sanè inter Scriptores est, utrum quis Indulgentiam consequi possit, opera aliqua faciendo, ad quæ ex alio titulo obligatur. Exempli gratiâ, utrum, cum inter opera injuncta eleemosyna præscripta sit, sufficiat ad consequendam Indulgentiam, pro eleemosyna tantum pauperi dare, quantum quis eidem jam dare teneretur ratione justitiæ; sive posito quòd quis, vigore alicujus Testamenti, aliquid in subsidium pauperum erogare teneretur, an is, hujusmodi faciendo eleemosynam, possit eam habere pro implemento illius, quæ inter opera sibi ad consequendam Indulgentiam injuncta comprehensa foret. Id hac quæstione, sicut in ceteris omnibus, alii affirmant, alii negant; quemadmodum apud Benzonium *de Anno Jubilæi lib. 5. dub. 30.* videre est. Sed illa verior opinio esse videtur, quod acquiri nequeat Indulgentia per opus, ad quod præstandum ex alio titulo quis obligatur, nisi qui Indulgentiam concedit, nominatim dicat, quod per prædictum opus acquiri possit: id enim sæpe contingit, cum inter injuncta opera trium dierum jejunium præscribitur, ac dies nominatim indicando, exempli gratiâ dicitur, quod esse debeant tres dies quatuor temporum Septembris. Ita cum aliis multis Passerinus *de Indulgentiis quæst. 41.* distinguit, cum quo P. Theodorus *de Indulgentiis tom. 1. cap. 10. art. 6.* concordat. Verùm, etiamsi id in ipsis, quas expressimus, rerum circumstantiis locum habeat; non tamen ad præsentem rem nostram applicari potest, in qua de commutatione visitationum Basilicarum in alia pia opera sermo est; cum hæc commutatio non possit fieri in alia pia opera, ad quæ pœnitens ex alio titulo obligaretur. Agitur enim de subrogatione; & cum pro constanti regula habeatur, id quod subrogatur, ejusdem qualitatis, ac naturæ esse debere, cujus est opus ipsum, cui fit subrogatio; sequitur inde, quod, quoniam visitatio Basilicarum non erat opus, ad quod præcepto ullo quis obligaretur, sed novum onus ad consequendam Indulgentiam impositum; ejusdem speciei ac naturæ esse debet etiam opus, quod in locum ipsius subrogatur.

§. 54. Ita sapienter differit Constantinus *loco citato*, qui quidem illud etiam adjungit, nequaquam licitum esse Pœnitentiariis, salvâ eorum conscientiâ, numerum visitationum Basilicarum imminuere, aut in alia pia opera commutare, nisi impedimentum verè adsit, aut moralis impotentia visitationes prædictas faciendi.

§. 55. Universam hanc materiam S. Caroli Borromæi monito absolvamus, quod in suis Instructionibus ad Confessarios §. 16. habetur: ipsa Sancti Cardinalis verba apponimus, quæ quidem ad propositum nostrum, tam quoad Facultates super dispensationibus, quàm quoad eas, quæ commutationes Votorum respiciunt, sufficientia fuissent, nisi diversitas ac multiplicitas sententiarum inter scriptores, rem Nos fusiùs persequi coëgisset: *Confessarius, qui aliquod Privilegium, Facultatem, & Auctoritatem habet illorum Vota commutandi, qui sibi*

sect. 7. num. 118. tom. 1., il Leandro *de Sacram. Pœnit. tract. 5. quæst. 95.*, la Croix *lib. 6. part. 2. de Indulgentiis num. 1442.* Avverte il Costantini nel suo Trattato dell'Anno Santo *par. 3. cap. 4. pag. 204. e seg.*, non solo che, essendo ristretta la Facoltà di commutare alla visita delle Basiliche, non può estendersi alla commutazione delle altre opere ingiunte, come poc'anzi abbiamo accennato; ma in oltre, che non si dee fare la commutazione in altre opere, benchè pie, alle quali il penitente fosse per altro titolo obbligato. Si fa fra gli Scrittori una questione, se possa taluno guadagnare l'Indulgenza, facendo alcune opere, che per altro titolo è obbligato di fare; per esempio, se, fra le opere ingiunte essendo stata annoverata la limosina, basti per conseguir l'Indulgenza il fare la limosina ad un poveretto, dandogli quel tanto, che per titolo di giustizia sarebbe obbligato di dargli; o se, essendo obbligato in vigore d'un Testamento di fare una limosina ai poveretti, facendola, possa valutarla per l'adempimento della limosina annoverata fra le opere ingiunte per conseguire l'Indulgenza. In questa questione, come in tutte le altre, chi risponde di si, e chi risponde di no; come può vedersi appresso il Benzonio *de Anno Jubilæi lib. 5. dub. 30.* Ma la più equa opinione sembra esser quella, non potersi conseguire l'Indulgenza con un'opera, che uno per altro titolo è obbligato di fare, se chi concede l'Indulgenza, espressamente non dice, che possa acquistarsi coll'opera predetta: il che sovente accade, quando fra le opere ingiunte si prescrive il digiuno di tre giorni, ed individuandosi i giorni, dicesi, per esempio, che siano i tre giorni delle Quattro Tempora di Settembre. Così distingue con molti altri il Passerino *de Indulgentiis quæst. 41.* e concorda il Padre Teodoro *de Indulgentiis tom. 1. cap. 10. art. 6.* Ma quand'anche ciò abbia luogo ne'termini espressi, non è però applicabile al caso nostro presente, in cui si discorre della commutazione delle visite delle Basiliche in altre opere pie: non potendo tale commutazione farsi in altre opere pie, che il penitente per altro titolo sarebbe obbligato d'adempire; trattandosi di surrogazione, ed essendo regola già stabilita, che il surrogato debba essere della stessa qualità e natura, di cui è l'opera, a cui si fa la surrogazione: e giacchè la visita delle Basiliche non era opera obbligata da verun precetto, ma un peso nuovo imposto per conseguir l'Indulgenza, di questa specie e natura deve esser ancora l'opera, che in luogo d'essa vien surrogata.

§. 54. Così saviamente discorre il Costantini nel luogo citato, che anche aggiunge, non potersi dai Penitenzieri, salva la loro coscienza, fare la riduzione della visita delle Basiliche a numero minore, o farne la commutazione in altre opere pie, se non concorre un impedimento, o un'impotenza morale di fare la visita predetta.

§. 55. Terminiamo tutta questa materia coll'avvertimento di San Carlo Borromeo nelle sue Istruzioni ai Confessori §. 16. Ecco le parole del Santo, che sarebbero state bastanti pel nostro intento, non meno in ciò, che risguarda la Facoltà sopra le dispense, che l'altra di commutare i Voti, della quale di sopra si è ragionato, se non fossimo stati necessitati dalla varietà, e moltiplicità de'pareri degli Scrittori a dilungarci: *Il Confessore, che ha qualche Privilegio, Facoltà, ed Autorità di commutare li Voti di quelli, che si confessano, non li commuti,*

confitentur, nequaquam illa commutet, niſi in majora alia pia opera, & quæ Deo gratiora ſint, aut ſaltem æqualia, diligentem rationem habens expenſarum, laborum, aliarumque incommoditatum, quas ſuſtinuiſſent, ſi Vota ſua adimpleſſent. Præterea ſi Facultates habent per Jubilæa, aut Privilegia Litteris Apoſtolicis conceſſa, abſolvendi a peccatis licet enormibus, & pœnis, ac cenſuris Eccleſiaſticis, illud tamen advertant, non habere ſe poteſtatem diſpenſandi cum illis, qui in irregularitatem incurrerint, niſi in prædictis Litteris Apoſtolicis expreſſa hujuſce rei mentio fiat.

se non in altre opere pie maggiori e più grate a Dio, o almeno uguali, avendo diligente riſguardo alle ſpeſe, fatiche, ed altre incomodità, che avrebbono patito, ſe aveſſero adempiuti i loro Voti. In oltre, ſe han Facoltà da' Giubbilei, o Privilegj per Lettere Apoſtoliche, di aſſolvere da' peccati benchè enormi, e pene, e cenſure Eccleſiaſtiche, ſiano però avvertiti, che non poſſono diſpenſare con quelli, che ſaranno incorſi in irregolarità, ſalvo ſe nelle dette Lettere Apoſtoliche non ſi fa di queſto eſpreſſa menzione.

§. V.

De Monitis contentis in Conſtitutione Convocatis, *quæ neceſſaria ſunt Pœnitentiariis Minoribus, ut Facultatibus ſibi conceſſis rite utantur.*

Degli Avvertimenti contenuti nella Coſtituzione Convocatis, *neceſſarj per li Penitenzieri Minori, ad effetto di ben ſervirſi delle Facoltà a loro concedute.*

De Sacerdote complici cum pœnitente in peccato contra ſextum Decalogi præceptum.

§. 56. INter Monita, quæ *n.* XXIII. incipiunt, primum pertinet ad Sacerdotem, qui pro audiendis Confeſſionibus approbatus, confeſſionem excipit perſonæ ſecum complicis in peccato turpi & inhoneſto contra ſextum Decalogi præceptum, eamque abſolvit. Alio tempore inter Auctores controverſia erat, utrum hujuſmodi abſolutio valida foret, & communis opinio ſtabat pro ejuſdem validitate, cum nulla eſſet lex, quæ illius invaliditatem induceret. Quæſtio item erat, num abſolutio licita eſſet; atque opinio communis ad licitum propendebat, quoties non minus Pœnitens, quam Confeſſarius commiſſum peccatum abhorrerent, neque novi conſenſus periculum ſubeſſet.

Del Sacerdote complice col penitente nel peccato contra il ſeſto Precetto del Decalogo.

§. 56. FRa gli Avvertimenti, che cominciano al *n.* XXIII. il primo è circa il Sacerdote, che approvato per ricevere le Confeſſioni, confeſſa ed aſſolve la perſona ſeco complice nel peccato turpe e diſoneſto contra il ſeſto precetto del Decalogo. Fra gli Autori una volta queſtionavaſi, ſe queſt'aſſoluzione foſſe valida; e la comune opinione era per la validità, non eſſendovi veruna legge, che ne induceſſe l'invalidità. Queſtionavaſi ancora, ſe l'aſſoluzione foſſe lecita; e la comune opinione inclinava al lecito, quando non meno il Penitente, che il Confeſſore, abboriſſero il peccato commeſſo, e non vi foſſe pericolo di nuovo conſenſo.

§. 57. Epiſcopi animarum ſibi commiſſarum boni regiminis ſtudioſi, conſiderantes, rem hanc, quidquid de ea abſtracte, & in cathedra dici poſſit, in praxi minime bonam, ſed potius pernicioſam eſſe, cœperunt in Synodis ſubtrahere Confeſſariis, licet a ſe approbatis juriſdictionem abſolvendi perſonas ſibi complices in peccato contra ſextum Decalogi præceptum commiſſo. Poſtea vero, cum Deo placuiſſet, Nos ſine noſtro ullo merito ad ſummum Pontificatum evehere, Nobiſcum inſtanter agere non deſtiterunt, ut generali Conſtitutione huic inconvenienti opportuna remedia adhiberemus.

§. 57. Incominciarono i Veſcovi, vegliando pel buon governo delle anime alla loro cura commeſſe, e conſiderando, che, ciò che ſia parlando in aſtratto, ed in cattedra, la coſa in pratica non ſuol eſſer buona, ma piuttoſto perniciosa, a ſottrarre ne' Sinodi la giuriſdizione d'aſſolvere ai Confeſſori, benchè da loro ſteſſi approvati, quando ſi trattava di aſſolvere il complice nel peccato contra il ſeſto precetto del Decalogo. Ed eſſendo di poi piacciuto a Dio, ſenza verun noſtro merito, di ſollevarci al Sommo Pontificato, non laſciarono di farci vigoroſe premure, acciò con una generale Coſtituzione daſſimo riparo all'inconveniente.

§. 58. Facti hujuſce hiſtoria a Nobis in noſtro Tractatu *de Synodo lib. 7. cap. 14.* refertur. Tunc publicata fuit a Nobis Apoſtolica Conſtitutio, quæ incipit: *Sacramentum pœnitentiæ*, 20. *Bull. tom. 16.* in qua quemcumque Confeſſarium omni auctoritate ac juriſdictione abſolvendi perſonam complicem in peccato turpi & inhoneſto contra ſextum Decalogi præceptum privavimus, adeò ut abſolutio ab eodem data nulla atque invalida remaneat, tamquam ab eo data, qui a Nobis juriſdictione ad abſolvendum neceſſaria in eo caſu privatus eſt.

§. 58. La ſtoria di queſto fatto è riferita da Noi nel noſtro Trattato *de Synodo lib. 7. cap. 14.*; ed allora fu, che da Noi fu pubblicata la Coſtituzione, che incomincia: *Sacramentum Pœnitentiæ la* 20. *Bullar. tom. 16.*, nella quale privammo qualunque Confeſſore d' ogni autorità e giuriſdizione d'aſſolvere la perſona complice nel peccato turpe e diſoneſto contra il ſeſto precetto del Decalogo, in tal maniera, che l'aſſoluzione da eſſo data, reſti nulla ed invalida, come data da chi da Noi è privato della giuriſdizione di darla.

§. 59. Caſum articuli mortis, & in quo nullus alius eſſet Sacerdos, qui perſonæ moribundæ confeſſionem audire poſſet, excepimus: exinde vero aliam Conſtitutionem, cujus initium: *Apoſtolici muneris* 120. *Bullar. tom.* 1. publicavimus, in qua explicantes caſum articuli mortis, & in quo nullus alius, præter Sacerdotem complicem, adeſſet, qui pœnitentem perſonam moribundam abſolvere poſſet, adjunximus, quod in dictis circumſtantiis poſſet complex abſolvere, etiamſi alius eſſet Sacerdos, cui tamen ſi moribundus confiteretur, poſſet exinde infamia, aut ſcandalum in Sacerdotis complicis, aut perſonæ pœnitentis præjudicium redundare; dummodo infamia eſſet vera, & ſcandalum

§. 59. Eccettuammo il caſo dell' articolo di morte, ed in cui non vi foſſe altro Sacerdote, che poteſſe confeſſare la perſona moribonda: e ſucceſſivamente pubblicammo un' altra Coſtituzione, che incomincia: *Apoſtolici muneris la* 120. *Bullar. tom. 16.*, nella quale ſpiegando il caſo dell'articolo di morte, ed in cui non vi foſſe altro, che il Sacerdote complice, che poteſſe aſſolvere il penitente moribondo, aggiungemmo, che nelle dette circoſtanze poteſſe il complice aſſolvere, quand'anche vi foſſe un altro Sacerdote, a cui ſe il moribondo ſi confeſſaſſe, da ciò poteſſe derivare infamia, o ſcandalo, in pregiudizio del Sacerdote complice, o della perſona peni-

etiam esset verum, & non Sacerdotis complicis prætextus esset. Huic porrò onus imposuimus omnem diligentiam adhibendi ad infamiam, & scandalum removendum. Præterea non minus Sacerdoti complici, qui vel extra mortis articulum confessionem excipit Pœnitentis, eumque absolvit, vel qui in articulo mortis absolvit, cum alius Sacerdos non desit sive qui, cum alius sit Sacerdos, sibi fingit, quod si Pœnitens illi confiteatur, infamia, aut scandalum inde oriturum sit, & ideo ejus confessionem excipit, atque eum absolvit, Excommunicationis majoris pœna a Nobis in citatis Constitutionibus imposita fuit, cujus absolutionem Nobis solis, ac Successoribus nostris reservavimus.

tente; purchè l'infamia fosse vera, e lo scandalo pure fosse vero, e non fosse un pretesto del Sacerdote complice. A questi in oltre imponemmo il peso di fare tutte le diligenze per rimuovere l'infamia, e lo scandalo; E non meno al Sacerdote complice, che confessa fuori dell'articolo di morte, ed assolve il penitente; o pure l'assolve in articolo di morte, essendovi un altro Sacerdote; o essendovi altro Sacerdote, si figura che confessandosi con esso il penitente, ne nascerebbe infamia o scandalo, e perciò lo confessa, e l'assolve; fu da Noi nelle citate Costituzioni imposta la pena della Scomunica maggiore, l'assoluzione della quale riservammo a Noi soli, ed a i nostri Successori.

§. 60. Cessant itaque per has leges a Nobis editas quæstiones illæ veteres, num absolutio a Sacerdote complice Pœnitenti socio in peccato contra sextum Decalogi præceptum data, valida, an invalida, licita, an illicita sit. Et quia pro tempore citatam nostram Constitutionem: *Sacramentum Pœnitentiæ* condidimus, consideravimus, quod cum occasione Jubilæorum ampla Confessariis Facultas detur excipiendi confessiones, & a quolibet enormi peccato absolvendi, institui quæstio potuisset, num forsan pro tempore Jubilæi restituta esset Confessario complici Facultas socium Pœnitentem absolvendi; in dicta Constitutione declaravimus, quod cum ipse a Nobis jurisdictione complicem absolvendi privatus sit, adeoque ob id tamquam Confessarius legitimus, & approbatus haberi non debeat, hinc est quod in quocumque Jubilæo censendus est in eodem gradu remanere, inhabilitatus nimirum, & exutus auctoritate complicem in peccato turpi, & inhonesto absolvendi. Atque ad hæc respicit primum ex Monitis, de quibus hic agimus.

§. 60. Cessano dunque con queste nostre determinazioni le antiche questioni, se l'assoluzione data dal Sacerdote complice, al Penitente compagno nel peccato contra il sesto precetto del Decalogo, sia valida, o invalida; sia lecita, o illecita. E perchè nel tempo che facemmo la citata nostra Costituzione: *Sacramentum Pœnitentiæ*, considerammo, che dandosi ne' Giubbilei un'ampla Facoltà ai Confessori di confessare, e d'assolvere da qualsivoglia enorme peccato, si sarebbe potuto formar la questione, se si fosse restituita pel tempo del Giubbileo al Confessore complice la Facoltà d'assolvere il Penitente compagno; dichiarammo nella detta Costituzione, che essendo privato da Noi della Giurisdizione d'assolvere il complice, e però non dovendosi avere pel detto effetto come Confessore legittimo ed approvato, dovesse perciò in qualunque Giubbileo restar ne' piedi di prima, e così inabilitato, e privo dell'autorità d'assolvere il complice nel peccato turpe e disonesto. Ed a ciò allude il primo degli Avvertimenti, di cui trattiamo.

De Monitis contentis in §§. 24. 25. & 26.

§. 61. Una cum Monitis Instructio pro Pœnitentiariis prosequitur: In hac vero, generali regulâ præmissâ, qua præscribitur, non posse Pœnitentiarios uti Facultatibus, quæ ipsis per Annum Sanctum conceduntur, nisi cum iis Pœnitentibus, qui serium Jubilæi acquirendi consilium, & propositum habent, & qui ad injuncta opera pro ejusdem consecutione adimplenda parati sunt; ad alia duo puncta stabilienda gradus fit, quorum alterum est, quod non possint ullam aut commutationem, aut dispensationem concedere extra Sacramentalis Confessionis actum, aut extra eas Basilicas, & Ecclesias, in quibus ad audiendas confessiones destinati sunt; alterum, ne intuitu laudabilis propositi, quod Pœnitens habeat adimplendi opera injuncta, ac Jubilæum consequendi, salutarem pœnitentiam eidem in confessione imponere prætermittant.

§. 61. Prosiegue con gli Avvertimenti, l'Istruzione de' Penitenzieri: e premessa una regola generale, in cui viene prescritto non potersi i Penitenzieri prevalere delle Facoltà, che ad essi si concedono nell'Anno Santo, se non con que' Penitenti, che hanno seria intenzione d'acquistare il Giubbileo, e che sono preparati per adempire le opere ingiunte per conseguirlo; si passa a stabilire due punti, uno de' quali si è, che non possono concedere veruna commutazione e dispensa fuori dell'atto della Sacramental Confessione, o fuori di quelle Basiliche, e Chiese, nelle quali sono destinati per confessare; e l'altro, che col pretesto della buona disposizione del Penitente di voler adempire le opere ingiunte, e conseguire il Giubbileo, non tralascino d'imporre nella Confessione la salutare penitenza.

Degl'Avvertimenti contenuti ne' §§. 24. 25. e 26.

Quod Facultatibus concessis uti minime potestas sit, nisi cum iis, qui recipiendi Jubilæum voluntatem habent.

§. 62. Quod ad generalem regulam attinet, satis clara ratione innititur, quod in ea constitum est: etenim si omnes, quæ tribuuntur Facultates, ad Jubilæi consecutionem directæ, ac veluti ipsius præparatio sunt; clare inde consequitur, illarum usui minime locum esse, nisi cum eo, qui & ad consequendum Jubilæum præparatus sit, & certum habeat propositum adimplendi opera ad ejusdem acquisitionem injuncta: *Gratia non conceditur, nisi in ordine ad hunc finem, & per modum præparationis ad effectum Jubilæi; ergo, qui non habet animum implendi, & obtinendi Jubilæum, non potest gaudere Facultate.* Verba sunt Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 6. cap. 16. n. 6.* de commutatione Votorum agentis; qui quidem paulo post quæstionem illam examinans, an scilicet in pristinum redeat vinculum Voti Jubilæi tempore commutati, tum cum Pœnitens, licet quando confessus fuit, ad accipiendum Jubilæum

§. 62. Quanto alla regola generale, lo stabilito in essa, è assai chiaro; imperocchè, se tutte le Facoltà, che si danno, sono ordinate a conseguire il Giubbileo, e sono come una preparazione ad esso; chiara è la conseguenza, cioè non aver luogo l'uso delle medesime, se non con chi è preparato di ricevere il Giubbileo, ed ha l'animo serio di far le opere ingiunte per conseguirlo: *Gratia non conceditur, nisi in ordine ad hunc finem, & per modum præparationis ad effectum Jubilæi; ergo, qui non habet animum implendi, & obtinendi Jubilæum, non potest gaudere Facultate.* Sono parole del Suarez *Tom. 2. de Religione lib. 6. cap. 16. num. 6.*, che tratta della commutazione de' Voti; e poco dopo esaminando il punto, se ritorni in piedi il vincolo del Voto commutato nel tempo del Giubbileo, allorchè il Penitente, benchè, quando si confessò, fosse disposto a prendere il Giubbileo, tralascia dipoi d'adempire le opere

Che le Facoltà concedute non possano usarsi, se non con chi vuol ricevere il Giubbileo.

dispositus ac paratus esset, omittit postea opera ad ejusdem consecutionem injuncta adimplere, de qua re posterius agetur; docet *ibi num.* 11. quod, si in commutatione clarum non ineat pactum injuncta ad Jubilæi consecutionem opera adimplendi, implicitum tamen pactum intercedit: *Dico, licet non probetur pactum explicitum, sufficienter probari implicitum quasi intrinsecè, & ex natura rei, inclusum in tali actione seu ministerio, ut rectè, & fideliter fiat; nec videtur dubium, quin hæc sit præsumpta intentio Pontificis talem Facultatem concedentis.*

Quod prædictis Facultatibus uti non liceat extra actum Confessionis.

S. 63. Verùm, si clarum est id, quod in præmissa regula continetur, non ita tamen dici poterat, ante Declarationem nostram, de priori illa lege, qua Pœnitentiarii astringuntur, ut propriis Facultatibus in actu Sacramentalis Confessionis, non autem extra ipsum, utantur. In Facultatibus, quæ tempore Jubilæi Pœnitentiariis attributæ sunt, multa continentur; videlicet absolutio a peccatis reservatis, & a censuris, auctoritas Vota dispensando commutandi, potestas denique dispensandi in aliis etiam materiis extra Vota, sicuti nuper dictum est. Sane quod attinet ad absolutionem a casibus reservatis, manifestum quidem est, ipsam extra Sacramentalem Confessionem dari non posse. De absolutione autem a Censuris, dubitatum est inter Auctores, num ea extra Sacramentalem Confessionem dari posset. Sanchez id eo casu fieri posse existimavit, cum in concessione Facultatis apposita non est Clausula *eorum Confessionibus diligenter auditis*, aut alia, quæ huic æquivalens sit, quemadmodum in ejusdem Operibus videre est *lib.* 8. *de Matrim. disput.* 34. *num.* 30. Alii vero tutiorem opinionem sequentes, putarunt, non posse extra Sacramentalem Confessionem dari absolutionem a Censuris, cum Facultas absolvendi a Censuris detur, tamquam prævia dispositio ad absolutionem a peccatis; & hæc sententia est Suarez, Vasquez, Filliuccii, Navarri, cujus sententiam sequitur Viva *de Jubilæo quæst.* 10. *num.* 4. Quod verò ad commutationem Votorum spectat, Constantinus in suo de Anno Jubilæi Tractatu *part.* 3. *cap.* 3. *pag.* 192. contendit, eamdem per Anni Sancti Jubilæum dari posse ab eo, qui Facultatem habet, etiam extra Sacramentalem Confessionem, cum in Notificationibus per præteritos Annos Sanctos publicatis non legerit clausulam *eorum Confessionibus diligenter auditis*; cumque nequaquam eidem videatur, commutationem Votorum ullam ad Pœnitentiale Forum relationem habere, neque ex natura sua, neque ex voluntate concedentis commutandi Facultatem. Alii denique illius clausulæ *auditis Confessionibus* nullam omnino rationem habent; & quamvis ea apposita fuerit post Facultatem absolvendi a casibus reservatis, & a censuris, atque etiam post auctoritatem Vota commutandi, & quasdam dispensationes concedendi, ideoque omnes res præcedenter expressas comprehendere debere videatur; docent tamen, eandem ad solam absolutionem a casibus reservatis, sive ad absolutionem a censuris referri debere; pro quibus specialis ratio militat ex earum naturâ desumpta; numquam vero ad commutationes Votorum, aliasque dispensationes, pro quibus locum non habet ratio, quæ propria est absolutionis a casibus reservatis, & à censuris. Ita fuse Bonacina *Oper. Moral. tom.* 2. *disput.* 4. *circa secundum Decalogi præceptum quæst.* 2. *punct.* 4. *S.* 2. *num.* 16. Leander *part.* 1. *tract.* 5. *de Sacram. Pœnit. disp.* 14. *de Indulg. quæst.* 97. Diana *in edit. coord. tom.* 7. *tract.* 1. *resol.* 300. *num.* 7. Giribaldus *Tract.* 7. *de Sacram. Pœnit. cap.* 21. *de Jubilæo dub.* 6. *num.* 42. *& seqq.* ratiocinantur. Nos vero ad omnem difficultatem tollendam, in Instructione injunximus, ingiunte per conseguirlo, del che di poi tratterassi; insegna *ivi, num.* 11., che se nella commutazione non vi è un patto chiaro, che si adempiscano le opere ingiunte per conseguire il Giubbileo, vi è però un patto implicito: *Dico, licèt non probetur pactum explicitum, sufficienter probari implicitum quasi intrinsecè, & ex natura rei, inclusum in tali actione, seu ministerio, ut rectè & fideliter fiat; nec videtur dubium, quin hæc sit præsumpta intentio Pontificis talem Facultatem concedentis.*

Che le dette Facoltà non possano usarsi fuori dell' atto della Confessione.

S. 63. Ma se è chiaro quanto si contiene nella premessa regola, tale però, prima della nostra dichiarazione, non poteva dirsi il primo punto, in cui si astringono i Penitenzieri a prevalersi delle loro Facoltà nell'atto della Sacramentale Confessione, e non fuori d'esso. Molte cose si contengono nelle Facoltà date a' i Penitenzieri in tempo di Giubbileo, cioè l'assoluzione dai peccati riservati, dalle censure, l'autorità di commutare dispensando i Voti, ed il poter dispensare anche in altre materie fuori de' Voti, come poc'anzi si è detto. Parlando dell'assoluzione dai casi riservati, cosa certa si è, che essa non può darsi fuori della Sagramentale Confessione. In ordine all'assoluzione dalle censure, vi è stata la questione, se potesse darsi fuori della Sagramental Confessione. Il Sanchez ha creduto, ciò potersi fare, quando nel concedimento della Facoltà non si pone la clausula *eorum Confessionibus diligenter auditis*, o altra equivalente, come può vedersi nelle sue opere *lib.* 8. *de Matrim. disput.* 34. *num.* 30. Altri però più sicuramente opinarono, non potersi dare l'assoluzione dalle censure fuori della Sagramentale Confessione, dandosi la Facoltà di assolvere dalle censure, come una previa disposizione all'assoluzione da' peccati; e questo è il sentimento del Suarez, del Vasquez, del Filliuccio, del Navarro seguitato dal Viva *de Jubilæo quæst.* 10. *num.* 4. Rispetto poi alla commutazione de' Voti, il Costantini nel suo Trattato dell'Anno Santo *part.* 3. *cap.* 3. *pag.* 192. sostiene, nel Giubbileo dell'Anno Santo potersi dare, da chi ne ha la Facoltà, anche fuori della Sagramental Confessione; non avendo letto nelle Notificazioni pubblicate negli Anni Santi trascorsi, la clausola *eorum Confessionibus diligenter auditis*; nè parendogli, che la commutazione de i Voti abbia relazione al foro Penitenziale, nè per sua natura, nè per volontà di chi concede la Facoltà di commutare. Finalmente altri non si prendono veruna soggezione della clausula *auditis Confessionibus*; mentre, ancorchè posta dopo la Facoltà d'assolvere da i casi riservati, e dalle censure, e dopo anche l'autorità di commutare i Voti, e concedere alcune dispense, sembri dover comprendere tutte le cose precedentemente espresse; insegnano, doversi la predetta clausola riferire alla sola assoluzione da' casi riservati; o pure all'assoluzione dalle censure, per le quali cammina una speciale ragione adattata alla natura delle dette cose; ma non mai alla commutazione de'Voti, ed altre dispense, a pro delle quali non ha luogo la ragione, che è propria dell'assoluzione da' casi riservati, e dalle censure. Così ampiamente vanno discorrendo il Bonacina *Oper. Moral. tom.* 2. *disput.* 4. *circa secundum Decalogi præceptum quæst.* 2. *punct.* 4. *S.* 2. *num.* 16., il Leandro *part.* 1. *tract.* 5. *de Sacramento Pœnitentiæ disput.* 14. *de Indulgentiis, quæst.* 97., il Diana *in edit. coord. tom.* 7. *tract.* 1. *resolut.* 300. *num.* 7. e il Giribaldo *Tract.* 7. *de Sacramento Pœnit. cap.* 21. *de Jubilæo dub.* 6. *num.* 42. *& seqq.* Ma Noi, per torre ogni difficoltà, nell' Istruzione abbiamo ingiunto, non potersi dare

non posse a Pœnitentiariis ullas absolutiones, commutationes, ac dispensationes dari *extra actum Sacramentalis Confessionis*; idque Nobis, & congruum esse, & materiæ gravitati, ac ministerii qualitati conveniens visum est, atque præterea omnem controversiæ ansam eripit, & conforme est praxi Pœnitentiariæ nostræ Apostolicæ, quemadmodum in Thesauro *de pœnis Eccles. par.* 1. *cap.* 22. videre est.

non poſſe a Penitenzieri aſſoluzioni, commutazioni, e diſpenſe verune *extra actum Sacramentalis Confeſſionis*; eſſendoci ſembrato ciò doveroſo, e proporzionato alla gravità della materia, ed alla qualità del miniſtero: il che tronca ogni litigio, ed è anche conforme alla pratica della Noſtra Penitenzieria, come può vederſi nel Teſauro *de pœnis Eccleſ. par.* 1. *cap.* 22.

Ne omittatur impositio pœnitentiæ salutaris.

§. 64. Alterum subsequitur punctum, quod respicit salutarem pœnitentiam a Confessario imponendam cuicumque personæ, quæ illi confitetur ad hoc ut se ad Jubilæi acquisitionem disponat. Non hic de celebri illa quæstione agitur, quæ inter Theologos est, num ad consequendum Indulgentiæ fructum, sufficiens sit, rite primum confiteri, mox impositam a Confessario pœnitentiam adimplere, & injuncta Opera exacte ac fideliter exequi; an ulterius opus sit, animum habere promptum ac paratum ad dandam Divinæ Justitiæ, pro eo quantum facultas erit, per alia pœnalia opera, satisfactionem. Præsens quæstio ulterius etiam progreditur, dum ipsam Pœnitentiam respicit, quæ a Confessario imponitur illi, cujus excipit Confessionem ad Jubilæum consequendum præparatoriam; nec enim defuerunt, qui contenderint, a Confessario, occasione Jubilæi, non solùm leviores pœnitentias imponi posse Pœnitenti, quem animo comparatum agnoscat ad consequendam Plenariam Indulgentiam, verùm etiam pœnitentiæ ejusdem impositionem omitti. Talis sententia est Cardinalis de Lugo *de Pœnit. disput.* 27. *sect.* 2. *num.* 30. Dianæ *in edit. coordin. tom.* 1. *tract.* 6. *resolut.* 10. *num.* 2. & aliorum complurium. Alii inter pœnitentias satisfactorias, ac pœnitentias medicinales distinctionem fecerunt, docentes, quod Pœnitens, qui Jubilæum consecutus est, non teneatur ad exsequendas pœnitentias satisfactorias, obligetur tamen ad solas medicinales, quemadmodum apud Viva *de Jubilæo quæst.* 5. *art.* 2., apud Constantinum *Tractat. de Anno Sancto part.* 1. *cap.* 4. §. *il secondo*, & Leandrum *part.* 1. *tract.* 5. *disput.* 9. *quæst.* 82. videre est. Alii porrò Pœnitentem a medicinalibus etiam pœnitentiis a Confessario injunctis eximunt, dummodo ad evitanda peccata absolute necessariæ non sint, in quo quidem rerum statu obligatio ipsas adimplendi non ex auctoritate Confessarii, sed ex Jure naturali provenit, sicut apud Cardinalem de Lugo *de Pœnit. disp.* 27. *sect.* 2. *num.* 21. *& pluribus seqq.* Leandrum *tom.* 1. *tract.* 1. *de Sacram. Pœnit. quæst.* 172. & Dianam *in edit. coord. tom.* 5. *tract.* 1. *resol.* 201. *num.* 4. Contra prædictas assertiones non defuere Theologi, qui fuse scriberent, inter quos Juvenin *Tract. Hist. Dogmat. de Sacram. dissert.* 13. *quæst.* 5. *cap.* 4. Pontas *in Dictionar. Moral. in verb. Jubilæum cas.* 10., ac novissime P. Amort *in Histor. Indulg. in quæstionib. pract. pag.* 467. *& seqq.*, qui ad hanc materiam quidquid facit, summo cum studio ac diligentia congessit. Cum autem illius diligentiam P. Gregorii de Valentia testimonium effugerit, qui certe inter eos, qui Rigoristæ dicuntur, minime recensendus est, Nos illud hìc apponemus. Præfatus Valentia *tom.* 4. *disp.* 7. *quæst.* 20. *de Indulgen. punct.* 3. *pag.* 1603. ita scriptum reliquit: *Notandum, neque per hanc Indulgentiæ formam, scilicet* de Injunctis Pœnitentiis, *neque per ullam aliam quamvis amplam & generalem, relaxari obligationem, qua, propter integritatem Sacramenti, tenetur Confessarius salutarem pœnitentiam Pœnitenti injungere, & Pœnitens eam implere &c. Primò ex eo, quod illa obligatio est Juris Divini &c. Secundò ex eo, quod truncaretur alioqui Sacramentum Pœnitentiæ quadam sua integrali parte,*

Che non tralaſci l'imposizione della Penitenza ſalutare.

§. 64. Succede l'altro punto, che riſguarda la ſalutar penitenza da imporſi dal Confeſſore a chiunque ſi confeſſa da lui per diſporſi a prendere il Giubbileo. Non ſi tratta quì della queſtione celebre fra' Teologi, ſe per conſeguire il frutto dell'Indulgenza baſti il premettere una buona Confeſſione, l'adempire la penitenza impoſta dal Confeſſore, ed eſeguire puntualmente le opere ingiunte; o ſe di più ſia d'uopo l'avere una buona diſpoſizione di ſoddisfare con altre opere penali, per quanto ſi potrà, alla Divina giuſtizia. Il punto preſente paſſa più oltre, mentre appartiene alla penitenza che s'impone dal Confeſſore a chi con lui ſi confeſſa, diſponendoſi ad acquiſtare il Giubbileo; eſſendovi non ſolo chi ha ſoſtenuto, potere nell'occaſione del Giubbileo imporſi dal Confeſſore al Penitente penitenze più leggiere, ſe lo vede diſpoſto a voler conſeguire la plenaria Indulgenza, ma altresì tralaſciare d'imporgli la penitenza. Tale è il ſentimento del Cardinal de Lugo *de Pœnitentia diſput.* 27. *ſect.* 2. *num.* 30. del Diana *in edit. coord. tom.* 1. *tract.* 6. *reſolut.* 10. *num.* 2., con molti altri. Altri hanno diſtinto fra le penitenze ſatisfattorie, e le penitenze medicinali; inſegnando, non eſſer il Penitente, che ha conſeguito il Giubbileo, obbligato ad eſeguire le penitenze ſatisfattorie, ma bensì le medicinali, come può vederſi appreſſo il Viva *de Jubilæo quæſt.* 5. *art.* 2., il Coſtantini *Tratt. dell'Anno Santo part.* 1. *cap.* 4. §. *il ſecondo*, ed il Leandro *part.* 1. *tract.* 5. *diſp.* 9. *quæſt.* 82., ed altri eſimono ancora il Penitente dall'adempire le penitenze medicinali impoſte dal Confeſſore, quando non ſono aſſolutamente neceſſarie per isfuggire i peccati; nel quale ſtato di coſe l'obbligo di adempirle non proviene dall'autorità del Confeſſore, ma dal Jus naturale; come può vederſi appreſſo il Cardinal de Lugo *de Pœnitentia diſp.* 27. *ſect.* 2. *num.* 21. *& pluribus ſeqq.*, il Leandro *tom.* 1. *tract.* 1. *de Sacramento Pœnitentiæ quæſt.* 172., ed il Diana *in edit. coord. tom.* 5. *tract.* 1. *reſolut.* 201. *num.* 4. Contra le predette aſſerzioni non ſono mancati altri Teologi, che hanno ſcritto diffuſamente, fra' quali il Juvenin *Tract. Hiſtor. Dogmatic. de Sacrament., diſſert.* 13. *quæſt.* 5. *cap.* 4., il Pontas *in Dictionario Morali in verb. Jubilæum caſ.* 10., ed ultimamente il Padre Amort *in Hiſtoria Indulgentiarum in Quæſtionibus practicis pag.* 467. *& ſeqq.* che con eſtrema diligenza ha unito quanto può dirſi nella materia. Ed eſſendo ſfuggito alla di lui diligenza il teſtimonio del Padre Gregorio de Valentia, che certamente non può annoverarſi fra quelli, che ſi chiamano Rigoriſti, Noi qui l'aggiungeremo. Nel tomo quarto *diſput.* 7. *quæſt.* 20. *de Indulgentiis punct.* 3. *pag.* 1603. così laſciò ſcritto il detto Valentia: *Notandum, neque per hanc Indulgentiæ formam, ſcilicet* de Injunctis Pœnitentiis, *neque per ullam aliam quamvis amplam & generalem, relaxari obligationem, qua, propter integritatem Sacramenti, tenetur Confeſſarius ſalutarem pœnitentiam Pœnitenti injungere, & Pœnitens eam implere &c. Primò ex eo, quod illa obligatio eſt Juris Divini &c. Secundò ex eo, quod truncaretur alioqui Sacramentum Pœnitentiæ quadam ſua integrali parte, qualis eſt nimirum*

parte, qualis est nimirum Jure Divino satisfactio ipsius Pœnitentis. Tertiò id confirmatur ex communi sensu, & usu Ecclesiæ, siquidem nec in plenissimis etiam Indulgentiis solet negligi a Confessariis, & Pœnitentibus Sacramentalis satisfactio, & pœnitentia; immo expresse ab ipsis Pontificibus solet tunc etiam requiri.

§. 65. Super prima Quæstione, sicut etiam super qualitate satisfactionis, sive pœnitentiæ a Confessario imponendæ, quantum sufficere existimavimus, in Encyclica Epistola Nostra diximus, quam ad Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos super præparatione ad Annum Sanctum dedimus in Arce Castri Gandulfi *die 26. Junii Anni vertentis*, atque ad illam Nos referimus. Unum tantummodo reliquum erat, ut super impositione pœnitentiæ a Confessario non omittenda diceremus, quoniam Pœnitens, qui Indulgentiam consecutus erat, non teneri dicebatur ad eandem adimplendam. Cum autem Nobis hujusmodi ratio laxior visa esset, in Instructione, de qua *n.* XXVI. agitur, mentem Nostram declaravimus, statuentes, salutarem pœnitentiam a Confessario injungendam esse Pœnitenti, etiamsi hic ad recipiendum Jubilæum præparatus sit, ex quo sane Pœnitentis obligatio exoritur eamdem adimplendi: *Omnia sua peccata confiteatur fideliter, & injunctam sibi pœnitentiam studeat pro viribus adimplere*: verba sunt Concilii Lateranensis, dum de Sacramentali Confessione loquitur in celebri Decretali: *Omnis utriusque sexus, de Pœnitentiis, & Remissionibus*; & sane præter necessariam correlationem, quæ inter auctoritatem imponendi pœnitentiam, & obligationem ejusdem adimplendæ intercedit; difficillima perceptu res Nobis visa est, eum posse dici, aut esse, *vere Pœnitentem*, sicut ille debet esse, qui plenariam Indulgentiam consequi cupit, si hujus prætextu, eximere se velit a pœnitentia illa adimplenda, quæ ipsi in Sacramentali Confessione a Confessario injuncta est.

Jure Divino satisfactio ipsius Pœnitentis. Tertiò id confirmatur ex communi sensu, & usu Ecclesiæ, siquidem nec in plenissimis etiam Indulgentiis solet negligi a Confessariis, & Pœnitentibus Sacramentalis satisfactio, & pœnitentia; immò expresè ab ipsis Pontificibus solet tunc etiam requiri.

§. 65. Sopra la prima Questione, come pure sopra la qualità della soddisfazione, o sia penitenza da imporsi dal Confessore, abbiamo detto quanto abbiamo creduto bastante, nella nostra Lettera Circolare scritta alli Patriarchi, Arcivescovi, e Vescovi sopra la preparazione all'Anno Santo, data in Castel Gandolfo *ai 26. di Giugno dell'Anno corrente*, ed a quella ci rimettiamo. Restava unicamente il dire qualche cosa sopra il non tralasciarsi dal Confessore di imporre la penitenza, giacchè dicevasi, non essere il Penitente, che aveva preso l'Indulgenza, obbligato di adempirla. Ed essendoci ciò paruto un rilasciamento, nella Istruzione, della quale si tratta, al *n.* XXVI., ci siamo spiegati doversi dal Confessore imporre al Penitente la salutar penitenza, ancorchè esso sia preparato a prendere il Giubbileo: dal che poi nasce l'obbligo del Penitente di doverla adempire: *Omnia sua peccata confiteatur fideliter, & injunctam sibi pœnitentiam studeat pro viribus adimplere*: sono parole del Concilio Lateranense, quando parla della Sagramental Confessione nella celebre Decretale: *Omnis utriusque sexus, de Pœnitentiis, & Remissionibus*; ed, oltre la necessaria correlazione, che intercede fra l'autorità d'imporre la penitenza, e l'obbligo di adempirla, essendoci sembrato incomprensibile, che possa dirsi, o sia, *verè Pœnitens*, come deve essere, chi vuol conseguire la plenaria Indulgenza, se col pretesto di essa vuol' esentarsi dall' adempire quella penitenza, che nella Sagramentale Confessione gli è stata imposta dal Confessore.

De aliis Monitis usque ad finem.

§. 66. Ulteriùs procedit Instructio, nonnulla opportunè statuendo circa absolutionem a censuris, tum eorum, qui sine licentia, ac prava intentione se in Claustra Monialium introducunt, tum Regularium Virorum, qui ad malum finem mulieres intra suas Religiosas Domus pariter ducunt, illorum præterea, qui absque licentia Libros prohibitos legunt, & circa Votorum quorumdam dispensationem; Nos verò, quibus nil aliud in præsenti propositum est, nisi controversias indicare, quas tollere curavimus, eo potissimùm consilio, ne sopitæ jam res iterum in quæstionem redeant, id nunc declarabimus, quod, quando Pœnitentiariis Facultates conceduntur absolvendi a censuris occultis propter damnum alicui datum incursis, adjecta conditione, ne eisdem utantur, hoc est, ne Pœnitentem ab hujusmodi censuris absolvant, nisi is *parti læsæ* satisfecerit, aut saltem ante absolutionem, jurejurando spondeat, se eidem satisfacturum; Nos sub nomine *partis læsæ* non intelligimus, sicut a quibusdam intellectum est, Judicem, verùm illum, qui damnum passus est, quemadmodum ritè a Viva *de Jubilæo quæst.* 10. *art.* 2., a Giballino *de Censuris disquisit.* 9. *quæst.* 4. *num.* 7., & a Salmanticensibus *in Cursu Theologico-Morali tom.* 2. *tract.* 10. *de Censuris cap.* 2. *punct.* 2. *num.* 20. animadversum est. Quod verò attinet ad commutationem Votorum, in quibus de tertii præjudicio agitur, quæ quidem Pœnitentiariis interdicitur, appositè sanè scribit Suarez *tom.* 2. *de Religione lib.* 6. *cap.* 5. *& præsertim num.* 7. Circa Vota perseverantiæ, quæ a quibusdam fiunt, dum aliquam Congregationem

Degli altri Avvertimenti sino al fine.

§. 66. Prosiegue l'Istruzione, dando alcune providenze circa l'assoluzione dalle censure, e di quelli, che senza licenza, e con mal fine, entrano nella clausura delle Monache, e de' Religiosi, che introducono per lo stesso fine Donne nella clausura, e di quelli, che leggono Libri proibiti senza licenza, e circa la dispensa da alcuni Voti; E Noi che qui non intendiamo di far altro, che di accennare le controversie, che abbiamo procurato di levare, ad effetto, che le cose già sopite non si rimettano di nuovo sul tavoliere, ora diremo, che, concedendosi ai Penitenzieri le Facoltà di assolvere dalle censure occulte, ed incorse per aver dato danno a qualcheduno, coll'aggiunta, che di essa non si servano, che è lo stesso che dire, non ne prosciolgano il Penitente, se non ha soddisfatto alla parte lesa, o almeno, se prima dell'assoluzione non prometta con giuramento di soddisfarla, non intendiamo, come da taluno si è inteso, sotto nome di *parte lesa*, il Giudice, ma bensì quello, che ha patito il danno; essendo questo il senso ovvio delle parole, come anche è stato bene osservato dal Viva *de Jubilæo quæst.* 10. *art.* 2., dal Giballino *de Censuris disquisit.* 9. *quæst.* 4. *n.* 7., e dai Salmaticensi *in Cursu Theologico-Morali tom.* 2. *tract.* 10. *de Censuris cap.* 2. *punct.* 2. *num.* 20. Rispetto poi alla commutazione de' Voti, ne' quali si tratta del pregiudizio del terzo, che viene proibita ai Penitenzieri, scrive molto bene il Suarez *tom.* 2. *de Religione lib.* 6. *cap.* 15., *& præsertim num.* 7. De' Voti, che si fanno di perseveranza da alcuni, che entrano in qualche Congregazione, e che assumono una natura

ingrediuntur, quæque naturam assumunt contractus, & reciprocæ obligationis inter ipsos, & Congregationem, quæ eosdem recipit, a quibus Pœnitentiarii dispensare non possunt, valde ad rem loquitur P. Sirus *in suo manuscr. Op. super Bull. Innoc. XII. respic. Facult. Majoris Pœnit.*, qui etiam in eodem Opere *de Votis pœnalibus* agit.

§. VI.

De Facultatibus contentis in Constitutione : Convocatis, *pro Confessariis a Cardinali Vicario destinatis, quo ad absolvendum a peccatis, & censuris, item pro Votorum commutationibus, & dispensationibus.*

§. 67. Illud, quod Nos hic monendum habemus, est, ut hi Confessarii textum suarum Facultatum attentè legant, ne earum limites excedant; præterea, ut qua parte cum illis concordant, quæ Pœnitentiariis sunt attributæ, legere, & observare non prætermittant id, quod super eisdem paulo ante disseruimus; quantum verò ad *Dispensationes* attinet, non aliam se Facultatem habere probè meminerint, quàm dispensandi, aut commutandi in alia pia opera visitationes Basilicarum, quam & Pœnitentiarii habent. Quamobrem legendum ipsis erit id, quod super hac eadem re, respectu Pœnitentiariorum *ad num.* 52. *&* 53. dictum est.

§. VII.

De quibusdam declarationibus contentis in Constitutione Convocatis *quo ad præsens Jubilæum, ac primum de Declarationibus, quæ respiciunt Personas, quæ illud consequi volunt.*

§. 68. Celebris Johannes de Anania, qui anno 1458. videre desiit, parvum *de Jubilæo* Tractatum conscripsit, in cujus fine Quæsita aliquot proposuit, inter quæ ea legimus, quæ sequuntur: num Jubilæum juvet Episcopo, qui, non obtentâ priùs a Summo Pontifice licentiâ, ejus consequendi gratiâ Romam proficiscitur: num juvet Parocho, qui sine Episcopi sui venia discedit: num Monacho, qui sine Abbatis sui permissu abit: num Viro, qui sine assensu Uxoris: num denique Uxori, quæ sine Mariti licentia Romam venit. Eorumdem dubiorum examen circa annum 1599. a sæpius nominato Benzonio *de anno Jubilæi lib. 5. a dub. 14. ad dub. 18.* continuatum est. Ac decisum tandem fuit, minimè supradictis personis licere, sine prævia Superiorum suorum licentia, Patrias suas relinquere, ac Romam proficisci ad consequendum Jubilæum Anni Sancti; ac sine ipsa venientes peccare: Verùm cum Romam pervenerint, si hoc peccatum unà cum aliis omnibus vero cum dolore confessi fuerint, ac quantum ad consequendam Indulgentiam præscriptum est, præstiterint, eam consequi. Eadem mens, & sententia est Quarti *in Tract. de Jubilæo Anni Sancti pag. 67. cap. 1. punct. 6. dub. 1. & seq.*, illud tantummodo adjungit, non posse quidem Uxorem sine Viri venia, & consensu venire; posse tamen Virum venire sine consensu Uxoris, dummodo ejusdem absentia nec diuturna, nec gravis incommodi, aut detrimenti Uxori, & familiæ futura sit; ac jure quidem contra Religiosos, & Animarum Pastores exclamat, qui sine necessariis licentiis, gratiâ obtinendi Jubilæum Anni Sancti, iter Romam suscipiunt, cum generalis invitatio, quæ a Summo Pontifice omnibus fit, intelligi debeat, illos tantummodo comprehendere, qui licitè, & cum requisitis conditionibus venire

di contratto e di reciproca obbligazione fra essi e la Congregazione, che li riceve, dai quali i Penitenzieri non possono dispensare, parla molto a proposito il Padre Siro *in una sua Opera manoscritta sopra una Bolla d' Innocenzo XII. sopra le Facoltà del Maggior Penitenziere*, che anche nella stessa Opera tratta de' *Voti penali.*

§. VI.

Delle Facoltà contenute nella Costituzione: Convocatis, *pe' Confessori destinati dal Cardinal Vicario, quanto all' assolvere da' peccati, e censure, prosciorre da' Voti, e dispensare.*

§. 67. Quello, che qui può avvertirsi, sì è, che questi Confessori attentamente leggano il testo delle loro Facoltà, per non eccederle; che in quella parte, che concorda colle altre date ai Penitenzieri, non lascino di leggere, e di vedere ciò, che sopra esse poc' anzi si è trattato; e che rispetto alle *Dispense*, tengano bene a memoria, che non hanno altra Facoltà, che di dispensare o commutare le visite delle Basiliche in altre opere pie, come hanno i Penitenzieri; per la qual cosa dovranno leggere quanto sopra questo stesso punto è stato detto rispetto ai Penitenzieri *al num.* 52. *e* 53.

§. VII.

Di alcune dichiarazioni contenute nella Costituzione Convocatis *in ordine al presente Giubbileo; a primo delle Dichiarazioni, che risguardano le Persone, che lo vogliono conseguire.*

§. 68. Il celebre Giovanni de Anania, che morì l'anno 1458. compose un piccolo Trattato *del Giubbileo*, e nel fine di esso propose alcuni Quesiti, fra i quali si leggono i seguenti: se giovi il Giubbileo al Vescovo, che viene a Roma per conseguirlo, senza aver prima ottenuta la licenza dal Papa; se giovi al Parroco, che viene senza licenza del Vescovo; se al Monaco, che viene senza licenza dell' Abate; se al Marito, che viene senza licenza della Moglie; e se alla Moglie, che viene a Roma senza licenza del Marito. Fu proseguito l' esame de' medesimi dubbj verso il 1599. dal Benzonio più volte nominato *de anno Jubilæi lib. 5. a dub. 14. ad dub. 18.*: e la risoluzione fu, non esser lecito ai sopraddetti partire dalle loro Patrie per venire a Roma a prendere il Giubbileo dell'Anno Santo, senza la previa licenza de' loro Superiori; che venendo senz'essa, peccano, ma che, se di questo peccato, e di tutti gli altri, venuti a Roma, si confessano con vero dolore, e fanno quanto è prescritto per guadagnare l'Indulgenza, la guadagnano. Il Quarti *nel Trattato del Giubbileo dell' Anno Santo pag. 67. cap. 1. punt. 6. dubb. 1., e seg.* concorda nelle stesse massime, e solo aggiunge, non poter la Moglie venire senza licenza e consenso del Marito; poter però il Marito venire senza il consenso della Moglie, se però la sua assenza non sia per essere di molto tempo, o di grave incomodo, o danno alla Moglie, e Famiglia; e con molta ragione esclama contra i Religiosi, e contra i Curati, che senza le necessarie licenze intraprendono il viaggio di Roma, per ottenere il Giubbileo dell' Anno Santo, dovendosi intendere l'invito generale, che fa il Sommo Pontefice a tutti, che comprenda solamente quelli, che possono venire lecitamente, e colle debite circostanze.

possunt. Hujusmodi rationibus, ac sententiis adhæret Constantinus *in suo Tract. de Anno Sancto par. 2. cap. 4. pag. 103. & seq.* Nos in supra citata *Encyclica Epistola Nostra die 26. Junii* vertentis Anni super præparatione ad Annum Jubilæi editâ, prædictis punctis secundum rationes, ac sententias nuper adductas, responsum fecimus. Ad eam igitur Epistolam Nos referimus, ex cujus tenore necessariò prima declaratio *num.* XLIII. expressa deducitur, quod Personis Romam ad hoc Jubilæum consequendum venire volentibus non intelligitur data veniendi libertas, sine obtento aliàs necessario suorum respectivè Superiorum consensu.

Quinam censeantur *Romani, & Incola Urbis*, & qui *Peregrini, & Externi.*

§. 69. Pontifex Bonifacius VIII. in sua pluries nominata Decretali: *Antiquorum, inter Extravagantes Communes de pœnitentiis, & remissionibus*, visitationem Basilicarum Romanis per triginta vices, Peregrinis verò, & Advenis per vices quindecim præscripsit: *Si fuerint Romani, ad minus triginta diebus continuis, seu interpolatis, & saltem semel in die; si verò Peregrini fuerint, aut Forenses, simili modo diebus quindecim ad Basilicas easdem accedant.* Hæc eadem verba in alia Decretali Clementis VI., quæ incipit: *Unigenitus, ibi, sub eodem Titulo*, reperiuntur. Eadem loquendi forma a Pontifice Clemente VII. adhibita est in Indictione Jubilæi, quam fecit per suam Bullam cujus initium: *Inter sollicitudines*, die 17. Decembris 1524. expeditam. Progressu temporis, verbo *Romani* aliud adjunctum fuit: *vel Urbis incolæ*, aliud verò *Forenses* omissum fuit, quemadmodum in Constitutione Gregorii XIII., quæ incipit: *Dominus ac Redemptor*, videre est: *Triginta continuis, vel interpolatis diebus semel saltem in die, si Romani, vel Urbis incolæ fuerint; si verò Peregrini, quindecim diebus devotè visitaverint*, & in aliis compluribus.

§. 70. Quamvis verbum *Romani* nulli controversiæ locum dare posse videretur, res tamen contra fuit; nam cum Romanus sit non ille solùm, qui Romæ natus est, & in Urbe moratur, verum etiam ille, qui licèt Romæ natus, aliò domicilium transtulit; quæstio fuit, num hic Anno Jubilæi Romam veniens, per triginta, an per quindecim vices Basilicas visitare deberet. Navarrus *de Jubilæo, & Indulgentiis num. 42. pag. 163.* ejus sententiæ fuit, quod vices quindecim sufficerent, cum in hoc casu domicilium origini prævalere debeat, & eâ maxime ratione, quod Romanus, qui alibi domicilium habet, Romam veniens, idem itineris, ac laboris incommodum subit, ac Advena, & Peregrinus. E contrario Benzonius *de Anno Jubilæi lib. 5. dub. 3.* eum ad triginta visitationes obligatum existimavit: *Turpe est enim*, ait ipse, *virum Romanum vel avaritiæ, vel accidiæ, seu torporis vitio laborare, præsertim in eo Anno, in quo Urbs tota gaudio, jubilatione, munificentiâ, atque singularissimâ festivitate refulget.* Præterea autem dubium illud propositum fuit, num sub *Romani* nomine ad effectum, de quo agitur, etiam ille, qui in proximis Urbi locis habitat, comprehensus intelligeretur.

§. 71. Disputationibus porro super voce *Romani*, aliæ super verbis: *vel Urbis incolæ*, successerunt. Navarrus *loco citato num. 43.* ait, sub nomine *incolæ* in præsenti casu eum intelligi debere, qui annum Romæ moratur, aut saltem tamdiu moratur, ut Romæ incola dici possit. Quarti, & Constantinus practicè disserunt. Horum prior *pag. 126. & seq.* sub nomine *incolæ Urbis* eum intelligi debere vult, qui Romæ minimè natus, neque ex ea oriundus est, verum in ea domicilium contraxit, ac proinde Curiales, Procuratores, Aderisce a questi sentimenti il Costantini *nel suo Trattato dell'Anno Santo part. 2. cap. 4. pag. 103., e seg.* Nella sopracitata nostra *Lettera Circolare dei 26. Giugno* di quest'anno corrente sopra la preparazione all'Anno Santo, abbiamo, coerentemente ai predetti sentimenti, stabilita la risposta ai detti punti, come può leggersi in essa Lettera. Alla Lettera Circolare ci riferiamo, dalla quale per necessità deriva la prima dichiarazione espressa nel *num.* XLIII., che: *Personis Romam ad hoc Jubilæum consequendum venire volentibus*, non s'intende data la libertà di venire senza licenza, e consenso per altro capo necessario de'suoi Superiori.

Quali persone si considerino per *Romani, & Incolæ Urbis*; e quali *Peregrini, & Externi.*

§. 69. Il Pontefice Bonifazio VIII. nella sua più volte nominata Decretale: *Antiquorum, fra l'Estravaganti comuni, de pœnitentiis & remissionibus*, stabilì la visita di trenta volte delle Sacre Basiliche pe'Romani, e la visita di quindici volte per li Pellegrini, e Forestieri: *Si fuerint Romani, ad minùs triginta diebus continuis, seu interpolatis, & saltem semel in die; si verò Peregrini fuerint, aut Forenses, simili modo diebus quindecim ad Basilicas easdem accedant.* Queste stesse parole si ritrovano nell'altra Decretale di Clemente VI., che incomincia: *Unigenitus, ivi, sotto l'istesso Titolo.* Lo stesso linguaggio fu adoprato dal Pontefice Clemente VII. nell'intimazione, che fece del Giubbileo nella sua Bolla, che incomincia: *Inter sollicitudines*, spedita ai 17. di Dicembre del 1524. In progresso di tempo alla parola *Romani* fu aggiunta l'altra: *vel Urbis incolæ*, e fu levata la parola *Forenses*, come può vedersi nella Costituzione di Gregorio XIII., che incomincia *Dominus ac Redemptor*: *Triginta continuis, vel interpolatis diebus semel saltem in die, si Romani, vel Urbis incolæ fuerint; si verò Peregrini, quindecim diebus devotè visitaverint*, ed in molte altre.

§. 70. Ancorchè la parola *Romani* sembrasse incapace d'ogni controversia, non fu però così; poichè, essendo non solo Romano quello, che è nato, ed abita in Roma, ma quello ancora, che nato in Roma, ha trasferito altrove il suo domicilio; dubitossi, se venendo questi a Roma l'Anno Santo per guadagnare il Giubbileo, dovesse visitare o trenta, o quindici volte le Basiliche. Il Navarro *de Jubilæo, & Indulgentiis num. 42. pag. 163.* fu di sentimento, che bastassero le quindeci volte, dovendo in questo caso prevalere il domicilio all'origine, tanto più che il Romano, che ha altrove il domicilio, e viene a Roma, subisce lo stesso incommodo del viaggio, che subisce il Forestiere o il Pellegrino. Il Benzonio *de Anno Jubilæi lib. 5. dub. 3.* per lo contrario lo credè obbligato a fare le trenta visite: *Turpe est enim*, dice esso, *virum Romanum vel avaritiæ, vel accidiæ, seu torporis vitio laborare, præsertim in eo Anno, in quo Urbs tota gaudio, jubilatione, munificentia, atque singularissima festivitate refulget.* Ed inoltre si propose il quesito, se sotto nome di Romano, per l'effetto, di cui si tratta, restasse compreso ancor quello, che abita nelle vicinanze di Roma.

§. 71. Alle dispute sopra la parola *Romani* succedettero le altre sopra le parole: *vel Urbis incolæ.* Il Navarro *nel luogo citato num. 43.* dice, che sotto nome d'*incolæ* nel caso presente deve intendersi chi sta in Roma un anno, o almeno chi vi sta tanto tempo, che possa dirsi abitatore di Roma. Il Quarti, ed il Costantini discorrono praticamente. Il primo *pag. 126. e seg.* vuole, che sotto nome d'*incolæ Urbis* s'intenda chi non è nato in Roma, nè è oriundo, ma vi ha contratto il domicilio, e che però i Curiali, i Procuratori, gli Avvocati, i Cortigiani

Advocatos, Aulicos ad triginta visitationes obligatos esse, atque huic item oneri subjacere debere Scholares, Mercatores, Litigantes, qui majorem anni partem Romæ morantur, cum hi omnes in Urbe, si non verum domicilium, at quasi domicilium contraxerint. Alter verò *pag.* 119. *& seq.* considerans, Peregrinis quindecim tantùm visitationum numerum præscribi ratione incommodi in itinere suscepti, Romanis verò, & Romæ degentibus, numerum majorem triginta visitationum, eò quòd prædictum incommodum ac laborem non sustinuerint; affirmat, omnes quotquot itineris incommodo caruerunt, triginta visitationum oneri subjacere debere; contra verò a graviori onere exemptos esse, & ad levius tantùm, scilicet quindecim visitationum onus, obligari omnes illos, qui supradictum itineris incommodum passi sunt.

§. 72. In Constitutione nostra : *Peregrinantes*, in qua Jubilæi Annum indiximus, ea quæ sequuntur verba adhibuimus : *Per triginta continuos, aut interpolatos dies &c. si Romani, vel Incolæ Urbis; si verò Peregrini, aut aliàs externi fuerint, per quindecim saltem hujusmodi dies devotè visitaverint.* Prædicta autem verba in hac novissima Constitutione nostra *num.* XLIV. exponentes, diximus, idque nunc etiam repetimus, sub nomine *Romanorum* omnes illos venire, qui Romæ nati sunt, & Romæ degunt, sive qui in suburbano districtu nati pariter sunt, atque ibi habitant, in eo scilicet tractu, ad quod se protendunt vineæ intra quintum ab Urbe lapidem; hæc est enim legalis notio, & intelligentia hujusce vocabuli *Romanus*, quemadmodum valde appositè Spondanus *in Epitome Annal. Card. Baronii ad ann.* 1. *in princip.* animadvertit : *Jurisconsulti responderunt, eos, qui in continentibus Urbis nati sunt, Romæ natos intelligi; Romam enim esse etiam quà continentia ædificia essent; nec Romam muro tenus existimari, ex consuetudine quotidiana posse intelligi; cum diceremus Romam nos ire, etiamsi extra Urbem habitaremus.* Diximus etiam, ac modò hic iteramus, sub nomine *incolarum Urbis* omnes illos censeri, qui Romam advenerunt animo ibi majorem anni partem commorandi, itemque omnes illos, qui Romæ alicujus muneris aut negotii causâ, sive alicujus officii ac ministerii ibidem acquirendi desiderio & expectatione morantes, si non verum ac rigorosum domicilium, saltem quasi domicilium contrahunt. *Deus plebis Israël elegit patres nostros, & plebem exaltavit, cum essent incolæ in terra Ægypti, & in brachio excelso eduxit eos ex ea* : legitur *in Actis Apostolorum cap.* 13. *v.* 17. Atque ii, qui latini sermonis proprietatem optimè tenent, *incolas* illos esse affirmant, qui, cum alibi nati sint, locum incolunt, in quo sibi habitationem delegerunt, licet loci ejusdem cives aut indigenæ non sint; in quorum numero idcirco Causidici, Procuratores, Advocati, Aulici, Scholares, Mercatores, Litigantes, aliique id genus homines recensendi sunt, quod etiam probè animadversum fuit, ab antiquo Glossatore Decretalis *Antiquorum, inter Extravagantes communes, de pœnitentiis & remissionibus, in verbo, Forenses*, cujus hæc verba sunt : *Quid de Curialibus existentibus in Curia Papali? respondet Sixtus Papa, illos facere debere triginta dies. Et est ratio, quia isti nec verè peregrinantur, nec verè sunt forenses, sed ut moraturi in Curia accedunt.* Igitur omnes ii, quos supra nominavimus, per triginta vices Basilicas visitare tenentur. Eidem visitationum numero illos etiam obligatos fore declaravimus, & nunc declaramus, qui aliâ, quàm Jubilæi consequendi, causâ Romam advenerint; omissâ enim controversiâ, num hi possint

siano obbligati alla visita delle trenta volte, e che allo stesso peso siano sottoposti gli Scolari, i Mercanti, ed i Litiganti, che abitano in Roma la maggior parte dell'anno, avendo tutti questi contratto, se non un vero domicilio, almeno un quasi domicilio. Il secondo *pag.* 119. *e seg.* considerando prefiggersi ai Pellegrini il solo numero di quindici volte per ragione dell'incomodo sofferto nel viaggio, e prefiggersi ai Romani ed abitanti in Roma il maggior numero di trenta volte, giacchè non hanno essi sopportato il predetto incomodo e disagio; dice, esser sottoposti al peso delle trenta volte tutti quelli, che non hanno sofferto l'incomodo del viaggio; e che poi restino esenti dal peso più grave, ed obligati al più leggiero, cioè alla visita delle quindici volte, tutti quelli, che hanno sopportato il sopradetto incomodo del viaggio.

§. 72. Nella nostra Costituzione : *Peregrinantes*, nella quale abbiamo intimato l'Anno Santo, ci siamo serviti delle seguenti parole : *Per triginta continuos, aut interpolatos dies &c. Si Romani, vel Incolæ Urbis; si verò Peregrini, aut aliàs externi fuerint, per quindecim saltem hujusmodi dies devotè visitaverint.* E chiosando in quest'ultima nostra Costituzione al *n.* XLIV. le dette parole, abbiamo detto, e ora repetiamo, venire sotto nome di Romani tutti quelli, che sono nati ed abitano in Roma, o che sono nati ed abitano nel distretto di Roma, che è lo stesso, che dire nelle Vigne dentro le cinque miglia dalla Città; essendo questa l'intelligenza legale della parola *Romano*, come molto bene riflette lo Spondano *in Epitome Annal. Card. Baronii ad ann.* 1. *in princip.* : *Jurisconsulti responderunt, eos, qui in continentibus Urbis nati sunt, Romæ natos intelligi; Romam enim esse etiam quà continentia ædificia essent; nec Romam muro tenus existimari, ex consuetudine quotidiana posse intelligi; cum diceremus Romam nos ire, etiamsi extra Urbem habitaremus.* Abbiamo detto, e ripetiamo, venire sotto nome d'*incolæ Urbis* tutti quelli, che sono venuti a Roma con animo d'abitarvi la maggior parte dell'anno, e tutti quelli, che stando in Roma per qualche impiego, o per ritrovare impiego, se non contraggono un vero rigoroso domicilio, almeno contraggono un quasi domicilio : *Deus plebis Israël elegit patres nostros, & plebem exaltavit, cum essent incolæ in terra Ægypti, & in brachio excelso eduxit eos ex ea* : leggesi *negli Atti degli Apostoli al cap.* 13. *v.* 17. Ed i buoni Professori della lingua Latina dicono, che *incolæ* son quelli, che nati altrove, abitano in un luogo, ove hanno eletto d'abitare, ancorchè non ne siano cittadini; nel numero perciò de'quali debbono annoverarsi i Curiali, i Procuratori, gli Avvocati, i Cortigiani, gli Scolari, i Mercanti, i Litiganti, ed altra simile sorta di gente, il che fu anche ben avvertito dall'antico Chiosatore della Decretale : *Antiquorum, de pœnitentiis & remissionibus, inter Extravagantes communes, in verb. Forenses*, ed ecco di lui parole : *Quid de Curialibus existentibus in Curia Papali? respondet Sixtus Papa, illos facere debere triginta dies. Et est ratio, quia isti nec verè peregrinantur, nec verè sunt forenses, sed ut moraturi in Curia accedunt.* Sono dunque obligati a visitare trenta volte le Basiliche tutti i sopradetti. Ed allo stesso numero delle visite abbiamo dichiarato e dichiariamo obligati ancor quelli, che vengono a Roma per altra causa, che per conseguire il Giubbileo; perchè, lasciando da parte la controversia, se possano costoro comprendersi sotto nome *incolarum Urbis*, cosa certa si è, che avendo sofferto l'incomodo del viaggio per altro motivo, non debbono es-

sub *incolarum Urbis* nomine comprehendi, manifestum est, quod, cum ipsi itineris incommodum aliâ de causâ passi sint, non aliter ad Jubilæum consequendum se comparare poterunt, quam si triginta Basilicarum visitationes expleverint. Idem decrevimus de illis, qui consequendi Jubilæi gratiâ Romam venientes, amplius sex mensibus in eadem commorantur, cum iis liceat sine gravi incommodo per dicti temporis spatium ad triginta vices visitationem Basilicarum adimplere. Verbum illud *Forenses*, a proximis Decessoribus nostris prætermissum, Nos etiam omisimus; quod quidem, juxta loquendi morem medio ævo usitatum, nihil aliud, quàm exteros significare poterat, ut probè Lucas Holstenius *Collectionis Labbeanæ Concilior. tom.* 8. *pag.* 138. animadvertit, dum verba Synodi Romanæ sæculo nono sub Leone IV. habitæ exponit: *Tantam superfluitatem Presbyterorum forensium.* Antiquo verbo *peregrini* usi sumus, qui illi sunt, qui iter suscipiunt causa visitationis Sacrorum Liminum, & sacræ Indulgentiæ consequendæ: *Advena sum, & peregrinus apud vos*: legitur *in Genesi cap.* 23. Verbo autem *peregrini*, aliud adjecimus *externi*, quod non minus secundùm rectum latini idiomatis usum, quàm, quod magis interest, secundùm propriam in Divinis Scripturis loquendi rationem, advenam aut alienigenam significat; unde *Exodi cap.* 23. legitur: *Per nomen externorum Deorum non jurabitis, neque audietur ex ore vestro*; & *Numerorum cap.* 1. *Quisquis externorum accesserit, occidetur*; & *capite tertio*: *Externus, qui ad immolandum accesserit, morietur.* Atque, ut ad propositum nostrum revertamur, declaravimus ac declaramus, sub *peregrinorum* aut *externorum* nomine omnes alios comprehendi, qui sub nomine *Romanorum*, aut *incolarum Urbis*, secundùm explicationem paulò ante datam, minimè comprehenduntur.

§. VIII.

De declarationibus contentis in Constitutione: Convocatis, *circa opera injuncta.*

Quando fieri debeant Confessio, & Communio pro acquisitione Jubilæi.

§. 73. Optandum omnino esset, & melius, ac tutius procul dubio foret, si antequam visitatio Basilicarum inciperetur, fructuosa præmitteretur Confessio, ut visitationes ipsæ in statu gratiæ fierent, atque iteraretur confessio, si quis, visitationibus inceptis, in lethale aliquod peccatum prolaberetur. In Actis Ecclesiæ Mediolanensis *part.* 7. *edition. Mediolanen.* 1599. *pag.* 1031. magni Sancti Caroli Borromæi ita legitur: *Ante omnia autem unicuique sedulo curandum est, ut conditiones a Sanctitate Sua in litteris concessionis ipsius Jubilæi expressas diligenter observet; quoniam minime illud consequeretur, qui easdem non observaret. Harum prima est, ut verè contritus, & confessus sit, quod unusquisque facere debet antequam visitationes Ecclesiarum incipiat, pro majori securitate Sancti Jubilæi acquirendi. Ob eamdem causam, si quis postquam confessus esset, & Ecclesiarum visitationes incœpisset, in mortale aliquod (quod Deus avertat) peccatum prolaberetur, mortale peccatum confiteri debet, ac deinceps reliquum dierum numerum persequi, qui supererunt ad completum usque numerum dierum, quibus quatuor Ecclesiarum visitatio ab eo facienda erit.*

§. 74. Hujusmodi porro agendi ratio a S. Antonino *in Summa part.* 1. *tit.* 10. *cap.* 3. §. 5. *in fin.*, a Cardinali Bellarmino *de Indulg. lib.* 1. *cap.* 13. *Controversiar. tom.* 2., a Becano *in Summa tit. de Sacramentis cap.* 28. *de Indulgentiis quæst.* 6., Benzonio *de Anno Jubilæi lib.* 5.

§. VIII.

Delle dichiarazioni contenute nella Costituzione: Convocatis, *intorno alle opere ingiunte.*

Quando si debba fare la Confessione, e Comunione per l'acquisto del Giubbileo.

§. 73. Sarebbe senza dubbio desiderabile, sarebbe senza dubbio meglio fatto, e più sicuro, se prima d'incominciare la visita delle Chiese, si premettesse una fruttuosa Confessione, per far le visite nello stato di grazia, ed anche fare una nuova Confessione, se qualcheduno, incominciate le visite, cadesse in qualche peccato mortale. Negli Atti della Chiesa di Milano *part.* 7. *della stampa di Milano del* 1599. *pag.* 1031. del gran S. Carlo Borromeo così si legge: *Deve poi ciascuno sopra ogni cosa avvertire, di servare diligentemente tutte le condizioni espresse da Sua Santità nelle lettere della concessione di esso Giubbileo; perchè non lo conseguirebbe, chi non le osservasse. La prima è, d'essere veramente contrito, e confessato, il che ognuno deve fare avanti che cominci a visitare le Chiese, per maggior sicurezza di conseguire il Santo Giubbileo. Per la medesima causa, se alcuno dopo l'essersi confessato, e l'avere incominciato a visitare le Chiese, cadesse (il che Dio non permetta) in qualche peccato mortale, deve confessarsi del peccato mortale, e seguitare di poi il resto dei giorni, che gli mancaranno, sino al numero dei giorni, che avrà da visitare le quattro Chiese.*

§. 74. E questo sistema vien approvato, e dato per più sicuro da S. Antonino *in Summa part.* 1. *tit.* 10. *cap.* 3. *§.* 5. *in fin.*, dal Cardinale Bellarmino *de Indulgentiis lib.* 1. *cap.* 13. *Controversiar. tom.* 2., dal Becano, *in Summa tit. de Sacramentis cap.* 28. *de Indulgentiis, quæst.* 6.,

dub. 4. *§. Dico ſeptimo*, & Pontas *in verb. Indulgentiæ caſ.* 13. pro tuta agnoſcitur, & approbatur. Quod verò & Nos id ſummopere cupierimus, & ex animo cupiamus, ſatis intelligi poteſt tum ex iis, quæ in ſupradicta Encyclica Epiſtola noſtra ſcripſimus, tum ex iis, quæ fecimus, dum proximè præterita æſtate publicas per Urbem Miſſiones haberi juſſimus, tum denique ex his, quæ facimus, dum hoc Adventus tempore, uſque ad Feſtum S. Thomæ, eaſdem Miſſiones per varias Eccleſias Urbis continuari curamus; quæ omnia ad eum tantummodo ſcopum & finem diriguntur, ut a peccatoribus ritè, & cum emendationis fructu Confeſſiones priùs fiant, quàm Porta Sancta aperiatur, ac proinde antequam Baſilicarum viſitationes fieri incipiant; nec illud etiam omittendo, quod deſiderium hujuſmodi noſtrum, & ex ipſa Conſtitutione noſtra: *Peregrinantes* ſatis deducitur, in qua viſitationibus Eccleſiarum Confeſſio, & Communio præmittitur.

§. 75. Verum nequaquam in hoc difficultatis ſumma verſatur; ſed præcipuum in eo dubium conſiſtit, num videlicet, ſi forte a quopiam lethalis culpæ reo viſitatio Baſilicarum incipiatur, & continuetur, & ſic ab eo hujuſmodi opus fiat, quod bonum eſt eo bonitatis genere, quo eſſe poſſunt opera, quæ a peccatoribus fiunt; deinde verò idem ritè & rectè confiteatur, & ſacram Communionem in ſtatu gratiæ recipiat; proindeque in ultimo opere, quod ad Jubilæum conſequendum adimplevit, in ſtatu gratiæ ſit; num, inquam, præcedentes Eccleſiarum viſitationes pro ſufficienti operum injunctorum implemento haberi & cenſeri poſſint. Super hoc difficultatis puncto fusè diſſerit Navarrus *de Jubilæo, notabili* 19.; ſed communior opinio eſt, viſitationes etiam in ſtatu peccati factas ſufficere ad Indulgentiam conſequendam, dummodo poſtremum opus, in quo acquiritur Indulgentia, in ſtatu gratiæ perficiatur; cum temporalis pœna non remittatur, niſi peccato deleto, ac remiſsâ æternâ pœnâ, quod quidem per Pœnitentiam obtinetur. Ita inſigniores Theologi in ſuis Theologicis operibus ratiocinantur, videlicet Suarez *in 3. part. D. Thomæ tom.* 4. *diſp.* 52. *ſect.* 2. *num.* 7., Valentia *tom.* 4. *diſp.* 7. *quæſt.* 20. *de Indulgen. punct.* 5. *§. Non tamen*, Cardinalis de Lugo *de Sacramen. Pœniten. diſput.* 27. *ſect.* 6. *num.* 83., Sylvius *part.* 3. *D. Thom. tom.* 4. *in ſuppl. tert. part. quæſt.* 27. *art.* 1., Eſtius *in* 4. *Sent. diſt.* 20. §. 8. *per tot. & ſignanter verſ. Cæterum, & ſeqq.*, Juvenin *in Tract. de Sacram. diſput.* 13. *de Indulg. quæſt.* 6. *§. Cæterum*, aliique complures. Illi etiam, qui Morales Theologi dicuntur, in hac re concordi ſententiâ ſunt, quos inter Filliuccius *Oper. Moral. tom.* 1. *tract.* 8. *cap.* 10. *quæſt.* 5. *num.* 258., Santarellus *variar. reſolut. quæſt.* 76. *num.* 15., La Croix *lib.* 6. *part.* 2. *de Indulg. num.* 1410., Bonacina *de Jubilæo quæſt.* 6. *art.* 2. *num.* 4., item alii, qui ex profeſſo de Jubilæo ſcripſerunt, ex quibus Viva *in Hiſtor. Indulg. inter quæſt. & reſolut. practic. quæſt.* 32., Amort *tom.* 1. *pag.* 203. *Venet. edit. ann.* 1698., atque illi etiam, qui Romæ Tractatus de Indulgentiis compoſuerunt, atque ediderunt, in quorum numero PP. Paſſerinus *de Indulg. quæſt.* 73. *per tot.*, *& præſertim num.* 514., Vanranſt *in Opuſcul. de Indulg. quæſt.* 6. *num.* 7. *& ſeq.*, ac Theodorus *in Tractatu de Indulg. lib.* 1. *cap.* 8. *art.* 1. *per tot.* Hæc autem, quæ communis opinio dici poteſt, ſuo & quidem valido fundamento non deſtituitur, quum Eccleſiarum viſitationes, licet ab eo, qui in gratia non eſt, factæ, opera ſint moraliter bona, quamquam æternæ vitæ non meritoria; licet enim

dal Benzonio *de Anno Jubilæi lib.* 5. *dub.* 4. *§. Dico ſeptimo*, e dal Pontas *in verb. Indulgentiæ caſ.* 13. E che queſto ſia ſtato, e ſia il noſtro vivo deſiderio, ſi può abbaſtanza raccorre da quanto abbiamo ſcritto nella detta Lettera Circolare; da quanto abbiamo fatto, avendo nella proſſima paſſata eſtate fatte fare in queſta Città pubbliche Miſſioni; da quanto facciamo fare nel corrente Avvento, continuando ſino alla Feſta dell'Apoſtolo S. Tommaſo, in varie Chieſe di Roma; coſe tutte che hanno per unico fine ed oggetto Confeſſioni fruttuoſe da farſi dai peccatori, prima che ſi apra la Porta Santa, e per conſeguenza prima che s'incominci la viſita delle Chieſe; ſenza tralaſciare di dire, poterſi dedurre queſta noſtra brama anche dalla Coſtituzione *Peregrinantes*, in cui ſi premettono la Confeſſione e la Comunione alla viſita delle Chieſe.

§. 75. Ma quì non conſiſte la difficoltà. Si riduce la difficoltà a vedere, ſe, incominciandoſi, e proſeguendoſi la viſita delle Baſiliche da chi è in peccato mortale, e facendoſi la detta opera, che è buona in quel genere di bontà, di cui ſono capaci le opere buone, che ſi fanno dai peccatori; e facendoſi poi la fruttuoſa Confeſſione, e prendendoſi la Santa Comunione in iſtato di grazia; e così eſſendo in iſtato di grazia chi ha viſitate le Chieſe in iſtato di peccato; eſſendo, dicemmo, in iſtato di grazia nell'ultima opera, che adempie per conſeguire il Giubbileo, poſſano le precedenti viſite valutarſi per un ſufficiente adempimento delle opere ingiunte. Diſcorre di queſto punto longamente il Navarro *de Jubilæo, notabili* 19.; ma non può negarſi, che l'opinione più comune non ſia, baſtare le viſite fatte anche in iſtato di peccato per conſeguire l'Indulgenza, purchè l'ultima opera, in cui ſi acquiſta l'Indulgenza, ſia fatta in iſtato di grazia; non rimettendoſi la pena temporale, ſe non cancellato il peccato, e rimeſſa l'eterna pena, il che ſi ottiene col mezzo della Penitenza. Così diſcorrono i Teologi più accreditati nelle loro Opere Teologiche, cioè il Suarez *in 3. part. D. Thomæ tom.* 4. *diſput.* 51. *ſect.* 2. *num.* 7., il Valenza *tom.* 4. *diſput.* 7. *quæſt.* 20. *de Indulgentiis punct.* 5. §. *Non tamen*, il Cardinal de Lugo *de Sacramento Pœnitentiæ diſput.* 27. *ſect.* 6. *n.* 83., il Sylvio *in* 3. *part. D. Thom. tom.* 4. *in ſupplemento tertiæ partis quæſt.* 27. *art.* 1., l'Eſtio *in* 4. *Sent. diſt.* 20. *§.* 8. *per tot. & ſignanter verſ. Cæterum cum ſeqq.*, il Juvenin *in Tract. de Sacramentis diſput.* 13. *de Indulgentiis quæſt.* 6. §. *Cæterum*, e molti altri. Concordano ancor quelli, che ſi chiamano Teologi Morali, fra' quali il Filliuccio *Oper. moral. tom.* 1. *tract.* 8. *cap.* 10. *quæſt.* 5. *num.* 258.; il Santarelli *variar. reſolut. quæſt.* 76. *num.* 15., la Croix *lib.* 6. *part.* 2. *de Indulgentiis num.* 1410., il Bonacina *de Jubilæo quæſt.* 6. *art.* 2. *num.* 4.; gli altri, che hanno trattato eſpreſſamente del Giubbileo, fra'quali il Viva *in Hiſtoria Indulgentiarum, inter quæſt., & reſolut. practic. quæſt.* 32., l'Amort *tom.* 1. *pag.* 203. *Venet. edit. ann.* 1698., e quelli ancora, che hanno compoſti, e ſtampati in Roma Trattati d'Indulgenze, fra' quali i PP. Paſſerino *de Indulgentiis quæſt.* 73. *per tot.*, *& præſertim n.* 514., Vanranſt. *in Opuſcul. de Indulgentiis quæſt.* 6. *nu.* 7. *& ſeq.*, e Teodoro *in Tractat. de Indulgentiis lib.* 1. *cap.* 8. *art.* 1. *per tot.* Queſta, che può dirſi comune opinione, ha il ſuo valido fondamento; eſſendo le viſite delle Chieſe, benchè fatte da chi non è in grazia, opere moralmente buone, benchè non

opera inimici sint, illius tamen inimici sunt, qui se ad reconciliationem cum Deo comparat, atque disponit: hoc verò prioribus Ecclesiæ sæculis in publicis illis pœnitentiis adumbratum videtur, quæ ab illis fiebant, qui in graves, ac publicos excessus prolapsi erant, qui quidem antequam absolutionem ab ipsis obtinerent, & sic in eodem statu peccati, in adimplendis operibus ac pœnitentiis sibi præscriptis se exercebant. Hoc autem semel constituto, quod in ultimo opere, quod in ultimo opere, quod ad consequendam Indulgentiam adimpletur, status gratiæ absolutè necessarius sit, quodque non item absolutè requiratur, hujusmodi status, dum alia injuncta opera adimplentur, in sententiæ hujus confirmationem laudati Auctores publicam Fidelium consuetudinem advocant, ei satis notam, qui Indulgentiam concedit, & ab eodem non improbatam; cum fieri vix possit, ut sibi persuadeat, visitationes, quæ ad Jubilæum consequendum vel per triginta, vel per quindecim dies interpolatos fiunt, non nisi ab iis fieri, qui in gratia constituti sunt; neque verò a sententia sua removentur, ob eam causam, quod in Jubilæi universalis Bulla visitationi Basilicarum Confessio, & Communio præmissa sit; huic etenim argumento respondent, ordinem verborum non adæquatam esse regulam pro ordine factorum, ac præterea adjungunt, in Indulgentiis sufficere auctoritatem in concedente, gratiam in recipiente, ac pietatem in causa; pias autem esse Basilicarum visitationes, licet ab eo, qui in gratia constitutus non est, factæ sint, dummodo debitis cum circumstantiis adimpleantur, quum ad consequendam habitualem gratiam præparationes sint.

§. 76. Atque hæc est summa eorum, quæ in sententiæ hujus comprobationem afferri solent ab iis, qui eandem tuentur; a qua Nos, in præsenti minimè recedendum ducimus, neque recedimus, quemadmodum ex iis, quæ ad *n.* XLV. novissimæ Constitutionis declaravimus, videre est. Quoniam, licet quo ad Nos, magis ac magis semper in votis habeamus, ut visitatio Ecclesiarum in statu gratiæ fiat, ac proinde vel post fructuosam Confessionem, vel saltem post Contritionis actum; reputantes tamen, non omnia quæcumque optamus posse semper contingere, humanamque fragilitatem commiserari opus esse; a fructu Indulgentiæ minimè excludendos illos existimavimus, qui non præmissâ Confessione, visitationem Ecclesiarum incipiunt, ac prosequuntur, dummodo quando opus ultimum perficiunt, in quo Indulgentia acquiritur, in statu gratiæ sint; ac dummodo visitationes ipsæ cum sensu devotionis adimpleantur. In Bulla: *Peregrinantes* legitur *devotè visitaverint*; In Extravaganti: *Unigenitus* inest verbum *devotionis*; In alia: *Quemadmodum*, verbum *reverenter*; Navarrus autem *de Jubilæo sub num.* 44. eadem illa verba exponens, ita ait: *Per quæ significatur, visitationes has Ecclesiarum fieri debere bene, & quidem rectè; nam licèt, per asserta cum communi, non sit necessarium ut fiant in statu gratiæ, necessarium tamen est, quod sint actus boni moraliter.* Ad injunctum igitur visitationum opus adimplendum necesse est, ut visitatio fiat consilio atque animo exhibendi honorem Deo, aut Sanctis ejus; ut tam in itinere, quod ad Basilicas habetur, quàm in easdem ingrediendo, modestè incedatur, atque in hisce aliquis religionis actus exerceatur. Ex quo deduci potest, quod, si quis nullo pio fine, sed merâ ductus curiositate visitatum Ecclesias se confert, aut animi relaxandi, seu, quod dicitur, deambulationis habendæ gratiâ, iter conficit, Jubilæum minimè consequitur. Illum verò omnino omittimus, de quo dicere

meritorie dell'eterna vita; e benchè siano opere d'un inimico, sono però opere d'un inimico, che s'incammina alla riconciliazione con Dio: e nella sacra antichità ciò sembra adombrato nelle pubbliche penitenze, che si facevano da quelli, che erano caduti in eccessi gravi e pubblici, e che prima d'ottenerne l'assoluzione, e così in istato di peccato, s'andavano esercitando in adempimento delle opere e penitenze a loro prescritte. Fissato poi il punto, che lo stato della grazia sia assolutamente necessario nell'ultima opera, che si fa, per conseguire l'Indulgenza, e che lo stato predetto non sia assolutamente necessario, quando le altre opere ingiunte si adempiono; chiamano i citati Autori in loro ajuto la pubblica consuetudine de'Fedeli, saputa, e non riprovata da chi concede l'Indulgenza; essendo impossibile, ch'esso creda, che le visite, che si fanno o trenta, o quindici volte in giorni interpolati per conseguire il Giubbileo, non si facciano, che da quelli costituiti in grazia; nè punto si rimuovono da questo loro sentimento per essere nella Bolla del Giubbileo universale premessa la Confessione, e la Comunione alla visita delle Basiliche; mentre rispondono, non esser l'ordine delle parole regola adequata per l'ordine de' fatti; ed aggiungono, nelle Indulgenze bastare l'autorità nel concedente, la grazia in chi le riceve, e la pietà nella causa; ed esser pie le visite delle Basiliche, ancorchè non siano fatte da chi è in grazia, purchè siano adempite colle dovute circostanze, essendo disposizioni a conseguire la grazia abituale.

§. 76. Questo è il compendio di quanto vanno dicendo i difensori di questa sentenza, dalla quale nel caso presente non intendiamo di recedere, come può vedersi da quanto abbiamo dichiarato al *n.* XLV. dell'ultima Costituzione; perchè, sebbene da una parte sia in Noi sempre più ardente la brama, che la visita delle Chiese si faccia in istato di grazia, e così o dopo una fruttuosa Confessione, o almeno dopo un atto di Contrizione; dall'altra parte poi considerando, non potersi sempre conseguire quanto si brama, ed esser d'uopo il compatire l'umana fragilità; abbiamo creduto non doversi da Noi escludere dal frutto dell' Indulgenza chi incomincia, o prosiegue la visita delle Chiese senz'avere premessa la Confessione; purchè sia in grazia, quando fa l'ultima opera, in cui consiegue l'Indulgenza; e purchè le visite siano fatte con divozione: *devotè visitaverint*, si legge nella Bolla: *Peregrinantes;* Nell'Estravagante: *Unigenitus*, si ritrova la parola *devotionis;* Nell'altra: *Quemadmodum*, la parola *reverenter;* Ed il Navarro *de Jubilæo sub num.* 44. spiegando le dette parole, così dice: *Per quæ significatur, visitationes has Ecclesiarum fieri debere bene, & quidem rectè; nam licèt, per asserta cum communi, non sit necessarium ut fiant in statu gratiæ, necessarium tamen est, quod sint actus boni moraliter.* E' necessario dunque, acciò si adempisca l'opera ingiunta delle visite, che la visita si faccia con intenzione, o volontà d'onorare Dio, o i suoi Santi, che si vada, e si entri nelle Basiliche con modestia, e che vi si esserciti qualche atto di religione. Dal che s'inferisce, che se uno va alle Chiese senz'alcun fine buono, ma per mera curiosità, e se va per fare, come suol dirsi, una passeggiata, non guadagna il Giubbileo; (essendo superfluo il parlare di chi visitasse la Chiesa in peccato mortale attuale, per esempio con animo d'indurre altri a peccare) come, individuando questi, ed altri simili casi, vanno discorrendo il Vanranst

supervacuum est, qui in actuali peccato mortali, animo, exempli gratiâ, alios ad peccandum inducendi, Ecclesiam visitaret; ut, & hujusmodi, & alios similes casus indicando, disserunt Vanranst *de Indulg. quæst. 7. à num. 15. ad num. 20.*, Constantinus *part. 2. cap. 6. pag. 121.*, Quarti *tract. de Jubil. pag. 146. & seq.*, Viva *de Jubil. quæst. 8. art. 5. num. 3.*, Pignatellus *de Anno Sancto dub. 21. cap. 8.*, Amort *in quæstionibus practicis in fine Historiæ Indulgentiarum quæst. 72.*, aliique complures.

De Confessione faciendâ ab eo etiam, qui mortalis culpæ minime reus est.

§. 77. Confessionis præceptum, prout a jure Divino statutum fuit, sola mortalia peccata comprehendit, nec ad venialia extenditur. Cum verò Ecclesia in Concilio Lateranensi certum confitendi tempus, quod est Pascha Resurrectionis, præscripserit, controversia est, num necessitati confitendi peccata mortalia, aliam adjecerit, ut venialia etiam peccata confiteri necessarium sit. Et quamquam communiter dicatur, nequaquam adjunctam esse necessitatem etiam venialia peccata confitendi ad adimplendum præceptum; non desunt tamen Auctores, qui pleni studio ac zelo contrariam opinionem tuentur, ac docent, eum, qui non nisi venialia peccata habet, saltem in Paschate Sacerdoti se sistere debere, ut ei notum faciat, se, Divina opitulante gratia, nonnisi venialium culparum sibi conscium esse. Juvenin *de Sacramentis dissert. 6. cap. 3. art. 2.*, Du Hamel *tom. 7. tract. de Pœnitentia dissert. 3. cap. 2. num. 5. §. Quid verò dicendum*, Habert. *tom. 8. de Pœnitentia cap. 9. quæst. 2.*, Auctor additionis ad Pontas *tom. 1. in verb. Confessio cas. 51.* in editione latina, Auctor Theologiæ Moralis ad usum Seminarii Petrocorienſis *tom. 4. lib. 2. tract. 1. quæst. 9.* videri possunt. Nos hanc controversiam intactam relinquimus. S. Antoninus in Summa sua *tom. 1. tit. 10. cap. 3. num. 10. ultimæ impressionis Veronæ* expressè docet, rem dignam ac laudabilem ad consequendam Indulgentiam fieri a Pœnitente, qui a lethalibus peccatis liber cum sit, venialia confitetur. Verùm ad propositum nostrum ne id quidem sufficiens erat, quoniam controversiæ caput non circa utilitatem, sed circa necessitatem versatur. Quæstio enodanda illa est, quæ inter Theologos agitatur, utrum videlicet, cum ad Jubilæi consecutionem Confessio præscripta sit, etiam iis, qui peccata mortalia non habent, sed tantummodo venialia, præscripta intelligatur. Apud Sanctarellum *quæst. 76. variar. resolut. num. 2. & seq.*, & in cursu morali Salmaticensium *tom. 1. tract. 6. cap. 7. punct. 3. num. 34.* Auctores tam pro affirmativa, quàm negativa parte collectos videre est. Ipsi verò, se affirmativæ opinioni, quam quidem tutiorem asserunt, adhærere profitentur. Cardinalis autem de Lugo *disp. 27. de Sacramento Pœnitentiæ sect. 7. num. 101.*, ac Leander *part. 1. tract. 5. disput. 14. quæst. 76.* negativam partem sequuntur, eâ nixi ratione, quòd, quando de Confessione sermo est, de mortalium peccatorum Confessione semper intelligatur. Cum verò non desit auctoritas injungendi Confessionem etiam venialium, quemadmodum probè Cardinalis de Lauræa *in 4. sent. tom. 2. de necess. sacram. Pœnit. disput. 24. art. 2. §. 4.*, & Clericatus *de Sacrament. Pœnit. decis. 50. n. 7.* advertunt, quod textu Pontificis Clementis V. in Clementina, quæ incipit: *Ne in agro, de statu Monachorum*, comprobatur, ubi Monachis onus saltem in mense confitendi imponit, etiamsi probabiliter posset ac deberet existimari magnam ipsorum partem non nisi venialia peccata habere; cumque etiam certum sit, quod, dum ad Jubilæi consecutionem facienda præscribuntur opera, quæ ex natura sua mera consilii opera, ac supererogatoria

de Indulgentiis quæst. 7. a num. 15. ad num. 20., il Costantini *part. 2. cap. 6. pag. 121.*, il Quarti *Tratt. del Giubbileo pag. 146. e seg.*, il Viva *de Jubilæo quæst. 8. art. 5. num. 3.*, il Pignatelli *dell' Anno Santo dub. 21. cap. 8.*, l'Amort *nelle questioni pratiche nel fine della Storia delle Indulgenze quest. 72.*, e molti altri.

Della Confessione da farsi anche da chi non è reo di peccati mortali.

§. 77. Il precetto della santa Confessione, in ciò che risguarda il Jus Divino, comprende i soli peccati mortali, e non s'estende ai veniali. Avendo poi la Chiesa nel Concilio Lateranense fissato il tempo del confessarsi, che è la Pasqua di Risurrezione, si controverte, se alla necessità di confessarsi de' peccati mortali abbia aggiunta l'altra di doversi anche confessare de'veniali: e quantunque comunemente si dica, non essere stata aggiunta la necessità di confessarsi anche de' peccati veniali per adempire il precetto Pasquale; non mancano però Autori, che pieni di zelo opinano il contrario, ed insegnano, che chi non ha, che peccati veniali, almeno nella Pasqua si presenti al Sacerdote per fargli sapere, che, per grazia di Dio, non ha, che peccati veniali. Si possono vedere il Juvenin *de Sacramentis dissert. 6. cap. 3. art. 2.*, il Du Hamel *tom. 7. tract. de Pœnitentia dissert. 3. cap. 2. num. 5. §. Quid verò dicendum*, l'Habert *tom. 8. de Pœnitentia cap. 9. quæst. 2.*, l'Addente al Pontas *tom. 1. in verb. Confessio cas. 51.*, nell'edizione latina, l'Autore della Teologia Morale per uso del Seminario Petrocorense *tom. 4. lib. 2. tract. 1. quæst. 9.* Noi non entriamo in questa controversia. S. Antonino espressamente nella sua Somma *tom. 1. tit. 10. cap. 3. num. 10. dell'ultima stampa di Verona*, insegna, esser cosa molto lodevole per conseguire l'Indulgenza il confessarsi de' peccati veniali, non avendo il Penitente peccati mortali. Ma ciò nemmeno bastava pel nostro intento, avvegnachè il punto non è circa l'utile, ma circa il necessario. Il nodo si riduce alla questione, che trattasi fra i Teologi, se essendo ordinata la Confessione pel conseguimento del Giubbileo, intendasi ordinata anche a chi non ha peccati mortali, ma soli veniali. Nel Santarelli *quæst. 76. variar. resolut. num. 2. & seq.*, e nel Corso Morale de'Salmaticensi *tom. 1. tract. 6. cap. 7. punct. 3. num. 34.*, si possono vedere radunati gli Autori per la parte affermativa, e per la parte negativa. Essi si protestano aderenti all'opinione affermativa, qualificandola per la più sicura. Il Cardinale de Lugo poi *disput. 27. de Sacram. Pœnit. sect. 7. num. 101.*, ed il Leandro *part. 1. tract. 5. disput. 14. quæst. 76.*, seguono la parte negativa, pel motivo che, quando si parla della Confessione, s'intende sempre della Confessione de'peccati mortali. Essendovi però l'Autorità d'ingiugnere la Confessione de' veniali, come molto bene riflettono il Cardinal di Lauria *in 4. Sent. tom. 2. de necessitate Sacram. Pœnit. disput. 24. art. 2. §. 4.*, ed il Clericato *de Sacrament. Pœnit. decis. 50. num. 7.*, il che si comprova col testo del Pontefice Clemente V. nella Clementina, che incomincia: *Ne in agro, de statu Monachorum*, ove impone ai Monaci il peso di confessarsi almeno una volta il mese, ancorchè ragionevolmente si potesse, e dovesse supporre, che una gran parte d'essi non fosse per avere, che peccati veniali; ed essendo anche certo, che prescrivendosi per l'acquisto del Giubbileo il fare opere, che di sua natura sarebbero di puro consiglio, e di supererogazione, com'è per esempio il digiunare alcuni giorni non pre-

essent, velut exempli gratiâ jejunium per aliquot dies ab Ecclesiastico præcepto non præscriptos, sive devota Basilicarum visitatio, quemadmodum in præsenti Anni Sancti Jubilæo fit; præscribi etiam venialium peccatorum Confessio iis potest, qui mortalia non habent, etiamsi extra hujusmodi circumstantias, atque in abstracto loquendo, peccata venialia confitendi obligatio non adesset. Ita Nos fecimus, ac *n.* XLVI. novissimæ Constitutionis declaravimus, ad Jubilæum consequendum, etiam ab eo, qui nonnisi peccata venialia habeat, confessionem peragendam fore. *Posset autem Papa, si vellet, expressis verbis injungere, ut qui Indulgentiam consequi vellet, venialia peccata confiteretur, sicut injungit alia opera supererogationis, neque tamen hoc esset facere venialia materiam necessariam Confessionis, sed cum aliàs venialia sint congrua materia Confessionis, illam quoque exigeret, si vellet, in acquisitione Indulgentiæ*: quæ Benzonii verba sunt *de Anno Jubilæi lib. 5. cap. 15. dub. 6.*

S. 78. Ne multa, quæstioni illi, quæ inter Theologos fit, utrum, quando ad consequendam Indulgentiam Confessio præscribitur, ille, qui non nisi peccata venialia habet, ad confitendum obligetur, tunc locus est, cùm Confessio tamquam dispositio ad statum gratiæ pro Jubilæi consecutione necessarium requiritur; non autem quando Confessio inter præscripta opera comprehenditur, quemadmodum nunc a Nobis factum est, dum eamdem, ut onus injunctum ad consequendam Indulgentiam imposuimus; sicut etiam Pasqualigus *quæst. 63.* Viva *de Jubilæo quæst. 8. art. 3. §. dices*, & Constantinus *de Anno Sancto part. 2. cap. 5. pag. 106.* appositè animadvertunt.

De eo, qui, cùm jam confessus esset, ante completas visitationes in novum mortale peccatum incideret.

S. 79. Hanc ita decisam quæstionem alia solvenda difficultas excipit, quæ circa illum versatur, qui cum & confessus jam sit, & per vices aliquot Basilicarum visitationes fecerit, in novum aliquod mortale peccatum prolabitur; de hoc siquidem inter Doctores disputatur, quid illi ad consequendum Jubilæum faciendum sit; teneatur ne factas jam visitationes iterare, an verò ei satis sit ante postremam visitationem contritionis actum elicere, an demum ad confitendum commissum peccatum obligetur. Quidam contritionis actum sufficientem esse existimarunt, ex eo, quod in Jubilæi Bulla unica tantùm confessio præscribatur, quæ in proposito casu supponitur adimpleta, atque item ex eo, quod per contritionis actum rite conceptum status gratiæ ad consequendam Indulgentiam necessarius acquiratur. Ita Cardinalis de Lugo *de Sacram. Pœnit. disp. 27. sect. 7. num. 102.*, ac Leander *part. 1. Oper. Moral. tract. 5. de Sacram. Pœnit. disput. 14. de Indulg. quæst. 79.* ratiocinantur; qui etiam aliorum Auctorum, qui secum sentiunt, auctoritatem adducunt. Verùm, cùm ab aliis, ac præsertim a Suarez *disp. 52. sect. 3. num. 7.*, a Filiuccio *tom. 1. tract. 8. cap. 6. num. 147.*, a Quarti *pag. 109.* & a Constantino *part. 2. cap. 5. in fin.* consideretur, quod Confessio in Bulla præscripta, refertur ad Indulgentiam, & quod consequenter Confessio mortalium peccatorum usque ad terminum, quo Indulgentiæ fructus obtinetur, commissorum requiritur, jure ac merito docent, quod ille, qui confessus est, & Basilicarum visitationes incœpit, si ante ultimam visitationem in mortale peccatum incidit, confiteri debet; quodque contritionis actus ad consequendum Jubilæum minimè sufficiens est: Ad repetendam item Confessionem illum etiam obligari addunt, qui peccati alicujus in Confessione priùs facta, per innoxiam oblivionem non enunciati, reminiscretur.

scritti dal precetto Ecclesiastico, o visitare divotamente, come succede nel presente Giubbileo dell'Anno Santo, le Basiliche; può ancora prescriversi la Confessione de' veniali, a chi non ha peccati mortali; quantunque, prescindendo da queste circostanze, e parlando in astratto, l'obbligo di confessare i veniali non vi fosse. Noi così abbiamo fatto, e nel *n.* XLVI. dell' ultima Costituzione, abbiamo dichiarato, esser obbligato, per acquistare il Giubbileo, a confessarsi, anche chi non ha che peccati veniali. *Posset autem Papa, si vellet, expressis verbis injungere, ut qui Indulgentiam consequi vellet, venialia peccata confiteretur, sicut injungit alia opera supererogationis, neque tamen hoc esset facere venialia materiam necessariam Confessionis, sed cum aliàs venialia sint congrua materia Confessionis, illam quoque exigeret, si vellet, in acquisitione Indulgentiæ*: sono parole del Benzonio *de Anno Jubilæi lib. 5. cap. 15. dub. 6.*

S. 78. In una parola, la questione, che si fa fra' Theologi, se, ordinandosi la Confessione per acquistar l'Indulgenza, sia obbligato confessarsi chi non ha che peccati veniali, ha luogo, quando la Confessione si richiede come disposizione allo stato della grazia, necessario per guadagnare il Giubbileo; ma non quando la Confessione viene prescritta, conforme da Noi per appunto si è fatto, come opera ingiunta per conseguire l'Indulgenza, come anche molto bene osservano il Pasqualigo *quæst. 63.*, il Viva *de Jubilæo quæst. 8. art. 3. §. Dices*, ed il Costantini *de Anno Sancto part. 2. cap. 5. pag. 106.*

Di chi già confessato, prima di finire le Visite, cadesse in nuovo peccato mortale.

S. 79. Succede alla difficoltà già risoluta la risoluzione d'un'altra, ed è in ordine a quello, che avendo già fatta la Confessione, e fatte alcune visite delle Basiliche in istato di grazia, cade in un nuovo peccato mortale; disputandosi fra i Dottori, cosa debba fare per conseguire il Giubbileo; se debba ripetere le visite già fatte, o se basti, che avanti l'ultima visita faccia un atto di contrizione, o pure sia obbligato a confessarsi del peccato commesso. Alcuni hanno creduto bastare l'atto di contrizione, non prescrivendosi nella Bolla del Giubbileo, che una sola Confessione, che già nel caso si suppone adempita, ed acquistandosi lo stato della grazia necessario per conseguire l'Indulgenza, con un buon' atto di contrizione. Così la discorrono il Cardinal de Lugo *de Sacram. Pœnit. disput. 27. sect. 7. n. 102.* ed il Leandro *part. 1. Oper. Moral. tract. 5. de Sacram. Pœnit. disput. 14. de Indulgentiis quæst. 79.*, che portano altri Autori dello stesso sentimento. Ma considerandosi dagli altri, e specialmente dal Suarez *disput. 52. sect. 3. num. 7.*, dal Filliuccio *tom. 1. tract. 8. cap. 6. num. 147.*, dal Quarti *pag. 109.*, dal Costantino *part. 2. cap. 5. in fin.*, che nella Bolla la Confessione si riferisce all' Indulgenza, e che per conseguente richiede la Confessione de' peccati mortali commessi infino al termine, in cui si ottiene il frutto di essa, insegnano fondatamente, che chi si è confessato, ed ha incominciate le visite delle Chiese, se cade in peccato mortale, prima dell' ultima visita, dee confessarsi, e che non basta l'atto di contrizione per conseguire il Giubbileo; e che lo stesso obbligo di ripetere la Confessione astringe anche colui, che si ricorda di qualche peccato mortale tacciuto per innocente dimenticanza nella già fatta Confessione. Ed a questa più fondata sentenza abbiamo aderito nel *num.* XLVII. assolvendo il peccatore dal peso di ripetere le

sceretur. Atque huic Nos solidiori sententiæ *num.* XLVII. adhæsimus, Peccatorem ab onere iterandi visitationes Basilicarum jam factas absolventes, alteri tamen oneri obnoxium relinquentes, ut priùs confiteri debeat, quàm postremam compleat Basilicarum visitationem. Dictum est, Nos eum ab onere visitationes jam factas iterandi liberasse, cùm quæstio circa hanc obligationem tunc solùm locum habeat, quum admittitur opinio, quæ statum gratiæ tamquam necessarium eo tempore, quo injuncta opera adimplentur, requirit, non autem quando necessitas status gratiæ reducitur ad novissimum opus, in quo Indulgentia obtinetur, quemadmodum Benzonius *de Anno Jubilæi lib. 5. cap. 15. dub. 9.* probè animadvertit.

visite già fatte delle Basiliche, e lasciandolo sottoposto all'altro di doversi confessare prima di compire l'ultima visita delle dette Basiliche. Si è detto, averlo liberato dal peso di ripetere le visite già fatte; avendo luogo la questione di quest'obbligo sol quando si ammette l'opinione, che richiede come necessario lo stato della grazia nel tempo, in cui si adempiono le opere ingiunte; ma non quando la necessità dello stato della grazia si riduce all' ultima opera, in cui si ottiene l'Indulgenza; come al nostro proposito ben riflette il Benzonio *de Anno Jubilæi lib. 5. cap. 15. dub. 9.*

De Pueris ad Communionem nondum aptis.

§. 80. In præsenti Anni Sancti Jubilæo, sicut supra indicavimus, & sicut etiam in Bulla *Peregrinantes* sancitur, inter injuncta opera, Sanctam etiam Communionem enumeravimus. Cùm vero quidam sint, qui per eorum ætatem, ac naturalem mentis captum, ad Confessionem tantùm, non autem ad Communionem admittuntur, aditum aperiri prævidimus disputationi, num scilicet hi, quos diximus, Jubilæi consequendi capaces sint; quæ quidem Quæstio ab Auctoribus in omnibus aliis Indulgentiis, in quibus pro opere injuncto Communio præscribitur, tractata est. In hac controversia quorumdam opinio fuit, quod, quum hi, de quibus agitur, Communionis minimè capaces sint, etiam consequendi Jubilæi incapaces remaneant, cùm nihil vel impotentia, vel legitimum quodvis impedimentum profit illi, qui nequit, vel impeditur, præscriptum ad Indulgentiæ consecutionem opus adimplere. Ita Lavorius *part. 1. cap. 21. de Jubilæo num. 31.* ratiocinatur; quin ullum nec ipse, nec alii, qui ejusdem partis sunt, præsidium agnoscant in Facultate, quam fortè Confessarius haberet, injuncta opera commutandi in favorem illius, qui ea exequi impeditur; tum quia hujusmodi Facultas commutationem Sanctæ Communionis non comprehendit; tum etiam quia eadem ad illos restringatur, qui casu aliquo impediuntur, ut sunt Moniales, in carcere detenti, ægroti, qui Basilicas visitare nequeunt, vel pauperes, qui eleemosynam impertiri non possunt, quando inter opera injuncta eleemosyna comprehensa est; ideoque ad illos extendi non possit, qui non per accidens, sed ex dispositione juris, ad præstandum id, quod in Jubilæi Bulla præscribitur, incapaces sunt. Atque hæc Passerini *de Indulg. quæst. 46.*, Cardinalis de Lugo *de Sacram. Pœnit. disput. 27. sect. 7. num. 118.*, Vanranst *de Indulg. quæst. 7. num. 32.* sententia est. Nec verò ex altera parte defuere, qui se mentis Summorum Pontificum interpretes sponte facientes, contenderunt, injunctum opus Communionis ad illos minimè extendi, qui per ætatem communicandi incapaces sunt, cùm conditio hæc, quoad istos, *de jure* impossibilis sit; aut supponi debere, dari a Pontifice Confessariis Facultatem in aliud pium opus Communionem commutandi, etiamsi id expressè non dixerit. Horum nomina apud Passerinum *loco nuper citato* videre est. Nos verò ad hujusmodi controversiam ac difficultatem tollendam, *num.* XLVIII. Confessariis Facultatem dedimus Communionem in aliud pium opus commutandi pro pueris illis, qui ad primam Communionem nondum admissi sunt, quique ex Parochi, vel Confessarii judicio, ad eum capacitatis gradum non pervenerunt, ut Anni Sancti decursu ad primam Communionem admitti possint.

De' Fanciulli non atti alla Comunione.

§. 6. Illud quoque certissimum est, nullo unquam tempore contigisse, ut Portæ Sanctæ Basilicarum Sancti Joannis in Laterano, & Sanctæ Mariæ Majoris per alium Cardinalem, quàm per Archipresbyterum suum reclusæ fuerint; ita ut, cùm Clemens VII., & Julius III. universale Jubilæum celebrarent, & tum fortè Cardinalis Decanus Episcopus Ostiensis ac Veliternus Archipresbyteri dignitatem in Basilica Sancti Joannis Lateranensis obtineret, ad eamdem Basilicam Sancti Joannis pro Sancta Porta aperienda Cardinalis Decanus se contulerit, aliamque Basilicæ Sancti Pauli reseraverit alius Cardinalis, qui Casinensis Ordinis patrocinium gerebat. Porrò, cùm id posteriori tempore nunquam evenerit, Cardinalis Episcopus Ostiensis ac Veliternus, & Sacri Collegii Decanus, hoc munere semper perfunctus est aperiendæ Portæ Sanctæ in Basilica Sancti Pauli, quemadmodum Cardinales Archipresbyteri in suis quique Basilicis idem peregerunt. Nec his profectò adversatur, vel quod tempore Innocentii XII., qui universale Jubilæum indixit, Cardinalis Bandinus Panciaticus ritum Portæ Sanctæ aperiendæ in Basilica Sancti Pauli exercuit, tamquam Ordinis Casinensis Patronus, vel quod, indicto a Benedicto XIII. de Nobis optimè merito, universali Jubilæo Anni Sancti, Cardinalis Fabritius Paulutius Portam Sanctam Basilicæ S. Pauli reclusit; tempore siquidem Innocentii XII., uti dictum est, Summus ipse Pontifex ægrotabat, ægrotabat quoque Cardinalis Collegii Decanus, & cum Prodecanus in Basilica Vaticana Portam Sanctam aperiret, ad Cardinalem Ordinis Casinensis Protectorem delatum est munus Portam Sanctam aperiendi in Basilica Sancti Pauli, & tempore Benedicti XIII., cùm Cardinalis Franciscus de Judice Decanus gravi morbo decumberet, Cardinalis Paulutius, qui Prodecani gradum obtinebat, loco Decani memoratam Portam Sanctam Basilicæ Sancti Pauli reclusit.

Cardinalium Legatorum designatio in Consistorio nunc primum facta.

§. 7. Equidem Cardinales Legati in pervigilio Natalis Domini designari solebant in Aula, quæ dicitur Paramentorum, cum Summus Pontifex ad aperiendam Portam Sanctam Basilicæ Sancti Petri se conferret. Attamen rem magis consentaneam, ac perhonorificam facere Nos arbitrati sumus, si antea, & in Consistorio, Cardinales iidem Legati declarentur.

Legatorum ad id electorum nomina & qualitates.

§. 8. Verùm Ecclesiæ disciplinam, & consuetudinem in reliquis omnibus retinentes, eligimus, ac deputamus Legatum nostrum de Latere, ut Portam Sanctam Basilicæ Sancti Pauli nomine nostro aperiat, Cardinalem Thomam Rusum Episcopum Ostiensem ac Veliternum, Sacri Collegii Cardinalium Decanum, qui per tot annos Bononiam Patriam nostram, ejusque Comitatum, Civitatem quoque, ac Ducatum Ferrariensem, & Provinciam Romandiolæ, munere Legati a Latere præditus, magna cum laude administravit. Insuper eligimus, & constituimus Legatum nostrum a Latere, ut Portam Sanctam Basilicæ Sancti Joannis in Laterano nomine nostro recludat, Cardinalem Nerium de Corsinis Diaconum Sancti Eustachii, qui ejusdem Basilicæ Archipresbyter illius Clero præsidet. Nepos ipse est Clementis XII. felicis recordationis, qui regiâ planè munificentiâ, & maximis sumptibus, eamdem Lateranensem Basilicam interiùs exteriùsque exornavit. Postremò eligimus ac declaramus Legatum nostrum a Latere, ut Portam Sanctam Basilicæ Sanctæ Mariæ Majoris aperiat nomine nostro, Cardinalem Hieronymum Columnam Diaconum Sancti Angeli in Foro Piscium, qui Archipresbyteri Titulo Liberianæ Basilicæ Clero præsidet. Ipse quidem inter præclara Familiæ suæ lumina Martinum V. Prædecessorem nostrum recenset, cujus nomen a Scriptoribus Ecclesiasticis tantopere commendatur, quique sæculo decimo quinto universale Jubilæum Anni Sancti indixit; enumerat quoque Cardinalem Marcum Antonium Columnam, qui Portam Sanctam Basilicæ S. Mariæ Majoris reseravit, cum Gregorius XIII. Prædecessor noster universale quoque Anni Sancti Jubilæum promulgavit. Neque omittendus est Cardinalis Ascanius Columna, qui ad aperiendam Portam Sanctam Basilicæ Sancti Joannis Lateranensis delectus fuit, cum universale Jubilæum Anni Sancti Clemens VIII. Prædecessor noster celebravit. Postremò occurrit etiam Cardinalis Hieronymus Columna senior, qui ejusdem Lateranensis Basilicæ Portam Sanctam recludit, cum Innocentius X. dimidio sæculi decimi septimi celebritatem Anni Sancti peregit.

Indulgentiæ Plenariæ, & Benedictiones Apostolicæ impertiendæ Facultas iidem tribuitur.

§. 9. Itaque prædictis Cardinalibus Legatis nostris a Latere facultatem impertimur, ut Portas Sanctas, quas superiùs commemoravimus, nostro nomine aperiant, & populo, qui præsens aderit, plenariam Indulgentiam simul cum Apostolica benedictione auctoritate nostrâ elargiantur. Ipsos Cardinales ab equitatus solemni pompa dispensamus, qua ex Vaticano decedentes ad Portam Sanctam recludendam proficisci solebant. Itaque ad Basilicas singulis designatas se conferent ex propriis Ædibus, & suo quilibet nobili comitatu stipatus, curru devehetur. Hoc pacto res gesta fuit, cum Benedictus XIII. universale Jubilæum Anni Sancti auspicatus est.

Adhortatio ad Jubilæi solemnitates religiosè celebrandas.

§. 10. Inter monumenta Prædecessorum nostrorum descriptæ ad Nos pervenerunt Allocutiones, quas ipsi ad Annum Sanctum secundò indicendum in Consistoriis protulerunt coram Cardinalibus, ipsos hortantes, ut nihil omnino prætermitterent, quod pietatem concitare posset in illorum animis, qui ex omnibus Terræ partibus eo tempore Romam magnâ frequentiâ confluunt, ut universalis Jubilæi Indulgentiam adipiscantur; contenderent etiam omni studio religionis exempla illis præbere, qui a Communione nostra prorsus alieni, Romam Jubilæi tempore veniunt, ut vetusta profanæ antiquitatis monumenta admirentur, & simul accuratè ac diligenter præsentes illorum mores potissimùm perscrutentur, qui eminenti in dignitate constituti sunt, & quorum consiliis negotia totius Ecclesiæ universalis administrantur. Percelebris est sententia, quam Pius II. Prædecessor noster usurpare solebat, quoties novos Cardinales renunciaret: *Tales estote, quales esse debere Cardinales dijudicastis, antequam ipsi hoc culmen ascenderitis.* Id Nobis tribuere, & accommodare non recusamus, & illa omnia præstare Nobiscum animo meditamur proximo Anno Jubilæi, quæ Pontificem decere maximè affirmaremus, si Nos ipsi hanc Apostolicam Sedem non teneremus. Idem Vobiscum constituite, Venerabiles Fratres, ut universalis Jubilæi tempore perficiatis ea omnia, quæ Cardinalium nomini, ac dignitati consentanea esse liberè diceretis, si Vos ipsi Purpuræ honore decorati non essetis. Sed jam finem dicendi faciamus, quippe de virtute vestra dubitandum non est, cum Nos ipsi mirati simus vestram frequentiam, ac pietatem in Sacris Missionibus audiendis, quas in hac nostra Civitate fieri curavimus, ut animi Fidelium ad Annum universalis Jubilæi disponantur.

XXV.

Indulgentiæ Jubilæi Anni Sancti MDCCL. pro Monialibus, Oblatis, Tertiariis &c. necnon Anachoretis, Eremitis, Infirmis, & in carcere, aut captivitate detentis conceduntur.

Cum Facultatibus circa absolutiones, & votorum commutationes.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Pontificis providentia piis Fidelium votis, & necessitatibus occurrit.

PATERNA charitas urget Nos, ut omnium Nostrorum Ecclesiæque Filiorum pia vota, non tam oblata Nobis benignè susçipere, quàm animo vix concepta prævertere, eisque recluso Apostolicæ liberalitatis thesauro occurrere studeamus. Dum itaque frequentes ex omni Christiani Orbis Regione Fideles ad Nostram hanc Urbem, & ad Beatorum Apostolorum Limina, pro indicto a Nobis immihentis Anni Sancti Jubilæo consequendo, partim jam advenientes intuemur, partim venturos accipimus, ad complures alios utriusque sexus Christifideles mentis Nostræ oculos convertimus, qui non minori devotionis spiritu incensi, vel etiam animarum suarum necessitatibus impulsi, hujusmodi iter avidè aggrederentur, nisi eos aut susceptum sanctioris vitæ propositum certis locorum spatiis affigeret, aut ineluctabilis captivitas, vel corporalis infirmitas detineret. Horum Nos fidei ac desideriis favere, nec non spiritualibus indigentiis consulere, simulque pias preces supplicationesque eorum omnium, inter quos Evangelicæ perfectionis sequaces animæ, lectissima portio Dominici gregis, connumerantur, Nostris, congregatæque Nobiscum Fraternitatis obsecrationibus, ad exorandam Omnipotentis Dei misericordiam, adjungere cupientes, præsentium Literarum tenore opportunas rationes præscribere decrevimus, per quas tam Viri, quàm Mulieres, in Eremis, Monasteriis, & Religiosis Domibus assiduè vitam degentes, seu in custodiis, & carceribus detenti, aut morbis & infirmitatibus procul ab Urbe impediti, etiam ad ipsam Urbem non accedentes, neque sacras Apostolorum memorias, & Patriarchales ejusdem Urbis Basilicas respectivè visitantes, permissarum absolutionum, concessique a Nobis plenarii Jubilæi participes effici valeant.

Jubilæum cum opportunis favoribus illi adjunctis ad diversa personarum genera extendit.

1. Ad Moniales, Oblatas, Tertiarias, aliasque Puellas, & Mulieres, quæ hic declarantur.

§. 1. Ut autem nemini dubium oriri possit, quænam personæ sub harum Literarum providentia comprehendantur: in primis Moniales omnes, quæcumque solemnia Religionis vota emiserunt, & in Monasteriis, sub perpetuæ Clausuræ legibus, sive Locorum Ordinariis, sive Regularibus Superioribus, sive Apostolicæ Sedi immediatè subjectæ, vivunt; earum quoque Novitias, aliasque Virgines, seu Mulieres sæculares, Educationis, aut alia de causa, cum opportunis licentiis, in eisdem Monasteriis habitantes; item Monasteriorum hujusmodi Moniales, quæ aliquando ad eleemosynas colligendas ex eorundem Clausura egrediuntur; nec non Oblatas in communitatibus viventes, quarum institutum ab hac Apostolica Sede approbatum existit, cum earum pariter Novitiis, Educandis, aliisque cum ipsis conviventibus, licèt rigorosæ Clausuræ legibus adstrictæ non sint; Tertiarias quoque sub uno eodemque tecto collegialiter viventes, unà cum earum Novitiis, Educandis, aliisque sæcularibus Personis in earum societate viventibus, quamvis rigorosam Clausuram non observent, earumque Institutum, nec unquam ad hunc diem ab Apostolica Sede approbatum, aut confirmatum extiterit, neque pro approbato, præsentis concessionis vigore, in posterum haberi debeat; ac denique Puellas atque Mulieres in Conservatoriis degentes, quamvis nec Monialium, nec Oblatarum, nec Tertiariarum numero habeantur, neque Clausuræ legibus subjectæ sint, tam in Urbe, quàm extra eam ubique locorum & gentium existentes, præsentis concessionis favoribus uti, frui, & gaudere posse volumus, & declaramus.

2. Ad Anachoretas, & Eremitas, de quibus in hac declaratione.

§. 2. Item Anachoretas & Eremitas, non quidem eos, qui nullis Clausuræ legibus adstricti, sive collegialiter & in societate, sive etiam solitarii, sub Ordinariorum etiam regimine, certisque legibus aut regulis obtemperantes, vivunt, sed eos, qui in continuæ, licèt non omnimodè perpetuâ, Clausurâ & solitudine, contemplativæ vitæ exercitiis dediti, alter ab altero seorsim degunt, etiamsi Monastici, aut Regularis Ordinis, & Instituti Professores existant, uti Cistercienses aliquot, & Chartusienses Monachi, & Eremitæ Sancti Romualdi in more habent, sub hujus concessionis amplitudine volumus comprehensos.

3. Ad captivos, carceratos, relegatos, damnatos ad opus &c.

§. 3. Ad eos etiam utriusque sexus Christifideles, qui in captivitate apud hostes quoquo modo existunt, nec non ad eos, qui ubique locorum, ex civilibus, aut criminalibus causis, in carceribus tam Episcoporum, aliorumque Ecclesiasticorum Superiorum & Tribunalium, quàm Sæcularium Principum, & Magistratuum, & ad Regulares, qui in carceribus Claustralibus detinentur, vel quia nondùm eorum causæ expeditæ sint, vel quia tempus pœnæ eisdem impositæ non adhùc sit elapsum; quive, ex Superiorum quorumcumque præcepto, aliquem locum, aut Civitatem, carceris, & custodiæ, seu exilii, & deportationis loco habent; ac demum ad eos, qui in Triremibus, seu alibi, ad opus damnati, eique addicti reperiuntur, ejusdem præsentis concessionis gratiam misericorditer extendimus. Pro iis tamen, qui carceribus Tribunalis Sanctæ Inquisitionis inclusi ubicumque detinentur, ea, quæ paternæ providentiæ Nostræ opportuna videbuntur, per organum ipsius Inquisitionis Officii præscribere non omittemus.

4. Ad actu vel habitu infirmos, & Senes septuagenario majores.

§. 4. Denique ad Infirmos pariter utriusque sexus, tam Laicos, quàm Ecclesiasticos, sive Sæculares, sive cujuslibet Ordinis, Congregationis, & Instituti Regulares, qui nempè extra Urbem actu aliquâ laborant corporis infirmitate, a qua, juxta Medici judicium, non ita tempestivè liberari poterunt, ut intra ipsum Jubilæi annum ad Urbem conferre se valeant, vel qui, licèt ex hujusmodi infirmitate convaluerint, non tamen sine gravi incommodo, & recidivæ periculo, Romanum iter conficere possent; quive etiam habitualiter infirmâ valetudine utuntur, adeo ut iter hujusmodi suscipientes, in actualem facilè morbum, aliudve grave corporis incommodum incidere possent; ac demùm ad senes septuagenario majores; quæcumque inferiùs præsentibus Literis respectivè statuentur, spectare & pertinere volumus pariter, & declaramus.

Præmissis omnibus opera pro Jubilæo consequendo facienda designat.

§. 5. Hos itaque omnes & singulos monemus, hortamur, & obsecramus in Domino, ut peccata sua in amaritudine animæ recolentes, totoque cordis affectu detestantes, salutari Pœnitentiæ Sacramento, & congruis satisfactionis operibus conscientias suas expiare curent; tum ad vivificum Divinæ Mensæ convivium, innocentiæ & charitatis stola ornati, reverenter accedant; Deumque Optimum Maximum,

per Unigenitum Filium ejus, ac per merita Beatissimæ Virginis Mariæ, & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, omniumque Sanctorum, juxta Nostram, Ecclesiæque mentem, enixis precibus orent pro ejusdem Sanctæ Ecclesiæ exaltatione, hæresum extirpatione, Catholicorum Principum concordia, & totius Christiani Populi tranquillitate & salute; in eumque finem alia, tum voluntaria, tum sibi in locum Visitationis quatuor Basilicarum Urbis ab Ecclesiasticis Superioribus, ut infra, injungenda Religionis, Pietatis, aut Charitatis opera, devotè peragant, & exequantur.

In locum visitationis Basilicarum Urbis alia opera ab Ecclesiasticis Superioribus respectivè injungi mandat.

§. 6. Nos enim Venerabilibus Fratribus Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis, per præsentes committimus, & demandamus, ut Monialibus, Oblatis, Tertiariis, aliisque superiùs expressis Puellis sive Mulieribus, tam sibi, quàm Nobis & Sedi Apostolicæ immediatè subjectis, in eorum Civitatibus, Diœcesibus, & Territoriis existentibus, Anachoretis quoque & Eremitis, Carceratis, & morbo, seniove affectis, eorum jurisdictioni respectivè subjectis, atque etiam ab illa exemptis, quatenùs Sæculares Personæ, aut extra Claustra forsan cum debitis licentiis Regulares existant; Regularibus autem Prælatis, & Superioribus, ut subditis sibi Monialibus, & si quæ sint Oblatæ, aut Tertiariæ ipsorum regimini subjectæ, & ab Ordinariorum jurisdictione exemptæ, earumque Novitiis, aliisque in earundem Monasteriis, & Communitatibus, ut supra, degentibus extra Urbem, nec non Religiosis Anachoretis, sive Eremitis, aliisque Religiosis in Carceribus Claustralibus detentis, sive infirmis, & senibus septuagenario majoribus, congrua Religionis, pietatis, aut charitatis opera, æquabili disciplinæ, & indulgentiæ moderatione servatâ, sive per se ipsos, sive per prudentes Confessarios, designare & præscribere non omittant, quæ illi, & illæ, loco visitationum quatuor Basilicarum, & Ecclesiarum intra & extra Urbis Muros, a Nobis pro consequendo hujus Anni Sancti Jubilæo præscriptarum, juxta singulorum statum, conditionem, & valetudinem, ac loci, & temporis rationes, respectivè exequi & implere possint ac debeant; & quorum implementum Nos in earundem Visitationum locum, ad effectum ipsius Jubilæi consequendi, auctoritate Apostolica, commutando subrogamus. Pro Monialibus autem, Oblatis, & Tertiariis quibuscumque hujus Almæ Urbis, earumque Novitiis, nec non Puellis, atque Mulieribus tam in prædictarum Monasteriis & Communitatibus, quàm in Conservatoriis ipsius Urbis degentibus, & pro Carceratis in ejusdem Urbis Carceribus, volumus, ut ad Dilectum Filium Nostrum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem nostrum in ipsa Urbe, ejusque districtu Vicarium in spiritualibus Generalem, ejusve Vicesgerentem dumtaxat, hujusmodi operum designationem, sive per se ipsos, sive per prudentes Confessarios, facere, omnino spectet, atque pertineat.

In Urbe tamen a solo Cardinali Vicario, aut Vicesgerente injungenda decernit.

Indulgentiam plenariam concedit duabus vicibus consequendam.

§. 7. Itaque de Omnipotentis Dei misericordiâ, & prædictorum Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex concessa Nobis, licèt immerentibus, supremâ ligandi atque solvendi potestate, omnibus & singulis præfatis Monialibus, Oblatis, Tertiariis, aliisque Puellis, sive Mulieribus in Monasteriis, ac Religiosis, piisque Communitatibus viventibus, Anachoretis, Eremitis, nec non utriusque sexus Captivis, & in carcere, sive in custodia detentis, atque infirmis, & senibus, verè pœnitentibus, & intra præsens Jubilæi Annum ritè confessis, ac Sacrâ Communione refectis, Deumque Optimum Maximum, ut supra dictum est, orantibus, aliaque sibi in locum Visitationis prædictæ injungenda opera, in locis, in quibus extiterint, devote adimplentibus, atque etiamsi, eorumdem operum executione susceptâ, ipsos ante integrum eorum implementum ex hac vita migrare contigerit, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, veniam, & remissionem, etiam duabus vicibus intra ipsius Anni Sancti decursum, si omnia præmissa opera injuncta iteraverint, per eorum singulos consequendam, non secus ac ipsi, & eorum quilibet, præmissa in hac Alma Urbe exequentes, & quatuor Basilicas ejusdem Urbis, pro quibus visitandis Jubilæum ipsum & Indulgentia per Nos concessa fuit, eodem Jubilæi Anno, diebus ad id statutis, personaliter visitantes, consequerentur, & consequi possent, tenore præsentium, ac de Apostolicæ liberalitatis amplitudine, concedimus, & elargimur.

Facultatem dat eligendi Confessarios pro absolutione a casibus etiam in Bulla Cœnæ reservatis.

§. 8. Eisdemque Monialibus, earumque Novitiis, ut, ad effectum præsentium, & pro prima vice dumtaxàt, Confessarios Presbyteros sæculares, vel cujusvis Ordinis Regulares, a Locorum respectivè Ordinariis ad audiendas Monialium Confessiones approbatos quoscumque, cæteris autem supradictis Anachoretis, Eremitis, nec non Oblatis, Tertiariis, aliisque Puellis & Mulieribus in Monasteriis, & Religiosis, ac Piis Communitatibus, seu Conservatoriis conviventibus, & Christifidelibus captivitate, carceratione, aut custodiâ, infirmitate, aut senectute impeditis, tam Laicis, quàm Ecclesiasticis sæcularibus, & cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, etiam specialiter nominandi, Regularibus, ut ad effectum hujusmodi, & pro prima pariter vice dumtaxat, Confessarios Presbyteros sæculares, sive cujusvis etiam diversi Ordinis Regulares, ab Ordinariis similiter, in quorum Civitatibus, Diœcesibus, & Territoriis Confessiones hujusmodi excipiendæ erunt, ad Personarum sæcularium Confessiones audiendas approbatos quoscumque, eligere valeant; utque Confessarii sic electi, illorum Confessionibus diligenter auditis, eos, & eorum quemlibet a quibusvis peccatis, criminibus, & delictis, quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, etiam in Bulla die Cœnæ Domini legi solita, contentis, absolvere, injunctâ ipsis pœnitentia salutari, aliisque juxta Canonicas sanctiones, rectæque disciplinæ regulas injungendis, ac præsertim, quoad illos in carceribus detentos, quorum Criminales Causæ nondum conclusæ sunt, iisdem seriò admonitis de obligatione, qua tenentur, Judicibus super eorum delictis legitimâ auctoritate eos interrogantibus veritatem aperire; quodque hoc animi proposito carentes, absolutionem sacramentalem nullo fructu, quin potiùs majori animarum suarum damno, susciperent; si autem cum hujusmodi veritatis fatendæ proposito, aliisque debitis dispositionibus, peccata sua ritè confiteantur, absolutio, quam a Confessario obtinuerint, ipsis in foro interno utilis sanè & salutaris existet, nullatenus verò in foro externo ad temporales promeritas pœnas evitandas prodesse poterit; utque præterea Confessarii a Monialibus, Oblatis, Tertiariis, aliisque Puellis, & Mulieribus supradictis ad præmissum effectum electi, iisdem Monialibus, intra Monasteria Clausuræ legibus subjecta solemniter Professis, Vota quæcumque post Professionem emissa, & cum earum observantia Regulari compatibilia, dispensando commutare; Oblatis verò, Tertiariis, & tam istarum, quàm prædictorum Monasteriorum Novitiis, cæterisque Puellis, sive Mulieribus sæcularibus in eisdem

Quid observandum a Confessariis edicit.

Monialibus, Oblatis, Tertiariis &c. vota simplicia commutari dispensando permittit.

Monasteriis, & Oblatarum, aut Tertiariarum Domibus, & Communitatibus, nec non in Conservatoriis quibuslibet, Educationis, Convictus, aliâve causâ & ratione, cum debitis licentiis commorantibus, omnia & quæcumque Vota, exceptis illis, quæ Nobis & Apostolicæ Sedi reservata sunt, etiam dispensando commutare, easque omnes & singulas, factâ commutatione hujusmodi, ab emissorum Votorum, etiam juratorum, observantiâ absolvere possint & valeant, dictâ auctoritate Apostolicâ, & earundem tenore præsentium, misericorditer in Domino concedimus & indulgemus.

Contrariis derogat.

§. 9. Non obstantibus nostris super Indictione Jubilæi præsentis Anni in hac Alma Urbe, & super suspensione Indulgentiarum, & Facultatum eodem Jubilæi Anno vertente, nec non Prædecessorum Nostrorum de Indulgentiis non concedendis ad instar, aliisque Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis Constitutionibus, Ordinationibus, & Reservationibus, etiam in eadem Bulla Cœnæ contentis, nec non quorumcumque etiam Mendicantium, & Militarium Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum, etiam Societatis Jesu, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, legibus, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis eisdem concessis, præsertim in quibus caveatur expressè, quòd alicujus Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti hujusmodi Professores extra propriam Religionem peccata sua confiteri prohibeantur. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & individua mentio facienda, vel alia exquisita forma ad id servanda foret, hujusmodi tenores pro insertis, & formas pro exactissimè servatis habentes, pro hac vice, & ad præmissorum effectum dumtaxat, plenissimè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Hortatur Episcopos ad concedendas Facultates absolvendi a casibus eisdem reservatis.

§. 10. Cæterum Venerabiles Fratres Episcopos, aliosque Locorum Ordinarios hortamur, ut, Nostræ & Apostolicæ Sedis benignitatis exemplo permoti, Confessariis a præmissis omnibus ad earumdem præsentium effectum respectivè eligendis, Facultatem absolvendi eosdem a casibus eisdem Ordinariis respectivè reservatis, impertiri non recusent.

Transumptis fidem haberi decernit.

§. 11. Volumus autem, ut earundem præsentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem ab omnibus fides habeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Nostræ declarationis, hortationis, commissionis, concessionis, derogationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. die 17. Dec. 1749.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo nono, decimo septimo Kalendas Januarii, Pontificatus Nostri Anno Decimo.

D. Card. Passionеus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA. J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 22. Decembris dicti Anni.

Regulares Apostatæ ad suos Ordines cum pœnarum condonatione revocantur. XXVI.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

PAstoris æterni vices, licèt immeriti, gerentes in terris, paternæ charitatis Nostræ partes esse reputamus, ut Oves, quas Sathanæ versutia a caulis Domini abduxit, ad easdem opportunis rationibus reducere, & ne in perpetuum pereant, quantum Nobis ex alto conceditur, providere studeamus.

Causæ præsentis Constitutionis.

§. 1. Itaque in præsenti Anno Jubilæi, Anno scilicet remissionis & gratiæ, quem ad totius Catholicæ Ecclesiæ consolationem atque ædificationem, apertis, atque largiter prolatis spiritualium gratiarum dispensationi Nostræ divinitùs creditarum thesauris, indiximus, & benedicente Domino, maximo cum animi Nostri gaudio celebramus, pietatis Nostræ viscera erga Regulares professionis suæ desertores aperire, eosque ad Christi Ovile, suos videlicet cujusque Ordines, extra quos, Luporum rapacium insidiis, atque periculis expositi, miserè vagantur, quantum Divina benignitas largiri dignabitur, ut ad salutarem vitæ normam, quam amplexi fuerant, velut postliminio reversi, vota sua Domino reddere studeant, revocare cupientes, ac fel. record. Urbani VIII., Clementis X., Innocentii XII., & Benedicti XIII. Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, qui Annis Jubilæi tunc instantibus, seu currentibus, ejusmodi Regularium desertorum reductioni providè consuluerunt, vestigiis inhærentes, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, misericorditer indulgemus, ac statuimus, & decernimus, ut Regulares Apostatæ & Fugitivi, cujuscumque sint Ordinis, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Congregationis, Societatis, & Instituti etiam necessario exprimendi, qui citra Montes intra quatuor, ultra Montes verò intra octo menses, a publicatione earundem præsentium Literarum inchoandos, sua sponte ad suam quisque Religionem redierint, tunc pœnarum omnium ipsis propter Apostasiam hujusmodi inflictarum, vel infligendarum remissionem, atque impunitatem assequantur; ita tamen, ut debeant a suo quisque respectivè Superiore humiliter petere absolutionem, & coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri; & viceversa Superior benignè illos teneatur ab hujusmodi pœnis absolvere, & paterna charitate complecti; cui propterea, ad effectum præmissum dumtaxat, quatenùs opus sit, omnem facultatem necessariam dicta auctoritate harum serie impertimur.

Conceditur Apostatis intra certum tempus redeuntibus condonatio pœnarum.

Quid redeuntes efficere debeant.

Clausulæ cum derogatoriis.

§. 2. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, seu in Universalibus, Provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, ac quorumvis Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stilis, & usibus etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis etiam Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis hujusmodi, illorumque Generalibus, & aliis Superioribus, ac Personis quibuslibet, sub quibuscumque verborum

tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu proprio, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac conſiſtprialiter, & aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum in genere, vel in ſpecie conceſſis, & quantiſcumque vicibus iteratis, approbatis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut alia aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Mandatur publicatio harum Literarum.

§. 3. Ut autem eædem præſentes Literæ omnibus facilius innoteſcant, volumus illarum exempla ad dilectos Filios, Noſtros & Apoſtolicæ Sedis Nuntios, ac Venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque Eccleſiarum Prælatos, & Locorum Ordinarios tranſmitti, qui illas quantocitiùs publicare ſtudeant. Ipſarum verò præſentium Litterarum Tranſumptis, ſeu Exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eandem omninò fidem in judicio, & extra illud ubicumque locorum haberi, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§. 4. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Noſtrorum indulti, ſtatuti, decreti, conceſſionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Pontif. Anno X. die 12. Januarii 1750.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo, pridie Idus Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Decimo.

D. Card. Paſſionei.

J. Datarius.

Visa De Curia.

J. C. Boſchi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 19. Januarii 1750.

Ad claudendas Portas Sanctas in exitu Anni Jubilæi deputantur tres Cardinales de Latere Legati in Conſiſtorio Secreto Feria 2. die 7. Decembris 1750. XXVII.

Venerabiles Fratres.

IN Conſiſtorio ſecreto habito feriâ ſecundâ die prima Decembris Anni mox elapſi, Vobis annuntiavimus, Nos in pervigilio Natalis Domini Portam Sanctam Baſilicæ Vaticanæ eſſe recluſuros, prout, Deo adjuvante, recluſimus. In eodem Conſiſtorio elegimus Noſtros a Latere Legatos Cardinalem Thomam Rufum, Epiſcopum Oſtienſem, & Veliternum, Sacri Collegii Decanum, ut nomine Noſtro aperiret Portam Sanctam Baſilicæ Sancti Pauli; Cardinalem Nerium de Corſinis Diaconum S. Euſtachii, & Archipresbyterum Baſilicæ Lateranenſis, ut nomine Noſtro dictæ Baſilicæ Portam Sanctam recluderet; denique Cardinalem Hieronymum Columnam Diaconum S. Angeli in Foro Piſcium, & Liberianæ Baſilicæ Archipresbyterum, ut nomine Noſtro Portam Sanctam prædictæ Baſilicæ aperiret. Aperuerunt, & Plenariam Indulgentiam Populo, qui præſens aderat, ſimul cum Apoſtolica Benedictione, auctoritate Noſtra elargiti ſunt. In Pervigilio imminentis Feſtivitatis Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, more ſolito, claudemus Portam Sanctam Baſilicæ Vaticanæ. Nunc autem eoſdem Cardinales, quos deputavimus de Latere Legatos, ut Portas Sanctas Baſilicarum Sancti Pauli, Sancti Joannis in Laterano, & Sanctæ Mariæ Mariæ Majoris nomine Noſtro aperirent, eligimus, & deputamus in Cardinales de Latere Legatos, ut nomine Noſtro unuſquiſque Portam Sanctam, quam aperuit, claudat; unicuique eorum auctoritatem attribuentes elargiendi populo præſenti Plenariam Indulgentiam unà cum Apoſtolica Benedictione. Et quemadmodum ipſos in acceſſu ad aperitionem Portarum Sanctarum diſpenſavimus ab Equitatus ſolemni pompâ, quâ ex Vaticano Cardinales de Latere Legati proficiſci ſolebant, & conceſſimus, ut unuſquiſque ad ſuam Baſilicam ſe conferret ex propriis Ædibus curru devectus, ſuoque nobili comitatu ſtipatus; hoc ipſum ut fiat, etiam nunc indulgemus, cum in imminenti Pervigilio Nativitatis Domini ad ſibi deſignatam Baſilicam unuſquiſque acceſſurus eſt, Portam Sanctam clauſurus.

Cum autem prædictus Reverendiſſimus Cardinalis Rufus Decanus, ob valetudinis incommodum, excuſationem ab injuncto munere obtinuiſſet; Sanctitas Sua ſequentem Syngraphan ad Reverendiſſimum D. Petrum Aloyſium Epiſcopum Albanenſem S. R. E. Cardinalem Carafa nuncupatum conſcribi mandavit.

Dalla Segreteria di Stato li 16. Dicembre 1750.

ESſendoſi degnata la Santità di Noſtro Signore di diſpenſare il Protettore della Congregazione Caſſinenſe di fare la Funzione di chiudere la Porta Santa nella Baſilica di S. Paolo in vece dell'Eminentiſſimo Signore Cardinal Decano, che ſi è preventivamente ſcuſato, mi hà in ſeguito ſua Beatitudine coll'Oracolo della viva voce ordinato di ſignificare a Voſtra Eminenza, di averla preſcelta a fare la ſuddetta Funzione; accordandole perciò il Titolo di Legato a Latere colle Facoltà di chiudere l'accennata Porta Santa, e di benedire il Popolo con l'Indulgenza Plenaria in forma di Giubbileo. Tanto eſeguiſco, e reſto

baciando

baciando all' Eminenza Vostra umilmente le mani.

D. V. E.

Umo Devmo Servo
S. Cardinale Valenti.

XXVIII. Extensio Universalis Jubilæi in Urbe celebrati Anno Domini Millesimo septingentesimo quinquagesimo, ad universum Catholicum Orbem.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Universis Christifidelibus præsentes Literas inspecturis, salutem & Apostolicam Benedictionem.

Procœmium. Pontificis gaudium de celebratione Jubilæi in Urbe cum magno Religionis fructu sequuta.

BEnedictus Deus, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui dedit Nobis elapsum Jubilæi Annum, secundum desideria cordis Nostri, per omnia felicem, faustumque transigere. Repleti sumus consolatione, superabundavimus gaudio, dum toto hujus Anni decursu, Dilectorum in Christo Nostrorum Ecclesiæque Filiorum fidem, religionem, pietatemque perspeximus. Vidimus confluentes ad hanc Urbem Nostram innumeros ex omni lingua, & populo, & natione, ex omni ordine, ætate, ac sexu, Christifideles, qui ipso suo adventu, & propriæ fidei fervorem, & amplitudinem Regni Dei testabantur. Eosdem vidimus ad sacra ejusdem Urbis Templa certatim accurrentes, in spiritu contrito & humiliato, animarum suarum expiationi consulere, & sicut olivarum novellas in circuitu Mensæ Domini, vivifica Christianæ unitatis, & pacis Sacramenta percipere: Tum etiam impigro studio, & religiosa frequentia, ab una ad alteram sæpè procedentes Ecclesiam; nunc in Constantiniana Lateranensi Basilica, Salvatoris Nostri Clementiam, per merita ipsius Beati Præcursoris, ejusdemque Dilecti Discipuli & Evangelistæ exorantes; nunc in Liberiana Æde in Exquiliis, gloriosæ Virginis Dei Genitricis opem atque præsidium implorantes; nunc Sacram Apostolorum Principis Confessionem in Vaticano; nunc viâ Ostiensi Doctoris Gentium Martyrium osculantes, uberibusque lacrymis perfundentes, pro Ecclesiæ Catholicæ pace, & exaltatione, cunctorumque credentium incolumitate, & salute, unanimes ferventesque preces effundere. Quo spiritali gaudio auribus Nostris audivimus ejusdem Urbis vias, & fora, areas, & colles, piis precationibus, suavibus canticis, ac Divini Nominis laudibus personare! Quoties commota sunt paterna viscera nostra, dum confertissimos vidimus Fidelium greges, Nostris pedibus circumfusos, in persona humilitatis Nostræ, Vicariam Christi potestatem venerari, ac Beati Petri Apostolatum, cujus Dignitas in indigno hærede non deficit, effusis filialis obsequii significationibus prosequi! His populorum flagrantibus studiis Sacrorum præluxerunt exempla Pastorum, qui ad honorandam de more memoriam ejusdem Beatissimi Ecclesiæ Principis, hoc Anno potissimè frequentes se contulerunt, & quorum Nos splendidâ coronâ stipati, sacros Conventus maxima cum dignitate, universæque Fraternitatis ædificatione, celebravimus. Quid verò dicemus de Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, aliisque Curiæ Nostræ Proceribus, qui piorum operum assiduitate cæteris præeuntes, simulque Christianæ humilitatis exercitationibus infra quoscumque, licet abjectæ sortis, Fratres sede demittentes, Christi bonus odor facti sunt universæ Civitati, & omnibus, qui fuerunt in ea? Quid demum de totius dilectissimæ Urbis Cleri, ac Populi devotione narrabimus, cujus pietatis exempla, cujus charitatis officia erga advenas & peregrinos, hoc Anno præsertim largiter ac sedulò impensa, in universo mundo annuncianda fore non dubitamus? Benedicti Filii Nostri, Romanæ Urbis Cives & Incolæ, qui fecerunt hanc misericordiam cum Fratribus suis. Nos autem confitebimur Domino, quoniam benignus est, quoniam consolationes ejus lætificaverunt animam Nostram.

Causæ extensionis Jubilæi ad universum Catholicum Orbem.

§. 1. Sed præterea magna a Nobis spes jure ac meritò concepta est, eumdem clementissimum Dominum, imploratam votis Nostris misericordiam suam Nobis ostensurum, idque demum Ecclesiæ suæ largiturum fore, quod tam concordibus studiosisque obsecrationibus a se postulari concessit: ut scilicet Ecclesiam ipsam Catholicam, & Regnum Filii sui, per totum terrarum Orbem, & sanctitate, & amplitudine exaltet; ut cunctis Mundum purget erroribus; ut inter Christianos Principes concordiam, & pacem confirmet; universamque Christi sui plebem ab omni mundana adversitate defendens, ad æternæ salutis portum dirigat, atque perducat. Quod ut ab eodem Deo Optimo Maximo fidentiùs petere audeamus, de prædictorum Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, decrevimus, Universos Christifideles, qui ubique locorum & gentium unius Fidei communione Nobis junguntur, in hujusmodi votorum societatem adscire, apertoque largiùs Indulgentiarum Thesauro, efficaciter invitare; sperantes fore, ut dum ad id assequendum, animarum suarum maculas per pœnitentiam eluendo, se comparabunt, ac pio devotionis affectu servantes, debitæque erga Sedem Apostolicam observantiæ specimen in hoc ipso præseferentes, injuncta pietatis & religionis opera exercebunt; & singuli in semetipsis id, quod pro aliis postulabunt, obtineant; & quas pro Fratribus preces supplicationesque offerent, eidem bonorum omnium largitori, innocentiæ & charitatis suæ merito commendent.

Indulgentia Plenaria conceditur implentibus opera hìc designata, & injuncta.

§. 2. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex suprema ligandi atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licèt indignis, contulit, omnibus & singulis utriusque sexus Christifidelibus, in quacumque Mundi parte existentibus, & in Apostolicæ Sedis gratia & obedientia manentibus, etiam iis, qui forsan elapso Anno Romam venerunt, ibique, seu alibi, quavis ratione, hoc idem Jubilæum a Nobis concessum adepti sunt, verè pœnitentibus, & confessis, & sacrâ Communione refectis, qui intra sex menses, a die publicationis præsentium in qualibet Diœcesi faciendæ computandis, Ecclesiam ipsius Cathedralem, seu Majorem, aliasque tres ejusdem Civitatis, aut Loci, sive in illius Suburbiis existentes, ab Ordinariis Locorum, vel eorum Vicariis, aliisve de ipsorum mandato, designandas, semel saltem in die, per quindecim continuos, vel interpolatos dies, sive naturales, sive etiam Ecclesiasticos, nimirùm a primis Vesperis unius diei, usque ad integrum ipsius subsequentis diei vespertinum crepusculum, devotè visitaverint, ibique pro Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, Hæresum extirpatione, Catholicorum Principum concordia, & Christiani populi salute & tranquillitate, pias ad Deum preces effuderint, ut plenissimam

ejusdem

ejuſdem Anni Jubilæi omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, remiſſionem, & veniam ſemel conſequantur, perindè ac ſi quatuor Baſilicas, ſeu Eccleſias, intra & extra Urbem pro conſequendo Jubilæo hujuſmodi a Nobis deſignatas, ſtatutis ad id diebus perſonaliter viſitaſſent, & alia ad hoc requiſita adimpleviſſent, miſericorditer in Domino concedimus, & impertimur.

Indulta pro Perſonis quocumque modo impeditis, aliiſque, arbitrio Epiſcoporum.

§. 3. Navigantes verò, & iter agentes, ut, ſi poſt elapſos menſes hujuſmodi, ad ſua ſe domicilia, ſeu aliò ad certam ſtationem ſe receperint, ſupraſcriptis peractis, & viſitatâ totidem vicibus Eccleſiâ Cathedrali, vel Majori, aut Parochiali loci eorum domicilii, ſeu ſtationis hujuſmodi, eandem Indulgentiam conſequi poſſint, & valeant: Nec non prædictis Locorum Ordinariis, ut cum Monialibus, Oblatis, aliiſque Puellis, aut Mulieribus, ſive in Monaſteriorum Clauſura, ſive in aliis Religioſis, aut piis Domibus, & Communitatibus vitam ducentibus, Anachoretis quoque, & Eremitis, ac aliis quibuſcumque tam Laicis, quàm Eccleſiaſticis Perſonis, Sæcularibus, vel Regularibus, in Carcere, aut Captivitate exiſtentibus, vel aliqua corporis infirmitate, ſeu alio quocumque impedimento detentis, quominùs ſupra expreſſas viſitationes exequi poſſint, ſuper præſcriptis hujuſmodi viſitationibus tantummodò; cum Pueris autem, qui nondum ad primam Communionem admiſſi ſint, etiam ſuper Communione hujuſmodi, diſpenſare, ac illis omnibus & ſingulis, ſive per ſe ipſos, ſive per eorum, earumque Regulares Prælatos, aut Superiores, vel per prudentes Confeſſarios, alia pietatis, charitatis, aut religionis opera, in locum viſitationum hujuſmodi, ſeu reſpectivè in locum Sacramentalis Communionis prædictæ, ab ipſis adimplenda præſcribere; atque etiam Capitulis, Congregationibus tam Sæcularium, quàm Regularium, Sodalitatibus, Confraternitatibus, Univerſitatibus, ſeu Collegiis quibuſcumque, Eccleſias hujuſmodi proceſſionaliter viſitantibus, eaſdem viſitationes ad minorem numerum, pro ſuo prudenti arbitrio, reducere poſſint ac valeant, earundem tenore præſentium, concedimus pariter, & indulgemus.

Facultates pro electione Confeſſarii, & pro obtinendis abſolutionibus, votorum commutationibus &c.

§. 4. Inſuper iiſdem Monialibus, earumque Novitiis, ut ſibi, ad hunc effectum, Confeſſarium quemcumque ad excipiendas Monialium Confeſſiones ab actuali Ordinario Loci, in quo earum Monaſteria conſtituta ſunt, approbatum; Cæteris autem omnibus & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus tam Laicis, quàm Eccleſiaſticis, Sæcularibus, & cujuſvis Ordinis, Congregationis, & Inſtituti, etiam ſpecialiter nominandi, Regularibus, licentiam concedimus, & facultatem, ut ſibi ad eundem effectum eligere poſſint quemcumque Presbyterum Confeſſarium, tam Sæcularem, quàm cujuſvis etiam diverſi Ordinis, & Inſtituti Regularem, ab actualibus pariter Ordinariis, in quorum Civitatibus, Diœceſibus, & Territoriis Confeſſiones hujuſmodi excipiendæ erunt, ad perſonarum Sæcularium Confeſſiones audiendas approbatum, qui intra dictum ſemeſtris ſpatium, illas, & illos, qui ſcilicet præſens Jubilæum conſequi ſincere, & ſeriò ſtatuerint, atque ex hoc animo ipſum lucrandi, & reliqua opera ad id lucrandum neceſſaria adimplendi, ad Confeſſionem apud ipſos peragendam accedant, hac vice, & in foro conſcientiæ dumtaxat, ab Excommunicationis, Suſpenſionis, & aliis Eccleſiaſticis Sententiis & Cenſuris, a jure, vel ab homine quavis de cauſa latis, ſeu inflictis, etiam Ordinariis Locorum, ac Nobis, & Sedi Apoſtolicæ, etiam in Bulla die Cœnæ Domini legi ſolita, ſeu per alias quaſcumque Apoſtolicas Conſtitutiones quomodocumque reſervatis, & a Sacris Canonibus fulminatis; nec non ab omnibus peccatis, & exceſſibus, quantumcumque gravibus & enormibus, etiam iiſdem Ordinariis, ac Nobis, & Sedi Apoſtolicæ, ut præfertur, reſervatis, injunctâ ipſis pœnitentiâ ſalutari, aliiſque de jure injungendis, abſolvere; nec non Vota quæcumque, etiam jurata, ac Sedi Apoſtolicæ reſervata (Caſtitatis, Religionis, & Obligatoriis, quæ a tertio acceptata fuerint, ſeu in quibus agatur de præjudicio tertii, ſemper exceptis; nec non pœnalibus, quæ præſervativa a peccato nuncupantur, niſi commutatio futura judicetur ejuſmodi, ut non minus a peccato committendo refrænet, quàm prior voti materia) in alia pia & ſalutaria opera commutare; & cum Pœnitentibus hujuſmodi in Sacris Ordinibus conſtitutis, etiam Regularibus, ſuper occultâ Irregularitate ad exercitium eorundem Ordinum, & ad ſuperiorum affecutionem, ob Cenſurarum violationem dumtaxat contractâ, diſpenſare poſſint & valeant, eâdem auctoritate, & Apoſtolicæ benignitatis amplitudine, concedimus & indulgemus.

Declarationes circa præmiſſas facultates.

§. 5. Non intendimus autem per præſentes ſuper aliqua alia Irregularitate vel publica, vel occulta, ſeu defectu, aut notâ, aliâve incapacitate, aut inhabilitate quoquomodo contractis, diſpenſare, vel aliquam facultatem tribuere ſuper præmiſſis diſpenſandi, ſeu habilitandi, & in priſtinum ſtatum reſtituendi, etiam in foro conſcientiæ; neque etiam ulli Confeſſario facultatem abſolvendi Complicem in quolibet inhoneſto contra ſextum Præceptum peccato; aut Complici, Confeſſarium hujuſmodi ad effectum præſentium eligendi licentiam impertiri; ut jam in aliis Noſtris Literis incipien. *Sacramentum Pœnitentiæ*, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo primo, Kalendis Junii, Pontificatus Noſtri Anno Primo editis, generaliter declaratum fuit; neque demum eaſdem præſentes iis, qui a Nobis, & Apoſtolica Sede, vel ab aliquo Prælato, ſeu Judice Eccleſiaſtico, nominatim excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, ſeu aliàs in ſententias, & cenſuras incidiſſe declarati, vel publicè denunciati fuerint, niſi intra tempus dictorum ſex menſium ſatisfecerint, & cum partibus, ubi opus fuerit, concordaverint, ullo modo ſuffragari poſſe, aut debere.

Aliæ declarationes.

§. 6. Cæterum, ſi qui poſt inchoatum, hujus Jubilæi conſequendi animo, præſcriptorum operum implementum, morte præventi, præfinitum Viſitationum numerum complere nequiverint, Nos piæ promptæque illorum voluntati benignè favere cupientes, eoſdem verè pœnitentes, & confeſſos, ac Sacra Communione refectos, prædictæ Indulgentiæ & remiſſionis participes perindè fieri volumus, ac ſi prædictas Eccleſias diebus præſcriptis reipſa viſitaſſent. Si qui autem, poſt obtentas, vigore præſentium, abſolutiones a cenſuris, aut Votorum commutationes, ſeu diſpenſationes prædictas, ſerium illud, ac ſincerum, ad id aliàs requiſitum, propoſitum ejuſdem Jubilæi lucrandi, ac proindè reliqua ad id lucrandum neceſſaria opera adimplendi, mutaverint, licèt propter id ipſum a peccati reatu immunes cenſeri vix poſſint, nihilominus hujuſmodi abſolutiones, commutationes, & diſpenſationes ab ipſis cum prædicta diſpoſitione obtentas, in ſuo vigore perſiſtere decernimus ac declaramus.

Adhortatio ad Epiſcopos.

§. 7. Ut autem hujus conſilii Noſtri, quod pro totius Populi Chriſtiani ſalute & ſanctificatione ſuſcepimus, optatum conſequamur effectum, maxima, poſt Deum, fiducia Nobis repoſita eſt in Venerabilium Fratrum Noſtro-

rum Ecclesiæ Dei Antistitum cooperatione & sedulitate. Itaque omnes Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Ordinarios Locorum Prælatos, sive Ordinariam localem jurisdictionem, in defectum Episcoporum & Prælatorum hujusmodi, legitimè exercentes, gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habentes, per nomen Domini Nostri, & Pastorum Principis Jesu Christi, & per Charitatem Ecclesiæ ipsius Sponsæ hortamur, rogamus, atque etiam Apostolicâ auctoritate ipsis injungimus, ut simul ac præsentium Litterarum exempla ad eorum manus pervenerint, non solum easdem solemniter publicare, & in reliquis sibi superiùs injunctis exequi non prætermittant; verùm etiam omni studio adnitantur, ut Fideles sub eorum regimine constituti, oblatam sibi occasionem reformationis, reconciliationis, & sanctificationis cum gaudio suscipiant; ac se Apostolicæ Sedis favoribus & gratiis dignos exhibentes, has ipsas in uberrimum animarum suarum, Ecclesiæque universæ fructum convertant. Quid jam ab ipsorum Antistitum zelo, in præparandis ad Universalis Jubilæi acquisitionem subjectis sibi plebibus, præstari optaverimus, dudum eisdem per Apostolica scripta ex hac Sede directa significavimus. Quid verò Nos ipsi in hac Urbe nostra in eundem finem præstiterimus, ad eorum notitiam perlatum fuisse putamus. Quo demùm pietatis fructu, quo religionis exemplo, in hac ipsa Urbe, benedicente Domino, celebrata fuerit ipsius Jubilæi solemnitas, nullum Terræ angulum latere arbitramur. Meritò igitur ab iisdem Ecclesiarum Pastoribus expectamus, & petimus, ut attendentes ad Petram, ex qua excisi sunt, suam cum Romana Ecclesia unitatem, & communicationem in hoc etiam ostendere gestiant, ut singuli in suis Civitatibus, & Diœcesibus id efficere curent, quod ipsa Ecclesiarum Mater, pro totius Catholicæ Societatis profectu & incremento, pro Christiani Populi emendatione & salute, expetit, quod eadem Romana Ecclesia illustribus exemplis commonstrat & docet. Omnes itaque Pastoralis sollicitudinis curas in id impendant, ut commissos sibi Populos, in ejusdem disciplinæ puritate, Christianæque pietatis fervore concordes exhibeant, unusque per omnes Catholicas Ecclesias bonorum operum splendor appareat; ut omnium Fidelium consentientibus precibus exoratus Omnipotens Pater, Ecclesiam suam miseratione continuata emundet, defendat, amplificet; Supremos Principes, qui ejus ordinatione in sublimitate sunt, cœlestibus benedictionibus cumulet; universosque credentes, per viam pacis, & per mandatorum suorum semitas, ad æternam salutem, quam Nobis Unigenitus ipsius Filius promeruit, gratiæ suæ munere perducat. Tunc demum gaudium nostrum plenum erit, ipsique Ecclesiarum Pastores de profectu Sanctarum Ovium unâ nobiscum exultatione gaudebunt.

Item ad Catholicos Principes.

§. 8. Charissimos denique in Christo Filios Nostros, Imperatorem electum, ac Reges, & Principes omnes Catholicos, quorum plerique pro hujus Jubilæi ad eorum Regna, atque Dominia extensione suum Nobis desiderium significarunt, quum satis intelligere non dubitemus, ex hoc salutari opere in eorum Ditionibus exequendo, cum piæ conversationis augmento, sinceræ erga ipsos obedientiæ studium, in populis eorum Ditioni subjectis magis magisque firmatum iri, Divinæque propitiationis auxilium, ad ipsorum Dominantium, eorumque Principatuum prosperitatem & pacem, efficaciùs implorari; idcircò eosdem omnes & singulos fidentiùs hortamur atque rogamus, ut omnia adjumenta & auxilia præstent dictis Ecclesiarum Prælatis, ad hoc ut pium hujusmodi opus aptissimis mediis promovere, & ad optatum finem perducere valeant.

Clausulæ pro Litterarum subsistentia, & effectu.

§. 9. Præsentes quoque Litteras per omnia validas, & efficaces existere, suosque plenarios effectus, ubicumque per dictos Ordinarios Ecclesiarum Præsules publicatæ, & executioni mandatæ fuerint, sortiri & obtinere, omnibusque Christifidelibus in Apostolicæ Sedis gratia & obedientia manentibus, in hujusmodi locis commorantibus, sive ad illa postmodùm ex navigatione, & itinere se recipientibus, plenissimè suffragari volumus, atque decernimus; non obstantibus de Indulgentiis non concedendis ad instar, aliisque Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis Constitutionibus, Ordinationibus, & generalibus, seu specialibus absolutionum, seu relaxationum, ac dispensationum reservationibus, etiam in prædicta Bulla Cœnæ contentis; nec non quorumcumque, etiam Mendicantium, & Militarium Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum, etiam Societatis Jesu, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, legibus, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis eisdem concessis, præsertim in quibus caveatur expressè, quod alicujus Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti hujusmodi Professores extra propriam Religionem peccata sua confiteri prohibeantur: Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & individua mentio facienda, vel alia exquisita forma ad id servanda foret, hujusmodi tenores pro insertis, & formas pro exactissimè servatis habentes, pro hac vice, & ad præmissorum effectum dumtaxat, plenissimè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda Transumptis.

§. 10. Volumus autem, ut earumdem præsentium Transumptis, sive Exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem ab omnibus fides habeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio.

§. 11. Nulli ergò omninò hominum liceat paginam hanc Nostræ extensionis, hortationis, commissionis, concessionis, derogationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. die 25. Dec. 1750.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo, Octavo Kalendas Januarii, Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

D. Card. Passionei.

J. Datarius.

Visa

De Curia J. C. Boschi.

Loco ✠ Plumbi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 1. Januarii 1751.

De

XXIX. De Jubilæi extensione ad universum Catholicum Orbem.

Epistola Encyclica ad omnes Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, aliosque Locorum Ordinarios, gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habentes.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Jubilæum in Urbe recto ordine, & magna Fidelium frequentia ac pietate celebratum.

CElebrationem Magni Jubilæi in hac Alma Urbe, Domino adjuvante, complevimus, clausâ per Nos ipsos, juxtà antiquam consuetudinem, Porta Sancta Basilicæ Principis Apostolorum in Vaticano, quam ipsi quoque initio Anni Sancti solemni ritu aperuimus, quemadmodum aliarum Basilicarum Portæ, nimirum Sancti Pauli Via Ostiensi, Sancti Joannis in Laterano, & Sanctæ Mariæ Majoris, de mandato nostro, per S. R. E. Cardinales Legatos ad id per Nos deputatos, apertæ, & clausæ fuerunt. Multæ verò, justæque sunt Nobis causæ, cur & Nobiscum animo lætemur, & maximas Omnipotenti Deo bonorum omnium datori gratias rependamus, dum quæ hac occasione in votis habuimus, impleta, quæque fieri mandavimus, diligentissimè perfecta fuerunt. Jussimus opportuno tempore Vias per universam Ditionem nostram peregrè advenientium commodo sterni, & complanari, idque accuratè ac in tempore peractum fuit. Mandavimus rerum omnium, quæ ad victum pertinent, magnam copiam, tum in cunctis Ditionis prædictæ locis, tum maximè in Urbe comparari, quò scilicet ii, qui pro Jubilæi assecutione iter facerent, quosque propterea in Urbe commorari oporteret, necessaria quæque suis usibus invenirent pro justo pretio; contra quàm evenire solet, ubi pro frequentia hominum extra ordinem confluentium, opportuna cibaria ante coacta non fuerint; & hoc etiam mandatum Nostrum diligenter curatum fuit. Cum autem anno superiore, antequam Jubilæum aperiretur, omnibus, ad quos pertinebat, studiosè commendatum per Nos fuerit, ut Ecclesiæ Urbis restaurarentur, earumque nitori, atque ornatui, quantum fieri posset, ac Divini cultus ratio posceret, consuleretur; non satis explicare possumus, quàm cumulatè Nobis hac in parte satisfactum fuerit, quantâque animi nostri lætitiâ decorem Domus Dei undique fulgere conspexerimus. Jam verò invitationi nostræ, quâ universos Christifideles ubique Terrarum constitutos, ad veneranda Sanctorum Apostolorum limina, & ad lucrandum Indulgentiæ Thesaurum excitavimus, incredibilis respondit confluentium multitudo, qui huc advenerunt ex remotissimis etiam Regionibus, ex Armenia, Syria, Ægypto, aliisque; ita ut longè superarit hominum concursum, qui pluribus aliis Jubilæi Annis fuisse memoratur, quemque Nos ipsi duobus proximè præcedentibus hujusmodi annis in Urbe vidimus. Ut autem peregrinantes non solùm in Terris Dominio Nostro subjectis, sed etiam in aliorum Principum, & Rerumpublicarum Ditionibus, benignè susciperentur, atque ita exciperentur, ut renovata dici possent antiqua charitatis exempla, ob quæ Peregrinationes ad sacra Apostolorum limina ad hunc diem adeò celebrantur, quum Nos hortationes Nostras quaquaversùm præmittere non omiserimus, nihil Nobis hac etiam in re desiderandum superfuit. Præterea Venerabiles Fratres omnium Ecclesiarum Antistites per Apostolica scripta hortati fuimus, ut Fideles eorum regimini subjectos, qui Romanum iter eâ occasione susciperent, sedulò instructos esse curarent, tum de sacri Jubilæi natura, & utilitate, tum de recta illius assequendi ratione; hoc autem ab ipsis studiosè impletum fuisse, ex eo cognoscere licuit, quod nunquam aliàs Sanctarum Basilicarum visitationes tam magna frequentia, tamque perspicuis devotionis ac pietatis argumentis, quemadmodum elapso anno, peractas fuisse perhibetur. Porrò innumeri ferè Fideles, ut ex Pœnitentiariorum relatione accepimus, generalibus peccatorum confessionibus, cum magna sinceræ pœnitentiæ & compunctionis significatione, animas suas expiare studuerunt; alii autem magno numero, hæresi, quam profitebantur, ritè & ex animo ejuratâ, ad Sanctæ Catholicæ Romanæ Ecclesiæ gremium feliciter redierunt.

Piorum operum exempla in ipsa Urbe conspicua.

§. 1. Neque verò Romana pietas externorum pietate remissior apparuit. Cum enim & appropinquante Anno Sancto, & eo etiam vertente, sacras Missiones in Plateis, & Ecclesiis Urbis fieri jusserimus, incredibile est, quàm magno concursu, & quàm pia affectione Populus Romanus ad Prædicationem Verbi Dei animum intenderit. Atque hinc potissimùm præclara illa prodierunt pœnitentiæ, & religionis exempla, quæ omnium ordinum Cives in peragendis piis Anni Sancti exercitationibus certatim ediderunt. Sanè illi, quos, tanquam lucernas super candelabrum positas, majori bonorum operum luce splendere decebat, ita votis Nostris, & expectationi responderunt, ut maximam ex eorum pietate consolationem, plenumque gaudium Nos percepisse gloriemur. Etenim Venerabiles Fratres Nostros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac Episcopos, & Curiæ nostræ Præsules, aliosque Urbis Proceres, ac Nobiles utriusque sexus, tum sacris Missionum prædictarum exercitiis assiduè adstantes oculis nostris conspeximus; tum toto Anni Sancti decursu partim vidimus, partim audivimus, præscriptas Ecclesiarum Visitationes devotè peragere, Peregrinorum Mensis humiliter ministrare, eorum pedes in publicis Hospitiis abluere, eosdemque interim non minus verbo, quàm exemplo docere; publicis Ecclesiæ Functionibus assiduè interesse; pauperum indigentias largis eleemosynis sublevare; sustentare suis facultatibus Locorum Piorum impensam, cui aliter pares esse non potuissent hujusmodi Locorum census, dum munus suum esse reputant, infinitæ Peregrinorum multitudini domicilium, cubilia, mensas, munifica liberalitate præbere. Quæ omnia quum in conspectu totius ferè Catholici Orbis peracta fuerint, conticescere sanè cogent homines impudentissimos, qui ab Ecclesiæ communione alieni, calumniari ausi sunt, Jubilæi in Urbe celebrationem nil aliud, quàm scandalorum cumulum, & ad pecunias colligendas inventum, dici debere.

Pontifex opportunè consuluit personis legitimè impeditis, ne ad Urbem accederent, durante Anno Sancto.

§. 2. Jam verò sub ipsum Anni Sancti initium, Nos Prædecessorum Nostrorum exemplis inhærentes, editâ Constitutione, quæ incipit: *Paterna charitas*, (*vid. sup. num.* XXIV. *pag.* 255.,) non modò Monialibus, Anachoretis, Eremitis, atque in carcere, seu in captivitate detentis, sed etiam iis, qui propter corporis infirmitatem ad Urbem accedere prohiberentur, concessimus, ut Sacrâ Indulgentiâ, aliisque favoribus universali Jubilæo adnexis, extra Urbem compotes fieri possent, subrogatis in locum Visitationum Basilicarum ipsius Urbis, piis aliis operibus, eorum Præsulum, & Superiorum prudenti arbitrio præscribendis. Quod verò spectat ad eos, quibus neque Clausuræ lex, neque corporis infirmitas impedi-

mento

mento esset ad Romanum iter suscipiendum, non una fuisse dignoscitur Apostolicæ Sedis disciplina, in concedenda nimirùm illis, aut deneganda facultate consequendi extra Urbem, Anno Sancto labente, Indulgentiam, aliosque favores Jubilæo adnexos; etiamsi ageretur de sublimioribus Personis, quarum par est peculiarem rationem haberi. Sanè de Prædecessore Nostro Clemente Papa VI. legitur, quod ad concedendam Hugoni Regi Cypri Indulgentiam Anni Sancti, qui tum Romæ celebrabatur, adduci non potuit, quamvis ille ardenter eam expeteret, seque ab itinere Romam versus ineundo publicis quibusdam necessariis negociis impeditum assereret: *Licèt enim* (inquit) *alii plures Principes, sicut Tu, etiam id devotè petierint, Venerabiles Fratres Nostri attendentes, quod Indulgentia ipsa, sicut pro ipsarum animarum salute, sic pro honore Sanctorum ac veneratione concessa est, consentire quod daretur alicui, nisi easdem Basilicas & Ecclesias visitarint, nullatenùs voluerunt.* Contra verò alter Prædecessor Noster Bonifacius Papa IX. Anni Sancti tempore concessit piis & Catholicis Principibus, Richardo Angliæ, & Joanni Lusitaniæ Regibus, ut Jubilæi Indulgentiam extra Urbem assequi possent, factâ eorum Confessariis facultate præscribendi ipsis alia opera pia, quæ loco itineris ad Urbem, & visitationis Basilicarum ipsius Urbis, implere deberent. Invenimus etiam Sixtum Papam IV. Nostrum similiter Prædecessorem, dum Jubilæum Romæ celebraret, indulsisse Regi, & Reginæ Castellæ, ac Legionis, eorumque Consanguineis, Ducibus, & Baronibus, ut etiamsi Romam ad Sacras Basilicas invisendas non accederent, aliis quibusdam piis operibus adimpletis, Jubilæi Indulgentiam consequi valerent. Neque dissimiles sunt concessiones, quas a Prædecessore quoque Nostro Julio Papa III. Annum Sanctum pariter celebrante, favore Caroli V. Romanorum Imperatoris, ejusque Filii Philippi tunc Hispaniarum Principis nuncupati, aliorumque Principum, prodiisse cognovimus. Itaque Nos horum Pontificum proximè memoratorum vestigiis insistentes, minimè recusavimus, postulantibus Charissimis in Christo Filiis Nostris Catholicis Regibus, aliisque Principibus, qui non valetudinis, aut ætatis vitio, sed aliis publicis de causis impediti essent, quò minùs Romam accederent, indulgere, ut per alia pia & salutaria opera, in locum hujusmodi itineris, & accessus, ipsis opportunè præscripta, ad consequendam, etiam Anno Sancto vertente, sacri Jubilæi Indulgentiam, sese disponere possent.

Elapso Anno Sancto, non recusarunt Romani Pontifices Jubilæum ad pleraque loca extra Urbem extendere.

§. 3. Quemadmodum verò in hujusmodi Indultorum concessione, ut ex hucusque dictis apparet, Nos a Prædecessorum Nostrorum usu & disciplina minimè recessimus, atque etiam in hujusmodi disciplinæ varietate mitiorem magisque benignam partem elegimus; ita nunc eandem agendi rationem servare in animo habemus, dum, expleto Anni Sancti cursu, Jubilæi Indulgentiam atque favores ad alias Catholici Orbis partes, in omnium Christifidelium utilitatem, etiam eorum, qui dicto Anno Romam non accesserunt, extendere & ampliare intendimus. Porrò laudatus Prædecessor Noster Sixtus PP. IV., quum advertisset Anno Jubilæi MCCCCLXXV. a se celebrato, propter bellorum suspiciones, & malè tuta itinera, non magnum in Urbe fuisse confluentium numerum; ut animarum Christifidelium, dissitarum præcipuè Nationum, saluti consuleret, statuit, & indulsit, ut qui sequenti anno, a Kalendis Maji usque ad ipsius anni finem, Bononiam se contulissent, ibique quatuor ab ipso Pontifice designatas Ecclesias visitassent, eandem Jubilæi Indulgentiam consequi possent, quæ anno præcedenti Romam accedentibus concessa fuerat; quapropter miram Peregrinorum multitudinem ex omni Orbis parte Bononiam eâ occasione confluxisse, memoriæ proditum est. Alterius quoque supra memorati Pontificis Gregorii XIII. extant Apostolicæ Litteræ, quibus post celebratum Anno MDLXXV. in Urbe Jubilæum, ad preces S. Caroli Borromæi tunc Archiepiscopi Mediolanensis, idem Jubilæum ad Civitatem & Populum Mediolanensem extendit, ejusdem Sanctissimi Præsulis arbitrio relinquens, ut ipsius Jubilæi lucrandi modum, & tempus, necnon Ecclesias, quæ in eum finem visitari deberent, pro sua prudentia statueret; id quod ab eo cum magna populi ædificatione præstitum fuisse, Ecclesiæ Mediolanensis Acta, & Scriptores de vita ejusdem S. Caroli agentes fusè testantur. Sed & præfatus Clemens VI., quem supra narravimus alienum fuisse a concedenda Jubilæi Indulgentia, durante Anno Sancto, his, qui ad Urbem non accessissent, transacto Anno Sancto MCCCL., Fratribus Ordinis S. Augustini, qui in proximè sequenti Festo Pentecostes, pro celebrando sui Ordinis Capitulo Generali Basileæ convenerant, eandem Indulgentiam concessit, quam singuli eorum præcedenti anno Romam venientes consequi potuissent. Similes quoque Jubilæi extensiones favore quarundam Personarum, sive Communitatum, post Annum Sanctum MCCCC. a Prædecessore Nostro Bonifacio Papa IX. concessæ leguntur. De generalibus verò concessionibus, per quas, post Jubilæi celebrationem Romæ peractam, ejusdem beneficia ad universum Catholicum Orbem extensa fuerunt, plura extant exempla a Prædecessoribus Nostris, Alexandro VI., Gregorio XIII., Clemente VIII., aliisque etiam a Nostra ætate minùs remotis, Urbano VIII., Innocentio X., Clemente X., Nobis relicta.

Pontifex generalem extensionem concedere, opportunum duxit.

§. 4. Quibus Nos permoti, similem generalem concessionem favore omnium Christifidelium ubique Terrarum existentium promulgare decrevimus. Cum autem id, anteactis temporibus, hac ratione plerumque fieri consueverit, ut scilicet unicuique Episcopo pro hujusmodi extensione supplicanti, concederentur Apostolicæ Litteræ in forma Brevis, quibus ad ipsius postulantis Civitatem atque Diœcesim dumtaxat extendebatur Jubilæum Anni Sancti; cumque proinde facilè eveniret, ut aliqui aut rerum imperiti, aut de hoc non cogitantes, hujusmodi Litterarum expeditionem negligerent, quamvis illæ omnibus, sine ullo prorsus sumptu, expediri consueverint, ideòque plures Civitates atque Diœceses, tanti spiritualis beneficii expertes remanerent; Nos quidem satiùs esse judicavimus, unica generali Constitutione, Indulgentiam Jubilæi universalis, cum aliis Privilegiis, atque favoribus in ipsa Constitutione indicatis, ad omnem, quà latè patet, Ecclesiam extendere; quò & communis fiat omnibus ritè expetentibus hujusmodi Thesauri acquirendi facultas, & Vobis, Venerabiles Fratres, seu vestris in Urbe negociorum gestoribus, nulla superfit cura pro peculiarium, quas supra diximus, Litterarum expeditione.

Indicantur Litteræ, in quibus de omnibus, quæ ad Jubilæum pertinent, aliquid mandatum, statutum, aut definitum fuit.

§. 5. Plures sanè Constitutiones, seu Litteræ Apostolicæ a Nobis editæ sunt, occasione Jubilæi Anni Sancti. Prima Constitutio, quæ incipit: *Peregrinantes, (ut supra num.* XVIII. *pag.* 70.) omnibus Catholicæ Ecclesiæ Filiis directa, Indictionem continet ipsius Universalis Jubilæi, elapso nuper Anno Sancto MDCCL. in Urbe celebrandi. In altera, cujus initium est: *Cum Nos Nuper, (ut supra num.* XIX. *pag.* 77.) Prædecessorum Nostrorum morem sequuti, declaravimus, quæ Indulgentiæ, quæque Facultates, eodem Anno Sancto, suspensæ

remanerent, & quæ in ſuo vigore perſeverarent. Deindè Epiſtolam Encyclicam direximus ad omnes Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, cujus prima verba ſunt: *Apoſtolica Conſtitutio*, (*ut ſupra num.* XIX. *pag.* 78.); atque in ea egimus de his, per quæ unuſquiſque ad conſequendam Sacri Jubilæi Indulgentiam ſe comparare deberet. Mox aliam edidimus Conſtitutionem, quæ incipit: *Convocatis*, (*ut ſupra num.* XXI. *pag.* 97.), in qua diſtinctè à Nobis expoſitæ fuerunt Facultates, quas pro Anni Sancti decurſu concedere intendebamus, tum Pœnitentiariis in Baſilicis, & Eccleſiis Urbis conſtituendis, tum etiam Confeſſariis a S. R. E. Cardinale Noſtro in Urbe Vicario deputandis; quo facto plures confuſiones in hoc rerum genere aliàs exortæ, in anteceſſum ſublatæ fuerunt. Addita quoque ibidem ſunt monita quædam, a prædictis omnibus pro recto uſu Facultatum ſibi conceſſarum obſervanda. Poſt hæc, quum in evolvendis, non ſine diuturno atque oneroſo labore, Operibus Theologorum, qui *Morales* vocantur, innumeras deprehendiſſemus controverſias, quæ ab iis variè agitantur, tum circa uſum Facultatum, quæ Pœnitentiariis in Urbe deputatis pro Anno Sancto conceduntur; tum circa rationem & modum Indulgentiæ conſequendæ; & quidem in earum tractatione advertiſſemus diverſas omninò vias per hujuſmodi Scriptores inſiſti; operæ pretium duximus aliam Epiſtolam exarare, dictis Pœnitentiariis per Urbem conſtitutis, & Confeſſariis a Cardinale Vicario deputatis inſcriptam, quæ Italico ſermone prodiit, incipiens: *Frà le Fatiche*, (*ut ſupra num.* XXII. *pag.* 102.), quæque nunc forſan in Latinum converſa eſt. In ea oſtendimus, pleraſque difficultates, quæ aliis temporibus excitatæ fuerant, & prævisas a Nobis, & ſimul, per opportuna verba in Noſtris Conſtitutionibus ad eum diem promulgatis appoſita, reſolutas fuiſſe; cumque ageretur de rebus a voluntate Noſtra unicè pendentibus, eam quidem apertè declarare non omiſimus, omneſque dubitandi cauſas ſubmovere, indicatis etiam rationum momentis, quibus ſingula a Nobis ſtatuta innitebantur. Illud quoque animo occurrit, quod etiam a Prædeceſſoribus Noſtris providè cogitatum fuiſſe animadvertimus, complures fore, qui pro Jubilæo aſſequendo, in ipſius Anni Sancti decurſu, libenter ad Urbem venturi eſſent, niſi illis ſuſcepti ſtatus ratio, aliudve ineluctabile impedimentum, hanc peregrinationem prohiberet; cujuſmodi ſunt Moniales, Oblatæ, aliæque Virgines, ac Mulieres in Monaſteriis, & Religioſis Domibus vitam degentes; item Anachoretæ, Eremitæ, Infirmi, ſenioque affecti, atque in carcere, ſeu in captivitate detenti; Quibus omnibus, ne piorum votorum fraudarentur effectu, opportunè proviſum a Nobis fuit per aliam Noſtram ſuperiùs citatam Conſtitutionem, cujus initium eſt: *Paterna charitas*, (*ut ſupra num.* XXV. *pag.* 149.)

De noviſſima Conſtitutione ſuper extenſione Jubilæi edita.

§. 6. Denique quum id ſolummodò ſupereſſet, ut nempe Jubilæum Anni Sancti in Urbe nuper propoſitum, elapſo jam Anno a Nativitate Domini MDCCL., quo, ut ſupra diximus, indictum fuerat, ad reliquos omnes Chriſtifideles, etiam qui ad Urbem præterito Anno minimè acceſſiſſent, nec de ſuarum Regionum finibus egreſſuri eſſent, ex Apoſtolicæ liberalitatis abundantia extenderetur; Id nunc a Nobis præſtitum eſt per Noſtram Conſtitutionem nuperrimè editam, quæ incipit: *Benedictus Deus*, (*ut ſupra num.* XXVIII. *pag.* 153.), cui etiam hanc Noſtram Encyclicam Litteram ad Vos, Venerabiles Fratres, directam adjungere opportunum judicavimus.

§. 7. In hac igitur Conſtitutione ſtatuuntur opera injuncta, quæ unuſquiſque pro Indulgentiæ conſecutione exequi debet; præfinitur tempus, intra quod hujuſmodi opera ſunt adimplenda; enunciantur Facultates, quæ Confeſſariis tribuuntur, ad hoc ut Fideles peccata ſua in ſacramentali Confeſſione ipſis aperientes, a cenſuris, & ab omnibus peccatis & exceſſibus, quantumvis gravibus & enormibus, etiam Locorum Ordinariis, aut Sedi Apoſtolicæ reſervatis, in foro conſcientiæ abſolvere poſſint. Ordinariorum arbitrio & prudentiæ permittitur, pro perſonis ſuarum Diœceſium, quæ ab exequendis injunctis operibus impeditæ fuerint, & ex aliis juſtis cauſis, opportunas eorum commutationes, aut reductiones concedere.

Quamdiu ipſa contineantur.

§. 8. Denique id Nobis curæ fuit, ut dum eandem Jubilæi gratiam, quæ Chriſtifidelibus in Urbe præſentibus præterito Anno conceſſa fuerat, pro aliquibus ineuntis Anni menſibus, qui in Bulla indicantur, ad univerſum Catholicum Orbem extendimus, maximam ſervaremus ſimilitudinem, quantum rerum natura ferebat, tam in operum injunctorum præſcriptione, quàm in conceſſione Facultatum, quibus Confeſſarii uti poterunt; ita ut illa quidem, quæ dicta fuerunt in præfata Epiſtola Encyclica, quæ incipit: *Apoſtolica Conſtitutio*, de ſacramentalis Confeſſionis, & Communionis neceſſitate, deque diſpoſitionibus, quæ ad ea Sacramenta dignè ac fructuosè percipienda afferri debent; item ea, quæ leguntur in Bulla incipiente: *Convocatis*, & in alia Epiſtola, cujus initium eſt: *Frà le fatiche*, circa modum viſitandi Eccleſias, & circa preces in hujuſmodi viſitationibus Deo offerendas pro Jubilæi tunc Romæ indicti acquiſitione, eadem omnia in præſenti ejuſdem Jubilæi extenſione locum habere cenſenda ſint. Cum verò Facultates, quæ Pœnitentiariis pro Anno Sancto Romæ deputatis indulgeri ſolent, nunquam generaliter concedi conſueverint, etiam Jubilæi tempore, Confeſſariis extra Urbem conſtitutis; in hac ſanè Conſtitutione, quæ incipit: *Benedictus Deus*, Confeſſariis extra Urbem conceſſæ ſunt ampliores illæ Facultates, quas propoſiti finis ratio expetere viſa eſt, & Apoſtolicæ Sedis conſuetudo tulit. In quarum tamen intelligentia & uſu, ſi quod ullibi dubium oriri contingat, conſuli poterunt eædem Literæ Noſtræ: *Convocatis*, aliæque Italicæ: *Frà le fatiche*; in quibus omnia ad hujuſmodi dubiorum ſolutionem facientia reperientur. Licèt enim in hac Bulla: *Benedictus Deus*, non omnia repetita ſint, quantum ad Facultates pertinet, quæcumque in duabus prædictis Literis continentur; nihil tamen in hac noviſſima Conſtitutione continetur, de quo in eiſdem Literis ſermo habitus non fuerit.

Quomodo ex Præcedentibus Conſtitutionibus ſolvi poſſint quæſtiones forſan excitandæ.

De Confeſſario vigore hujus Jubilæi eligendo.

§. 9. Porrò in pluries memorata Conſtitutione: *Convocatis*, data fuerat Pœnitentiariis per Eccleſias Urbis conſtitutis Facultas abſolvendi etiam Regulares ex iis Ordinibus, in quibus viget prohibitio, ne aliis, quam proprii Ordinis Sacerdotibus approbatis, peccata ſua confiteantur. In alia autem Conſtitutione: *Paterna charitas*, per quam indultum fuit Monialibus, Oblatis, Tertiariis, Anachoretis, aliiſque impeditis, ut Jubilæum, ipſo etiam Anno Sancto, extra Urbem conſequi poſſent; prædictis Monialibus, earumque Novitiis facultatem conceſſimus eligendi ſibi, ad Sacramentalem Confeſſionem pro dicti Jubilæi conſecutione peragendam, Presbyteros Confeſſarios quoſcumque, ſive Sæculares, ſive Regulares, ſed tamen *a Locorum Ordinariis ad audiendas Monialium Confeſſiones approbatos*; reliquis autem Oblatis, Tertiariis, aliiſque Mulieribus in

Mona-

Monasteriis, seu in Religiosis & Piis Domibus vitam degentibus, necnon Carceratis, Infirmis, cæterisque impeditis personis, tam Laicis, quàm Ecclesiasticis, Sæcularibus, aut quorumcumque Ordinum Regularibus, etiam specificâ mentione & expressione dignis, indulsimus, ut ad eundem effectum sibi eligere possent quemcumque Confessarium Sæcularem, aut cujuslibet etiam diversi Ordinis Regularem, qui tamen approbatus esset ad audiendas personarum sæcularium Confessiones ab Ordinariis, *in quorum Civitatibus, Diœcesibus, & Territoriis, Confessiones hujusmodi excipiendæ essent.* Id etiam confirmatum voluimus in hac recenti Constitutione, per quam Jubilæum Anni Sancti ad alias Catholici Orbis partes extendimus, ut videre licet in §. *Insuper*, ubi Monialibus, earumque Novitiis facultas indulgetur eligendi *Confessarium quemcumque, ad excipiendas Monialium Confessiones, ab actuali Ordinario loci, in quo earum Monasteria constituta sunt, approbatum*; aliis verò Christifidelibus tam Laicis, quam Ecclesiasticis Sæcularibus, vel cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti, etiam specialiter nominandi, Regularibus, permittitur, ut ad supradictum effectum eligere possint *quemcumque Presbyterum Confessarium, tam Sæcularem, quàm cujusvis etiam diversi Ordinis & Instituti Regularem, ab actualibus pariter Ordinariis, in quorum Civitatibus, Diœcesibus, & Territoriis, Confessiones hujusmodi excipiendæ erunt, ad personarum sæcularium Confessiones audiendas approbatum*; Deinde vero in §. *Præsentes*, contrariis quibuscumque Legibus, Constitutionibus, & Consuetudinibus derogatur, ac nominatim iis, quibus vetitum sit, ne quorundam Ordinum Regulares extra proprium Ordinem sacramentaliter confiteri possint.

Opinionibus circa Confessarii electionem aliàs reprobatis locus relictus non est.

§. 10. Eruditioni autem vestræ, Venerabiles Fratres, ignotæ non erunt innumeræ controversiæ, quæ inter Morales Theologos agitantur, tum circa Confessarium, quem quilibet eligere potest Jubilæi tempore, ubi hujusmodi electio permittitur in Literis, quibus Jubilæum ipsum conceditur; tum etiam circa Ordinarium Loci, cujus approbatio necessaria est, ut aliquis in Confessarium tunc eligi valeat. Aliqui enim putarunt eligi posse Confessarium, etiam qui ab Ordinario Pœnitentis dumtaxàt ad audiendas Confessiones approbatus fuerit. Alii non dubitarunt asserere, Apostolica adesse Privilegia quibusdam Personis concessa, quorum vigore Privilegiati hujusmodi, dummodò semel approbati fuerint ab aliquo Ordinario Præsule, licèt non Ordinario illius Loci, in quo Confessiones excipiendæ sunt, nihilominùs ubique in Confessarios eligi possint. Alii subtiliùs disputantes, dixerunt, derivandam quidem esse approbationem ab Ordinario Loci, in quo Confessiones excipiuntur; sed sufficere illam, quam Sacerdos aliquando habuerit ab eo Præsule, qui Ordinariam jurisdictionem in hujusmodi loco obtinuerit; licèt non ampliùs idem ei loco præsit, vel quia morte sublatus fuerit, vel quia ad alterius Ecclesiæ regimen auctoritate Apostolica translatus sit. Hujusmodi ratiocinationum commenta ad varias hujus S. R. E. Cardinalium Congregationes non semel delata, sæpè etiam reprobata fuerunt; nec omiserunt ipsi Romani Pontifices in suis Apostolicis Constitutionibus eadem contrariis Decretis configere, ut videre est in Bulla rec. mem. Prædecessoris Nostri Clementis Papæ X., quæ incipit: *Superna*, & in alia sel. record. Innocentii Papæ XIII. incipiente: *Apostolici Ministerii*, necnon in Nostra, cujus initium est: *Apostolica Indulta*, in Bullario Nostro impressa *Tom. XVI. num. C. pag. 204.* Et quidem in dictis Prædecessorum Constitutionibus apposita fuit derogatio contrariis quibuscumque Privilegiis, licèt post Tridentinum Concilium forsan concessis; in Nostra verò hujusmodi derogatio extensa fuit ad alia quælibet Privilegia, etiam a dictis Prædecessoribus, & a Nobis ipsis ibidem non nominatim expressa. Quoniam verò in præmissis nulla mentio facta fuit de Universali Jubilæo, de quo tunc minimè agebatur; ne fortè hujusmodi reprobatæ sententiæ iterum in medium proferrentur, hac occasione, qua forsan contendi posset, eas maximè congruere ampliori Ecclesiæ liberalitati, qua, dum toto Terrarum Orbe ab ipsius Filiis celebratur universale Jubilæum, nonnisi post vigintiquinque Annos recurrens, Spirituales Thesauros aperit, & Pœnitentibus largiter applicari desiderat; ideò in hac recenti Constitutione Nostra, quæ incipit: *Benedictus Deus*, ejusmodi verba inseruimus, per quæ omnes contrariæ, & reprobatæ opiniones, etiam præsentis Jubilæi tempore, excluse remanent; quæ quidem verba, occasione alterius Jubilæi sive universalis, sive particularis adhibita, eundem effectum similiter sunt habitura.

Quinam Confessarius hac occasione a Monialibus eligi possit.

§. 11. Cum autem Nos in hac novissima Constitutione agendo de Confessariis, quos Moniales, earumque Novitiæ eligere poterunt, facultatem eisdem concesserimus eligendi *Confessarium quemcumque ad excipiendas Monialium Confessiones ab actuali Ordinario Loci, in quo earum Monasteria constituta sunt, approbatum*, quæ verba superiùs etiam in hisce Literis recitata fuerunt; quæsitum est ab aliquibus, an liceat Monialibus hac occasione in Confessarium eligere ejusmodi Presbyterum, quem Ordinarius, non quidem peculiariter pro earum Monasterio, sed pro aliquo alio approbaverit. Super quo Nos animadvertentes, quod si Monialibus necesse esset Confessarium pro earum dumtaxat Monasterio approbatum eligere, frustraneum ferè remaneret Privilegium hoc tempore eisdem concessum; facilè adducti sumus, ut declararemus, licere Monialibus, earumque Novitiis, in hoc præsenti Jubilæo, ad effectum ejusdem Jubilæi consequendi, Confessarium eligere, ab actuali Ordinario Loci, etiam pro alio Monasterio, vel *pro Monialibus in genere* approbatum, nec unquam ob demerita expresè reprobatum; quum Nos non magis ab opinionibus laxis, quàm ab iis, quæ nimium & intolerabilem rigorem inducunt, alienos Nos esse profiteamur.

Jubilæi celebratio per Diœceses ita ab Episcopis procuranda, ut in solidum animarum fructum cedat.

§. 12. Et hæc quidem Vobis, Venerabiles Fratres, hac nostra Encyclica Epistola exponere opportunum duximus. Reliqua verò a singulis vestrûm, in propria cujusque Civitate, ac Diœcesi sunt peragenda. Curandum scilicet est ab unoquoque vestrûm, assiduisque precibus, & hortationibus adnitendum, ut Populus regimini vestro commissus, ad peccata sua sincero corde, plenâque voluntate detestanda adducatur, ac per sacramentalem Confessionem ritè ac piè peractam, ad consequendum Jubilæi fructum sese disponat. Sanè si Indictio Jubilæi ita fiet per Diœceses, ut nullis antea publicis precibus divinæ opis auxilium exoretur, ut neque Pastoris voce, neque scripto, ad pœnitentiam Populus excitetur; si, præviis opportunis institutionibus, Christiana plebs non edocebitur, qua ratione fructuosam peccatorum Confessionem peragere debeat, nec de Confessionis generalis utilitate, atque etiam certis in casibus de illius necessitate, admonebitur; si denique Sacerdotes Confessarii competentem animarum vulneribus medicinam afferre non satagent; valdè veremur, quod sine lacrymis scribere aut cogitare non possumus,

ne Jubilæi celebratio inani ſpecie animos detineat, at nihil ſolidi fructus reipſa in Populis operetur. Nos equidem, dum pro certo confidimus, complures peccatores in iniquitatibus antea demerſos, elapſi Anni Sancti decurſu, per infinitam Dei noſtri miſericordiam, è cœno emerſiſſe, plurimoſque Fideles Sacri Jubilæi fructum percepiſſe; hoc ſimul perſuaſum habemus, id maximè referendum eſſe Cæleſti illi divinæ lucis radio, quo permoti ſuimus, tum ad excitandum ſingulorum Epiſcoporum zelum, ut in ſuis quique Diœceſibus, eos, qui Romanum iter aggreſſuri erant, prædictis mediis ad Jubilæi perceptionem præpararent; tum etiam ad agendum in Urbe ea omnia, quæ & anno præcedenti, & ipſo Anno Sancto Jubilæi, egimus, & per alios fieri curavimus, ut opportunis inſtructionibus, & admonitionibus, ad veram pœnitentiam diſponerentur omnes, & ad eam peragendam excitarentur.

Exemplum S. Caroli Borromæi.

§. 13. Neque verò alicui veſtrûm, Venerabiles Fratres, in mentem veniat, ſatis jam muneri ſuo ſe feciſſe, dum ſuperiore anno publicas preces fieri curavit, atque inſtitutiones, catecheſes, & conciones habuit, ſeu haberi juſſit, ad inſtructionem eorum, qui Romam ad Jubilæum conſequendum venturi erant; itaut minimè neceſſe ſit rursùs ea omnia nunc peragere, quum ad ipſam Civitatem ſuam, atque Diœceſim, ejuſdem Jubilæi beneficium extenditur. Non ita ſe geſſit S. Carolus Borromæus, Epiſcoporum exemplar, & ſplendidiſſimum lumen, qui quum antea Populum ſuum ad ſacram peregrinationem ad Urbem ſuſcipiendam, ſermonibus, inſtructionibus, & concionibus præparaſſet, ac vehementer hortatus eſſet; cum etiam Romam ipſe veniſſet, atque hìc præclara illa pietatis, & religionis exempla edidiſſet, quibus dumtaxàt inſpectis, multi peccatores ad pœnitentiam ſtatim converſi ſunt; ad ſuam poſtmodum Eccleſiam reverſus, obtentâque, ut ſupra diximus, a Gregorio Papa XIII. poſt Annum Sanctum, extenſione Jubilæi pro ſua Mediolanenſi Diœceſi, minimè contentus fuit his, quæ pro diſponendis ſubditis ſuis ad Romanum iter ſuſcipiendum, & ad Jubilæi fructum, per implementum operum injunctorum in Urbe, conſequendum, præſtiterat; ſed, quum dictam extenſionem publicaturus eſſet, eodem, quo antea, religionis zelo incenſus, publicas denuò preces indixit, conciones ad Populum habuit, evulgavitque inſtructiones plenas doctrinæ, ac pietatis, quæ in Actis Eccleſiæ Mediolanenſis habentur; denique nihil eorum omiſit, quæcumque utilia, aut neceſſaria putavit, ut Populum ſuum ad pœnitentiam adduceret, eumque ad percipiendum Jubilæi fructum diſponeret.

Magni æſtimanda eſt Jubilæi conſequendi opportunitas.

§. 14. Non levis momenti res nunc agitur, Venerabiles Fratres. Eccleſiæ Theſaurus reſeratur, Plenariæ Indulgentiæ aſſequendæ via cunctis Fidelibus aperitur, ſimulque ampliſſimæ remittendorum criminum Facultates ſacramenti Pœnitentiæ Miniſtris tribuuntur. Et quamvis hæc beneficia, quæ initio nonniſi centeſimo quoque anno generaliter concedi ſolebant, modò poſt ſingulos vigintiquinque annos concedantur; longè tamen plures, ut fert humana conditio, erunt, quibus ætas non ſufficiet, ut eorum compotes iterum fieri poſſint, quàm qui poſt alios vigintiquinque annos adhùc ſuperſtites, ad ea conſequenda aſpirare valeant. Opera injuncta ejuſmodi ſunt, ut ne laxioribus quidem, & mollioribus, nimis aſpera & gravia videri poſſint; præſertim ſi cogitabunt, duobus circiter ſæculis ante Pontificatum Bonifacii VIII., a quo Jubilæum Anni Sancti formam accepit, Plenariam hujuſmodi Indulgentiam obtinere cupientibus, injungi conſueviſſe, ut in Palæſtinam, pro ea regione ab Infidelium manibus recuperanda pugnaturi ſeſe conferrent: *Quicumque pro ſola devotione, non pro honoris, vel pecuniæ adeptione, ad liberandam Eccleſiam Dei Hieruſalem profectus fuerit, iter illud pro omni pœnitentia reputetur.* Verba ſunt Prædeceſſoris Noſtri Urbani Papæ II. in Concilio Claromontano anno MXCVI. habito. Super quibus verbis Venerabilis Servus Dei Joſeph Maria Cardinalis Thomaſius, quem in hac potiſſimum materia libenter citamus, quum olim eidem clariſſimo Viro Collegæ fuerimus in Officio Conſultoris Congregationis Cardinalium Indulgentiis præpoſitæ, ita ſcriptum reliquit: *Hanc Plenariam Indulgentiam, in qua opus injunctum graviſſimum erat ſumptibus, incommodis, laborioſiſſimis itineribus, & imminentibus vitæ periculis, ut potiùs videri poſſit commutatio pœnitentiæ, quam hujus abſoluta relaxatio &c. hanc, inquam, Plenariam Indulgentiam pro Terra Sancta, alii poſtea Summi Pontifices ſemper confirmarunt. Nec alia mihi occurrit Indulgentia Plenaria uſque ad exordium decimiquarti Sæculi, in quo Bonifacius VIII. illam elargitus eſt pro anno Jubilæi MCCC.*: Hæc doctus ille piuſque Cardinalis, in quodam Opuſculo manuſcripto, quod brevi forſan in lucem prodibit, inter alia ejus Opera, quorum accuratiſſima Editio hoc tempore adornatur.

§. 15. Hæc omnia in mentem vobis revocare opportunum duximus, ut zelum veſtrum excitaremus, ne quid intentatum relinquatis, quo adduci valeant Populi veſtræ curæ, fideique concrediti, ad ſinceram pœnitentiam, ad perfectam peccatorum Confeſſionem, veramque emendationem vitæ, atque ita ad conſequendam in Patriis Regionibus Plenariam Jubilæi Indulgentiam, licèt elapſo Anno ad Urbem quacumque de cauſa non acceſſerint, ſeſe diſponant. Huic denique Epiſtolæ nimis jam in longum productæ finem imponimus, rogantes vos & obſecrantes in Domino Jesu, ut ſæpè cogitetis, quem locum vobis dederit Cœleſtis Militiæ Imperator in magna illa Legione, quam ipſe ad extirpandos de Mundo errores, univerſoſque gloriæ ſuæ hoſtes debellandos, ad ſtabiliendum juſtitiæ, & veritatis Regnum, & ad ſalvandas Animas, comparavit atque inſtruxit. Mementote, præclaras ſemper ab hac Legione victorias, Dei Omnipotentis auxilio, reportatas fuiſſe, quoties illius Duces, ac Milites conſtanti animo, ac ſtrenua Eccleſiaſtici pectoris virtute dimicarunt. Galliarum quondam Regiones per unum Hilarium ab Arianorum contagione liberatæ fuerunt. Eorundem erroribus Hiſpaniæ per annos prope trecentos miſerandum in modum involutæ, per Leandrum, & Iſidorum ex iis tandem emerſerunt. Auguſtinus in Africa Manichæorum, Donatiſtarum, Pelagianorum conatus repreſſit, ac fregit. Ambroſius Italiam peſtifera Hæreſum labe afflatam præſervavit. Athanaſius, Baſilius, Gregorius, Catholicam Religionem in Ægypto, & in Oriente, unde Hæretici magno numero exorti univerſum Orbem corrumpere moliebantur, ſuis laboribus, periculis, ſcriptis conſervarunt. Chryſoſtomus Græciam, & Aſiam a perfidiæ ſordibus repurgavit. Utque ad recentiora deſcendamus exempla, videte quanta præſtiterit in Indiis Turribius, quanta in Regionibus Noſtris Carolus Borromæus, & Franciſcus Saleſius, quantum per eos, alioſque Sacerdotali virtute præditos Viros, Catholicæ Fidei puritas, Eccleſiaſticæ Diſciplinæ nitor, Chriſtianæque pietatis ſtudia, incrementum acceperint. Horum intuentes exempla, ſectamini virtutes, & Paſtoralis ſollicitudinis zelum in vobis exprimite, oblatam-

Quanta Deus in Eccleſia per Epiſcopos præſtari conceſſerit.

que

que vobis occasionem, ad salvandas a perditione Animas, ad reformandos Populi mores, ad piorum operum consuetudines inducendas aptissimam, libenter arripite.

Pontifex Catholicorum Regum pia studia commendat, & coadjuvari optat.

§. 16. Hoc credite, Venerabiles Fratres, magnam esse apud Christianos Populos vim Religionis Divinæ; ardoremque pietatis in cordibus Fidelium Spiritus Sancti virtute diffusum, si Sacerdotum opera congruis foveatur alimentis, & opportunis temporibus excitetur, in magnas charitatis flammas erumpere. Id probè intellexerunt, Deo inspirante, plerique Catholici Reges, ac Principes, qui pia Subditorum suorum desideria animo complectentes, demissas Nobis preces pro hujus Jubilæi extensione ad Ditionum suarum Provincias exhiberi mandarunt. Quorum voluntati quum Nos, collaudatâ eorum eximia pietate, plenissimo affectu obsecundare non distulerimus, vestrum est, Venerabiles Fratres, eorum studiis simul, ac Nostris, Ecclesiæque votis, operam vestram adjungere: & hoc potissimùm tempore, dum pro eorundem Christianorum Principum prosperitate & salute unusquisque vestrùm publicas Ecclesiæ vestræ preces Omnipotenti Deo offeretis, Gregis vestri sanctificationem, semper quidem curæ vestræ concreditam, nunc autem peculiaribus quoque eorum sollicitudinibus vobis commendatam, vestris prædicationibus, exemplis, laboribus promovere. Nos autem, in præclari operis adjumentum, vobis, Venerabiles Fratres, Cœlestis auxilii gratiam, Christianisque plebibus regimini vestro subjectis pacem Dei precamur; vobisque, & illis, Apostolicam Benedictionem ex animo impertimur.

Dat. 1. Januarii 1751. Pontif. Anno XI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, die prima Januarii MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno XI.

XXX.

Circa Immunitatem Localem nonnulla dubia declarantur post Constitutiones Benedicti XIII. & Clementis XII. excitata, aliaque opportunè statuuntur, & præcipiuntur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

OFficii Nostri ratio non eam modò sollicitudinem Nobis imponit, ut Sacrorum Canonum Leges, & Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum Constitutiones, in quarum interpretatione nihil dubium, aut perplexum occurrit, exactissimè servari, & impleri curemus; sed id etiam a Nobis exposcit, ut exorientem circa aliquas ex illis dubiorum segetem, quæ earum debitæ executioni multis modis officere dignoscitur, opportunis editis declarationibus, aut definitionibus, amputare ac removere studeamus.

Romani Pontifices reos homicidii proditorii, præmeditati, atque etiam in rixa voluntariè commissi, ab Immunitatis beneficio excluserunt.

§. 1. Sanè fel. record. Prædecessor Noster Gregorius Papa XIV. providam Juris Canonici sanctionem præ oculis habens, quâ scilicet, sub *Tit. De homicidio voluntario, vel casuali cap.* 1. innovatum fuit vetus præceptum Legis à Deo in Exodo latæ: *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab Altari meo evelles eum, ut moriatur;* per suam Anno Incarnationis Dominicæ MDXCI. nono Kalendas Junii editam Constitutionem, quæ incipit: *Cum aliàs*, iis, qui proditoriè proximum suum occidissent, ad Ecclesias, locaque Sacra, & Religiosa confugientibus, Ecclesiasticam Immunitatem minimè suffragari decrevit. Tum verò piæ memoriæ Prædecessor quoque Noster, ac Dignitatis Nostræ amplificator Benedictus Papa XIII. Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXV. sexto Idus Junii, edita Constitutione, quæ incipit: *Ex quo Divina*, non eos tantùm, qui proditoriè, ut præfertur, homicidium patrassent, verùm etiam interficientes proximum suum animo præmeditato ac deliberato, ac Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio exclusit & repulit. Demùm san. mem. proximus Decessor Noster Clemens Papa XII. in sua Constitutione, quæ incipit: *In supremo Justitiæ solio*, Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXXIV. Kalendis Januarii edita, eos etiam, qui homicidium in rixa commisissent, dummodo homicidium non fuisset casuale, vel ad propriam defensionem, Immunitatis prædictæ beneficio minimè gaudere voluit atque decrevit.

Alia quoque delicta eodem beneficio non gaudere decreverunt, & plures declarationes ediderunt.

§. 2. Insuper iidem proximè memorati Prædecessores Benedictus, & Clemens, ad ea, quæ in jure Canonico, & in Gregoriana Constitutione recensebantur, nonnulla alia delicta addiderunt, quæ, si qui commisissent, eos a prædicto beneficio asyli, & confugii apud Ecclesias, ac Loca Sacra & Religiosa, exclusos fore statuerunt, variasque a Doctoribus, ac dicti Juris, & Constitutionum Apostolicarum Interpretibus, de Immunitate locali agentibus, excitatas quæstiones & controversias, declarando ac definiendo sustulerunt; ut ex eorundem Constitutionum tenore colligere licet, atque etiam ex una è Nostris Institutionibus, quam olim dum Archiepiscopalem Bononiensem Ecclesiam præsentes moderabamur, pro illius Populi curæ Nostræ concrediti instructione, edidimus, quæque impressa extat *Tomo II.* Editionis Italicæ *num.* XXI., in Latina verò Editione *num.* LXI.

Reos a loco immuni extrahi permiserunt ex indiciis *ad capturam*, & Curiæ sæcularis Officialibus tradi ex indiciis *ad torturam* sufficientibus.

§. 3. Ad hoc autem, ut Curia aliqua Ecclesiastica, in casu alicujus ex delictis exceptis hujusmodi, ad extractionem Delinquentis è loco immuni procedere, eumque ad suos Carceres transferre posset, quum præfatus Benedictus Prædecessor satis esse voluisset, ut super delicti excepti qualitate, ac personæ reitate, ea supperet indicia, quæ ad capturam decernendam sufficientia reputari solent; ut verò extractum hujusmodi Ministris, & Officialibus Curiæ sæcularis tradere & consignare valeret, ea decrevisset indicia ex processu informativo adversus extractum ipsum confecto resultare debere, quæ, juxta regulas Juris, vocantur *ultra torturam*; alter deinde Prædecessor Clemens XII. ampliando declaravit, ut quoties Ecclesiastico Judici, ex indiciis, non quidem ultra torturam, sed ad torturam tantùm sufficientibus, de delicto excepto per extractum commisso constaret, posset idem extractum hujusmodi Curiæ sæculari tradere & consignare. Cæterum iidem Prædecessores nec auctoritatem Ecclesiasticam ullo pacto per præmissa imminui, nec inde ullam Justitiæ lædendæ occasionem captari posse voluerunt. Siquidem extractiones Delinquentium hujusmodi è loco immuni nunquam sine auctoritate Episcopi, & interventu Personæ Ecclesiasticæ ab ipso Episcopo deputandæ, fieri posse statuerunt; nec unquam extractos ipsos, prædictis etiam concurrentibus indiciis, Curiæ sæcularis Officialibus tradi & consignari, nisi eâ lege, sub gravissimarum censurarum pœnis servandâ, ut Ecclesiæ, seu Loco immuni restituerentur, quatenùs in progressu Causæ iidem extracti indicia hujusmodi purgarent atque diluerent.

Extractionem tamen auctoritate Ecclesiastica semper fieri voluerunt; traditionem verò sub conditionibus Justitiæ conservandæ idoneis.

§. 4. Cum autem ea, quæ per Clementem Prædecessorem prædictum, Juris communis,

Leges, pro S. R. E. Dominiis hac de

re editæ, ad nonnullorum Principum Ditiones extensæ fuerunt.

& Gregorianæ, ac Benedictinæ Constitutionum sanctionibus addita fuerunt, ultra fines temporalis Dominii Apostolicæ Sedis minimè extenderentur, visum est Nobis, eadem ad alias quoque Regiones, quarum Supremi Principes id postulassent, opportunè ampliari posse. Itaque in Concordatis, tum, quæ Anno MDCCXLI. cum Carissimo in Christo Filio Nostro Carolo utriusque Siciliæ Rege Illustri, tum quæ Anno sequenti MDCCXLII. cum alio paritèr Carissimo in Christo Filio Nostro Carolo Emanuele Illustri quoque Sardiniæ Rege sancita fuerunt, præmissas, aliasque in Clementis Literis præfatis contentas dispositiones, in eorundem Regum Dominiis locum habere concessimus; mox etiam ad alia Principum id expetentium dominia, peculiaribus respectivè editis Literis, quarum exemplum videre est in *Tomo XVI. Bullarii Nostri Constitut. LXXXVIII.*, quæ incipit: *Aliàs felicis*, extendimus & ampliavimus. *pag.* 170.

Plura tamen dubia adhuc declaranda superfunt.

§. 5. Verùm, quum tot ista per Prædecessores Nostros prædictos, ac per Nos ipsos adhibita studia, non omnes quæstiones, quæ in Tribunalibus excitari solent, tam super qualitatibus homicidiorum, quæ pro exceptis haberi debeant, quàm super modo exequendi præfatas Constitutiones in variis homicidiorum hujusmodi, aliorumque exceptorum delictorum casibus, de medio tollere, seu penitùs antevertere valuerint; id adhuc oneris Nobis relictum esse judicavimus, ut constitutas in hoc rerum genere agendi regulas, ad quas sæpissimè tam Ecclesiasticorum, quàm Sæcularium Judicum acta expendere & exigere necesse est, nequaquàm ultrà difficultatibus & dubiis involutas remanere pateremur. Itaque, omnibus maturè pensatis, auditisque nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aliorumque gravium Virorum, Jurisque Canonici peritorum, & in criminalibus judiciis versatorum consiliis, Motu proprio, ac de Apostolicæ, qua fungimur, auctoritatis plenitudine, Nostram & Prædecessorum Nostrorum mentem in hunc, qui sequitur, modum declarare, & quædam etiam ex integro, ut infra, statuere decrevimus.

I. Circa personas in dictis Constitutionibus comprehensas.

§. 6. Ac primum quidem, cum in memorata Gregorii Prædecessoris Constitutione, quæ incipit: *Cum aliàs*, dum ea delicta enumerantur, quæ ab Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio excluſa censeri debent, de Laicis delinquentibus dumtaxat mentio habeatur, deque his etiam tantummodò loquutus fuerit alter Prædecessor Benedictus in supracitata Constitutione, quæ incipit: *Ex quo Divina*; placuit laudato Prædecessori Clementi XII. hujusmodi Constitutiones per suam, quæ incipit: *In supremo Justitiæ solio*, ad Ecclesiasticos etiam cujuscumque gradus, & ordinis, homicidium animo præmeditato ac deliberato patrantes, extendere & ampliare; itaut nec ipsi, in hujusmodi casu, Ecclesiasticâ Immunitate juvari possint; dummodò tamen commissi per eos homicidii Causa ab eorum Judice Ecclesiastico competente cognoscatur, ipsique ab eo, si rei reperti fuerint, citra pœnam sanguinis, ad præscriptum Sacrorum Canonum condignâ puniantur animadversione.

Comprehensi declarantur Regulares.

§. 7. Cum autem dubitatum fuerit, an sub hac Clementis Prædecessoris ampliatione & extensione Regularium quoque Ordinum Professores, & Alumni comprehendantur; Nos, ad omnem super hoc dubitationem tollendam, decernimus & declaramus, omnes & singulos cujuscumque Ordinis, Congregationis, Militiæ, & Instituti Regulares, tam in ipsis expressè Professos, quàm illis quomodolibet adscriptos, cujuscumque gradus & conditionis extiterint, etiamsi ex ipsorum Ordinum Privilegio, seu aliàs, quælibet expressa & individua mentio de ipsis, eorumque Ordinibus, ad hoc ut sub præsentis, aut præmissarum Constitutionum censura comprehendantur, habenda foret, si qui unquam, quod Deus avertat, homicidium animo præmeditato ac deliberato patraverint, a beneficio Immunitatis Ecclesiasticæ, juxta formam earundem Constitutionum Benedicti, & Clementis, excluſos fore, & censeri.

Item Mulieres.

§. 8. Et quoniam prædictus Clemens Prædecessor speciali Decreto edito die v. Octobris anni MDCCXXXVI. expressè declaravit, Mulieres etiam, quæ aliquod delictum ejusmodi commisissent, quod inter excepta, & ab Immunitatis localis beneficio excluſa, juxta præmissa, haberi debeat, pari jure hac in re cum Viris censeri, & sub dispositione ipsius Literarum incipien.: *In supremo Justitiæ solio*, æquè in omnibus comprehendi debere; Nos hujus nostræ Constitutionis tenore declarationem prædictam approbamus & confirmamus, eique inviolabilis legis, juxta quam in occurrentibus casibus judicari omninò debeat, plenarium robur adjicimus: Decernentes similiter, ac declarantes, sub ejusdem Clementis, nostræque hujus Constitutionis dispositione, etiam Milites in omnibus & per omnia comprehensos esse, nec ullum militare privilegium, hac in parte, ipsis suffragari posse, aut debere.

Et Milites.

II. Circa homicidium baculo aut saxo commissum.

§. 9. Præterea quum in præfata Clementis Decessoris Constitutione ab Immunitatis prædictæ beneficio excludantur omnes & singuli tam Laici, quàm Ecclesiastici inquisiti, & processati, vel in contumaciam banniti, & condemnati, *ex causa & occasione homicidii, etiam in rixa commissi cum armis, seu instrumentis suapte natura aptis ad occidendum, dummodò homicidium non fuerit casuale, vel ad propriam defensionem*; sæpè disputari contigit, an is, qui non casu, vel ex propriæ defensionis necessitate, homicidium in rixa commiserit baculo, aut saxo; quæ scilicet vel arma non sunt, vel si ita appellari possent, non tamen arma suapte natura ad occidendum apta reputari solent; ab Immunitatis localis beneficio excluſus haberi debeat. Nos igitur super hujusmodi dubio definiendo decernimus, quemcumque Homicidam sive Virum, sive Mulierem, sive Laicum, sive Ecclesiasticum Sæcularem, aut cujusvis Ordinis Regularem, qui etiam baculo, aut saxo proximum suum occiderit, Ecclesiastici confugii beneficio minimè gaudere, ubi ex delicti circumstantiis dignoscatur, illius actum, quamvis in rixa commissum, non casu, aut ex necessaria defensione, sed ex odio, & nocendi animo ac voluntate prodiisse. Quæ quidem definitio nostra conformis est Divinæ Legi, quæ habetur in Libro Numerorum *cap. xxxv.*, ubi, designatis Civitatibus refugii pro iis, qui sanguinem proximi nolentes effudisset, ita subjungitur: *Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est, reus erit homicidii, & ipse morietur. Si lapidem jecerit, & ictus occubuerit, similiter punietur. Si ligno percussus interierit, percussoris sanguine vindicabitur. Propinquus occisi Homicidam interficiet, statim ut apprehenderit eum, interficiet. Si per odium quis hominem impulerit, vel jecerit quippiam in eum per insidias, aut, cum esset inimicus, manu percusserit, & ille mortuus fuerit, percussor homicidii reus erit; cognatus occisi, statim ut invenerit eum, jugulabit: quod si fortuitò, & absque odio & inimicitiis, quidquam horum fecerit, & hoc, audiente populo, fuerit comprobatum, atque inter percussorem, & propinquum sanguinis quæstio ventilata, liberabitur innocens de ultoris manu, & reducetur per sententiam in Urbem,*

Quod decernitur a beneficio Immunitatis exceptum, dummodo voluntarie, etiam in rixa, commissum fuerit.

ad

ad quam confugerat, manebitque ibi, donec Sacerdos Magnus, qui Oleo Sancto unctus est, moriatur.

III. Circa eos, qui proximum vulnerarunt ad mortem.

§. 10. Accidit autem in homicidiis, id quod in aliis delictis exceptis locum non habet, ut qui percussus, aut ictus fuerit, non statim moriatur, sed plerumque per aliquot horas, aut dies spiritum trahat. Interim percussor ad Ecclesiam, aliumve locum immunem confugiens, asyli jure gaudet, quo privari non potest, ut homicida, quamdiù percussus ab eo in vivis agit; dumque ex ipso loco immuni de saucii vita sollicitè explorare non desinit, si eum diutiùs victurum intelligit, a capto asylo nequaquam discedit; ubi verò illum ex accepto vulnere vitam amittere agnoscit, arreptâ fugâ, Magistratuum diligentiam prævertens, tempestivè sibi consulit, meritasque pœnas evadit. Quod quum ab iis, qui justitiæ administrandæ præpositi sunt, Nobis expositum fuerit persæpè evenire, & quidem non sine magna publicæ tranquillitatis pernicie, ob impunitatis spem, quam facinorosi homines ex hujusmodi evasionis fiducia concipiunt; iidemque postularint, hujusmodi malum opportunis providentiæ nostræ remediis submoveri.

Hi etiam è loco immuni extrahi jubentur, restituendi tamen, si mors non sequatur intra tempus a Lege præfinitum.

§. 11. Ideò Nos, de prædictorum Fratrum nostrorum, aliorumque prudentium consilio, per præsentes decernimus, ac mandamus, ut percussore ad Ecclesiam, aliumve Sacrum aut Religiosum locum confugiente, si Chirurgi ad inspiciendum vulnus acciti, *grave vitæ periculum* adesse retulerint, percussor ipse è loco immuni, servatis servandis, extractus, carceribus mancipetur; hac tamen lege, ut Ecclesiæ omnino restituatur, ubi is, qui vulneratus fuerit, ultra tempus a legibus constitutum superstes vivat, & quidem sub iisdem pœnis, quibus in memoratis Benedicti, & Clementis Literis ii subjiciuntur, qui delinquentem ex indiciis ad torturam sufficientibus sibi traditum restituere recusent, postquam in suis defensionibus hujusmodi indicia diluerit.

Episcoporum privativum jus in præmissis asseritur.

§. 12. Quod verò in citata Gregorii Prædecessoris Constitutione circa facultatem demandandi extractionem delinquentium è loco immuni in casibus exceptis statutum fuit; ut scilicet ea ad solos Episcopos, aliosque Episcopis superiores Prælatos pertineat, non verò ad alios Episcopis inferiores, etiamsi alii Ordinarii sint, aut Nullius Diœcesis; ita ut, occurrente casu in loco exempto, & Nullius Diœcesis, tunc negocium hujusmodi ad viciniorem Episcopum devolvatur; id quod ab alio quoque Prædecessore Benedicto in superiùs allegata ipsius Constitutione confirmatum fuit; id ipsum Nos quidem præsentium Literarum tenore approbamus, & confirmamus. Sed quoniam nonnullæ ad Nos querelæ super hoc delatæ fuerunt, quod quædam Curiæ Ecclesiasticæ pro parte Officialium Curiæ Sæcularis requisitæ, extractionem delinquentium in casibus exceptis hujusmodi diutiùs quàm par est, protrahere consueverunt; Nos ipsis Venerabilibus Fratribus Episcopis, aliisque Superioribus Ecclesiarum Præsulibus, enixè studiosèque suademus, & respectivè mandamus, ut omnem querelarum occasionem in hoc rerum genere studeant amovere, & quoties de delinquentibus in casibus exceptis hujusmodi agatur, ad opportuna indicia adversus eos colligenda animum intendere non recusent; sique ea, quæ juxta præmissa requiruntur, re vera suppetere agnoscant, eorundem delinquentium extractionem è loco immuni quamprimùm decernant, ut vel in Episcopalibus Carceribus nomine Ecclesiæ detineantur, vel etiam ad Curiæ Laicalis Carceres ejusdem Ecclesiæ nomine retinendi, cum debitis cautelis transferantur. Nec enim Ecclesiastici zeli officium in eo statuendum est, ut justitiæ cursus per Apostolicas Constitutiones præscriptus adversus facinorosos homines impediatur; verùm in Ecclesiæ immunitate, aliisque omnibus Ecclesiasticorum locorum, & personarum juribus asserendis, & sustinendis, quum ea, contra sacrarum legum præscriptum infringi, ac violari contingat. Quum tamen hujusmodi moras tunc maximè intervenire putemus, quum præfata delicta excepta non in Civitatibus, sed per Diœceses, in locis a Curiæ Ecclesiasticæ residentia remotis, perpetrantur; idcircò Nos per easdem præsentes prædictis Episcopis, aliisque superioribus Prælatis facultatem concedimus & impertimur, ut, quoties in hujusmodi casibus pro parte Curiæ Laicalis requisiti fuerint, Vicariis suis Foraneis, sive etiam aliis personis Ecclesiasticis ad id per ipsos Antistites deputandis, committere possint, ut indicia ad extractionem necessaria juridicè colligant; ut, his nimirùm inspectis, iidem Antistites, prout juris erit, ad delinquentium hujusmodi extractionem quantociùs decernendam procedere valeant.

Eisdem permittitur, ut indiciorum compilationem per Diœceses aliis Ecclesiasticis personis committere valeant.

§. 13. Et quidem hæc omnia, quæ per præsentes hucusque declaravimus, definivimus, atque statuimus, tam in hac Urbe nostra, & in Bononien., Ferrarien., Beneventana, aliisque omnibus Civitatibus, Terris, & Locis, Nobis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subjectis, etiam specialem, & individuam mentionem requirentibus, eorumque Curiis Ecclesiasticis, & Sæcularibus, etiam Baronalibus, quàm etiam in aliis Regnis, Provinciis, atque Ditionibus, ad quas dictæ Prædecessorum Nostrorùm Constitutiones, sive peculiaribus concessionibus, ut supra, sive per viam *concordati*, extensæ, & ampliatæ fuerunt (quatenùs nimirum congruere dignoscantur cum eisdem Concordatis, quibus nulla in re derogare intendimus), locum perpetuò habere, suosque debitos effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis Ditionum, Regnorum, Locorumque hujusmodi tam Ecclesiasticarum, quàm Sæcularium Curiarum Judicibus, Magistratibus, Officialibus, & Ministris, aliisque omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, per omnia observari volumus, atque decernimus.

Hactenùs decreta servantur in omnibus locis, ad quæ Clementis XII. Constitutio extensa fuit.

Confirmantur pœnæ statutæ adversus violatores Immunitatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticæ.

§. 14. Illud etiam, quod in præallegatis Nostrorum Prædecessorum Constitutionibus, sub gravissimarum pœnarum interminatione, districtè vetitum fuit, ne scilicet Curiæ Sæculares, eorumque Magistratus, Judices, & Officiales quicumque, ab Ecclesiis, Monasteriis, locisque sacris aliquem delinquentem, etiam in casibus exceptis, sine Ecclesiasticæ auctoritatis interventu, capere, extrahere, aut incarcerare; neve ad declarandum, crimina a prædictis admissa esse de exceptis in eorundem Prædecessorum Constitutionibus (quum id ad solos, ut præfertur, Episcopos pertinere dignoscatur) quoquo modo procedere audeant seu præsumant; Nos quoque iisdem motu, auctoritate, ac tenore confirmamus, & innovamus; atque ab omnibus, ad quos pertinet, seu pertinebit in posterum, inviolabiliter etiam perpetuò observari præcipimus; contrafacientes quoque, & transgressores, easdem omnes pœnas, quæ in præallegatis Constitutionibus dictæ sunt, omninò incurrere statuimus atque sancimus: Decernentes, in numero transgressorum hujusmodi eos etiam esse & censeri, qui, in spretum Ecclesiasticæ auctoritatis, & Canonicarum Sanctionum, præscripto ad Superiores Ecclesiasticos recursu posthabito, Ecclesias, & Loca immunia obsidere

Eorundem diligentia excitatur ad promptam Constitutionum Apostolicarum executionem.

Eorum numero habendos esse decernitur eos etiam, qui loca immunia obsidendo, aliisque artibus, con-

fugientes in suam potestatem venire compellunt.

præsumunt, ac impediendo, ne ad illos, qui Sacro confugio se tuentur, alimenta deferantur, sive aliter, eosdem in Curiæ Sæcularis potestatem se dedere cogunt; Nos enim eos, qui talia ausi fuerint, sive confugientes hujusmodi de exceptis delictis, sive de aliis non exceptis inquisiti sint, omnes & singulas pœnas atque censuras adversus Ecclesiasticæ immunitatis violatores, in jure, ac in prædictis Constitutionibus Apostolicis latas atque statutas, incurrere decernimus ac declaramus. Sanè hujusmodi artes atque violentias aliis etiam retrò temporibus intentari consuevisse non ignoramus; sed simul etiam ab Ecclesia damnatas semper atque proscriptas fuisse comperimus; idque satis demonstrant ea, quæ in pluribus Provincialibus Conciliis, labentibus decimotertio, ac decimoquarto Ecclesiæ sæculis, statuta leguntur; (a) ibi enim, expositis Ecclesiarum circumsessionibus, interceptione alimentorum, aliisque artibus, quibus ii, qui ad Ecclesias confugerant, ad deditionem adigebantur, quicumque similia attentare præsumpserint, anathematis mucrone feriuntur. Et Nos igitur, qui Ecclesiæ spiritum circa præmissa toties apertè declaratum, atque a Prædecessoribus Nostris constanter servatum, exuere neque possumus, neque volumus, eidem per omnia inhærentes, decernimus, & declaramus, omnes, & singulos, qui sub Ecclesiasticæ Immunitatis tutela degentibus, hujusmodi ratione vim inferre ausi fuerint, præter alias pœnas atque censuras adversus ejusdem Immunitatis violatores, ut præfertur, latas atque sanctas, sine alia declaratione incurrendas, omni beneficio ac privilegio Ecclesiastici confugii & asyli tam apud Ecclesias, & loca immunia ab ipsis sic violata, quàm apud alias quascumque Ecclesias, & Loca Sacra, & Religiosa, indignos, atque privatos fore, & habendos esse, non secus ac alii omnes, *qui confugientibus vim inferunt, aut ipsos ab Ecclesia, aliove loco immuni, violenter extrahunt, & abducunt*; quos scilicet laudatus Prædecessor Benedictus XIII. in sua allegata Constitutione, *non illius tantùm Ecclesiæ, quam violarint, sed cujuscumque etiam alterius Ecclesiæ immunitate gaudere nequaquam posse aut debere* declaravit; & quorum Nos numero supradictos etiam jure & meritò accensendos esse decernimus.

Hujusmodi artes pluries Canonicis censuris damnatæ.

§. 15. Denique quum, sicut accepimus, inter temporalis Dominii Nostri, ac nonnullarum finitimarum Ditionum Curias, reciproca quædam consuetudo inoleverit, ut qui certi generis delicta in alterutra ex Ditionibus hujusmodi commiserint, & intra fines alterius se receperint, instante Curia illius Ditionis, in qua delictum commissum fuit, capiantur, eidemque Curiæ tradantur; cumque, sicut etiam Nobis expositum fuit, hujusmodi traditionibus aliquando moram afferri contingat, propterea quod delinquentes hujusmodi, in Terris, ad quas confugerunt, sub Ecclesiæ alicujus, vel alterius loci immunis tutela se receperint: Idcirco Nos, Ecclesiasticæ Immunitatis rationes cum recta Justitiæ administratione, & Reipublicæ tranquillitate opportunè copulare volentes, decernimus, & mandamus, ut, si hujusmodi confugientes delictum aliquod ex iis, quæ in Apostolicis Constitutionibus præfatis excepta sunt, in temporali Romanæ Ecclesiæ dominio patraverint, indicia ad capturam requisita, ab

De his, qui delictum exceptum in una ditione patrarunt, & ad locum immunem confugiunt in altera, ex qua, vigore mutuæ consuetudinis, traderentur Curiæ in loco delicti jurisdictionem habenti.

Indicia contra hos cumulentur ab Episcopo, ad quem spectat, ratione loci delicti, & transmittantur alteri, ad quem pertinet extractionem decernere.

Episcopo Diœcesano, seu respectivè viciniori illius loci, in quo delictum commissum fuit, excipiantur, seu cumulentur; eaque ad Episcopum alterius loci, in quo delinquens asylum cœpit, sine mora transmittantur; ut hic nimirùm, quatenùs traditioni præfatæ locus esse debeat, extractionem delinquentis è loco immuni, auctoritate sua, & cum interventu personæ Ecclesiasticæ, fieri mandet. Eâdemque ratione, si in præfatis aliorum Principum Ditionibus, in quibus traditionis prædictæ consuetudo viget, ejusmodi delictum commissum fuerit, quod, sive in vim Gregorianæ, aut Benedictinæ Constitutionis, sive ratione *Concordati* cum Apostolica Sede initi, sive extensionis alterius Constitutionis Clementis XII. ab eadem Apostolica Sede specialiter impetratæ, pro excepto haberi debeat; volumus, & statuimus, ut Episcopus ille, ad quem, ratione loci delicti commissi, id pertinere dignoscitur, memorata indicia ad capturam requisita cumulari faciat, eaque transmittat ad Episcopum Ditionis Ecclesiasticæ, intra cujus jurisdictionis fines illius delicti reus asylum delegit; ut hujus scilicet Antistitis auctoritate, aliisque servatis servandis, a confugii loco extrahi, ac, si ita res feret, externæ postulanti Curiæ valeat consignari. Volumus tamen, in quolibet ex præmissis casibus, in quibus de delictis, ut supra, exceptis tantummodò agitur, prædictarum Benedicti, & Clementis Constitutionum, seu Concordatorum respectivè leges, atque tenores, inviolabiliter observari; tum scilicet in eo, ut delinquens Ecclesiæ nomine in carceribus retineatur; tum etiam in eo, ut per Episcopos dumtaxat, privativè quoad omnes alios etiam Ecclesiasticos Judices, ex indiciis, ut præfertur, ad torturam sufficientibus, declaretur, an delictum, de quo est quæstio, inter excepta connumerari debeat, nec ne; tum denique in eo, quod pertinet ad obligationem restituendi reum ad formam dictarum Constitutionum, quatenùs is in progressu causæ, indicia hujusmodi sibi adversantia purgaverit, atque diluerit.

In extractione, & in reliquis omnibus serventur Constitutiones, & Concordata.

§. 16. Ipsas demùm præsentes Litteras, & in eis contenta quæcumque, perpetuæ firmitatis vim, & robur habere, suosque integros atque plenarios effectus, in locis atque Ditionibus prædictis, ac respectivè ubilibet locorum, & gentium, sortiri, & obtinere, atque ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & quoquomodo pro tempore spectabit in futurum, etiam sub statutis pœnis atque censuris per contravenientes ipso facto incurrendis, omninò servari; sicque, & non aliter, in præmissis, per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Cardinalium hujusmodi Congregationes, & Apostolicæ Sedis Nuncios, nec non Sæculares Curias, & Magistratus, etiam supremos, alioslve quoslibet, quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, etiam speciali notâ, & mentione dignos, sublatâ eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiri debere decernimus, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Præsentes Literæ omnimodam firmitatem, debitamque executionem sortiantur.

§. 17. Non obstantibus præmissis, aliisque quibuslibet Apostolicis Constitutionibus, Regulis, & Ordinationibus, nec non quarumcumque

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

(a) *Concilium Provinciale Lambethense hab. Anno 1261. tom. 11. part. 1. Labbeanæ Collectionis Conciliorum col. 810. Concil. Exoniense Anni 1287. tom. 11. part. 2. dicta Collectionis col. 1281. tit. 15. Concil. Provinciale Nugarolienſe Anni 1303. dicto tom. 11. part. 2. ejusdem Collectionis col. 1479. can. 6. Concil. Palentinum Anni 1322. dicto tom. 11. part. 2. præfata Collectionis col. 1697. cap. 7. Concilium Valisoletanum Anni 1322. tom. 3. Collectionis Conciliorum Hispaniarum Cardinalis de Aguirre pag. 564. tit. 18. num. 51. Concilia Marcianense, & Sylvanectense Anni 1326. supracitato tom. 11. part. 2. d. Collectionis Labbeanæ col. 1751. tit. 11. & col. 1770. cap. 5. Concilium Vaurense Anni 1368. eodem tom. 11. part. 2. dicta Collect. col. 2012. tit. 93.*

Ecclesiasticarum, aut Sæcularium Cũriarum legibus, edictis, stilis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & facultatibus, quibusvis personis, etiam speciali mentione dignis, & quavis quantumcumque sublimi dignitate, & auctoritate fulgentibus, & ex quibusvis etiam gravibus, & urgentissimis causis, seu quibuscumque Regularium Ordinibus, etiam Mendicantium, & Militaribus, etiam S. Joannis Hierosolymitani, seu Monachorum, aut Clericorum Regularium Congregationibus, Societatibus, & Institutis, etiam Societatis Jesu, aliisque quibusvis, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibuscumque clausulis, & decretis, etiam motu, & potestatis plenitudine similibus, seu consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, formas, & causas præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, atque etiam insertis, ac respectivè servatis habentes, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, præditis motu, scientia, & potestatis plenitudine derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque: seu si aliquibus communiter, aut divisim ab hac eadem sit Sede indultum, quod nullo in casu, seu extra certos casus, certisque de causis, excommunicari, suspendi, aut interdici non possint, nisi per Litteras ejusdem Sedis, facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem.

Eorum publicatio vim personalis intimationis, Transumpta verò authographi fidem obtineant.

§. 18. Ut autem præsentes Literæ, & in eis contenta hujusmodi, ad omnium notitiam perducantur, nec quisquam de eis ignorantiam prætendere valeat, volumus easdem ad valvas Ecclesiæ S. Joannis in Laterano, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis Innocentianæ, aliisque locis solitis, & consuetis ejusdem Urbis, per Cursores nostros, ut moris est, publicari, earumque exempla affigi, sicque publicatas, & affixas, omnes, & singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde afficere, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent; earum quoque Transumptis, seu Exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eandem fidem in judicio, & extra illud ubique haberi, quæ ipsis præsentibus haberetur, si originaliter exhiberentur, & ostenderentur.

Sanctio.

§. 19. Nulli ergò omninò hominum liceat paginam hanc Nostrarum declarationum, definitionum, ordinationum, confirmationum, prohibitionum, mandatorum, decretorum, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. die 15. Martii 1750.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCL. Idibus Martii, Pontificatus Nostri Anno Decimo.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

Visa De Curia J. C. Boschi.

Loco ✠ Plumbi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 6. Aprilis ejusdem anni.

XXXI.

Pro Cophtis Catholicis. Indultum recipiendi Sacramentum Confirmationis a Presbytero Missionis Præfecto.

Decreta Super dubiis aliàs propositis de cælibatu eorum, qui in infantili ætate ad Diaconatum promoti fuere; & de Dispensationibus super Matrimoniis initis post Ordines Sacros. Vide hujus Bullarii Tom. XVI. *Constit.* CXXIX. *pag.* 292.

Dilectis Filiis Fr. Jacobo a Cremisir Presbytero Ordinis Minorum Sancti Francisci strictioris observantiæ Præfecto Missionis Apostolicæ in Ægypto, cæterisque Missionis Cophtæ Missionariis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Prima Instructio anno 1745. edita memoratur.

ANno vertente reparatæ salutis millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, Pontificatus autem Nostri quinto, tum ut partes Apostolici Nostri ministerii impleremus, tum etiam, ut præclaram significationem paterni animi nostri, ac dilectionis, qua semper complexi sumus, complectimur, semperque complectemur inclytam Nationem Cophtam, præberemus, auditis gravium ac prudentum hominum sententiis, nostris quoque laboribus, ac privato studio adjunctis, Pastoralem Instructionem super quibusdam, de quibus ambigebatur, ad eorum ritus, & mores spectantibus edidimus.

§. 1. Ea verò in Instructione, quæ typis impressa fuit, nostroque Bullario inserta, actum est de Ritu Cophtorum, quo Sacramentum Confirmationis a simplici Sacerdote statim post Baptismum confertur; agitur etiam de more ac consuetudine eorumdem, conferendi Ordinem Diaconatus pueris adhuc in infantili ætate existentibus. Quibus de rebus ea, quæ consentanea erant, & opportuna, constituta sunt; nonnulla autem indefinita remanserunt; quia, priusquam de illis responsum a Nobis daretur, necessarium visum fuit plura, quæ haud satis nota, & perspecta erant, exquirere, ut in eadem Instructione videre licet. Interea verò omnes curas ac diligentias adhibere non prætermisimus, ut eorum, quæ adhuc deerant, cognitionem assequeremur. Collectis deinde omnibus, quoad fieri potuit, quæ necessaria videbantur, *die* 12. *Martii anni currentis* 1750. nonnullos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, alios Sacræ Theologiæ facultate Magistros, alios autem in jure Canonico peritos, coram Nobis, rimatis antea per Nos omnibus & perpensis, congregari jussimus. In hac autem Congregatione, dubia, quæ proponebantur, in duas Classes dispertita fuerunt: una eorum fuit, quibus neque adhuc ullum responsum præberi poterat; altera verò eorum, quibus & tunc responderi poterat, & quæ opportuna videbantur, decerni.

Dubia tunc in suspenso relicta.

§. 2. Inter dubia, quæ indefinita remanserunt in nostra Pastorali Instructione *Anni* 1745. unum illud fuit: *An spes ulla affulgeat proximi reditus alicujus Episcopi ad sinceram cum Catholica Ecclesia unitatem.* Alterum verò: *An & quomodo tolli possit, & radicitus extirpari abusus conferendi Ordines ante legitimum tempus, & induci quoad ætatem Ordinandorum observantia decretorum Concilii Tridentini, quam in casu simili, ad Catholicæ Fidei præsidium, &*

Ex iis aliqua nequaquam definiri possunt.

disciplinæ

disciplinæ Ecclesiasticæ augumentum, Gregorius XIII. plurimum commendavit Patriarchæ Maronitarum. Hæc autem duo dubia in prædicta ultima Congregatione reposita fuerunt in eorum Classe, quibus neque adhuc responderi poterat, cum ex iis, quæ novissimè Nobis relata fuerunt, nulla proxima spes affulgeat, ut aliquis ex ejusdem Nationis Episcopis, ejuratis schismatis, ac hæresum erroribus, ad Catholicæ Ecclesiæ sinum revertatur.

I. De Ministro Sacramenti Confirmationis, & quo tempore sit conferendum.

§. 3. Similiter inter dubia, quæ indefinita relicta fuerunt in superius laudata Instructione, reperitur illud : *An rebus in eo, in quo hodie sunt, statu manentibus, expediat tribui uni, vel pluribus Presbyteris facultatem extraordinariam administrandi Sacramentum Confirmationis : Cui, vel quibus dicta facultas tutò delegari possit, ut Sacro Chrismate præcipuè liniantur filii orti a Parentibus Catholicis post hæresim ejuratam, & abluti Sacro Baptismate saltem a Sacerdote Latino.* Et illud quoque : *An in casu concessionis hujusmodi facultatis, expediat monere Sacerdotes, ne ea utantur administrando Confirmationem infantibus immediatè post Baptismum (nisi casu necessitatis) sed in ea tantùm ætate, qua Confirmandus virtutem Sacramenti valeat mente percipere.* Hæc autem postrema duo dubia in ultima Congregatione posita fuerunt in Classe eorum, quibus responsum præberi nunc potest.

Ejusdem conferendi Facultas conceditur Præfecto Missionis, durante necessitate; dummodo Confirmandi septimum ætatis annum attigerint.

§. 4. Itaque eorum examine assumpto, auditisque Congregatorum sententiis, Decretum fieri placuit in hunc modum : *Sanctissimus consentaneum judicavit delegare Præfecto Missionum Ægypti facultatem extraordinariam conferendi, Chrismate tamen ab Episcopo benedicto, Sacramentum Confirmationis illis, qui a Sacerdotibus Latinis Baptismum acceperunt. Caveat autem Præfectus hujusmodi Sacramentum illis conferre, qui septimum ætatis annum nondum attigerint, nisi fortè periculum mortis immineret, ne, ingravescente morbo, sine hoc Sacramento decedant. Denique Sanctitas Sua facultatem elargiri solùm intelligit, donec necessitas id postulaverit, videlicet, donec aliquis Catholicus Episcopus in Ægypto habeatur.*

De hujus Indulti fundamentis, remissivè.

§. 5. Hujusmodi Decretum etiam in præsenti a Nobis confirmatur : cum in omnibus, ac per omnia conveniens, ac consentaneum sit tum iis, quæ exposita fuerunt in præcedenti nostra Instructione *Anni* 1745. §. *quod attinet ad primum;* tum etiam iis, quæ fusè a Nobis tractata sunt in Nostro Opere *de Synodo Diœcesana* impresso *Anno* 1748. *lib.* 7. ubi *cap.* 7. actum est de consuetudine Presbyterorum Græcorum impertiendi Sacramentum Confirmationis statim post Baptismum, & de Episcopo, qui est Minister ordinarius hujus Sacramenti; *& cap.* 8. de necessitate, quam habet Sacerdos Latinus, si a Summo Pontifice constituatur Minister extra ordinem Sacramenti Confirmationis, utendi Chrismate ab Episcopo benedicto; *& cap.* 9. resumpta integra materia, exponitur, quousque se proferat tolerantia Apostolicæ Sedis, & in quibus Græcorum Regionibus locum habere valeat vetus consuetudo, qua eorum Sacerdotes Fidelibus statim ubi Sacro Lavacro abluti sunt, Sacramentum Confirmationis conferunt; adeo ut non aliud hic addere opus sit, quàm Præfecto Missionum Ægypti eandem a Nobis concedi facultatem, quæ data est Guardiano Sancti Sepulchri, qui ex beneficentia, & gratia Sedis Apostolicæ, durante ejus Officio, ubi Episcopi Latini in suis Diœcesibus residentes non adsunt, in Terræ Sanctæ Locis Sacramentum confert Confirmationis; facultatem videlicet conferendi Sacramentum hujusmodi, Oleo, & Chrismate, etiam antiquis, si nova haberi non possint, per Catholicum Antistitem gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habentem benedictis : quemadmodum quisque legere poterit in Nostra Constitutione, quæ decima est in Tomo XVI. Bullarii. Quamvis enim, juxta ea, quæ in Pontificali Romano præscripta sunt, singulis Annis Feria quinta in Cœna Domini Sacrum Chrisma renovari debeat, neque liceat uti Chrismate Anno præcedenti consecrato; id tamen locum non habet, si aut Chrisma recipi nequeat, nisi ab Episcopo, qui a Communione Apostolicæ Sedis separatus sit, aut etiam si aliquis Episcopus adsit in Communione Ecclesiæ Catholicæ degens, ea tamen sit locorum distantia, vel aliud intercedat impedimentum, ut ab eo novum Chrisma accipi nequeat; tunc quippè licere censetur uti vetere Chrismate ab Episcopo Catholico annis præcedentibus benedicto, sicut a Nobis latè demonstratum est in Nostra Notificatione 14. *Tom.* 4. *Bononien. editionis*, cum in ea Urbe degentes Archiepiscopi munere fungeremur.

Declaratur d. Præfectum uti posse Chrismate, etiam antiquo, si novum ab Episc. Cathol. benedictum habere nequeat.

De Ætate Confirmandorum, regulæ indicantur.

§. 6. Quod autem pertinet ad ætatem, qua Sacramentum Confirmationis dari debet, aut conferri permittitur etiam iis, qui adhuc per ætatem capaces non sunt probè, ac benè percipiendi vim, ac valorem Sacramenti, id, quod responsum est, apprimè concordat cum iis, quæ a Nobis collecta, & fusè exposita sunt in laudato Nostro Tractatu *de Synodo Diœcesana lib.* 7. *cap.* 10.

II. De cœlibatu eorum, qui ad Diaconatum infantes promoti sunt, & in eo adulti & cœlibes ministrarunt.

§. 7. Prosequendo examen dubiorum, quæ in Classe collocata sunt eorum, quibus tunc responderi poterat, illud ordine succedit : *An, si Diaconi ordinati in ætate puerili ministrent adulti in Ordine susceptо, & in statu cælibi, inferri possit, eos ante nuptias ratam Ordinationem habere; cum compertum sit teste P. Benart, eos a puero functionibus Ecclesiasticis assuescere, & in magno numero ordinari, ne aliquando desint, qui Ecclesiæ ministeriis operam navent.* Cum igitur examen præscripti Dubii aggredi placuerit, post latum a quolibet ex Congregatis suffragium, pronunciatum est a Nobis Decretum in hæc verba : *Diaconi in ætate puerili ordinati, licèt ante decimum sextum ætatis annum ministraverint in Ordine susceptо, & in statu cælibi, tamen non censentur ante nuptias Ordinationem ratam habuisse, eo quod nihili faciendi sint illi actus, quos in ætate puerili, & ante decimum sextum ætatis annum exercuerint.* Quod Decretum nunc pariter a Nobis confirmatur.

Decernitur, per hæc ante annum ætatis XVI. peracta, neminem censeri Ordinationem ratam habuisse.

§. 8. Ut verò ea, quæ decreta sunt, planiùs intelligantur, opus est aliquantum digredi; hac enim ratione procedendo, via munietur, ut ad propositum finem perveniamus.

Exemplum a Professione Regulari, quæ vel est expressa, vel tacita.

§. 9. Nemo est, qui ignoret, duobus modis Religiosam Professionem fieri; vel, ut melius dicamus, duplicem esse Professionem Religiosam, unam expressam, alteram verò tacitam. Expressa fit, quum debitis servatis solemnitatibus, tria vota Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ conceptis verbis emittuntur, quæ in Constitutionibus Ordinis, in quo quis se velle vivere profitetur, præscripta sunt : Tacita autem in eo posita est, cum quis ea exercet, & operatur, ex quibus arguitur, ad vivendum in aliqua Religione se obligare voluisse, etsi solemniter & expresè eam professus non fuerit.

Statuta per Conc. Trid. ætate annorum XVI. ad expressam Professionem validè emittendam, actus, per quos tacita inducitur,

§. 10. Tacita Professio a sacro Tridentino Concilio juxta communiorem sententiam sublata non est, ut latè testantur Navarrus *Consil.* 35. *de Regular. num.* 5., Azorius *Instit. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 4. *quæst.* 6., Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 37. *num.* 2., Fagnanus *in cap. Perlatum de iis, quæ vi &c. num.* 46. Sed cum in eodem Concilio decretum fuerit, nullas

ac

ante eam ætatem peracti, pro nihilo reputantur.

ac irritas irritas esse Professiones, quæ in quacumque Religione fiunt ante annum decimum sextum ætatis Profitentis, & antequam integer annus probationis expletus fuerit; hinc rectè deducitur, etiamsi a Concilio tacita Professio sublata non sit, eam tamen locum non habere, si actus, ex quibus illa inducitur, peracti non fuerint post annum decimum sextum ætatis Profitentis, & postquam annus probationis completus est; ita ut a Concilio Tridentino magna ex parte temperata sit dispositio: *Cap. Is, qui: de Regularibus, in sexto; & Clementinæ 2., eodem Titulo, de Regularibus.*

Cum itaque dd. Diaconi, ex prioribus Decretis, eâdem ætate interrogandi sint, an velint in Ordine perseverare, ejusque onera subire.

§. 11. Ad instar Conciliaris Dispositionis a Nobis constitutum est, ut Diaconi Cophti in infantili ætate ordinati, ubi ad annum decimumsextum ætatis suæ pervenerint, a Præfecto Missionum interrogentur, num velint, necne, perseverare in Ordine suscepto, & obligationes omnes Ordini annexas implere, ut inde statui possit, quid in futurum in reliqua eorum vita ab ipsis servandum sit, sicut quisque videre potest in pluries laudata Instructione Nostra *anni* 1745. Itaque quemadmodum stabilita per Concilium ætate anni decimisexti ad Professionem Regularem emittendam, tacita locum non habet, etiamsi ante prædictam ætatem actus illi expleantur, ex quibus secundum Canonicas dispositiones tacita professio inducitur, sed omnes illi nullo in numero, & pro nihilo habentur ad tacitam Professionem Regularem inducendam, nisi expleti fuerint post annum ætatis decimumsextum, & postquam anno probationis evoluto, expressa Professio emissa non est; ita constituto a Nobis anno ætatis decimosexto, quo, ut dictum est, Præfectus Missionum Diaconos in puerili ætate ordinatos interrogare debet, velint ne, an secus, perseverare in Ordine suscepto, & obligationibus Ordini conjunctis satisfacere, ex Ordinis exercitio ante annum decimumsextum eorum ætatis peracto nulla tacita ratihabitio argui debet: cum ad summum hujusmodi actus tacitam ratihabitionem importare possint, si gesti fuerint post annum decimumsextum, eo casu, quo Præfectus Missionum anno decimosexto eorum ætatis ipsos interrogare, quemadmodum ab illo fieri debere sæpius monitum est, neglexerit.

Si concedantur, decretum est, ne renovatio consensus exigatur.

Sequitur, ut per actus antea exercitos, nec ad perseverantiam, nec ad onera Ordini adnexa, se validè obligasse censeantur.

III. De Dispensationibus, quæ postulari contingat super Matrimoniis contractis post Ordinem Sacrum.

§. 12. Remanet ultimum ex iis, quæ Responso Nostro definiri posse diximus; illud autem est hujusmodi: *An plus commodi, & utilitatis, vel potius scandali & detrimenti allatura sit rei Catholicæ dispensatio super Matrimonio inito post Ordines Sacros, libratis in utramque partem omnium rationum, & circumstantiarum momentis.* Præmissa in præcedenti Instructione Ecclesiæ Orientalis consuetudine retinendi cum Ordine Sacro uxorem, quæ tamen ante Ordinis susceptionem accepta sit, atque indicatâ etiam controversiâ, an Matrimonium ab Orientalibus initum post Ordinem Sacrum irritum sit, an potius dumtaxat illicitum; transitus factus est ad aliam quæstionem: an rectum, probè factum, ac utile videretur, an potius scandalo esse posset, aliquem dispensare, qui uxorem post Ordinem Sacrum duxerit, ut eam retinere, ac simul Sacro Ordine perfungi, & sacra munia exercere possit, quia hujusmodi dispensationes interdum a Sede Apostolica concessæ fuerunt. Cum autem, quæ ad quæstionem definiendam necessaria videbantur, non satis nota, ac perspecta essent, placuit rem differre, & interim exquirere, quæ opus erant, ut plenius de re tota instrueremur. Cum autem ad nostram cognitionem, quæ expectabamus, relata sint; auditis Congregatorum suffragiis, in ea fuimus sententia, ut nemini facultas dispensandi concederetur, sed Sedi Apostolicæ reservaretur; ut, cum casus contigerit, & dispensatio postuletur, maturè expendantur, quæ necesse est considerare, ut, vel concedatur, vel denegetur dispensatio, cum de re gravissima, ac magni momenti agatur. Decretum autem conditum est in hæc verba: *Recurrant ad Apostolicam Sedem in casibus particularibus: in quibus, si ob graves causas Dispensatio super Matrimonio inito post Ordines Sacros concedenda videbitur, tunc nullum verbum fiat de renovatione consensus.*

Eorum concedendarum facultas Apostolicæ Sedi reservatur.

§. 13. Haud ignotum est, quanta difficultas occurrat, quoties super Matrimonio ex impedimento dirimenti nullo dispensatio conceditur, solita conditione, ut inter Conjuges consensus renovetur: cum accidere possit, & nonnunquam contigerit, ut mulier haud contenta viro, vel vir uxorem fastidiens, ut se in libertatem vindicet, eorum alter, vel uterque, novum consensum præbere renuat. In Decreto mox relato haud mens nostra fuit, renovationem consensus excludere, cum Matrimonium extra dubitationem nullum est; sed, cum gravis illa controversia, ut dictum est, adhuc vigeat, an Matrimonium in Ecclesia Orientali post Ordinem Sacrum contractum, perinde nullum sit, ac in Ecclesia Occidentali, an potius sit solummodo illicitum; & cum hujusmodi controversia (exceptis Italo-Græcis, quorum Matrimonia post Ordinem Sacrum inita, statutum est, nulla, & irrita esse, ut in nostra Constitutione, quæ incipit: *Etsi Pastoralis* §. 7. *num.* 28., quæ est quinquagesima septima in ordine Bullarii Nostri *Tom. XVI.*) quoad cæteros Orientales Græcos nullo adhuc Decreto Apostolico definita fuerit, licet Tribunalia hujus almæ Urbis opinioni eorum adhæreant, qui hæc Matrimonia nulla existimant; nihilominus satius visum est, ut adveniente casu concedendi dispensationem, conditio renovationis consensus non exprimatur. Decretum autem, de quo agitur, nunc etiam a Nobis solemniter confirmatur.

Id enim prudenter omittendum visum est dum nihil definitum habetur super nullitate hujusmodi Nuptiarum apud illas Nationes.

§. 14. Hæc autem sunt, quæ a Nobis constituta fuerunt, quæque pro recta Cophtorum disciplina, dirigendisque moribus opportunum esse duximus ut huic nostræ secundæ Instructioni insererentur. Hinc autem inclyta illa natio, quæ etiam antiquis temporibus suæ unionis cum Apostolica Sede, quæ centrum est unitatis, illustria præbuit argumenta, satis intelliget poterit, quam eximio charitatis affectu eam in Domino prosequamur; eique interea, veluti dilectionis Nostræ pignus, Apostolicam Benedictionem impertimur.

Datum ex Arce Castri Gandulphi die XIX. Junii MDCCL. Pontificatus Nostri Anno Decimo.

Dat. die 19. Junii 1750.

Proponitur ratio secernendi Honorarios a veris Familiaribus S. R. E. Cardinalibus, & Prælatorum Romanæ Curiæ, ad omnes juris effectus. XXXII.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Procœmium.

IN eminenti supremi Principatus celsitudine, Dei voluntate, constitutos, ea Nos, inter alias, cura sollicitat, ut forensium litium & controversiarum germina, quantum fas est, succidamus, earumque potissimum, quæ nec sine bonæ fidei detrimento intentari, nec sine injustæ vexationis

damno,

damno, & immeriti dispendii periculo sustineri, neque demùm sine publicæ tranquillitatis perturbatione agitari consueverunt.

Honorariorum multiplex Romæ numerus.

§. 1. Neminem latet, antiquam esse in hac Romana Urbe & Curia consuetudinem, ut plures plurèsque inter Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, nec non ipsius Curiæ Prælatorum Familiares quoquo modo adnumerari contendant, eisque operam suam atque servitia, vel tamquam Aulici nobiles, aut studiorum Adjutores, sive Familiæ Medici, aut Causarum, quas fortè in Tribunalibus pendentes habeant, Sollicitatores, Patroni, Advocati, vel, si ab Urbe recedant, tamquam negociorum gestores, sive ad alia Officia eorum Personis ac Dignitatibus congruentia, sponte profiteantur, & exhibeant, nullius quidem stipendii aut mercedis conditione, sed eorum favoris & gratiæ sibi unicè, ut ajunt, proposito præmio, quod tamen satis apparet a spe alicujus utilitatis ex eorumdem Patrocinio percipiendæ sejunctum non esse.

Ex his aliqui, Patronis defunctis, pro veris Familiaribus haberi contendunt.

§. 2. Et quidem pluribus sæpè contingit, ut hujusmodi spei fructus optatos consequantur; pluribus etiam contraria fors cadit. Verùm tam ex his, quàm ex illis non pauci deindè inveniuntur, qui, extincto Cardinale, vel Prælato, cui supradictum servitium præstiterunt, non dubitant ab hæredibus complurium annorum cumulata salaria petere; atque etiam allatis probationibus super hujusmodi servitio defunctis præstito, hæredes ipsos in jus & judicium vocare; unde hi, quum plerumque ignari sint conditionum, quibus auctores sui cum illis convenerant, ancipitis judicii difficultatibus incommodisque vexantur; quemadmodum Nobis, in Romana Curia ab ineunte ætate versatis, & in hujus quoque generis litibus non semel Judicis officio functis, certò deprehendere licuit.

Hujusmodi controversiæ in judicium deductæ non facile definiuntur.

§. 3. Et illorum quidem actioni Romanæ Urbis consuetudo adstipulatur, secundùm quam salarium, licèt non expressè conventum, cuilibet famulatum impendenti debetur. Quod si hæredes a prædictis conventi, ea exceptione se tueantur, quod & auctorum suorum mens fuerit, & adversarii ipsi in animo habuerint, ab hujusmodi consuetudine in eorum casu discedere; hinc statim ingredi necesse est immensam, implicitamque conjecturarum sylvam; quarum plures a dictis hæredibus colliguntur, ut ostendant tum auctorum suorum, tum eorum, qui ipsis famulati sunt, mutuum consensum fuisse, ut a præfata consuetudine recedetur. Contrà verò plures aliæ afferuntur ab iis, qui præstiti servitii mercedem postulant, ut Judici persuadeant, mutuum hujusmodi consensum nunquam inter eos, eorumque defunctos Patronos intercessisse; atque ità multiplices diuturnæque lites in Tribunalibus agitantur, diversoque exitu finiuntur, quemadmodum fert earum controversiarum natura, quarum decisio ex conjecturis potissimum pendet; dum ex his aliæ unius Judicis intellectui magis validæ apparent, alteri vero aliæ majoris momenti videntur.

Honorariorum retinendorum consuetudo parum utilis.

§. 4. Ad hæc incommoda præcavenda, quibus civilis societas non parum perturbatur, promptum ac tutum remedium id esset, ut præfati Cardinales, atque Prælati, nullius opera servitioque ullo modo uterentur, præterquam eorum, quos justis menstruis diurnisque stipendiis remunerari statuerunt, exclusis aliis, qui licèt ipsis gratuita obsequia ac servitia liberaliter polliceantur, nihilominùs eos tàm in vita, quàm in morte, ac etiam post mortem multis modis vexarè non omittunt. Nam & viventibus importuni sunt, dum novas quotidie rationes comminiscuntur, quibus præstitam illis operam, per eorum patrocinii favorem, compensari postulent; & morientibus molesti esse non verentur, tam instanter, quàm audacter (ut aliquandò Nobismetipsis videre contigit) petentes Ecclesiasticarum Pensionum, si quas iidem Cardinales atque Prælati transferre possunt, participes fieri; &, iis defunctis, plura controversiarum capita, etiam judicialiter, adversus hæredes, & reliquam familiam excitare solent, non solum pro consequendis retroacti temporis salariis, de quibus supra diximus, sed etiam pro consueto quadraginta dierum proximè decurrendorum stipendio, pro vestibus ad luctum comparandis, ac pro virili portione capienda cum aliis Familiaribus, quibus Cardinales prædicti certam pecuniarum summam, pro rata, & pro qualitate servitii præstiti, inter eos dividendam, legare consueverunt. Sed quoniàm nimis difficile fore cognoscimus eorum obsequia penitùs rejicere, qui Procerum hujusmodi favorem & gratiam, cum eorum familiaritatis nomine, ambiunt; idcircò aliam rationem proponere decrevimus, qua servata, æquè certum publicæ utilitatis & quietis fructum feliciter obventurum non dubitamus.

Mos conficiendi Rotulum verorum Familiarium commendatur.

§. 5. Quum scilicet ab antiquo tempore tàm Cardinalibus, quàm etiam Prælatis in more positum fuerit, familiarium suorum nomina Indiculo quodam, quem *Rotulum* vocant, propria ipsorum manu subscripto comprehendere, id etiam in posterum ab ipsis servetur; vel si ab eorum aliquo prætermissum fuerit, quamprimùm fiat; & hujusmodi Rotulo inscribantur omnes & singuli, quos propriis servitiis addictos retinent cum præstatione consueti salarii, illius nimirùm, quod vel Romanæ Aulæ stylus fert, vel singulorum mos, eorumve Domus consuetudo definiit. Æquum est autem, ut salarium hujusmodi debitis temporibus unicuique Familiari solvatur. Quod si quis ex descriptis in prædicto Rotulo, vivente Domino, stipendia non acceperit, integrum ipsi erit post illius mortem actionem contra ejus hæreditatem promovere, dummodò intra annum a die obitus ipsius Domini computandum, eam judicialiter intentet; sciatque se nonnisi duorum annorum stipendia, defuncto Domino, petere posse; qua de re extat felicis recordationis Prædecessoris Nostri Pauli Papæ III. Constitutio, quæ incipit: *Sicut Nobis*, eaque jam pridem a recolendæ memoriæ Sancto Pio Papa V. in sua, cujus initium est: *Cupientes*, innovata & confirmata; quam Nos ipsi, præsentium tenore, & pari Apostolica auctoritate similiter confirmamus & innovamus. Præterea iisdem Familiaribus sub consueti salarii conditione in Familiam adscitis, & in Rotulo præfato descriptis, reliqua omnia iisdem competentia jura salva & integra esse volumus, tam pro vestibus atris, certique temporis stipendio post Dominorum mortem fruendo, quàm pro rata portione capienda inter alios Familiares certæ pecuniarum summæ legato conjunctim remuneratos.

Horum jura asseruntur, & leges de ipsis latæ confirmantur.

§. 6. Hi autem, qui non mercede conducti, sed honoris tantùm causa, Cardinalibus, atque Prælatis servitia præstare consentiunt, vel in eodem Rotulo, cum expressa Honorariorum denominatione describantur, vel in alium Indicem a Patronis similiter subscribendum seorsùm referantur; sciantque se cum hujusmodi distinctione descriptos, tàm de jure, quàm hujus Nostræ Constitutionis vigore, nihil in posterùm ex defuncti Patroni bonis petere, aut consequi posse, sive per viam actionis,

Honorariorum quoque nomina, si Rotulo distincte inscribantur, nulla ipsis actio relinquetur.

sive

sive compensationis, aut retentionis, quantumvis diuturna, magnique momenti servitia eidem præstiterint, & quamvis ille nihil vivens in eorum utilitatem egisset, vel etiam agendo, nihil fortè pro ipsis obtinuisset. Præterea nullam iisdem competere volumus actionem pro quadragenorum dierum, ut ajunt, stipendio, sive pro atris vestibus, aut pro consequenda portione cujusque summæ inter alios Familiares mercede conductos, ut supra, dividendæ; sed præter honorem, quem ex Defuncti Familiaritate consequuti sunt, aliasque utilitates, si quas illius gratia & auctoritate jam perceperunt, nil aliud ipsis sperandum relinquimus, quàm quod vel Defunctus ipse, grati animi ergo, eisdem nominatim testamento legaverit; vel Patroni hæredes, sine præjudicio aliorum Familiarium, qui consueti salarii conditione illi ministrarunt, ac sine diminutione earum rerum, quas his præservatas fore decrevimus, eisdem Honorariis spontè largiri voluerint.

§. 7. Videant itaque quicumque Magnatum prædictorum favorem, gratuitam operam ipsis exhibendo, aucupantur, qua lege & conditione deinceps in eorundem Honorariorum Familiarium numerum cooptabuntur, suasque rationes subducant, perpensa præsentis Constitutionis dispositione; quam quidem ab ipsius publicationis die vim legis habere statuimus; sed nullo modo extendi volumus ad casus antea definitos sive in favorem Familiarium Honorariorum hujusmodi, sive adversus eos, circa quos præcedentia judicata omnino attendi & servari debere decernimus.

Præsentium Litterarum Lex futuros casus respicit, nec afficit præteritos.

§. 8. Ceterùm Nos prædictis Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, aliisque præmissis, hujusmodi consilium proponimus, tamquam æquum & ad eorum utilitatem, & quietem, Nostro, aliorumque in rebus agendis expertorum Virorum judicio, satis efficax, eâdem prorsùs ratione, quâ Justinianus Imperator Defunctorum hæredibus suasit, ut Inventarium bonorum hæreditariorum conficerent, ne sua ipsorum propria bona creditoribus Defuncti, vel Legatariis, aut ulterioribus vocatis obnoxia relinquerent; eodemque pacto, quo Episcopis ad Ecclesiarum regimen proficiscentibus utile consilium datur, ut per Inventarii similis confectionem, res suas, quas Domo secum deferunt, ab aliis secernant, quas deinceps acquisituri sunt, quasque, tamquam ex Ecclesiæ redditibus, & proventibus comparatas, sub lege Spolii post eorum mortem casuras non ignorant. Quod si ex præmissis aliqui novum hoc Rotuli Familiarium sistema amplecti noluerint, non sanè Nobis in animo est illos ad id compellere; verùm eos admonitos volumus, quod non servata per eos præsentis Constitutionis lege, eorum hæredes ejusdem præsentis Constitutionis beneficio minimè juvabuntur, sed omnibus litium incommodis, & controversiarum ambiguitatibus expositi remanebunt, quas per præsentes de medio tollere, ac removere Nobis propositum fuit; non secùs ac hæredes illi, qui Inventarium ritè conficere negligunt, actionum confusioni subjecti remanent, ac propriorum quoque bonorum diminutionem pati periclitantur; iique Episcopi, qui omittunt descriptionem facere earum rerum, quas secum ad Ecclesias afferunt, has ipsas deindè Spoliorum Collectoribus cum aliis in unum redigendas plerumque relinquunt.

Ejusdem Legis favor volentibus tantùm proponitur; non secus ac beneficium Inventarii Hæredibus, Episcopis &c.

Aliter in posterum judicari prohibetur.

§. 9. Denique has ipsas præsentes Litteras perpetuæ legis vim obtinere decernimus; ac secundùm eas, & non aliter, in præmissis, per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores in posterum judicari & definiri debere; irritum quoque & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogatur.

§. 10. Non obstantibus præmissis Pauli III. & Pii V. aliisque Apostolicis Constitutionibus & Ordinationibus, nec non dictæ Almæ Urbis Statutis, Usibus, & Consuetudinibus etiam immemorabilibus, aliisque contrariis quibuscumque.

Sanctio.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, definitionis, confirmationis, innovationis, statuti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. Pont. Anno X. die 15. Julii 1750.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo, Idibus Julii, Pontificatus Nostri Anno Decimo.

D. Card. Passionеus.

J. Datarius.

Visa de Curia

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 7. Augusti ejusdem Anni.

Super Institutione, Gubernio, & administratione Mensæ Nummulariæ Sancti Spiritus in Saxia de Urbe; Confirmantur Litteræ Pauli V., aliaque opportunè statuuntur. XXXIII.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Prœœmium.

Communis Ærarii loca, ad publicum Civium commodum, Supremi Principis auctoritate ac providentiâ instituta, nimis interest summa circumspectione ac fide administrari; quum, sicut ex eorum tuto ordinatoque regimine Subditorum securitas maximè pendet, ita ipsorum locorum stabilitas, & indemnitas in recta eorumdem administratione consistat. Idcircò, licèt usque a primæva hujusmodi locorum institutione, opportunæ illorum Administratoribus leges ac regulæ præscribi soleant; æquum est tamen, ut is, cui vigilis Patrisfamilias partes pro Subditorum felicitate impositæ sunt, ad hujusmodi regimen & administrationem suæ quoque dirigat considerationis intuitum; prædictisque legibus & regulis accuratè perpensis, novoque semper confirmationis munimine roboratis, ea adjiciat, quæ pro illarum executione magis magisque asserenda, vel etiam ad conditionem rerum, & temporum accommodanda, cum prudentium & expertorum Virorum consilio, expedire judicaverit.

Vigil cura Pontificis in Subditorum felicitate procuranda.

§. 1. Cum itaque aliàs sanctæ memoriæ Prædecessor Noster Paulus Papa V., ad hoc ut Pupilli, Viduæ, Pia Loca, & Curiales quicumque non minus tutò, quam sine sumptu proprias pecunias publica fide alicubi servandas deponere, illasque pro eorum opportunitatibus ad libitum repetere & recuperare possent, in Archi Hospitali Sancti Spiritus in Saxia nuncupato de Urbe, Ordinis Canonicorum Regularium ejusdem Sancti Spiritus, sub Regula

Paulus V. Mensam Nummulariam S. Spiritus in Urbe instituit.

Er pro Deponentium securitate Bona Archi-Hospitalis S. Spiritus obligavit.

Sancti Augustini militantium, publicum Banchum Depositorum erexerit, & instituerit; ac pro pecunias in eodem deponentium securitate, omnia & singula bona dicti Archi-Hospitalis perpetuò obligata & hypothecata fore voluerit; hoc tamen, pro aliqua hujusmodi oneris, aliorumque eidem Archi-Hospitali incumbentium compensatione, concedens, ut licitum esset ipsius Archi-Hospitali Præceptori pro tempore existenti, & aliis illius Ministris, quibus hujusmodi Banchi administrationem injunxit, pecunias in eo deponendas, seu earum partem, in emptionem Locorum Montium non vacabilium (quæ sanè, quoties pecuniæ hujusmodi restituendæ forent, quantocitiùs vendi, sicque depositæ summæ, quibus debentur, restitui possent) convertere, & fructus ex eis interim provenientes percipere, ac in dicti Archi-Hospitalis usus & utilitatem impendere; complures præterea leges & ordinationes pro faciliori & utiliori ejusdem Banchi regimine providè excogitavit, ac suis Literis in forma Brevis expeditis constituit & sanxit, quarum Literarum tenor est, qui sequitur, videlicet:

Tenor Literarum Pauli V.

PAULUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Causa erectionis Banchi.

A Pontificatus nostri primordio, clamores, quos a multis annis citra in hac Alma Urbe nostra a Viduis, Pupillis, Locis Piis, & Curialibus, qui eorum pecunias ob decoctionem Mercatorum, & publicorum Capsorum amiserunt, vel eas cum maxima jactura, & non sine ingentibus expensis, mediante discussione bonorum, recuperare nituntur, intelleximus, ita mentis nostræ dolores excitarunt, ut cum hæc notabile damnum rei privatæ, ac publicæ attulerint & afferant, eis aliquod remedium dare cogitaverimus, & proinde in Archi-Hospitali nostro Sancti Spiritus in Saxia de eadem Urbe, quod bona stabilia magni valoris possidet, & in quo diversa pia opera in educandis infantibus expositis, ac curandis infirmis ibi recursum habentibus, ac aliis quampluribus exercentur; in eo etiam hoc pium opus exerceri posset, publicum Banchum Depositorum pro commoditate ibidem sponte pecunias suas deponentium, ad hoc, ut mediante obligatione bonorum dicti Archi-Hospitalis pro dictis Depositis, indemnitati deponentium tutè provideatur, erigere, & instituere duximus, dictoque negocio etiam diù pro indemnitate dicti Archi-Hospitalis cum dilecto filio Octavio Tassono illius moderno Præceptore, ac aliis probis & expertis viris examinato, ipsi in eam, ut ex præmissis magna dicto Archi-Hospitali resultaret utilitas, descenderunt sententiam, si eidem Octavio Præceptori partem dictarum pecuniarum, ut præfertur, deponendarum in emptionem Locorum Montium non vacabilium, quæ semper, & illicò pro commoditate suas pecunias repetendi in eventum illarum repetitionis, pecuniâ numeratâ desiciente, in promptu essent, & vendi possent, convertendi facultatem concederemus & auctoritatem. Nos igitur in supremo Militantis Ecclesiæ solio Divina dispositione constituti, ad ea, per quæ publicæ, & privatæ utilitati, dictæque Urbis Curialium, & aliarum personarum indemnitati valeat salubriter provideri, libenter intendentes: Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, in dicto Archi-Hospitali, & loco inibi, vel alibi, prout melius videbitur ad publicam commoditatem deputando, unum Banchum perpetuum Depositorum nuncupandum per Capserium, & alios illius Ministros, qui Ordinem Sancti Spiritus sub Regula Sancti Augustini, cujus dictum Archi-Hospitale existit, professi fuerint, regendum, & gubernandum, in quo omnes, & singulæ pecuniarum summæ, etiam cujusvis quantitatis existentes, ab eas deponere volentibus, gratis, & absque alia pecuniarum, etiam minimæ partis, a dictis personis pro hujusmodi depositis exactione deponantur, & tutè conserventur, sine aliquo præjudicio Montis Pietatis de Urbe, perpetuò erigimus, & instituimus. Illoque sic erecto, & instituto, ut illud, aliquo servato ordine, rectè & feliciter ad quorumcumque satisfactionem administretur, quod de cætero perpetuis futuris temporibus in dicto Archi-Hospitali una capsa in Camera prædicti Octavii, & pro tempore existentis dicti Archi-Hospitalis Præceptoris conservanda, in qua pecuniæ prædicti Banchi reponantur, conficiatur, eaque tribus differentibus clavibus, quarum unam dictus Præceptor, aliamque prædicti Archi-Hospitalis Domus Magister, & reliquam claves hujusmodi dicti Banchi Thesaurarius, seu Capserius pro tempore existentes habeant, observetur; ac Præceptor, necnon Magister Domus, ac Thesaurarius, seu Capserius prædicti, dictam capsam conjunctim, & non separatim ac de per se, aut unus absque alio, aperire, nec alter alteri clavem suam confidere, aut accommodare; minusve pecunias in dicto Bancho pro tempore existentes, aut etiam minimam illarum partem seu quantitatem, ad alios quantumvis necessarios, & utiles usus, quàm in emptionem Locorum Montium non vacabilium hujusmodi convertere, aut super eis etiam pro urgentissimis ipsius Archi-Hospitalis necessitatibus, sub pœna illorum nullitatis, aliquos contractus inire, aut conficere possint, nec debeant, ac perinde dictæ pecuniæ a pecuniis ex redditibus dicti Archi-Hospitalis provenientes, ne in alios, quàm prædictos usus convertantur, aut invicem confundantur, separentur, & in dicta capsa, ad hoc, ut promptæ pecuniæ occurrentes eas dietim repetentium necessitatibus habeantur, quædam, eaque conveniens pecuniarum quantitas semper, & continuò conservetur: & ob id bis mille scuta circiter in manibus dicti Thesaurarii, seu Capserii pro quotidianis minoribus solutionibus faciendis dumtaxat relinquantur, itaut dum aliqua major solutio facienda erit, id ad prædicti Præceptoris, & Magistri Domus notitiam deveniat, semelque saltem in hebdomada, & sæpius, prout dicto Præceptori videbitur, per Præceptorem, ac Magistrum Domus prædictos computa Depositorum tunc factorum, ad hoc, ut à prædicto Thesaurario, seu Capserio pecuniæ, si plures quàm opus fuerit, habuerit, auferantur, & in capsa, ut supra, reponantur, aut ipsi aliæ pecuniæ, prout temporis exegerit necessitas, tribuantur, revideantur. Dictusque Præceptor quolibet anno Nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, de emolumentis præmissorum occasione factis certiorare, & notificare teneatur; dictæque capsæ computa singulis saltem tribus mensibus, vel aliàs, prout etiam expediens videbitur dicto Præceptori pro tempore existenti, ab universa dicti Archi-Hospitalis Congregatione qualibet hebdomada coram dicto Præceptore cum interventu non solum principalium illius Officialium, verùm etiam Procuratoris, ac Advocati, & Notarii fieri solita, revideantur. Quodque ipsius Banchi Capserius pro tempore existens, ac Præceptor, & Magister Domus, seu alii Ministri, Cambia, Recambia, Incertas, Dittas, Cedulas, & nullum aliud genus negociationis exercere, seu admittere possint, sed prædictus Thesaurarius, seu Capserius dicti Banchi merus Depositarius esse, nec de dictis pecuniis disponere, aut illas in alios usus, quàm Locorum Montium emptionem & usus hujusmodi, convertere debeat: & libris, in quibus prædicta deposita describentur, eadem prorsus fides in judicio, & extra judicium adhibeatur: Quodque partitæ ex dictis libris extractæ, & à Præ-

Hospitale S. Spiritus diversa pia opera exercet.

Conceditur facultas aperiendi publicum Banchum.

In quo deposita fiant gratis.

Deposita in Capsa tribus clavibus observata servantur.

Deposita in alios, quam permittos usus minimè erogentur.

Deposita separatim servantur a redditibus Hospitalis.

Computa semel saltem in hebdomada revideantur.

Et quotannis Papa de statu Banchi certioretur.

Nullum genus negotiationis ibidem exerceatur.

ceptore, ac Magistro Domus, nec non Thesaurario, seu Capserio prædictis, vel duobus ex ipsis subscriptæ, in judicio, & extra fidem faciant, perinde, ac si parte citata, & cum decreto Judicis extractæ fuissent, dictusque Thesaurarius, seu Capserius, & quicumque alii dicti Banchi Ministri, ad omnem dictorum deponentium, vel interesse habentium requisitionem, partitas ex dictis libris depositorum hujusmodi ad effectum exhibendi in judicio, & extra illud, pro creditorum suorum consequutione, vel alia opportuna probatione tradere, & extrahere: ac pro hujusmodi pecunias deponentium securitate quæcumque dicti Archi-Hospitalis immobilia, mobilia, ac semoventia bona in ampliori Cameræ, & quacumque alia juris valida forma obligata, & hypothecata sint, & intelligantur; illaque sic obligata, & hypothecata existant, dictique dictique deponentes ad illa promptam & paratam executionem, ac si Instrumenta publica obligatione Camerali vallata essent, habere, & in eventum non restitutionis pecuniarum ab eis pro tempore depositarum, dictorum bonorum realem, corporalem, & actualem possessionem, seu quasi, absque vitio spolii, & attentatorum, ac alicujus Judicis, seu Curiæ decreto, vel mandato, pro concurrenti pecuniarum eis tunc restituendarum quantitate, apprehendere, & apprehensam continuare, & retinere, illaque quibusvis personis sub quibuscumque pactis, & conditionibus, & pretio sibi benevisis, locare, & arrendare, ac illorum fructus & emolumenta percipere, exigere, levare, dictaque bona vendere, & alienare, ac de eis liberè disponere possint, & valeant. Quodque pecuniæ in dicto Bancho pro tempore deponendæ, quandiù in eo fuerint, a quoquam cujusvis crediti occasione sequestrari non possint, & quocumque sequestro non obstante, prædictus Capserius ad omnem etiam simplicem illorum, qui eas deposuerint, requisitionem, eis, etiam absque aliqua pœna, & periculo iteratæ solutionis, solvere, & restituere possit, & valeat, itidem perpetuò statuimus, & ordinamus. Et pro præmissorum inviolabili observatione dicti Archi-Hospitalis Præceptori, ac Magistro Domus, nec non ipsius Banchi Thesaurario, seu Capserio, aliisque illius Ministris, & personis, ac quibuscumque aliis, ad quos nunc spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, quosque dictum negotium tangit, aut tangere poterit quomodolibet in futurum, ne, ultra alias pœnas a jure communi inflictas, sub privationis quorumcumque beneficiorum & officiorum per eos pro tempore obtentorum, ac inhabilitatis ad alia in posterum obtinenda, ac etiam perpetuæ infamiæ, nec non excommunicationis majoris latæ sententiæ, a qua nonnisi a Nobis, vel Romano Pontifice pro tempore existente, ac in mortis articulo, absolutionis beneficium consequi possint, ipso facto incurrenda pœna, præmissis in totum, vel parte contradicere, aut ab eis, seu illorum aliquo quovis prætextu, causâ, vel occasione recedere audeant, seu præsumant, sed ea, ac eorum singula inviolabiliter, & inconcussè observare, & adimplere, ac ab aliis, quantum in se erit, observari, & adimpleri mandent, & faciant, itidem perpetuò præcipimus, & mandamus. Dictique Archi-Hospitalis Præceptori, & aliis illius Ministris prædictis, quod prædictas pecunias pro tempore, ut præfertur, deponendas, seu earum partem, in emptionem tot Locorum Montium non vacabilium, ad hoc, ut illarum restitutionis tempore adveniente, dicta loca quantociùs vendi, dictæque pecuniæ, quibus debentur, restitui possint, convertere, & fructus ipsos interim ex eis provenientes percipere, exigere, & levare, ac in dicti Archi-Hospitalis usus, & utilitatem convertere, quodque pro felici, & salubri dicti Banchi, ac illius personarum, & rerum suarum regimine, & directione, quæcumque statuta, & ordinationes, capitula, & decreta, licita tamen, & honesta, ac Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non contraria condere, & quoties sibi opportunum videbitur, condita mutare, alterare, & declarare, ac pro eorum arbitrio edicta publicare, imprimi, & affigi facere, ac subscribere, aliaque in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna facere, dicere, gerere, & exequi possint, & valeant, similiter perpetuò concedimus, & indulgemus. Decernentes præsentes, & desuper conficiendas literas, de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut aliàs quomodolibet infringi, vel retractari, seu invalidari, aut ad viam, & terminos juris reduci, seu in jus, vel controversiam vocari, aut adversus eas quodcumque juris, & facti, vel justitiæ, aut gratiæ remedium intentari, impetrari, vel concedi nullatenus unquam posse, sed illas semper, & perpetuò validas, & efficaces fore, & esse, ac ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari debere, sicque ab omnibus, & singulis censeri, & ita per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublatâ eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super præmissis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, nec non felicis recordationis Pauli Secundi, & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, quatenus opus sit, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non etiam dictorum Archi-Hospitalis, & Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Archi-Hospitali, & Ordini, ejusque Præceptori, ac Superioribus & personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xiij. Decembris 1606. Pontificatus Nostri Anno Primo.

§. 2. Quoniam vero deinceps eidem Paulo Prædecessori expositum fuit, quod in præfato Archi-Hospitali tot Fratres professi dicti Ordinis Sancti Spiritus, qui habiles essent ad exercendum totum negotium hujusmodi Banchi, minimè aderant; quodque præterea, ob prohibitionem in præinsertis Litteris appositam, ne negociatio per Cedulas ab ejusdem Banchi Ministris & Administratoribus ullo modo exerceri & admitti posset, a nonnullis dubitatum fuerat, an depositæ per Cedulas & Litteras accipere, & reddere, aut pecunias in aliam personam seu Banchum, alia ratione, quàm per actualem numerationem transferre liceret; hinc idem Prædecessor per alias Litteras in simili forma Brevis sub datum diei 11. Junii anni

Partitæ e libris extractæ fidem in judicio obtineant.

Bona omnia Archi-Hospitalis pro Banchi securitate obligata sint.

Clausulæ.

Pecuniæ in Bancho depositæ sequestrari nequeant.

Derogatio contrariis.

Pœna contra Præceptorem, & Ministros contrafacientes.

Facultates Præceptoris, & Ministrorum in emptione Locorum Montium.

Et condendi Statuta.

Dat. Pontif. Pauli V. an. I. die 13. Decembris 1606.

Idem Paulus V. per alias Literas postea permisit, ut Sæcularium opera dictus Banchus administrari, & depositæ per Cedulas transferri possent.

MDCVII. tunc & pro tempore existenti dicti Archi-Hospitalis Præceptori, ut ipse, tunc, & perpetuis futuris temporibus, Ministrorum Sæcularium operâ in ejusdem Banchi ministerio ad ejus arbitrium & nutum uti liberè posset & valeret, licentiam concessit, & facultatem; Capserïis verò, aliisque Ministris ejusdem Banchi, pecunias Campsoribus, & aliis, juxta opportunitatem & commoditatem, per Litteras & Cedulas solvere & transferre, seu girare, ut alii publici Campsores facere solent, licitum fore, absque tamen ulla negociatione, sed ad effectùm solùm, & occasione Depositi inibi facta accipiendi vel reddendi, aut Montium loca, prout in præinsertis suis Litteris permittitur, emendi, declaravit, & quatenùs opus esset, opportunam etiam ad hoc eis licentiam, & facultatem impertitus fuit.

Innocentius XI. similibus Litteris statuit, ut Banchi debitores obligatione Camerali obligati essent.

§. 3. Præterea quum sanctæ mem. Innocentio Papa XI. etiam Prædecessori Nostro, pro parte tunc existentium ipsius Banchi seu Mensæ Nummulariæ Ministrorum, fuisset expositum, quod, quum bona omnia dicti Archi-Hospitalis, in illorum, qui inibi pecunias deponunt, favorem, ita, ut præfertur, ex præmissarum Pauli Prædecessoris Litterarum dispositione, efficaciter obligata essent, perinde ac si cum unoquoque eorum Cameralis obligatio intercessisset; è converso illi, qui Bancho præfato debitores supererant, non æquali vinculo erga eundem Banchum obstricti censebantur: Ipse Innocentius Prædecessor per suas etiam Litteras in simili forma Brevis sub die decima Maji Anni Millesimi sexcentesimi octogesimi tertii, statuit & ordinavit, omnes & singulos præfati Banchi ex quacumque causa debitores, tunc præsentes, & futuros, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, & dignitatis, ac etiamsi Ecclesiæ, Monasteria, Conventus, Collegia, Hospitalia, Archi-Hospitalia, Confraternitates, Archi-Confraternitates, & alia Loca Pia quæcumque, etiam specificâ, & individuâ mentione, & expressione digna existerent, ad satisfaciendum eidem Bancho de eorum debitis respectivè efficaciter obligari, ac obligatos & obligata existere & fore, in omnibus, & per omnia, perindè ac si ab eorum singulis Cameralis obligatio ad favorem ipsius Banchi facta fuisset; prout in secundodictis Pauli, ac præfatis Innocentii Prædecessorum prædictorum Litteris plenius respectivè continetur.

Pontifex dictas Litteras solemniter confirmat.

§. 4. Nos verò, qui præmissarum Legum & Ordinationum a Prædecessoribus Nostris providè editarum perpetuum implementum, ac ejusdem Mensæ in publicam commoditatem institutæ indemnitatem, & profectum summoperè exoptamus; Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tam præinsertas Pauli, quàm supramemoratas ejusdem Pauli, & Innocentii Prædecessorum præfatorum respectivè Litteras, omniaque & singula in eis contenta & expressa, tenore præsentium Apostolica auctoritate confirmamus, approbamus, & innovamus, illisque novum inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur, vim, & efficaciam adjicimus, ac omnes & singulos tam Juris, quàm facti & solemnitatum defectus, siqui desuper quomodolibet intervenerint in eisdem, supplemus; expresè declarantes, quod, quemadmodum ipsis, & signanter præinsertis Litteris, nunquam generaliter derogatum fuisse dignoscitur, nec etiam earum ignorantia (quum earundem exemplar semper ad hunc diem in digniori parte Aulæ ejusdem Mensæ palam & publico aspectui expositum fuerit), ab ullo unquam allegari potuit; ita eædem præinsertæ Litteræ semper hactenùs in suo robore & efficacia, nec non in viridi

Declarans dictas Litteras semper in observantia fuisse.

observantia perstiterunt; exceptis tantùm, ut accepimus, casibus, in quibus de præterito permissum fuit, per dictam Mensam necessitatibus & indigentiis Archi-Hospitalis præfati opem, & adjumentum præstari. Qua de re, si quæ actiones & jura Mensæ & Archi-Hospitali præfatis, ob præinsertarum aliarumque prædictarum Litterarum inobservantiam aliquo forsan in casu nulliter & de facto sequutam, seu admissam, juxta ipsarum Litterarum formam & tenorem, contra alias Personas & Loca quæcumque, eorumque res & bona, competunt ac competere possunt, illis per confirmationem & innovationem hujusmodi nullo modo officere aut præjudicare intendimus, immò firmas & firma, ac in pleno robore & efficacia perseverare decernimus & statuimus.

Et ideo præservat omnia Jura Banchi ex eis provenientia.

§. 5. Omnia quoque & singula in præinsertis, & memoratis respectivè Literis contenta & expressa, ac per dictos Prædecessores Nostros volita, sancita, & ordinata perpetuis futuris temporibus inviolabiliter, juxta tamen ulteriores mox subjiciendas ordinationes Nostras, observari volumus & jubemus. Nos enim, pro firmiori præmissorum subsistentia & executione, nonnulla adhuc addenda, ac præsentium Litterarum sanctione stabilienda censuimus; nimirùm,

Et pro præmissorum exactiori observantia infrascriptas addit ordinationes.

§. 6. Primò, cum in præinsertis Literis caveatur expresè, quod Deposita integrè ad Deponentium commodum asservari debeant, liceatque dumtaxat eorum partem in emptionem tot Locorum Montium non vacabilium convertere, ad hoc ut, illorum restitutione occurrente, dicta Loca quantocitiùs vendi, ac pecuniæ ex ipsis redactæ, quibus debentur, restitui possint; fructus verò interim ex iisdem provenientes, in Archi-Hospitalis beneficium impendi debeant; expressâ quoque in eisdem Litteris lege, & prohibitione impositâ, ne ipsius Mensæ, seu Banchi Ministri ex Depositorum pecuniis ullum aliud prorsus negociationis genus exercere, vel admittere, nec de dictis pecuniis in alios usus disponere queant; Nos ordinationem & prohibitionem hujusmodi innovantes, motu, scientia, & auctoritate similibus statuimus, atque decernimus, ut quatenus aliquid contra præmissas ordinationem & prohibitionem ullo unquam tempore admitti contingat, omnes & singulæ pœnæ in præinsertis Litteris comminatæ adversus contraventores locum omninò habeant, & plenariæ executioni demandentur; atque etiam præsentium tenore expresè declaramus, inter pœnas hujusmodi per generalitatem verborum inibi comminatas, hanc quoque de jure comprehendi, & comprehensam censeri debere, ut in eventum hujusmodi, tam pro tempore existens dicti Archi-Hospitalis Præceptor Generalis, seu Commendatarius, quàm dictæ Mensæ Capserius, Ratiocinator, aliique Ministri, ad quos spectat, & spectare potuit, seu poterit in futurum, ratione contraventionis hujusmodi, teneantur etiam de proprio ad restitutionem & reintegrationem quantitatum pecuniarum contra ordinationem & prohibitionem hujusmodi impensarum; ac præterea decernentes, quod quatenus præmissis, ex Nostra, vel Successorum Nostrorum Romanorum Pontificum dispensatione (quem sanè casum nullo unquam tempore evenire votis omnibus exoptamus), ad hoc ut pecuniæ in dicta Mensa depositæ in alios, quàm in præfatos usus erogentur, derogari contingat; in Chirographis, seu Schedulis manu tunc existentis Romani Pontificis signandis, seu in Litteris Apostolicis desuper expediendis, specialis, expressa, & individua præsentis Constitutionis mentio fieri

Primò, quod omnes pœnæ inflictæ locum habeant, & inter pœnas ea est, ut Ministri Banchi teneantur de proprio ad illius indemnitatem.

Quodque si aliter disponi contigat, quam in præsenti statuitur, expressa hujus Constit. fieri debeat derogatio.

debeat;

debeat; nec ipsi per clausulas generales, idem etiam per æquipollens importantes, aut per Decreta derogatoria, irritantia, universalia, & amplissima, validè derogatum sit & censeatur; sed post dictam mentionem, specialis etiam, expressa, & individua in Chirographis, seu Schedulis, aut Litteris Apostolicis hujusmodi, fieri debeat præsentium derogatio; sine quâ eadem Chirographa, Schedulæ, & Litteræ Apostolicæ, ad effectum præmissorum, nullius sint roboris, vel momenti, nec executionem habere possint.

Secundò, quod singulis Annis generalis fiat computorum collatio, quæ in Congregatione particulari revideatur, & postea Romano Pontifici præsentetur.

§. 7. Secundò, cum juxta easdem præinsertas Litteras dicti Archi-Hospitalis Præceptor quolibet Anno Romanum Pontificem pro tempore existentem de emolumentis ex hujusmodi Locorum Montium emptione factis certiorare & notificare teneatur; Nos hujusmodi præceptum & ordinationem declarantes, & ampliantes, præsentium tenore, expresse volumus & mandamus, ut vertente Mense Januarii cujuslibet Anni, sicuti postremis elapsis Annis gestum fuit, generalis fiat collatio, seu comparatio computorum dictæ Mensæ, vulgò *Bilancio* nuncupata, in qua integer illius status œconomicus, summa nimirùm pecuniarum depositarum, investimenta Locorum Montium prædictorum, credita & debita cujusvis speciei, necnon quantitates fructuum Locorum Montium decursorum, & eorum usus ac applicatio in supra expressas causas, fideliter referantur; quodque dicta comparatio seu collatio legatur, examinetur, & revideatur a Congregatione pro tempore existentium ejusdem Archi-Hospitalis Præceptoris, seu Commendatarii, & Magistri Domus, ac dictæ Mensæ Capserii, & Ratiocinatoris. Hujus autem relationis status Oeconomici, duo tantum exemplaria conficiantur, quæ cum in eadem Congregatione a Capserio, & Ratiocinatore præfatis subscripta fuerint, eorum unum in ipsius Mensæ Archivo asservari debebit, alterum verò a Præceptore seu Commendatario præfato Nobis & Successoribus Nostris Romanis Pontificibus exhibendum erit; illudque postea, cum annotatione, quod jam Romano Pontifici præsentatum fuit, in Archivo Domus Archi-Hospitalis præfati, ad hoc ut ad placitum ejusdem Pontificis ei denuò repræsentari valeat, custodiendum erit. Utriusque autem Archivi præfati Archivistis & Custodibus præsentium tenore districtè injungimus, ut dicta exemplaria secreta teneant, nec illa alicui communicent, nisi in necessitatis casu a pro tempore existente Præceptore, seu Commendatario præfato approbando, sub pœnis ab eodem Præceptore, seu Commendatario ejus arbitrio imponendis.

Exemplaria dictarum collationum secreta serventur.

Tertiò, quod in Capserii manibus arbitrio Præceptoris major bis mille scutorum pecuniæ summa relinqui possit.

§. 8. Tertiò, etsi in præinsertis Litteris disponatur, pecunias in dicta Mensa depositas in Capsa tribus Clavibus clausa reponi, & penes Capserium, pro solutionibus quotidie occurrentibus, summam bis mille circiter scutorum relinqui debere; quia tamen experientiâ compertum est, ob depositorum & exactionum confluentiam, majorem apud ipsum requiri pecuniæ summam; ideo, ut in ejusdem Mensæ Capserii manibus, & penes ipsum major pecuniæ numeratæ summa relinquatur, arbitrio & prudentiæ ejusdem Præceptoris seu Commendatarii pro tempore existentis remittimus.

Quartò, e fructibus Locorum Montium detrahi debeant emolumenta & expensæ Banchi.

§. 9. Quartò, declaramus, è fructibus Locorum Montium præfatorum in dicti Archi-Hospitalis commodum convertendis, ante conversionem hujusmodi, detrahi debere, quemadmodum in usu est, omnia emolumenta Ministrorum, aliasque expensas pro ipsius Mensæ manutentione occurrentes.

Quintò, quod mensis non elabatur, quin ordinaria Congregatio habita fuerit, alia verò Congregatio singulis trimestribus cogi debeat.

§. 10. Quintò, cum in præinsertis Litteris præcipiatur, duas super computis Mensæ præfatæ Congregationes identidem haberi, unam videlicet singulis Hebdomadis ad inspicendum Depositorum statum, alteram verò singulis Trimestribus, ut plenius ipsius Mensæ status, atque conditio perpendatur, & priori quidem ipsum Præceptorem, nec non Magistrum Domus Archi-Hospitalis præfati, una cum Capserio Mensæ seu Banchi hujusmodi, interesse, alteri verò non solum principales Archi Hospitalis præfati Officiales, sed etiam ejusdem Procuratorem, Advocatum, & Notarium accedere: Nos, ut provida hæc dispositio faciliùs, & feliciùs ececutioni demandetur, volumus, & mandamus, primam ex Congregationibus præfatis ad Præceptoris seu Commendatarii prædicti arbitrium cogi debere, dummodo nunquam unius Mensis spatium decurrat, absque eo quod hujusmodi Congregatio habeatur. Tam verò in ista, quàm in altera Congregationibus hujusmodi, interveniant semper præfati Præceptor seu Commendatarius, & Magister Domus Sancti Spiritus, nec non Banchi Capserius, & Ratiocinator; reliqui verò superiùs nominati, Procurator, Advocatus, atque Notarius, quoties negociorum, & casuum natura id exegerit, arbitrio Præceptoris prædicti, interesse jubeantur.

Sextò, quod facultas condendi Statuta de iis intelligatur, quæ præsenti Constit. non sint contraria.

§. 11. Sextò, quum in iisdem præinsertis Litteris indultum fuerit præfati Archi-Hospitalis Præceptori, aliisque illius Ministris pro tempore existentibus, ut pro supradicti Banchi, ejusque Personarum, & rerum regimine, & directione, quæcumque statuta, ordinationes, capitula, & decreta, licita tamen, & honesta, ac Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis non contraria, condere, & condita mutare, alterare, & declarare, prout ipsis opportunum videbitur, possint, & valeant; Nos facultatem hujusmodi præfatis Præceptori, ac Ministris eatenus confirmamus, ac iterum præsentium Litterarum serie concedimus, & indulgemus, dummodo nova decreta, ordinationes, & quæcumque aliæ resolutiones hujusmodi, iisdem præinsertis, & supramemoratis Prædecessorum Nostrorum Litteris, ac præsenti Constitutioni Nostræ non contradicant, nec repugnent, illasve modificent; declarantes, sub nomine Ministrorum prædictorum intelligi debere præfatos Capserium, Ratiocinatorem, Domusque Magistrum, de quorum in Congregatione collectorum consilio opportunæ capi debent resolutiones, cum interventu etiam Custodis Archivii Banchi præfati, qui in Libro ad id designato, resolutiones ipsas adnotare valeat, ac respectivè teneatur.

Qui veniant sub nomine Ministrorum.

Clausulæ.

§. 12. Ac decernentes, easdem præsentes, & præinsertas Pauli, ac ejusdem Pauli, & Innocentii Prædecessorum præfatorum supramemoratas Litteras, ac omnia, & singula in eis respectivè contenta, etiam ex eo, quod quicumque quavis auctoritate, dignitate, ac etiam Cardinalatus honore fulgentes, & in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, aut Causæ, propter quas ipsæ præsentes, aliæque superius præinsertæ & memoratæ Litteræ respectivè emanarint, satis adductæ, justificatæ, aut approbatæ non fuerint, nunquam de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut quopiam alio defectu notari, impugnari, aut in jus, vel controversiam revocari posse; sed eas semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Aliter judicari prohibetur.

§. 13. Sicque & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Cau-

sarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublatâ eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere, ac quidquid contra præsentium formam & dispositionem in præmissis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, seu mandatum fuerit, irritum, nullum, & invalidum, ac nullius roboris, vel momenti ex nunc prout ex tunc, & e contra, fore & esse, dictâ auctoritate etiam decernimus.

Derogatio contrariis.

§. 14. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostrâ, & Cancellariæ Apostolicæ Regulâ de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, omnibusque iis, quæ Paulus, & Innocentius Prædecessores præfati in præinsertis, & suprarememoratis eorum Litteris voluerunt non obstare, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus & singulis, illorum tenores pro plenè & sufficienter ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter & expresè harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Exemplar hujus Constitut. in Aula Banchi, & in Archivo expositum retineatur. Et illius Transumptis fides habeatur.

§. 15. Volumus autem, & dictâ auctoritate præcipimus, ut earundem præsentium Exemplar Typis impressum in Aula dictæ Mensæ, necnon in Aula dictæ Mensæ, necnon in Archivo prædicto publicè appensum, & expositum retineri debeat; quodque ipsarum præsentium Transumptis, etiam, ut præfertur, impressis, manu pro tempore existentis dictæ Domus Archivistæ subscriptis, & ejusdem Archi-Hospitalis Sigillo munitis, eadem prorsùs fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent originaliter exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 16. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Nostræ Confirmationis, approbationis, innovationis, roboris, adjectionis, statuti, declarationis, ampliationis, mandati, remissionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. Pont. An. X. die 10. Augusti 1750.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo, quinto Idus Augusti, Pontificatus Nostri Anno Decimo.

D. Card. Passionens.

J. Datarius.

Visa de Curia

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Canonicis Regularibus Præmonstratensibus conceditur ex integro Privilegium assequendi, & retinendi quascumque Parochiales, & Vicarias, tam Sæculares, quam Regulares absque Dispensatione Apostolica.

XXXIV.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Oneroso Sacri Apostolatus Ministerio meritis licet imparibus Divina sic disponente Clementia Præsidentes, pia Regularium virorum vota solliciti pii Patris affectione prosequimur, ac Privilegia eis aliàs a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris concessa, denuò ex integro liberali indulgentia concedimus, ut ii in humilitatis spiritu in Regularibus locis Altissimo famulantes, sublatis quibuscumque dubiis, & dissono litium clamore, laudabilibus possint in Domino proficere incrementis.

Preces Pontifici oblatæ.

§. 1. Sanè pro parte Dilecti Filii Nicolai Meyers moderni Procuratoris Generalis Canonicorum Regularium Præmonstratensis Ordinis, Laudunen., & aliarum Civitatum, vel Diœcesum, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod Ordo prædictus, illiusque pro tempore existentes Canonici Regulares, inter quamplurima Privilegia a diversis Romanis Pontificibus, & signanter a fel. rec. Urbano Papa IV., & Clemente Papa V. Prædecessoribus Nostris Ordini, & Canonicis Regularibus prædictis Apostolica auctoritate concessa, & subinde eadem Apostolica auctoritate confirmata, illo quidem in Litteris Apostolicis ab eisdem Urbano, & Clemente Prædecessoribus respectivè emanatis contento gaudent Privilegio, nimirum, quod Canonici Regulares ejusdem Ordinis pro tempore existentes Parochiales Ecclesias, etiam Sæculares, ac Clericis, seu Presbyteris Sæcularibus conferri, & assignari solitas, absque ulla dispensatione Apostolica consequi, & consequutas retinere liberè, & licitè possint, & valeant.

Controversia judicialis, quam Ordo Præmonstr. perpessus est.

§. 2. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, ob collationem Parochialis Ecclesiæ de Limbrich Leodien. Diœcesi., & respectivè provisionem de illa certo tunc expresso modo vacante Dilecto etiam Filio Melchiorri Werden Presbytero, ac Canonico Regulari dicti Ordinis expresè professo non diu à Nobis eadem Apostolica auctoritate factas, Curia Episcopalis Leodien., & pro illius parte Dilectus pariter Filius Promotor Fiscalis ejusdem Curiæ Episcopalis, collationi & provisioni hujusmodi in Dataria Apostolica, eo sub prætextu, quod Canonici Regulares dicti Ordinis ad Parochiales Ecclesias obtinendas, prout juxtà Constitutionem a Nobis novissimè editam incipientem: *Quod inscrutabili*, Canonici Regulares Ordinis Sancti Augustini Canonicorum Regularium Congregationis Lateranen. ad Parochiales Ecclesias hujusmodi habendas incapaces sunt, etiam existerent incapaces, tunc se opposuerit, illasque impugnaverit, controversiam hujusmodi in eadem Dataria Apostolica, pro validitate collationis & provisionis in vim prædicti Privilegii in eisdem Urbani, & Clementis Prædecessorum prædictorum Litteris contenti, licet absque dispensatione Apostolica factarum, substinenda, opus fuit agitare.

Petitionis summa.

§. 3. Idcircò Nicolaus prædictus ad tollenda quæcumque dubia, & objectiones, quæ

in

in futurum a quibuscumque Episcopalibus, Archiepiscopalibus, & Primatialibus, aliisque Ecclesiasticis Curiis, earumque respectivè Promotoribus Fiscalibus, seu Procuratoribus legitimis, adversus Privilegium prædictum in dictis Urbani, & Clementis Prædecessorum prædictorum Litteris, ut præfertur contentum, excitari possint in futurum; nec non pro majori nunc, & pro tempore existentium ejusdem Ordinis Præmonstraten. Canonicorum Regularium, qui de Parochialibus Ecclesiis de cætero tam Apostolica, quàm Ordinaria auctoritate erunt providendi, quiete & tranquillitate, plurimum cupiat sibi ac Canonicis Regularibus in eodem Præmonstraten. expressè professis nunc & pro tempore ubivis existentibus, per Nos, & Sedem Apostolicam ex integro ut infra benignè indulgeri. Quare pro parte dicti Nicolai Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ejusdem Ordinis Præmonstraten., illiusque Canonicorum Regularium, qui nunc in eo expressè professi sunt, & imposterum etiam in eo professionem expressè emittent, indemnitati in præmissis opportunè consulere de benignitate Apostolica dignaremur.

Indultum ex integro conceditur.

§. 4. Nos igitur, qui quarumcumque litium, & jurgiorum occasiones tollere sinceris desideramus affectibus, Nicolao prædicto, ac Canonicis Regularibus prædictis specialem gratiam facere volentes, eosdemque, & eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequen., harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Nicolao, ac Canonicis Regularibus, qui nunc in eodem Ordine Præmonstratensi, ut præfertur, expressè professi sunt, & inposterum etiam in eo professionem emittent, ut ipsi ex nunc, & perpetuis futuris temporibus, absque ulla oppositione, & contradictione, quascumque Parochiales Ecclesias, etiam Sæculares, illarumque perpetuas Vicarias Clericis, seu Presbyteris Sæcularibus conferri, & assignari solitas, si tamen eis, & eorum cuilibet canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel aliàs assumantur ad illas, absque dispensatione Apostolica consequi, & in eis quavis auctoritate institui, illasque recipere, & quoad vixerint retinere liberè, & licitè possint, & valeant, Apostolica auctoritate prædicta, tenore earumdem præsentium, ex integro perpetuò concedimus, & indulgemus; ipsumque Nicolaum, nec non Canonicos Regulares dicti Ordinis Præmonstraten. nunc, & pro tempore existentes prædictos super præmissis a quibuscumque etiam Curiis Ecclesiasticis, seu earum Promotoribus Fiscalibus, vel Procuratoribus prædictis, quavis auctoritate, prætextu, colore, causa, vel ingenio molestari, inquietari, perturbari, aut impediri nullatenus unquam posse, sed Indulto per Nos concesso hujusmodi semper, & perpetuò pacificè frui, & gaudere.

Ejus perpetua firmitas asseritur.

§. 5. Ac easdem præsentes nullo unquam tempore ex quocumque capite, aut quavis occasione, vel causa de subreptione, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quopiam alio quantumvis substantiali, & inexcogitato, ac specialem, & individuam mentionem, & expressionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in Jus, vel controversiam vocari, aut adversùs illas quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari, seu etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concesso, & impetrato quempiam uti, seu se juvare posse, neque illas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, aut aliis contrariis dispositionibus etiam per Nos, & Sedem prædictam sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis quomodolibet pro tempore factis, & faciendis, ac concessis, & concedendis comprehendi, vel confundi, sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per dictum Nicolaum modernum, ac pro tempore existentem Procuratorem Generalem, & eosdem Canonicos Regulares dicti Ordinis Præmonstraten. nunc, & pro tempore existentes quandocumque eligenda, concessas esse, & fore, easque, ac omnia, & singula præmissa semper, & perpetuò valida, & efficacia fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Nicolao, & Canonicis Regularibus dicti Ordinis Præmonstraten. nunc, & pro tempore existentibus prædictis, quorum favorem eadem præmissa respectivè concernunt, plenissimè suffragari.

Decreta & Derogationes.

§. 6. Sicque, & non aliàs, per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, Vice-legatos, dictæque Sedis Nuncios judicari & definiri debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Non obstantibus quibusvis etiam in Synodalibus, Provincialibus, Generalibus, Universalibusque Conciliis, editis, vel edendis, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis Præmonstraten., etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis, quibusvis Personis, etiam speciali nota dignis, & necessario exprimendis, in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, aliàs de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, latissimè, & plenissimè hac vice dumtaxat ad præmissorum validissimum effectum specialiter & expressè harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio.

§. 7. Volumus autem quod earumdem præsentium transumptis, etiam typis impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique in Judicio, & extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulti, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,

indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. die 1. Sept. 1750. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo, Kalendis Septembris, Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

Loco ✠ Plumbi.

Expedita in Cancellaria Apostolica.

XXXV. Indultum Celebrandi Missam in Altari Papali Basilicæ Sanctæ Mariæ Majoris die 30. Septembris anni 1750. post peractam a Pontifice ejusdem Altaris consecrationem.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei.

Venerabili Fratri Nostro Antonio Xaverio Episcopo Prænestino S. R. E. Cardinali de Gentilibus nuncupato, salutem & Apostolicam Benedictionem.

MAgnitudo tuæ devotionis, quam ad Nos & Romanam Ecclesiam geris, facit, ut ea, quæ ad ipsius tuæ devotionis augmentum cedere possunt, quantum Nobis cum Domino licet, favorabiliter concedamus. Ut igitur Tu in die Festo Sancti Hieronymi Confessoris, & Ecclesiæ Doctoris, postquam Nos in Liberiana Basilica a Sancto Sixto Papa III. Prædecessore Nostro dedicata, Altare Papale in ea olim a Sancto Paschale Papa I. erectum, & consecratum, & successivè a Clemente Papa III. novo superposito lapide, denuò pariter consecratum, nuper verò penitus dirutum, & a Nobis magnificentius restitutum, apposita porphyretica Urna, in qua condita sunt Corpora Sanctorum Martyrum Simplicii, Faustini, & Beatricis, unà cum argentea Capsula cum Ossibus unius humani Corporis, sed sine nomine, prout reperta ibidem fuerat, solemni ritu, in honorem Beatissimæ Virginis Mariæ, inclusis in ejusdem Altaris Mensa Reliquiis Sanctorum Stephani Protomartyris, & Laurentii Martyris, consecraverimus; habita prius allocutione coram adstantibus plerisque Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Episcopis, ac enunciatæ Basilicæ Canonicis, inter quos ante Cardinalatus Dignitatem & Tu cooptatus fuisti, magnaque Populi frequentia, in præfato Papali Altari juxta Romani Pontificalis dispositionem, tanquam a Nobis specialiter, loco Dilecti Filii Nostri Hieronymi Sancti Angeli in Foro Piscium Diaconi Cardinalis Columnæ nuncupati præfatæ Liberianæ Basilicæ Archipresbyteri, Delegatus, Missam celebrare possis, Fraternitati Tuæ, pro hac vice dumtaxat, ipsa die, Missam ibidem, etiam in præsentia Nostra, celebrandi, Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus dictæ Basilicæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, de gratia speciali, licentiam concedimus & indulgemus.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam Nostræ Concessionis, & Indulti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo, decimo quinto Kalendas Octobris Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

D. Card. Passionеus.

J. Datarius.

Visa De Curia.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Allocutio habita in Basilica S. Mariæ Majoris Pridie Kalendas Octobris Anno Jubilæi MDCCL. in Festo S. Hieronymi Confessoris, & Ecclesiæ Doctoris, ante Consecrationem Altaris Pontificii ejusdem Basilicæ.

VENERABILES FRATRES.

POstquam Deo adjuvante, ea omnia complevimus, quæ ad internum, externumque hujus Basilicæ cultum, quem oculis cernitis, exequenda esse constitueramus; propositum Nobis erat ejusdem Basilicæ Dedicationem, sive solemnem Consecrationem peragere; non ideò sanè, quod Nobis unquam in mentem venerit, hanc, qualiscumque operæ vel sumptus fuerit, restaurationem, pro verâ ipsius Basilicæ reædificatione accipiendam esse; qua quidem peractâ, novam Ecclesiæ Consecrationem fieri Sacri Canones jubent; neque enim antiqui parietes loco moti, aut dejecti fuerunt; sed quia ex rerum gestarum monumentis, quæ ferebantur, nullum, quod certam prioris Consecrationis fidem faceret, invenire potueramus.

In nostris Institution. Ecclesiast. latinè editis Romæ ann. 1747. Instit. 67.

§. 2. Ignota Nobis non sunt illa, quibus probari contenditur, Liberium Prædecessorem quondam nostrum, qui hanc Basilicam quarto Ecclesiæ sæculo erexit, ipsius quoque Dedicationem peregisse: sed quum eadem monumenta subinde narrent, eumdem Pontificem insignes reliquias, Præsepe, & Cunas Domini Nostri Jesu Christi, eâ occasione, hic collocasse, id satis esse potest, ut omnis auctoritas & fides iis derogetur. Illud enim meritò verius putatur, nonnisi circa medium sæculi septimi venerandas illas Reliquias in hac sacra Æde per Theodorum Pontificem fuisse reconditas. Verùm, ubi animum oculosque convertimus ad ea, quæ Sanctus Sixtus Pontifex hujus nominis III., non integro post Liberium sæculo, in hac Basilica præstitit; quæ nimirum tanta fuerunt, ut a pluribus Scriptoribus Ecclesiasticis, ipse totius molis, quæ adhuc supereſt, unicus auctor & ædificator habeatur: Visis deinde authenticis Litteris alterius Prædecessoris nostri Gregorii Papæ IX., in quibus mentio fit de Basilicæ Consecratione ab eodem Sixto III. peracta, cum Indulgentiarum quoque indicatione, quas Sanctus Pontifex eâ occasione concessit; quumque præterea nullam dubitandi causam haberemus, quin extantes nunc Ecclesiæ parietes iidem sint, qui sub Sixto erant, vel ejus curâ excitati fuerunt; hujusmodi Consecrationis faciendæ consilium abjecimus; idque dumtaxat statuimus, quod jam nunc fieri mandamus, ut quod prædictus Pontifex Gregorius IX. narrat de Ecclesiæ Con-

Apud Severan. de septem Ecclesiis Urbis par. 1. pag. 712. & apud Florentin. in Notis ad Martyrol. S. Hieronym. pag. 730. edit. Lucen.

In nostro Opere de Canonic. Sanctor. lib. 4. par. 2. cap. 30. num. 12., & in alio nostro Opere de Fest. D. N. Jesu Christi, & Beatæ Virginis, & signanter de Festo Dedicationis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ ad Nives die 5. Augusti par. 2. §. 82. edit. Patav. an. 1745.

In citat. nostro Opere de Festis cod. loc. In Archivio Capituli.

secratione

secratione a Sancto Sixto III. peracta, marmoreæ tabulæ inscriptum publico aspectui proponatur; & intrà Ecclesiæ ambitum de more apponantur Cruces Consecrationis indices; quas quidem minimè tunc appositas fuisse credimus, cum Sanctus Sixtus eam consecravit; quamvis enim ritus consecrandi Ecclesias ex institutis veteris Testamenti in Christiana Sacra translatus, ipsis prioribus Ecclesiæ sæculis, & maximè post redditam a Constantino Ecclesiæ pacem, procul dubio in usu fuerit; non tamen constat, quo potissimùm tempore hujusmodi Cruces figendi mos inoleverit. Denique ut in posterum ab hujus Basilicæ Clero officium Dedicationis Ecclesiæ, juxta aliarum Ecclesiarum consuetudinem, quotannis certâ die celebretur, volumus & indulgemus. Nostram verò operam unicè redigendam censuimus ad Consecrationem Aræ maximæ, quam, veteri sublatâ, utpote præsenti structuræ totius Basilicæ minimè respondente, augustiore hac formâ ædificari curavimus.

Euseb. in Eccles. Histor. lib. 10. cap. 3.

§. 3. Sacer itaque ritus, cui operam daturi sumus, is est, qui in Pontificali Romano appellatur *Altaris consecratio, quæ fit sine Ecclesiæ Dedicatione.* Altare autem, quod consecraturi sumus, Pontificium Altare eò ipso fore decernimus, non secus ac illud erat, quod hinc sublatum fuit, aliarumque Patriarchalium hujus Almæ Urbis Basilicarum Altaria maxima esse dignoscuntur; ita ut nemini, præter Romanum Pontificem, in eo liceat Missarum Sacrificia celebrare, nisi si cui speciale Indultum per Litteras Apostolicas ad id concedatur.

Marcell. Sacrar. Ceremoniar. lib. 3. cap. 11.

§. 4. Et quoniam Altare vetus, ut accepimus, dedicatum & sanctificatum fuerat in honorem Beatissimæ Virginis Mariæ, in cujus etiam honorem tota hæc Ædes Omnipotenti Deo dicata dici potest, unde Basilica nunc *Sanctæ Mariæ Majoris*, nunc *Sanctæ Mariæ ad Præsepe*, nunc *Sanctæ Mariæ ad Nives* appellari semper consuevit; Nos etiam novum hoc Altare in honorem ejusdem gloriosæ Virginis Dei Genitricis, Cœlorumque Reginæ dedicamus. Ad te igitur demisso mentis obsequio plenâque fiduciâ conversi, Virgo Beatissima, opem tuam supplices imploramus, ac deditissimi tibi Bernardi Confessoris verbis, te ita precamur: *Nos omnes tuo Filio commenda, tuo Filio repræsenta: & fac, o Benedicta, per gratiam, quam invenisti, per prærogativam, quam meruisti, per misericordiam, quam percepisti, ut qui, te mediante, dignatus est fieri particeps infirmitatis & miseriæ nostræ; te quoque intercedente, participes nos omnes efficiat gloriæ & beatitudinis suæ.* Magnus Prædecessor noster Innocentius III., cujus multa in Apostolici regiminis administratione præclarè gesta, ac singularem in sacris disciplinis peritiam, Ecclesiastica monumenta testantur, in tui honorem, Virgo gloriosissima, Monasterium ædificavit; cùm verò in extremi certaminis discrimine, ingentibus trepidantis conscientiæ fluctibus premeretur, auxilio tuo, & intercessione, ut memoriæ proditum est, ab imminenti naufragio liberari, & portum salutis feliciter tenere promeruit. Ecce appropinquat dierum nostrorum terminus: nosque, egregio memorato Pontifici meritis ac virtutibus impares, graviora fortasse manent subeunda pericula. Ut itaque illi in supremo agone laboranti præsens patrocinii tui præsidium, ob Monasterii in tuum honorem extructi meritum, attulisti; ita nobis, quæsumus, in illa tremenda lucta conflictantibus, pari pietate succurre; atque hæc, quæ in honorem tuum, & ad augendam hujus Sacrosanctæ Basilicæ, quæ tuis auspiciis, tuoque augusto nomine celebratur, splendorem & cultum conferre studuimus, benignè respiciens, interventionis tuæ suffragio, Virgo Beatissima, Nos ab insidiantis hostis fuore defendere, & usque ab beatum Filii tui, Dei nostri, conspectum perducere digneris.

In cit. nostro Opere de Festis par. 2. ad diem 5. Augusti §. 80. & seq.

Serm. 2. in Adventu Domini.

§. 5. Reliquum est, ut Nosmetipsos, atque hujus Basilicæ Clerum, cunctosque fideles in ea nunc congregatos, quive ad eamdem devotè visitandam accedent, vestris commendemus orationibus, glorioſi Sancti cum Christo regnantes, quorum Reliquias in hoc Altari recondimus, seu quorum Corpora & Reliquiæ in hac Basilica asservantur. Inter hos utique Te veneramur, magne Ecclesiæ Doctor, Beate Hieronyme, cui, post electam Ossium tuorum requiem in antro Bethleemitico, Salvatoris nostri incunabulis consecrato, non sine cœlesti prodigio contigit, ut eadem deinde ad hanc Basilicam, ipsius Salvatoris nostri Præsepe & Cunas amplectentem, transferrentur. Constat sanè, id factum esse sub finem sæculi duodecimi, quum Saladinus Saracenorum Rex Hierosolymis potitus fuit. Verùm, quinam sit proprius in hac Basilica sepulchri tui locus, nunc quidem a Nobis ignoratur; vel saltem non ejusmodi, qualia optaremus, argumenta Nobis suppetunt, ut tutò statuere possimus, Tua esse, quæ Nobis indicata sunt, Ossa. Te invocamus, Ecclesiæ Sanctæ lumen, hac occasione, & hac die, qua solemnis tui memoria per universam Ecclesiam religiosè colitur, ut Nobis impetres supernæ lucis radium, quo offusæ animis nostris tenebræ dissipentur. Sancti Leonis Magni Prædecessoris Nostri Corpus in Vaticana Basilica sepultum fuisse, indubia testabantur monumenta; sed ignorabatur hujusmodi sepulturæ locus; quum Sancti Sergii Pontificis precibus concessit Deus, ut venerabile Corpus mirabiliter inventum, publico fidelium cultui proponi posset. Novimus sanè, qualis Pontifex Sergius fuerit; novimus, quæ sit meritorum nostrorum inopia: nec ullo modo audemus parvitatem nostram cum illius Sanctitate vitæ ac virtutum splendore comparare. At, si ullum est, ad impetrandum quod cupimus, devoti obsequii piæque venerationis pretium, Nos certè, devotionis erga Te, ac pietatis affectu, nemini concessuros esse audenter affirmabimus. Hujus non obscurum argumentum per Nos datum esse putamus, quum tuam agendi rationem erga Sanctum Pontificem Siricium Prædecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriorem partem acceperant, nostro studio ac labore, in propria luce collocare, & ab objectis vindicare curavimus. Nunc verò pretiosas mortalitatis tuæ Reliquias invenire magnoperè cupimus, ut eas publicæ venerationi exponamus; atque ita solemnes Duliæ actus impensiùs erga Te exerceantur ab omni ordine tam Clericorum, quàm Laicorum hujus Romanæ Urbis: Quorum majores Tu quidem olim acrioribus Litterarum tuarum aculeis perstrinxisti; Verùm illorum successores, quum satis agnoverint, ea quæ scripsisti, a ferventissimo, quo flagrabas, Divinæ gloriæ zelo unicè processisse, summo Te amoris ac pietatis studio prosequuntur, & colunt. Id cùm ex eo apertissimè comprobatur, quòd Apostolica hæc Sancta Sedes, eo Canonizationis genere, quod primis Ecclesiæ temporibus in usu erat, fulgentissimo Sanctorum Albo Te adscripsit; quòdque Romani Pontifices Prædecessores nostri Te insuper inter Sanctos Ecclesiæ Doctores, unà cum Beatis Gregorio, Ambrosio, & Augustino, connumerari voluerunt; tum verò majoribus obsequii nostri significationibus comprobabitur, si Nobis, Te intercedente, datum erit, sacrum tuum Corpus in hac Basili-

Card. Baronius in Notis ad Martyrolog. Roman. ad diem 9. Maji.

Apud vulgatum Anastasium de Vitis Roman. Pontific. in Vita Sergii I tom. 4. Roman. edit. ann. 1735. pag. 136.

In Nostris Litter. Apostolic. de nova Martyrol. Roman. editione, eidem Martyrolog. præfixis num. 60. & pluribus seqq.

In cit. Opere de Canonizat. Sanctor. lib. 4. par. 1. cap. 32. num. 9.

Cap. Gloriosus, de Relig. & Venerat. Sanctorum in Sexto.

ca conditum reperire, ac publico Eccleſiæ Romanæ cultu honorandum proponere.

XXXVI. Statuitur Methodus ſervanda in Congregationibus Capitolinis ſuper Cauſis Criminalibus Locorum Feudalium Populi Romani.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Motu proprio.

Providentia aliàs a Pontifice capta ſuper legali regeſto Reſolutionum Conſervatorum Urbis, & ſuper auctoritate Litterarum, quæ ab ipſis mittuntur.

BEnche altre volte con Noſtro ſpecial Reſcritto firmato dal Noſtro Uditore li 26. Novembre 1744. fiaſi in qualche parte provveduto alla buona Amminiſtrazione della Giuſtizia nelle Cauſe de i Vaſſalli del Noſtro Popolo Romano, ordinando, che tutte le Riſoluzioni, che ſi foſſero preſe dalli Conſervatori, pro tempore della Noſtra Città di Roma circa le Materie Criminali appartenenti alli quattro Luoghi di Magliano, Core, Vitorchiano, e Barbarano, ſi doveſſero non ſolamente ſcrivere dal Fiſcale di Campidoglio negli ſteſſi Proceſſi Originali, che ſi traſmettono dalli Governatori, o Pretori di eſſi Luoghi, ma regiſtrare ancora in un Libro a parte ben compatto, e rubricellato, da cuſtodirſi, e conſervarſi negli Atti Criminali di eſſi Conſervatori; e che in oltre le Lettere da ſpedirſi per la eſecuzione di dette Riſoluzioni, ſi doveſſero bensì comporre, e minutare dal ſuddetto Fiſcale, ma però non doveſſero firmarſi, e ſottoſcriverſi, che da i ſoli Conſervatori.

Novæ ordinationes pro recta methodo Congregationum Criminalium.

§. 1. Volendo tuttavia in oggi provedere con maggior pienezza, che la Giuriſdizione ſopra detti Luoghi, e Vaſalli, quale, ſecondo la diſpoſizione degli Statuti di Roma, appartiene a'ſoli Conſervatori, non venga turbata, o preoccupata da altri, come non rare volte è avvenuto in paſſato, in pregiudizio di detto Noſtro Magiſtrato, e de' medeſimi Vaſſalli; perciò di Noſtro Moto Proprio, certa ſcienza, e pienezza della Noſtra Suprema Poteſtà, avendo quì per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto l'intero tenore de i ſuddetti Statuti, e Riformanze di Roma, e di qualunque Coſtituzione, Reſcritto, Breve, o Moto proprio, sì Noſtro, che de' Romani Pontefici Noſtri Predeceſſori, e di ogni altra coſa, della quale foſſe biſogno per la validità & eſecuzione del preſente fare qualunque ſia, anche ſpeciale, e ſpecialiſſima menzione.

I. Vogliamo in primo luogo, & ordiniamo, che dalli trè Conſervatori, e Priori de' Capi Rioni pro tempore ſi debba tenere due volte almeno in ciaſcun Meſe dopo la Congregazione Economica, oppure nel primo giorno ſuſſeguente non impedito, la Congregazione Criminale per li ſuddetti Luoghi, e Vaſſalli del Popolo Romano.

II. Che a queſta Congregazione Criminale debbano intervenire il Fiſcale pro tempore di Campidoglio, e ſuo Soſtituto Fiſcale, il Segretario, & un Profeſſore Criminale, da eleggerſi, e rimuoverſi ad arbitrio di eſſi Conſervatori.

III. Che in eſſa Congregazione debbano leggerſi dal Segretario li Ricorſi, e Suppliche de' Vaſſalli, e parimente le Rappreſentanze, le Lettere, e le Riſpoſte de' Governatori Locali.

IV. Che ſimilmente debba leggerſi da eſſo Segretario qualunque altra Supplica, Ricorſo, o Memoriale preſentato nella Noſtra Conſulta, o nella Noſtra Congregazione del Buon Governo, benche ſieno rimeſſi al Fiſcale, o per informazione, o con altra qualſiſia forma di Reſcritto; come pure qualunque Ordine, o Lettera ſpedita da una, o l'altra di dette Congregazioni.

V. Che da eſſa Congregazione Criminale debbano prenderſi quelle Riſoluzioni, e farſi quei Decreti, e Reſcritti, che converranno per giuſtizia, non ſolo per ultimazione, e final deciſione di ciaſcuna Cauſa Criminale, ma anche per la retta teſſitura, e per la legitima coſtruzione, & ordinatoria de' Proceſſi.

VI. Che tutte le Riſoluzioni, che ſi prenderanno, e tutti i Decreti, che ſi faranno, debbano immediatamente regiſtrarſi dal ſuddetto Segretario in detto Libro particolare già da Noi ordinato con detto Noſtro Reſcritto delli 26. Novembre 1744., e volta per volta firmarſi, e ſottoſcriverſi in eſſo Libro dalli Conſervatori, e dal Fiſcale.

VII. Che tutte le Lettere, che ſi ſpediranno alli Governatori, o Magiſtrati Locali, o in ſequela di dette Riſoluzioni, e Decreti, o in eſecuzione degli Ordini della Conſulta, o Buon Governo, anche per ſemplice informazione, debbano minutarſi, e comporſi dal Fiſcale, ma ſcritte che ſieno, debbano firmarſi, e ſottoſcriverſi da i ſoli Conſervatori, e ſenza la firma, e ſottoſcrizione di eſſi, non abbiano forza, e vigore alcuno.

VIII. E ſe mai ſeguiſſe qualche accidente, che ricercaſſe pronto, e ſubito provedimento, di modo, che non poteſſe aſpettarſi il giorno della prima proſſima Congregazione; che in tal caſo, l'ordine, e provvedimento conveniente poſſa darſi dal più Anziano de' Conſervatori, che ſi troverà in Roma, con Lettera da lui ſottoſcritta, ma però minutata, come ſopra, dal Fiſcale, e con il peſo sì all'uno, che all'altro, di riferire il tutto nella prima Congregazione, affinchè venendo da queſta approvata la Riſoluzione preſa da detto più Anziano, ſi faccia immediatamente regiſtrare, e ſottoſcrivere, come ſopra, nel detto Libro particolare; e non eſſendo approvata, debba correggerſi, e mutarſi, ſecondo la pluralità de' Voti.

IX. Che in queſta Congregazione Criminale, così da Noi nuovamente iſtituita per il buon regolamento degli enunciati quattro Luoghi del Popolo Romano, li ſoli trè Conſervatori pro tempore abbiano, e debbano avere il Voto deciſivo; & all'incontro il Priore de' Capi Rioni, il Fiſcale, e ſuo Soſtituto Fiſcale, & il Profeſſore Criminale, che ſarà aſſunto da detti Conſervatori, non abbiano, nè debbano avere, che il ſolo, e ſemplice Voto conſultivo.

X. E finalmente, che una copia della preſente Cedola di Noſtro Moto Proprio debba tenerſi perpetuamente affiſſa, non ſolo nell' Offizio del Notaro Criminale di eſſi Conſervatori in Campidoglio, ma ancora nelle Cancellarie di detti quattro Luoghi, affinchè non poſſa da veruno allegarſene ignoranza.

Procuratori Fiſci & Cameræ Capitolinæ inhibetur quælibet judicandi, & decernendi facultas.

§. 2. E perche è giunto a Noſtra notizia, che il più volte nominato Fiſcale, benchè ordinato, e coſtituito dallo Statuto di Roma per mero, e ſemplice Procuratore del Fiſco, e della Camera Capitolina, e perciò anche ammeſſo alla partecipazione delle pene, ſiaſi nondimeno fatto lecito di aſſumere alcune volte le parti, e figura di Giudice; perciò ordiniamo, e comandiamo, tanto al moderno, quanto agli altri Fiſcali, che ſaranno pro tempore, che non ardiſcano per l'avvenire di fare alcun Decreto, ancorche interlocutorio, o proferire alcuna Sentenza, o dare alcuna citazione, eziandio ſotto il titolo e nome alternativo de i Conſervatori, o del Fiſcale, in Cauſa veruna Civile, Criminale, o miſta,

che,

che, secondo la forma del prelodato Statuto, in qualunque modo appartenga al Foro di essi Conservatori; sotto pena della Nostra indignazione, nella quale vogliamo ancora, che cada ipso facto il Notaro, se mai ardisse di ricevere negli Atti suoi, e molto più, se ardisse di leggere avanti il Fiscale somiglianti citazioni; essendo così mente, e volontà Nostra espressa.

Clausulæ & derogationes opportunæ.

§. 3. Volendo, e decretando, che il presente Nostro Moto proprio colla semplice Nostra sottoscrizione vaglia, & abbia il suo pieno effetto, vigore, & esecuzione, benche non si registri in Camera, a tenore della Bolla di Pio Quarto Nostro Predecessore *de Registrandis*, bastandoci, che sia registrato nel solito Libro del Campidoglio dallo Scrittore del Nostro Popolo Romano, nè contro di esso possa mai da alcuno darsi di surrezzione, orrezione, eccesso, o difetto della Nostra volontà, e così, e non altrimente debba giudicarsi, e definirsi da qualsivoglia Giudice, tanto Ordinario, che Delegato, dalla Congregazione da Noi deputata sopra gl'interessi della Nostra Camera Capitolina, e da qualunque altro si sia Giudice di qualsivoglia preeminenza, dal Reverendissimo Nostro Cardinal Camerlengo, e da qualsivoglia altro Tribunale, benche Collegiale, e che fosse necessario da esprimersi, togliendo Noi a loro, & a ciascuno di essi particolarmente, con la Nostra Suprema Potestà, ogni e qualunque facoltà di poter giudicare, & interpetrare il contrario di quanto si dispone nel presente Nostro Moto proprio. Non ostante la regola della Nostra Cancellaria *de jure quæsito non tollendo*, e qualsisiano altre Costituzioni, & Ordinazioni Apostoliche Nostre, e de Sommi Pontefici Nostri Predecessori, la detta Bolla di Pio IV. *de Registrandis*, e qualsisiano Statuti, Regole, Usi, Stili, e Consuetudini, e qualunque si siano altre cose, che facessero, o in qualunque modo potessero fare in contrario; delle quali cose tutte, benche contenessero derogatorie di derogatorie, e fossero degne di speciale, & individua menzione, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, a tutte, e singole le suddette cose, per questa volta solamente, e per l'effetto suddetto pienamente, ed amplamente deroghiamo.

Dat. die 5. Dec. 1750.

Dato dal Nostro Palazzo Apostolico del Quirinale, questo dì 5. Decembre 1750.

BENEDICTUS PAPA XIV.

XXXVII.

Confirmationis Sacramentum Infirmis in Archi-Hospitali Sancti Spiritus in Saxia de Urbe degentibus, conferri possit a Præceptore, seu Commendatario in Episcopali dignitate constituto, vel ipso, aut Priore mandante, ab alio quocumque Catholico Antistite, nullius alterius obtenta licentia.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Indulto Nicolai PP. IV.

Infantes in Hospitali S. Spiritus expositi confirmari possunt a quocumque Cath. Antistite, de mandato Præceptoris, seu Canonicorum, ex

EXponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Magister Octavius Bufalini Præceptor, seu Commendatarius Archi-Hospitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe, quod aliàs fel. rec. Nicolaus PP. IV. Prædecessor Noster per quasdam suas sub Plumbo, Sexto Nonas Martii, Anno ejus Tertio expeditas litteras concessit, & indulsit, ut Magister, seu Præceptor, aut Commendatarius, ac Fratres, seu Canonici dicti Archi-Hospitalis pro tempore existentes, utriusque sexus Infantes in illo expositos, & pro tempore exponendos, de Sacro Fonte renatos, per quemcumque, quem maluerint, Catholicum Antistitem gratiam & communionem hujus Apostolicæ Sanctæ Sedis habentem, confirmari facere valerent, & aliàs prout in dictis Litteris, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, uberiùs continetur.

Simile Indultum petitur pro Infirmis.

§. 1. Cùm autem, sicut eadem expositio subjungebat, interdùm accidere soleat, ut inter tot Infirmos, qui ad memoratum Archi-Hospitale, ut ex eorum morbis, aliisve corporis infirmitatibus mederi possint, accedunt, aliquis magno cum vitæ periculo inveniatur, qui in provectâ etiam ætate constitutus, sacrâ Confirmatione minimè inauguratus existat, itaut illam, omni dilatione postpositâ, etiam intempestivè conferre necesse sit, ac propterea dictus Magister Octavius Præceptor, seu Commendatarius, ut hujusmodi necessitati consulere valeat, indultum prædictum favore Infantium expositorum, sicut præmittitur, concessum, etiam ad Infirmos per Nos extendi plurimùm desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolicâ dignaremur.

Pontifex annuit, ut de mandato Præceptoris, vel Prioris, nullius alterius obtenta licentia, confirmari possint a quocumque Cathol. Antistite.

§. 2. Nos igitur ipsum Octavium Præceptorem, seu Commendatarium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab Homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantùm consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Octavio moderno, nec non pro tempore existenti Præceptori, seu Commendatario, vel Priori Archi-Hospitalis prædicti, ut ipsi, vel aliquis eorum, Infirmis ad illud pro tempore accedentibus, si sacrâ Confirmatione inaugurati non fuerint, illam, si necessitas id postulaverit, a quocumque, quem maluerint, Catholico Antistite gratiam & communionem Sedis prædictæ habente, nullâ etiam a quocumque obtentâ licentiâ, Sacram Confirmationem conferri facere; si Præceptorem verò, seu Commendatarium in Episcopali Dignitate constitutum esse contingat, illam per seipsum conferre, liberè, & licitè possint, & valeant, respectivè facultatem, & auctoritatem, Apostolicâ auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Vel ab ipso Præceptore in Episcopali dignitate constituto.

Clausulæ.

§. 3. Decernentes, easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarùm Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 12. Januarii 1751.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII. Januarii MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno XI.

D. Card. Passionei.

XXXVIII.

Damnatio & prohibitio Libri, cui Titulus : *Lettres avec ces mots latins : Nè repugnate veſtro bono &c. Senec. de conſtantia Sap. cap. 19. à Londres* 1750., & Libelli inſcripti : *La voix du Sage, & du Peuple. A Amſterdam chez le Sincère MDCCL.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Liber & Libellus intus enunciati in Congreg. S. Offic. examinati damnantur, & legi, ac retineri prohibentur, ſub pœna excommunic. Pont. reſervatæ.

CUm, ſicut accepimus, in lucem prodierint Liber quidam Gallico Idiomate editus, cui titulus : *Lettres avec ces mots latins : Nè repugnate veſtro bono &c. Senec. de conſtantia Sap. cap. 19. à Londres* 1750., & Libellus inſcriptus : *La voix du Sage & du Peuple. A Amſterdam chez le Sincère MDCCL.*, & Venerabiles Fratres Noſtri Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in tota Republica Chriſtiana contrà hæreticam pravitatem Generales Inquiſitores à Sede Apoſtolica ſpecialiter deputati, auditâ Libri, Libellique hujuſmodi cenſurâ ſibi relatâ, illos, tanquam continentes Doctrinam, ac propoſitiones reſpectivè falſas, erroneas, temerarias, ſcandaloſas, Eccleſiaſticis juribus injurioſas, de Schiſmate, ac de Hæreſi ſuſpectas, & aliàs à Sede prædicta damnatas, reſpectivè, prohibendos, & condemnandos eſſe cenſuerint; hinc eſt, quod Nos, creditum Nobis à Domino Paſtoralis curæ & vigilantiæ munus, quantum Nobis ex alto conceditur, ſalubriter exequi cupientes, de memoratorum Cardinalium conſilio, ac etiam Motu Proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſupradictos Librum, & Libellum, ubicumque, & quocumque alio idiomate, ſeu quavis editione, aut verſione huc uſque impreſſos, aut in poſterum, quod abſit, imprimendos, tenore præſentium damnamus, & reprobamus, ac legi, & retineri prohibemus, ipſorumque Libri, ac Libelli impreſſionem, deſcriptionem, lectionem, retentionem, & uſum, omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus, etiam ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione dignis, ſub pœna excommunicationis per contrafacientes ipſo facto abſque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, præterquàm a Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente, niſi in mortis articulo conſtitutus, abſolutionis beneficium obtinere queat, omninò interdicimus. Volentes, & auctoritate Apoſtolica mandantes, ut quicumque Librum, Libellumque prædictos penès ſe habuerint, illos, ſtatim atque præſentes Litteræ eis innotuerint, Locorum Ordinariis, vel Hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus tradere, atque conſignare teneantur; hi verò exemplaria ſibi ſic tradita, illicò flammis aboleri curent. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Ut autem eædem præſentes Literæ ad omnium notitiam faciliùs perducantur, nec quiſquam illarum ignorantiam allegare poſſit, volumus, & auctoritate præfata decernimus, illas ad Valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, nec non Curiæ Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe, per aliquem ex Curſoribus noſtris, ut moris eſt, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui; ſic verò publicatas, omnes, & ſingulos, quos concernunt, perinde afficere, & arctare, ac ſi unicuique illorum perſonaliter notificatæ, & intimatæ fuiſſent; ipſarum autem præſentium Litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eamdem prorsùs fidem tam in judicio, quam extra illud ubique locorum haberi, quæ haberetur eiſdem præſentibus, ſi exhibitæ forent, vel oſtenſæ.

Præſentium publicationis effectus, & exemplorum auctoritas.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXV. Januarii MDCCLI. Pontificatus Noſtri Anno Undecimo.

Dat. die 25. Januar. 1751.

D. Card. Paſſionеus.

Publicata die 27. ejuſdem Menſis, & Anni.

XXXIX.

De Pertinentia Cauſarum de damno dato tam in prima quam in ulterioribus Inſtantiis; & intra quod tempus eædem introducendæ, finiendæ, quibuſque legibus dijudicandæ ſint: Item de integra præſtatione pœnarum Communitatibus Ditionis Eccleſiaſticæ debitarum; ac Judicum, Officialium, & Executorum emolumentis.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

INveterata Reipublicæ incommoda, quantum Nobis ex alto conceditur, idoneis rationibus emendare, ac ſubmovere cupientes, quoties multiplices in uno aliquo rerum genere querelas populorum audimus, aut publicas, privataſque controverſias eâdem ſæpe de cauſa agitari intelligimus, ad ipſa rerum primordia penitùs introſpicienda, cognoſcendaſque Leges, quibus earum adminiſtratio continetur, opportunam diligentiam adhibere non recuſamus; ut, omnibus maturè perpenſis, totum illud Juris caput rectè ordinatum & conſtitutum, noſtris æquè, ac futuris temporibus exhibeamus.

Cauſæ præſentis Conſtitutionis edendæ.

Hanc ſanè providentiam nuper a Nobis expetere viſa ſunt innumera litium & vexationum incommoda, quibus tam publica Communitatum Ditionis Noſtræ Æraria, eorumque Curatores, & Adminiſtratores, quàm ipſas privatas Subditorum perſonas, propter Judicia de damno dato, frequenter ſubjacere comperimus: dum vel hujuſmodi Cauſarum pertinentia diſceptatur inter eos Judices, quibus aut pœnarum exactio, aut localis juriſdictio, aut perſonarum, prædiorum, vel pecudum legitima quædam defenſio, ac privativa poteſtas eſt attributa; indeque leviſſimi ſæpè momenti quæſtio magnum excitat, fovetque jurgiorum & controverſiarum incendium; vel etiam, perſonalibus, atque realibus pœnis, ſimulque pecuniariis mulctis, aliiſque penſitationibus, ultra modum auctis & cumulatis, nulloque termino hujuſmodi actionibus æque Judiciis impoſito, privatorum gravamina, ſine publicæ utilitatis augmento, in immenſum creſcere dignoſcuntur. His omnibus de medio tollendis, ac reſpectivè intra æquitatis & juſtitiæ limites coercendis, animum libenter adjicimus; auditiſque Virorum juris peritiâ, & rerum uſu præſtantium ſententiis, plura in rem opportuna remedia comparavimus, quæ latè expoſita ſunt in quadam Schedula Noſtri Motus Proprii, ſuperioribus diebus Chirographo Noſtro ſubſcripta, cujus tenorem hìc per extenſum ſubjicimus: videlicet.

Pone per Schedulam Motus proprii ſtatur, ut infra.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Motu proprio &c.

Sixtus V. Cameræ Apostolicæ univit pœnas damnorum datorum, cum deputatione Commissarii, qui etiam Causas cognosceret.

§. 1. ALtre volte Sisto Papa V. Nostro Predecessore, considerando, che le Comunità dello Stato Ecclesiastico, e loro Ufficiali, per diversi umani risguardi trascuravano di esigere le Pene de' Danni dati, benchè providamente imposte dagli Statuti, e Leggi municipali, oppure stabilite per lunga, e lodevole consuetudine; dismembrò da esse Comunità le pene suddette, & ogni Diritto di esigerle, & avendole applicate alla Camera Apostolica, eresse di nuovo un Uffizio di Commissario Generale dei danni dati, concedendo al medesimo non solo il Diritto, e la facoltà di esigere le dette Pene secondo la forma delli Statuti, e consuetudini di ciaschedun Luogo, contro qualunque persona di qualsivoglia stato, grado, o condizione, tanto Secolare, quanto Ecclesiastica; eccettuati solamente i Cardinali della Santa Romana Chiesa, gli Affidati nella Dogana del Patrimonio, ed altri pochi privilegiati secondo la forma de' loro respettivi Privilegj; ma ancora la Cognizione, e Giurisdizione di tutte le Cause attinenti ad essi Danni, come apparisce più largamente dalla di lui Costituzione publicata li 9. Aprile 1588., che incomincia: *Romani Pontificis*, e dalle Dichiarazioni, & Ordini in essa inseriti.

Clemens VIII. suppressit Officium dicti Commissarii, & pœnas Communitatibus Status Pontificii applicavit.

§. 2. Lo sperimento, che si fece negli anni susseguenti di questo nuovo provedimento, dimostrò, che il medesimo riusciva alli Popoli per diversi motivi di notabile aggravio; perlochè Clemente VIII. altro Nostro Predecessore sotto il giorno 10. Maggio 1592. soppresse del tutto il riferito Uffizio di Commissario Generale, e per titolo veramente oneroso, cioè per l'annua risposta di scudi ventiseimila moneta, e di scudi quattrocent'ottanta d'oro, appropriò nuovamente alle Comunità dello Stato tutte le pene dei danni dati, insieme con gli Emolumenti degli Archivj, surrogando esse Comunità in luogo della Camera Apostolica, con tutt'i Privilegj conceduti da Sisto al suddetto Commissario Generale, come risulta da detta sua Costituzione, che incomincia: *Ad Summi Apostolatus.*

In Constitutione Clementis VIII. nihil statutum fuit de causarum cognitione, & ob id frequentes occurrunt controversiæ.

§. 3. Ma perchè in essa Costituzione di Clemente nulla si espresse circa la Cognizione, e Giurisdizione delle Cause attinenti a' detti Danni; quindi è, che in progresso di tempo, & ancor oggi, sono insorte, & insorgono tutto di questioni innumerabili, e specialmente, se la Causa appartenga al Foro Ecclesiastico, oppure al Foro Secolare; e nello stesso Foro Secolare, se appartenga al Governatore, e Giusdicente, oppure al Magistrato del Luogo, con gran ritardo della Giustizia, pregiudizio delle Comunità, e disturbo de' Popoli. Lo che avendo Noi più volte considerato, e particolarmente in occasione di una Causa della Città di Alatri, che fu proposta nella Segnatura di Grazia da Noi tenuta li 12. Maggio del caduto anno 1750. Ci siamo similmente determinati di dare anche per queste Cause un certo, fisso, e stabile regolamento; conciosiacche sebben esse per lo più sono di lievissimo momento, nondimeno per essere oltre modo frequenti, turbano grandemente la quiete, e tranquillità pubblica, onde hanno giustamente meritato in ogni tempo, & in ogni luogo, la cura, e provvidenza de' più saggi Legislatori.

Pont. ideo Motu Proprio statuit ut infra.

§. 4. Per tanto di Nostro Moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra Apostolica Autorità, inerendo alle riferite Costituzioni dei detti Nostri Predecessori, & alle risoluzioni altre volte prese nei Casi occorrenti dalla Nostra Congregazione dell'Immunità, e dall'altra de' Sgravj, e Buon Governo, in quelle parti però, che non sono contrarie, o difformi dal presente Nostro Moto proprio, confermiamo primieramente in favore delle Comunità del Nostro Stato l'appropriazione, & applicazione di tutte, e singole Pene tanto imposte, che da imporsi, per causa di danni dati, dichiarando a quelle sottoposte tutte, e singole persone di qualsivoglia stato, grado, o condizione, tanto Secolari, come Ecclesiastiche, eccettuati solamente i Reverendissimi Cardinali, gli Affidati nelle Dogane del Patrimonio, e gli altri pochi eccettuati nella detta Costituzione di Sisto V., secondo la forma dei loro respettivi Privilegj, dichiarati, e riformati più volte nelle riforme di Urbano VIII., Innocenzo XI., e Innocenzo XII. parimente Nostri Predecessori, ai quali non intendiamo in verun modo di derogare.

I. Confirmat favore Communitatum applicationem pœnarum a Clem. VIII. factam.

§. 5. Affinchè poi si sappia quando la Causa appartenga al Foro Ecclesiastico, e quando al Foro Secolare, vogliamo, & ordiniamo, che quante volte verrà accusata, querelata, o denunziata di danno dato alcuna persona Ecclesiastica, oppur anche un Laico, quale sia vero Famigliare, o Ministro del Vescovo Diocesano, e non semplice Patentato, oppur sia Colono parziario, che viva per la maggior parte dell'anno dei beni e rendite della Mensa Vescovile, o che per altro titolo, e ragione sia, e debba essere esente, secondo la disposizione de' Sacri Canoni, e delle Costituzioni Apostoliche, dalla Giurisdizione del Foro Laicale; la cognizione di tal Causa, tanto in prima, che in ogni altra istanza, privativamente spetti al Foro Ecclesiastico; ancorche gli Animali, colli quali è stato dato danno, sieno di Persona Laica, ed i beni danneggiati parimente appartengano a' Laici.

II. Decernit, quando cognitio causæ spectet ad Forum Ecclesiasticum.

§. 6. All'incontro essendo accusata, querelata, o denunziata di aver dato danno alcuna persona Laica, o anche un Chierico di Ordini Minori, quale, secondo il Concilio di Trento, non goda il privilegio del Foro Ecclesiastico. Se il Danno sarà stato dato sulli beni dei Laici, e cogli Animali parimente dei Laici, la cognizione della Causa dovrà appartenere privativamente tanto in prima, che in ogni altra istanza al Foro, e Giudice Laicale, ancorchè la Persona, come sopra querelata, o denunziata, sia Ministro, oppur Colono di alcuna Chiesa, Luogo Pio, o Persona Ecclesiastica, purchè non sia Colono del Vescovo, e sua Mensa, come si è detto di sopra.

III. Et quando ad Forum Laicale.

§. 7. Ma se la Persona Laica colli proprj Animali, o di altri Laici, avrà dato danno nei beni di alcuna Chiesa, Luogo Pio, o Persona Ecclesiastica, la Causa sarà di Misto Foro, e dovrà in essa procedere quel Giudice o Ecclesiastico, o Laico, che avrà prevenuto. Volendo, e dichiarando, che per tal effetto si attenda primieramente, com'è di ragione, la cattura della Persona; in secondo luogo quella degli Animali, o del Pegno; in terzo luogo la querela, ed accusa del Danneggiato; ed in ultimo la denunzia del pubblico Uffiziale.

IV. Quando verò causa sit mixti Fori, ac locus sit prævention.

§. 8. Qualora poi il danno sarà stato dato da Persona Laica, e nei beni de' Laici, ma però cogli Animali di qualche Chiesa, Luogo Pio, o Persona Ecclesiastica; in tal caso, conciliando con opportuna distinzione le tante opinioni dei Dottori, e forse anche de' Tribunali, se sarà querelato, arrestato, o pignorato il solo Custode, e Pastore Laico, vogliamo, che la Causa appartenga privativamente al

V. De casu damni dati a Laico in Bonis Laicalibus cum animalibus Ecclesiasticorum.

Foro Laicale; se saranno arrestati, ricondotti, o pignorati li soli Animali, vogliamo, che la Causa privativamente spetti al Foro Ecclesiastico; ma se saranno unitamente arrestati, e pignorati il Custode Laico, insieme cogli Animali, o parte di essi, vogliamo, che sia in arbitrio, & elezione di colui, che sarà stato danneggiato, lo esperimentare le sue ragioni o nel Foro Ecclesiastico, o nel Foro Secolare; con che però comparendo avanti il Giudice Laico, debbano da questo immediatamente dimettersi, e rilasciarsi gli Animali degli Ecclesiastici, senza pagamento alcuno nè per il Decreto, nè per il Mandato di rilasso, cosicchè resti solamente la Causa contro il Pastore Laico nel Foro Laicale; & all'incontro comparendo il Danneggiato avanti il Giudice Ecclesiastico, debbano a disposizione di questo ritenersi bensì gli Animali, ovunque siano stati ricondotti da principio; ma però rilasciarsi immediatamente, e senza pagamento alcuno il Pastore Laico, e che la Causa resti nel Foro Ecclesiastico sopra i soli Animali. Volendo, & ordinando, che la prima comparsa del Danneggiato avanti l'uno, o l'altro Giudice, debba servire, e si abbia per sufficiente, e legittima dichiarazione della sua volontà, senza che possa più variare da un Foro all' altro.

VI. Quænam Bona reputentur Ecclesiasticorum, & quæ non.

§. 9. E perchè in avvenire non si abbia più a dubitare quando i beni danneggiati, o gli Animali, che hanno dato danno, sieno, o non sieno di Chiese, Luoghi Pii, o Persone Ecclesiastiche, per lo effetto, del quale si parla; vogliamo perciò, e dichiariamo, che per beni Ecclesiastici debbano intendersi solamente quelli, che si possiedono dalle Chiese, Luoghi Pii, o Persone Ecclesiastiche, non solo quanto al diretto, ma ancora quanto all'utile dominio, e che in oltre si coltivano a spese loro, oppure dai loro Coloni parziarj; e non già quelli, che ad essi spettano per solo titolo di proprietà, e dominio diretto, o che eziandio appartenendo loro quanto all'utile dominio, si ritengono, o si coltivano dai Laici a proprie spese, per contratto di Locazione, o a lungo, o a breve tempo, con pagarne alla Chiesa, Luogo Pio, e Persona Ecclesiastica o l'affitto in denaro, o anche in specie qualunque altra risposta, in fissa, & invariabile quantità; giacchè i Danni ancorchè studiosi, e manuali, non cadono, nè possono cadere se non sopra coloro, ai quali spettano i frutti naturali, o industriali della Terra, e non mai sù i frutti civili, o sopra le risposte certe, & invariabili, e molto meno sopra la proprietà o dominio diretto.

VII. Quænam Animalia Ecclesiasticorum esse censeantur, quæ autem Laicorum.

§. 10. Similmente, e per la stessa ragione ordiniamo, e dichiariamo, che per Animali di Chiese, Luoghi Pii, o Persone Ecclesiastiche si debbano intendere, e reputare solamente quelli, che ad essi appartengono per titolo di Dominio, e di possesso, e che da essi sono stati dati in mano dei Pastori Laici per semplice cura, governo, e custodia; ma non già quelli, che sebben loro appartengono, come sopra, sono però stati da essi trasferiti in mano di Persone Laiche o per contratto di Società, o per altro contratto, in virtù del quale il pericolo di essi Animali, o per tutti, o per una porzione di essi, sarà passato in Persone Laiche, o che saranno stati dati parimenti a' Laici in affitto pecuniario unitamente con gli beni, o anche senza di essi. Imperciocchè, siccome in questi casi vogliamo, che al risarcimento del danno, e al pagamento della pena resti soggetto il solo Laico nella sua persona, porzione, e beni, e che ne sia del tutto esente la Chiesa, Luogo Pio, o Persona Ecclesiastica; così resta ben chiaro, che la Causa deve privativamente spettare al Foro Laicale.

Quando causa spectet ad Gubernatorem loci, vel ad Magistratum.

§. 11. Risolute così le Controversie di pertinenza, che sogliono insorgere tra il Foro Ecclesiastico, ed il Foro Laicale, e sulle quali sono uscite in altri tempi dalle dette due Congregazioni risoluzioni fra di loro diverse, e difformi, resta a decidersi l'altra subalterna, se, appartenendo la Causa al Foro Laicale, debba questa in prima istanza conoscersi dal Governatore, e Giusdicente, oppure dal Magistrato del Luogo. Ove dunque al Magistrato Locale nè in virtù di Statuto, nè in virtù di lunga, ed inveterata consuetudine trovasi attribuito il diritto, e la potestà di conoscere le Cause de' danni dati appartenenti al Foro Secolare, dovranno queste spettare in prima istanza al Governatore, e Giusdicente del Luogo; ma dove trovasi stabilito per Legge municipale, o per lunga consuetudine, quale però sia pacifica, e non minore di anni quaranta, che il Magistrato Locale possa, e debba conoscere le Cause de' danni dati, ordiniamo, e comandiamo, che tali Statuti, e consuetudini debbano intendersi, e si osservino solamente rispetto a quei danni, che si chiamano semplici, cioè dati dagli Animali per loro naturale ferocia, senza ingiuria, e senza colpa nè vera, nè presunta di alcun'uomo. Ma non mai rispetto a quei danni, che si chiamano studiosi, cioè dati dagli Animali, non tanto per loro naturale ferocia, quanto per colpa, e negligenza degli uomini; e molto meno rispetto ai danni manuali, quali propriamente parlando, trascendono il semplice nome di danno, e passano in quello di Furto, o di altro delitto, benchè atteso la parvità della materia, e dell'offesa, non sia per lo più, che un delitto leggiero. Volendo Noi, che questi danni studiosi, e molto più se non sono manuali, appartengano sempre al solo Governatore, e Giusdicente, a cui appartengono le altre Cause Criminali, e non mai al Magistrato Locale; se pur questo per ispecial Privilegio Apostolico, o in virtù di Statuto confermato dalla Santa Sede in forma specifica, e nel quale si esprimano chiaramente anche i danni studiosi, o manuali, non godesse di tal giurisdizione.

Nullus Judex Ecclesiasticus, aut Secularis procedat in casibus de damno dato, nisi intra priores octo dies denunciatum fuerit damnum.

§. 12. Chiunque però debba essere o Ecclesiastico, o Secolare il Giudice, a cui apparterrà, come sopra, di conoscere alcuna Causa di danno dato, dovrà sempre osservare le Regole seguenti. Primieramente dovrà costare al medesimo, che la Parte danneggiata, o per se stessa, o per mezzo de' suoi Ministri, Custodi, o Serventi, dentro il termine *di otto giorni* continui dal giorno, che averà patito alcun danno, ne abbia esposto querela alla presenza di due Testimonj negli atti Criminali; oppure che dentro il tempo, e negli atti medesimi, e similmente alla presenza di due Testimonj, ne sia stata fatta denunzia dal pubblico Uffiziale de' danni dati; altrimenti non sia lecito a verun Giudice, o Magistrato, di molestare, ed inquietare alcuno, ma il danno si abbia per non fatto, oppure s'intenda *ipso jure* rimesso, e condonato, & ogni azione tanto rispetto alla persona danneggiata, quanto rispetto alla Comunità, e suo Affittuario, estinta, & abolita.

Quando, & qua Lege liceat procedere ad capturam Animalium damnum inferentium, aut pignus capere à Custode.

§. 13. Di più a ciascheduno, a cui verrà inferito alcun danno, sarà lecito di arrestare o tutti, o parte degli Animali, che troverà a far danno nel suo, ancorchè sieno di Ecclesiastici; o anche di prender qualche pegno sul Pastore, e custode; purchè l'arresto si faccia, & il pegno si prenda, prima che il Pastore, e

gli

gli Animali sieno usciti dal fondo, ove hanno fatto il danno; e purchè in oltre gli Animali, o pure il pegno sieno da lui senza indugio condotti, e rilasciati in potere del Giudice insieme con la querela del danno. Ma se il Custode, o il Padrone degli Animali, o altro quasivoglia, darà sicurtà idonea di stare a ragione, e di pagare quanto sarà giudicato tanto per il danno, come per la pena, dovrà dal Giudice, sia Ecclesiastico, o sia Secolare, ordinarsi immediatamente il rilascio degli Animali, o la restituzione del pegno, e molto più il rilascio del Pastore, in qualunque tempo questo fosse stato personalmente carcerato.

Data fidejussione, relaxentur Animalia, Pignora, & Personæ.

§. 14. Inoltre tanto il Giudice Ecclesiastico, quanto il Giudice Laico, dentro il termine *di quaranta giorni* continui dal giorno, che sarà stata esposta, come sopra, nella Cancelleria Criminale la querela, o denunzia di danno dato, dovrà aver finita, e decisa la lite, o con Decreto definitivo assolutorio, o colla spedizione del Mandato tanto per il danno, quanto per la pena: e non avendola finita e decisa dentro detto termine, vogliamo, che non possa più ingerirsi nella medesima, e che la Causa nello stato, e termini, ne' quali si troverà, s'intenda *ipso jure* devoluta al Giudice Superiore, e competente, in grado di appellazione, o di ricorso, a titolo e capo di giustizia denegata. Essendo Mente, e Volontà Nostra espressa, che queste Cause per lo più leggierissime, sieno spedite con tutta celerità; e nello stesso tempo, che si tolga l'abuso pur troppo frequente di molestare la gente con riassumere le querele già antiquate per anni, & anni indietro. Per lo che vogliamo ancora & ordiniamo, che tutte le querele, o denunzie di danni dati, che si troveranno esposte, e pendenti nel giorno della pubblicazione di questa nostra Cedola di Moto Proprio, si abbiano per cassate, & estinte, eccettuate solamente quelle, che saranno state date, & esposte dentro lo spazio di tre mesi avanti detta pubblicazione, nelle quali vogliamo, che si possa seguitare a procedere anche per altri quaranta giorni, e non più, come si è detto di sopra.

Causæ intra quadraginta dierum spatium finiantur, aliàs devolvantur ad Judicem Superiorem tamquam ex capite denegatæ justitiæ.

Querelæ, & Causæ actu pendentes, quæ ante tres menses inceptæ fuerunt, & nondum terminatæ, pro extinctis habeantur.

§. 15. Quanto alla maniera di provare il danno sì in genere, che in specie, sua stima, e liquidazione, come pure rispetto alle pene, vogliamo, che si osservino anche dai Giudici Ecclesiastici, e nel Foro Ecclesiastico, gli Statuti, e le Consuetudini di ciascun Luogo. E giacchè in parecchie Diocesi dello Stato Ecclesiastico, i Vescovi, & altri Ordinarj, hanno trascurato di autorizare con loro Editto i suddetti Statuti, e Consuetudini locali, come dovevano fare in esecuzione della Lettera Circolare spedita per ordine del Ven. Innocenzo XI. Nostro Predecessore li 6. Luglio 1680. Perciò volendo Noi onninamente provvedere, che le Communità di detto Nostro Stato, alle quali, come si è detto, sono applicate le pene del danno dato per titolo veramente oneroso, non restino in questo loro provento pregiudicate, e defraudate, e che gli Ecclesiastici espressamente compresi nella Costituzione di Sisto V. non possano impunemente danneggiare i Beni altrui; ordiniamo, e dichiariamo colla Nostra autorità Apostolica, che debbano osservarsi i suddetti Statuti, e Consuetudini locali tanto rispetto alle prove, quanto alle pene, come se in essi fossero espressamente nominati gli Ecclesiastici, e come se fossero fatti, o autorizzati in questa parte con autorità Ecclesiastica.

In probatione, & liquidatione damnorum, ac pœnarum impositione, serventur Statuta, & consuetudines Locorum in utroque Foro.

§. 16. Per la medesima ragione, chiunque parimente sia il Giudice o Ecclesiastico, o Secolare, o di prima, o di ulteriore istanza, non dovrà mai appropriare a se stesso, o alli Ministri, ed Esecutori della sua Curia, le pene de' danni dati; ma dovrà farle pagare intieramente, e senza alcuna diminuzione, ancorche sieno state accresciute per Editti particolari, nelle mani del Depositario della Comunità, oppure dell'Affittuario di esse pene; e solamente potrà esigere per se, suoi Ministri, & Esecutori, gli emolumenti del decreto, e dell'esecuzione, secondo però la Tassa Statutaria, che si osserva nelle Cause Civili, e non già secondo la Tassa, che si osserva nelle Cause Criminali; e purche in oltre sia stato prima rifatto il danno alla Parte danneggiata, e pagata effettivamente la pena nelle mani del Depositario o Affittuario suddetto. Qual pena o Statutaria, o anche accresciuta in virtù di Editti particolari, vogliamo, che da niuno di qualunque autorità, ancorche Cardinali Legati, Vice-Legati, o Presidi di Provincia, Vescovi, e Arcivescovi, e molto meno dai Governatori, o Magistrati Locali possa condonarsi, comporsi, o diminuirsi nè in tutto, nè in parte, neppur col consenso della Comunità. E facendosi altrimenti da alcun Giudice, o Ecclesiastico, o secolare, vogliamo, che oltre la restituzione, e perdita degli emolumenti percetti, incorra *ipso facto*, & anche per la prima contravenzione *nella pena di scudi cinquanta* in favore della Comunità, o suo Affittuario: dando facoltà al Magistrato del Luogo di ritenere, quanto al Governatore, in benefizio della Comunità, o suo Affittuario, la suddetta pena di scudi cinquanta sopra la mestrua provvisione di esso Governatore; e se sarà Giudice Ecclesiastico, d'implorare per tal effetto la mano forte, quando ne faccia bisogno, della Nostra Congregazione del Buon Governo.

Pœnæ exigendæ integre Communitati Loci solvantur.

Quæ Judex pro se, suisque Ministris exigere possit.

Pœnæ condonari, vel imminui nequeant.

§. 17. Per ultimo non intendiamo colla presente di alterare, o mutare in alcuna Causa di danno dato il corso ordinario delle appellazioni, riclamazioni, o ricorsi a i Giudici superiori, e competenti, anzi vogliamo, che quello si osservi ancora in questa, come in ogni altra Causa Criminale, e come fu preservato in detta Costituzione di Sisto V., eccettuate le sole sportule, & emolumenti della Curia, rispetto alli quali si dovranno sempre reputare come Cause Civili, anche in grado di ricorso, e di ulteriore istanza.

Appellationes & Recursus ad eos deferantur, ad quos aliæ criminales causæ in ulterioribus instantiis pertinent.

Quoad sportulas, & emolumenta Curiæ hujusmodi Causæ pro civilibus habeantur.

§. 18. Ma perche in questa parte sono insorte per lo passato, e forse pendono tuttavia alcune controversie di competenza tra la Nostra Congregazione della Consulta, e l'altra de' Sgravj, e Buon Governo; volendo perciò togliere affatto di mezzo ancor queste, decretiamo, e stabiliamo, che non sia lecito in avvenire alla detta Congregazione della Consulta, nè al suo Segretario, neppur di consenso delle Parti, ingerirsi, o intromettersi nè in prima, nè in altra ulteriore istanza, nelle Cause di danni dati, ancorche studiosi, o manuali, se non quando solamente il danno sia talmente qualificato, che passi in nome di altro delitto, e di delitto tale, per il quale nei Bandi generali sia stata imposta la pena della Galera, o della Morte naturale.

Congregatio super Consult. Stat. Eccles. non se ingerat in causis simplicis damni dati.

§. 19. E quanto all'altra Congregazione de' Sgravj, e Buon Governo, e suo Segretario, vogliamo bensì, che le sia lecito nei casi occorrenti di dare quei provvedimenti, che stimerà più opportuni o per gli Affitti del provento del danno dato, o pel riparto della Quota, che deve per esso pagarsi in Camera, quando non vi sia chi voglia prenderlo in Affitto; ed in oltre, che nel caso poc'anzi espresso, che il Giudice del Luogo o Ecclesiastico, o Seco-

Congregatio super Bono Regimine non se ingerat in causis particularibus, nec nisi pro interesse Communitatum, & pro præsentium executione.

Secolare, contro il Nostro divieto, ardisca di appropriarsi le pene, che spettano unicamente alla Comunità, o di farne grazia, o condonarle in tutto, o in parte, o di esigere per se, o suoi Ministri, & Esecutori, gli emolumenti del decreto, o della esecuzione, prima che sia stato risarcito il danno alla Parte danneggiata, & in oltre effettivamente pagata la pena nelle mani del Depositario della Comunità, o dell'Affittuario di tal Provento, possa detta Congregazione *manu Regia, & more Camerali* costringere il Giudice, che avrà contravenuto, alla restituzione di tutto il percetto, ed al pagamento della detta pena di scudi cinquanta per volta in benefizio della Comunità; ma non mai, che possa assumere, neppur di consenso delle Parti, nè in prima, nè in altra ulteriore istanza, la cognizione di alcuna Causa particolare di danno dato, ancorche questa si agitasse in nome della Comunità o suo Affittuario, e molto meno interloquire sopra la pertinenza più tosto ad uno, che ad un'altro Giudice. Dichiarando Noi nullo, & irrito tutto ciò, che si facesse o dall'una, o dall'altra Congregazione contro la forma della presente Nostra Disposizione, per essere così Mente, e Volontà Nostra espressa.

Clausulæ.

§. 20. Volendo, e decretando, che alla presente Nostra Cedola di Moto proprio, benche non esibita, nè registrata in Camera, e ne i suoi libri, non possa mai darsi, nè opporsi di surrezzione, orrezione, nè di alcun'altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri pretesti, quantunque validi, validissimi, e giuridichi, anche di Jus quesito, e pregiudizio del Terzo, possa essere impugnata, moderata, e rivocata, ridotta ad viam juris, o concedersi contro di essa l' aperizione Oris, o altro qualunque rimedio; e che così, e non altrimenti debba sempre, ed in perpetuo giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsisia Giudice, e Tribunale, benche Collegiale, Congregazioni anche de' Reverendissimi Cardinali, Legati a Latere, Vice-Legati, Camerlengo di S. Chiesa, Tesoriere, Rota, Camera, e qualunque altro, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, & interpretare in contrario; Dichiarando Noi sin d'adesso preventivamente nullo, irrito, & invalido tutto ciò, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse di giudicare contro la forma, e disposizione della presente Nostra Cedola di Moto proprio, quale vogliamo, che vaglia, e debba aver sempre, ed in perpetuo il suo pieno effetto, esecuzione e vigore colla semplice nostra sottoscrizione; benchè non vi siano state chiamate, sentite, o citate qualisisieno Persone, ancorche privilegiate, e privilegiatissime, Ecclesiastiche, e Luoghi Pii, che avessero, o pretendessero avere interesse, e che per comprenderle fosse bisogno di special menzione.

Derogatio contrariis.

§. 21. Non ostante la Bolla di Pio IV. Nostro Predecessore *de Registrandis*, la regola della Nostra Cancellaria *de jure quæsito non tollendo*, e non ostanti ancora tutti, e singoli Chirografi, Brevi, Ordinazioni, e Costituzioni Apostoliche Nostre, e de'Nostri Predecessori, Leggi, Statuti, Riforme, Stili, Usi, Consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto e registrato, e supplendo colla pienezza della Nostra Potestà Pontificia ad ogni vizio, e difetto quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire, per questa volta sola, e per la piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nella presente Nostra Cedola di Moto proprio, ampiamente, ed in ogni più valida forma deroghiamo.

Data dal Nostro Palazzo di Monte Cavallo, questo di 10. Gennaro 1751.

BENEDICTUS PAPA XIV.

His itaque per Nos in præinserta Nostri Motus proprii Schedula latè expositis, ac respectivè ordinatis & constitutis, tam Ecclesiasticæ Immunitati, quàm singulorum Judicum Jurisdictioni, ac privatorum simul indemnitati satis consultum esse, & fore confidimus. Ideoque præmissa omnia & singula, ut in eorum, ad quos pertinet, notitiam deducantur, ac plenè & exactissimè perpetuò observentur, solemni forma promulgare volentes, eamdem Schedulam præsentibus Nostris Apostolicis Litteris de verbo ad verbum insertam, omniaque & singula in eadem contenta & expressa, ac per ipsam, ut præfertur, sancita, volita, & ordinata, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, earumdem præsentium tenore, iterum atque iterum confirmamus, & approbamus, illisque perpetuæ & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, & quatenus opus esset, ea omnia & singula, juxta ipsius præinsertæ Schedulæ tenorem & seriem, de novo & ex integro eâdem auctoritate statuimus, volumus, & ordinamus per præsentes, eisdemque vim Legis omninò in singulis respectivè casibus observandæ tribuimus.

Pontifex præmissorum Schedulam promulgat, & confirmat.

Mandamus propterea Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium tam super Status Ecclesiastici gravaminibus levandis & Bono Regimine, quàm super Consultationibus negotiorum ejusdem Status, nec non super Ecclesiastica Immunitate tuenda, institutis Congregationibus; ac etiam Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Ecclesias, & Civitates temporalis Ditionis Nostræ constitutis; Dilectis quoque Filiis eorum Vicariis in spiritualibus Generalibus; aliisque omnibus, & singulis Jusdicentibus, ut ipsi & eorum singuli intra attributæ sibi Jurisdictionis limites respectivè consistentes, alienamque nullatenus turbantes, omnia in præinserta Schedula expressa & contenta, ac in ea, ut præfertur, sancita, volita & ordinata, adamussim observent, & quatenus ad eos pertinet, respectivè faciant ab aliis exactissimè observari.

Præmissorum executionem Judicibus & Tribunalibus demandat.

Decernentes præinsertam Schedulam, præsentesque Litteras, etiam ex eo, quod omnes & singuli supradicti, & alii quicumque in præmissis jus aut interesse habentes, vel habere prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis, seu aliàs specificâ & individuâ mentione, & expressione digni existant, eisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, seu auditi fuerint, aut ex alia quantumvis juridica & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet defectu notari, impugnari, in controversiam revocari, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari posse, sed semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & plenam executionem in singulis casibus obtinere debere.

Præsentium perpetuam firmitatem asserit.

Sicque & non aliter per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, quavis auctoritate & potestate, ac præeminentia fungentes & functuros, præfatasque Congregationes, aliosque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere

Aliter judicari prohibet, & quod secus attentatum fuerit, infirmat.

Lega-

Legatos, Vice-Legatos, & Provinciarum Ditionis Noſtræ præfatæ Præſides, ſublatâ eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

Non obſtantibus omnibus iis, quæ in præinſerta Schedula non obſtare voluimus, nec non quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quorumvis Locorum, & Tribunalium, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, uſibus, ſtylis, aliiſque conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, aut exemptionibus, etiam cum Judicum Conſervatorum deputatione, quibuſlibet Perſonis, aut Locis etiam piis, communiter, ſeu diviſim, in contrarium præmiſſorum quomodolibet forſan conceſſis, ac pluries approbatis, & innovatis; quibus omnibus, modo, forma, & tenore præmiſſis, ad effectum præſentium, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ampliſſimè & pleniſſimè, ac ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Transſumptis fidem tribuit.

Volumus autem, atque decernimus, quod earundem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ iiſdem præſentibus adhiberetur, ſi originaliter exhibitæ forent, vel oſtenſæ.

Sanctio.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Noſtræ confirmationis, approbationis, roboris adjectionis, ſtatuti, ordinationis, mandati, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. 25. Januarii 1751. Anno XI.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCL., octavo Kalendas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Undecimo.

D. Card. Paſſioneus.

J. Datarius.

VISA De Curia.

J. C. Boſchi.

J. B. Eugenius.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 3. Februarii 1751.

XL.

Jejunium Vigiliæ S. Mathiæ Apoſtoli Anno 1751. occurrentis ultima die carniſprivii, transferri poſſe permittitur in Sabbatum Sexageſimæ.

Epiſtola Encyclica ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos per Ditionem Pontificiam conſtitutos.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Confirmantur ſtatuta ante triennium edita adverſus abuſus tempore Bacchanalium admitti ſolitos.

PRODIIT jamdudum ſub Dat. Kalendis Januarii Anni 1748. Epiſtola Noſtra Encyclica ad omnes Archiepiſcopos, & Epiſcopos Pontificiæ temporalis Ditionis Noſtræ conſcripta, ut tribus graviſſimis abſurdis, quæ Bacchanaliorum tempore communiter accidere dignoſcebantur, opportuno remedio occurremus. Horum primum erat, quod poſtrema nocte eorumdem Bacchanaliorum, choreæ, vigiliæ, ludi eo uſque protrahebantur, ut initium ſequentis diei, qui ſanctæ Quadrageſimæ primus eſt, in illis abſumeretur; adeò ut non paucos ab hujuſmodi ludis, vigiliis, ſaltationibus diſcedentes cernere eſſet, de tracta quidem ab ore larva, ſed tamen iiſdem veſtibus, quibus perſonati diſcurrerant, indutos, recta ad Eccleſias proficiſci, ibique Divinis Myſteriis intereſſe, & ſacros Cineres de more accipere; inde verò domum ſe referentes, totum plerumque mane primi Quadrageſimæ diei dormiendo tranſigere. Alterum erat, quod in aliquibus temporalis Pontificiæ Ditionis locis ſextis etiam feriis, atque iis quoque diebus, qui de præcepto Feſti ſunt, larvâ uti, & perſonatos homines vagari permitteretur. Tertium, quod in aliquot ſimiliter prædictæ Ditionis Noſtræ locis, diebus Feſtis, tam de mane, quàm pomeridianis horis, quibus Veſpertina in Eccleſiis Officia celebrantur, & Chriſtiana Catecheſis habetur, Circulatoribus, aliiſque id genus ſcurris copia fieret, ut

XL.

Il Digiuno della Vigilia di S. Mattia Apoſtolo, che in queſt'Anno 1751. cade nell'ultimo giorno del Carnevale, ſi permette poterſi trasferire nel Sabbato della Seſſageſima.

Lettera Circolare agli Arcivеſcovi e Veſcovi dello Stato temporale Pontificio.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Si confermano gli ordini tre anni prima emanati contro gli abuſi ſoliti a commetterſi in tempo del Carnevale.

SOTTO il giorno primo di Gennajo *del* 1748. ſpedimmo una Lettera Circolare a tutti gli Arcivеſcovi, e Veſcovi del noſtro Stato temporale Pontificio, per porre il dovuto riparo a tre graviſſimi inconvenienti, che pur troppo ſuccedevano nel tempo del Carnevale. Il primo era quello, che nell'ultima notte di Carnevale tanto s'inoltravano le veglie, i balli, ed i giuochi, che s'intaccava il principio del primo giorno di Quareſima; in tal maniera che ſuccedeva alle volte il vedere, che dal ballo, dal giuoco, e dalla veglia, partendo le perſone, andavano a dirittura, benche ſenza maſchera al volto, con gli abiti però, co'quali ſi erano maſcherati, alla Chieſa per ſentir la Meſſa, e prendere le Ceneri, portandoſi dipoi a caſa, e dormendo nel proprio letto per lo meno tutta la mattina del primo dì di Quareſima. Il ſecondo inconveniente era, che in alcuni luoghi dello Stato temporale Pontificio permettevaſi l'uſo della maſchera anche ne' giorni di Venerdì, e negli altri Feſtivi di precetto. Il terzo inconveniente era, che in alcuni luoghi dello ſteſſo Stato, ed anche ne' dopo pranzi nel tempo de'Veſpri e della Dottrina Criſtiana, permettevaſi ai Saltimbanchi il fare il loro meſtiere nelle piazze e pubbliche contrade. Dammo i dovuti ripari ai predetti ſcandali nell'accennata Lettera, che è *la* 45. *nel tomo* 2. *del noſtro Bollario*; e quanto in eſſa fu ordinato,

in publicis plateis, & compitis ludicrum Populo spectaculum exhiberent. Pravis hisce consuetudinibus, & corruptelis cum in supradicta Epistola, quæ *in hujus Bullarii tomo 18. impressa est nu. XLVII.*, opportuna a Nobis remedia adhibita, & præscripta sint; non modò quidquid in eadem statuitur, ac decernitur, plenè in præsentia confirmamus, sed Dilectis Filiis Nostris S.R.E. Cardinalibus Legatis, nec non Gubernatoribus in Ecclesiastico Dominio existentibus, ac singulis, quoad propriam Diœcesim, Episcopis, ut exactè eadem observari curent, enixè studiosèque mandamus.

Causa præsentis Epistolæ conscribendæ.

§. 1. At præter hanc, alia accedit causa, cur alteras hasce Encyclicas Litteras Fraternitatibus Vestris conscribendas putaverimus; eaque ad vertentem annum 1751. refertur, quo nempe in postremam Bacchanaliorum diem incidit Vigilia cum jejunio S. Mathiæ Apostoli. Qua de re, ut singulis Ditionis Nostræ Præsulibus, quid actum fuerit, innotescat, quæ hic sequuntur, duximus exponenda.

Plures Episcopi ad Pontificem recurrunt, proponentes hoc anno translationem Jejunii Vigiliæ S. Mathiæ.

§. 2. Præsens hic annus 1751. nondum inierat, quum ex variis partibus tam ab Italia remotis, quàm etiam deinde ex locis, quæ intra Italiam sunt, redditæ Nobis fuerunt Litteræ variorum Episcoporum, ac Prælatorum, qui advertentes, hoc anno Vigiliam cum jejunio Sancti Mathiæ in postremum Bacchanaliorum diem incidere, Nobisque demonstrantes, nullo pacto evitari posse, quin hujusmodi jejunii scandalosæ violationes, & publicæ, & fortasse etiam communes futuræ essent, cum satis superque notum sit, nullum Bacchanali licentiæ, novissimo præsertim die, ac sequenti nocte, frænum esse; hanc agendi rationem proponebant, ut hoc anno translatio fieret Vigiliæ Sancti Mathiæ, eaque in diem Sabbati præcedentem, qui hebdomadæ Sexagesimæ novissimus est, retraheretur. Hanc autem a se propositam rationem quorumdam Auctorum opinione fulciebant, qui docent, esse hanc Episcopo in propria Diœcesi facultatem, ut gravi ac legitima causa interveniente, tum jejunia, tum Festa de præcepto sua Ordinaria auctoritate ex uno ad alium diem transferat; & specialiter cum Vigilia Sancti Mathiæ in postremum Bacchanaliorum diem incidat, ad evitanda scandala, quæ ex publica violatione jejunii de præcepto oritura forent, licitum esse ipsis, prædicta sua Ordinaria auctoritate, eandem Vigiliam ad præcedentem diem Sabbati transferre.

Pontifex agnoscit, non leves esse recursuum causas.

§. 3. Propositas hujusmodi instantias negligere, aut dissimulare minimè Nobis conveniens esse existimavimus, neque permittendum duximus, ut res libero cursu procederent, absque eo quod illarum moderamini aliquo modo prospiceretur; cum Nobis, pro iis, quæ Bacchanalium tempore licenter nimis, atque intemperanter fieri compertum habemus, plenè persuasum sit, si res, in quo statu sunt, relinquantur, nec aliqua opportuna pro iis ratio excogitetur, non modò præscriptum in Vigilia Sancti Mathiæ jejunium neglectum iri, quod publicè etiam fortasse eveniet; verùm, cum delinquentibus pœna infligenda erit, non nisi paucos infimæ, ac miseræ conditionis homines eamdem laturos, immunibus interim iis, qui opibus potentes sunt, vel quia non deerit ratio efficiendi, ut ea, quæ ab ipsis admissa fuerint, ad eorum, qui præsunt, aures minimè deferantur; vel etiam quia, licèt illorum delicti notitia ad eos pervenerit, ea, quæ prudentia carnis est, hos admonere non prætermittet, minimè conveniens esse hujusmodi de causis cum Magnatibus sæculi in contentionem venire,

viene anche oggi da Noi pienamente confermato, inculcandone l'osservanza ai Cardinali Legati, ai Governatori dello Stato, ed a ciaschedun Vescovo nella sua Diocesi.

Si adduce il motivo, per cui vien scritta la presente Lettera.

§. 1. Questo però non è il solo motivo, per cui abbiamo creduto dover da Noi spedirsi la presente nostra Lettera Circolare. Se ne aggiunge un' altro, che risguarda l'anno corrente, cioè il Carnevale di quest'anno 1751. nel di cui ultimo giorno cade la Vigilia col digiuno di S. Mattia Apostolo; ed acciò ciascheduno de' Vescovi del nostro Stato resti pienamente informato, soggiungeremo quanto in appresso, informando di quanto è seguito in questo proposito.

Ricorso di alcuni Vescovi al Pontefice per la traslazione in quest'anno del digiuno per la Vigilia di San Mattia.

§. 2. Prima che incominciasse l'anno corrente 1751. da varie parti, anche remote dall'Italia, e dipoi anche dall'Italia ci sono arrivate Lettere di varj Vescovi, e Prelati, che considerando cadere in questo anno la Vigilia di S. Mattia col digiuno nell'ultimo dì del Carnevale, dopo averci esposto, che sarebbero stati inevitabili, ed anche pubblici, e forse ancora comuni gli scandali della violazione del digiuno, sapendosi pur troppo, non avere la baldanza carnevalesca verun ritegno, particolarmente nell'ultimo giorno, e nella notte dell' ultimo giorno del Carnevale; proponevano il seguente temperamento, di trasportare in quest' anno la Vigilia di San Mattia, anticipandola nel Sabbato precedente, ultimo giorno della settimana di Sessagesima; appoggiando questo loro temperamento all'opinione di alcuni Autori, che insegnano, potere il Vescovo colla sua Ordinaria autorità nella sua Diocesi, concorrendovi una grave e legittima causa, trasportare da un giorno all'altro i digiuni, ed anche le Feste di precetto, ed individualmente potere colla stessa sua autorità Ordinaria, pel timore di scandali, e della pubblica violazione del precetto del digiuno, cadendo la Vigilia di S. Mattia nell'ultimo dì del Carnevale, trasportarla al Sabbato precedente.

Il Pontefice ravvisa essere di momento le cagioni di tal ricorso.

§. 3. Non credemmo di dover trascurare la sopradetta istanza, o di darcene per non inteśi, lasciando all'acqua libero il corso, senza mettervi riparo; essendo Noi, per la notizia, che abbiamo delle intemperanze carnevalesche, pienamente persuasi, che lasciando le cose come sono, e non pensando a qualche temperamento, il digiuno ingiunto nella Vigilia di S. Mattia sarà negletto, e forse anche publicamente; e che, volendosi gastigare i delinquenti, non caderà il gastigo, che sopra alcuni pochi miserabili, restandone immuni le persone potenti, o perchè vi sarà modo di fare, che le loro mancanze non arrivino alle orecchie de' Superiori, o perchè anche giugnendo i fatti alla loro notizia, non lascierà la prudenza della carne di suggerir loro, che non comple per simili cose prendere impegno, e guastare la buona corrispondenza, tanto necessaria pel buon governo, con le persone potenti del secolo. E però rispondemmo, come in appresso:

venire, eamque concordiam dirimere, quæ pro bono rerum regimine tantopere necessaria est. Quamobrem hac, quam subjicimus, ratione responsum a Nobis fuit:

Probabilitas violationis jejunii.

§. 4. Primò, non inanem, sed probabilem esse timorem, quo, cum hoc anno jejunium cum Vigilia Sancti Mathiæ in ultimum Bacchanaliorum diem incidat, futurum dubitabatur, ut idem jejunium neglectui haberetur.

§. 4. Primo, non essere timor panico, ma ben fondato, che, cadendo in quest'anno il digiuno colla Vigilia di S. Mattia nell'ultimo dì del Carnevale, sarà dispregiato, e negletto.

Probabilità della violazione del digiuno.

Jejuniorum translationes fiunt, propter occurrentes majores solemnitates.

§. 5. Secundò autem, non inusitatum, aut novum esse, quod, ubi legitima aliqua causa intercedat, Vigiliæ seu jejunii ad aliquam præcedentem diem translatio fiat. Hujus rei exemplum habetur in Vigilia Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ, quæ Vigilia, quoties in Feriam quintam incidat, qua solemnitas Corporis Christi celebratur, jejunium in præcedentem Feriam quartam anticipatur, secundum Constitutionem : *Cum evenire*, quæ Pontificis Urbani VIII. 232. est, quin tamen in eadem Feria quarta ulla aut in Officio, aut in Missa, Vigiliæ mentio fiat, juxta Decretum Congregationis Sacrorum Rituum, quod a sanctæ memoriæ Clemente XI. approbatum fuit, & quod in ejusdem Bullario inter prædictæ Congregationis Decreta nonum numeratur. Idem etiam fieri videmus in solemni festo illius Sancti, qui cujuslibet Civitatis, aut Diœcesis Patronus principalis habetur. Etenim, si in hujusmodi festum diem jejunium aliquod inciderit, illud ad præcedentem diem transfertur, quemadmodum appositè a Cardinali Cajetano animadvertitur *in sua Summa, in verb. Jejunium. Quo ad tertium* §. *De rationabili*, & sicut etiam Sanchez *lib. 5. Consilior. cap. 1. dub. 5. num. 27.*, ac Leander *Oper. Moral. part. 3. tract. 5. disput. 10. quæst. 39.*, aliorum, qui concordi sententia sunt, auctoritatem adducentes, prosequuntur.

§. 5. Secondo, non essere cosa nuova, che, concorrendo una legittima causa, si trasportino la Vigilia, ed il digiuno a qualche altro giorno antecedente. Ciò si vede nella Vigilia della festa di S. Giovanni Battista, qual Vigilia cadendo nel Giovedì del Corpus Domini, il digiuno si anticipa nel Mercoledì precedente, giusta la Costituzione : *Cum evenire, la 232.* del Pontefice Urbano VIII., senza che nel detto Mercoledì si faccia veruna menzione della Vigilia nell'Officio, o nella Messa, giusta il Decreto della Congregazione de' Riti, approvato dalla santa memoria di Clemente XI., che è il 9. nel suo Bollario fra i Decreti della detta Congregazione. Ciò pure si vede nella festa solenne di qualche Santo principale Protettore della Città, e Diocesi; imperocchè, se nel dì della festa cade qualche digiuno, questo si trasporta al giorno precedente, come ben' osserva il Cardinal Gaetano *nella sua Somma in verb. Jejunium. Quo ad tertium §. De rationabili*, e vanno proseguendo, coll' allegare altri concordanti, il Sanchez *lib. 5. Consilior. cap. 1. dub. 5. num. 27.*, ed il Leandro *Oper. Moral. part. 3. tract. 5. disput. 10. quæst. 39.*

Le traslazioni de' digiuni soglion farsi per le occorrenti solennità maggiori.

Cur transferatur jejunium a die Dominico in Sabbatum præcedens.

§. 6. Ille a Nobis casus planè omissus est, quo, cum in secundam feriam incidat solemne aliquod festum, quod Vigiliam cum jejunio habeat, jejunium ad præcedens Sabbatum transfertur, secundum Textum Decretalis *in cap. Ex parte, de observantia jejuniorum*; cum notum Nobis sit, Ecclesiam Catholicam gravioribus, atque altioribus de causis jejunium die Dominico fidelibus interdixisse; ad refellendam videlicet, coarguendamque hæresim Manichæorum, qui propter infensum animum, quem adversus Christi veram Resurrectionem habebant, in ipsius contemptum die Dominico jejunabant, quemadmodum a Sylvio *in 2. 2. D. Thomæ quæst. 147. art. 5. quæst. 8.* appositè animadvertitur.

§. 6. Non parlammo del caso, in cui cadendo qualche festa solenne nel Lunedì, ed avendo questa Festa Vigilia e digiuno, si trasporta il digiuno al Sabbato precedente, secondo il Testo della Decretale *nel cap. Ex parte, de observantia jejuniorum*; sapendo Noi, che per altri superiori motivi, e per confondere l' eresia de' Manichei, che inimici della vera Risurrezione di Cristo, in dispregio d' essa digiunavano la Domenica, fu dalla Chiesa Cattolica proibito ai suoi seguaci il digiuno nella Domenica, come ben osserva il Silvio *in 2. 2. D. Thomæ quæst. 147. artic. 5. quæst. 8.*

Perchè si trasporti il digiuno della Domenica nel Sabbato precedente.

Jejuniorum probabiles, & publicas violationes per opportunam translationem præcavere, æquum videtur.

§. 7. Verùm aliorum prædictorum casuum rationem habentes, illud tertio loco reputavimus, quod, si jejunium ea de causa anticipabatur, ut dies festus, exclusa jejunii mœstitia, congrua animorum exultatione celebraretur, multò potiori ratione anticipari jejunium poterat, ne idem magno cum scandalo publicæ, ac penè communi irreverentiæ exponeretur; eò magis quod, si rem ipsam penitus introspiciamus, non incongruum dici videretur, inter præfatos casus, ac nostrum, eamdem quasi rationem intercedere, cum fortasse in ipsis jejunium non minùs ad excludendam mœstitiam anticipetur, quàm propter timorem, ne in die publicæ lætitiæ ipsius jejunii observantia negligatur.

§. 7. Ma considerando gli altri sopradetti casi, riflettemmo in terzo luogo, che, se si anticipava il digiuno per far solennizzare la festa con una proporzionata allegrezza, esclusa la mestizia del digiuno; con molto maggior ragione potevasi anticipare il digiuno, per non esporlo al pericolo d' una scandalosa, pubblica, e quasi comune irriverenza; tanto più che, entrando nelle viscere dell' affare, non dovrebbe apparire irragionevole il dire, che quasi corre la stessa ragione fra i predetti casi, ed il nostro; anticipandosi forse anche in essi il digiuno, non meno per escludere la mestizia dalla solennità, che pel timore, che il detto digiuno non si osservi in un giorno di pubblica allegrezza.

Sembra conveniente di ovviare, mediante una opportuna traslazione, alle probabili, e pubbliche violazioni de' digiuni.

Aliqui putant id ad Episcopis fieri posse auctoritate Ordinaria.

§. 8. Propositis tribus considerationis capitibus quartum cùm succederet, ut nimirum videretur, num, cùm Sancti Mathiæ jejunium in Sabbatum Sexagesimæ anticipari vellet, fieri id ab Episcopis in propriis Diœcesibus posset, non requisitâ Pontificiâ Nostrâ auctoritate, sed eorum Ordinariæ dumtaxat potestatis jure,

§. 8. Ai tre divisati punti succedendo il quarto, che consisteva nel vedere, se dovendosi anticipare il digiuno di S. Mattia nel Sabbato di Sessagesima, ciò possa farsi da' Vescovi nella loro Diocesi colla loro autorità Ordinaria, senza verun bisogno della nostra Pontificia, riflettemmo, esser due le opinioni degli

Stimano alcuni poter ciò farsi da' Vescovi con autorità Ordinaria.

Qua de re duas esse Auctorum opiniones animadvertimus. Earum altera Ordinariæ Episcopi in propria Diœcesi Auctoritati facultatem omnem attribuit, dummodo gravis, ac legitima causa concurrat, cujusmodi esse arbitrantur evidens periculum publicæ jejunii violationis, quæ ultimo Bacchanaliorum die sanè eveniret, si tali die jejunandum foret. Hujus sententiæ sunt, Gobat *in sua Theologia Sacramentali tract. 5. cas. 3. sect. 2. in Appendice num. 111. & seq.* La Croix *in tom. 1. lib. 3. part. 2. num. 1273.* qui etiam *tom. 2. lib. 6. num. 2083.* idipsum rursus confirmat, & subdit, quod etiamsi anno 1694. a Congregatione Sacrorum Rituum decretum fuerit, jejunium in ultimum Bacchanaliorum Sabbatum minimè esse anticipandum, quoties Vigilia Sancti Mathiæ in eorumdem Bacchanaliorum postremum diem incidit, ut videre est in Decreto 92. in Bullario Innocentii XII. inserto, & relato a Salmanticensibus *in eorum Cursu Morali tom. 6. tract. 23. cap. 2. punct. 5. nu. 93.* huic tamen præscripto tunc esse locus debeat, cùm Episcopus jejunii anticipationem animarum saluti minimè expedientem existimet; nunquam verò cùm justæ eidem causæ sunt, ut illud anticipari jubeat.

Autori. Una dà tutto all' autorità Ordinaria del Vescovo nella sua Diocesi, purchè vi concorra una grave, e legittima causa, valutando per grave e legittima causa, l' evidente pericolo della violazione del digiuno, che succederebbe pur troppo nell'ultimo dì del Carnevale, se in esso si dovesse digiunare. Questo è il sentimento del Gobat *nella sua Teologia Sacramentale tract. 5. cas. 3. Sect. 2. in appendice num. 111. & seq.* De la Croix *nel tom. 1. lib. 3. part. 2. num. 1273.*, il che ripete *nel tom. 2. al lib. 6. num. 2083.* ove soggiugne, che quantunque nel 1694. fosse decretato dalla Congregazione de' Riti, non doversi anticipare il digiuno nell' ultimo Sabbato del Carnevale, quando cade Vigilia di S. Mattia nell'ultimo giorno del detto Carnevale, (come può vedersi nel Decreto 92. inserito nel Bollario d' Innocenzo XII.) qual Decreto viene anche *per extensum* riferito dai Salmanticensi *nel loro Corso Morale tom. 5. tract. 23. cap. 2. punct. 5. num. 93.* ciò però debba aver luogo, quando il Vescovo non crede espediente al bene dell' anime l' anticipare il digiuno, ma non mai quando ha giusti motivi per farlo anticipare.

Alii existimant id ipsis non licere auctoritate Apostolica.

§. 9. Altera autem sententia, quæ anticipationi jejunii contraria est, non eam Episcopo potestatem esse contendit, ut in sua Diœcesi eamdem statuere valeat, etiam si Vigilia Sancti Mathiæ in eum incidat diem, qui Bacchanaliorum postremus est. Ita magna vi contendunt Theophilus Raynaudus *Heteroclit. Spiritual. tom. 15. pag. 273. num. 34.* Meratus *ad Gavantum tom. 2. part. 1. sect. 7. cap. 4. sub num. 23. §. Si Vigilia*, Cavalerius *ad Decreta Congregationis Sacrorum Rituum part. 2. tom. 1. pag. 134. & seq.*, Diana *in Edit. coord. tom. 3. tract. 3. quæst. 88. num. 3.*, Leander *part. 3. disput. 10. quæst. 42.*, Monacellus *in Formul. Legal. part. 2. tit. 16. formul. 4. numer. 12.*, Ferraris *in Bibliotheca Canonica tom. 4. in verb. Jejunium num. 26.*

§. 9. L' altra poi contraria all' anticipazione del digiuno, sostiene, non poter il Vescovo nella sua Diocesi ordinarla, ancorchè la Vigilia di S. Mattia cada nell' ultimo giorno del Carnevale. Così con molta energia scrivono Teofilo Raynaudo *Heteroclit. Spiritual. tom. 15. pag. 273. num. 34.* il Merati *ad Gavantum tom. 2. part. 1. sect. 7. cap. 4. sub num. 23. §. Si Vigilia*, il Cavalerio *ad Decreta Congregationis Sacrorum Rituum part. 2. tom. 1. pag. 134. & seq.*, il Diana *in Edit. coord. tom. 3. tract. 3. quæst. 88. num. 3.*, il Leandro *part. 3. tract. 5. disput. 10. quæst. 42.*, il Monacello *in Formula Legal. part. 2. tit. 16. formula 4. num. 12.*, il Ferraris *nella Biblioteca Canonica tom. 4. in verb. Jejunium num. 26.*

Altri reputano non esser loro lecito senza l' autorità Apostolica.

Quod extra dubium est in casu de quo agitur; ob resistentiam Juris communis Ecclesiastici.

§. 10. Posteriorem hanc opinionem, non communiorem modò, sed & rationi magis consentaneam, ac meliori fundamento innixam esse, dubitandum profectò non est. Quidquid enim sit de rationibus, quæ a præfatis Auctoribus ad suam confirmandam assertionem afferuntur, quibus sanè adæquatum responsum dare haud difficile esset; si Vigilia cum jejunio pro Festo Sancti Mathiæ ab Innocentio III. de præcepto constituta fuit *in cap. Ex parte, de Observantia Jejuniorum*, ubi nimirum ab eo Pontifice sopita fuit controversia, quam quidam excitaverant, qui neque Vigiliam, neque Jejunium in honorem Sancti Mathiæ observandum esse contendebant, propterea quòd licèt ipse fuerit Apostolus, non tamen directè per Christi vocem vocatus sit; si ante Innocentium III. Pontifex Alexander III. interrogatus ab illis, qui jam tunc Vigiliam cum jejunio pro Sancti Mathiæ Festo observabant, quænam per annum Bisextilem adhibenda regula foret, respondit Vigiliam semper eo die, qui Festum præcedit, celebrari debere, eo casu excepto, quo eadem in diem Dominicum incideret: *Festum Beati Mathiæ juxtà consuetudinem Ecclesiarum, Vigilia eatenus præcedat, ut nec pro bissexto, nec quolibet alio modo, inter se, & Solemnitatem, aliam diem admittat; in qua utique, nisi Vigilia venerit in Dominica die, jejunium celebretur*: ut legitur *in cap. Quæsivit §. Festum, de Verborum significatione*, quæ Alexandri Decretalis tum in Appendice ad Concilium Tertium Lateranense *cap. 22. pag. 1718. tom. 10. Conciliorum* Collectio-

§. 10. Non può negarsi, che questa seconda opinione non sia la più comune, ed anche la più ragionevole, e meglio fondata; imperocchè, ciocchè fiasi delle ragioni portate dai predetti Autori per confermare il loro assunto, alle quali non sarebbe molto difficile il rispondere adeguatamente, se la Vigilia col digiuno per la Festa di S. Mattia fu con precetto ordinata da Innocenzo III. *nel cap. Ex parte, de Observantia Jejuniorum*, ove sopì la controversia insorta, e mossa da taluni, che volevano, non doversi fare la Vigilia, nè digiunare in onore di S. Mattia, per la ragione che, quantunque fosse stato Apostolo, non era però stato chiamato a dirittura dalla voce di Cristo; se prima d' Innocenzo III. il Pontefice Alessandro III. interrogato da quelli, che anche in quel tempo osservavano la Vigilia col digiuno per la Festa di S. Mattia, come dovevano regolarsi nell' anno Bissestile, rispose, dover mai sempre la Vigilia celebrarsi nel giorno precedente alla Festa, eccettuato il caso, in cui cadesse nel giorno di Domenica: *Festum Beati Mathiæ, juxtà consuetudinem Ecclesiarum, Vigilia eatenus præcedat, ut nec pro bissexto, nec quolibet alio modo, inter se, & solemnitatem, aliam diem admittat; in qua utique, nisi Vigilia venerit in Dominica die, Jejunium celebretur*: come si legge *nel cap. Quæsivit §. Festum, de Verborum significatione*, Decretale dello stesso Pontefice riferita ancora nell' Appendice al Concilio terzo Lateranense *cap. 22. pag. 1718. tom. 10. de' Concilj* della Collezione Labbeana, e altresì appresso il Martene

Il che è fuori di dubbio nel caso, di cui si tratta, per l'opposizione del Jus commune Ecclesiastico.

nis Labbeanæ, tum apud Martene *de Antiquis Ecclesiæ Ritibus tom. 3. lib. 4. cap. 31. num. 23.* refertur; facili negotio intelligitur Auctoritatem Ordinariam minimè posse Vigiliam Sancti Mathiæ, etiamsi in ultimum Bacchanaliorum diem incidat, ad præcedens Sabbatum transferre; cùm Ordinariæ Auctoritati nulla sit potestas derogandi, aut dispensandi in iis, quæ a Romanis Pontificibus, atque à Jure Canonico decreta sunt, quemadmodum a Nobis in Tractatu Nostro *de Synodo Diœcesana lib. 7. cap. 30.* demonstratum est.

de Antiquis Ecclesiæ Ritibus tom. 3. lib. 4. cap. 31. num. 23.; Non vi vuol molto a comprendere, non potere l'autorità Ordinaria trasportare al Sabbato precedente la Vigilia di S. Mattia, ancorchè cada nell'ultimo giorno del Carnevale; non potendo l'autorità Ordinaria o derogare, o dispensare nelle cose stabilite da'Romani Pontefici, e dal Diritto Canonico, come si è da Noi dimostrato nel nostro Trattato *de Synodo Diœcesana al lib. 7. cap. 30.*

Pontifex Episcopis petentibus concedit facultatem transferendi hoc anno jejunium Vigiliæ S Mathiæ in Sabbatum Sexagesimæ.

§. 11. Sic itaque a Nobis responsum fuit Episcopis, ac Prælatis, a quibus rogati fuimus, num ipsi Vigiliam Sancti Mathiæ ad præcedens Sabbatum transferre possent; quibus tamen adjunximus, quod quum Pontificia Auctoritas Nostra eo pertingat, quò Ordinaria eorum Auctoritas pervenire nequit, Nos eisdem libenter licentiam & facultatem impertiebamur, ad hoc ut hoc anno Vigiliam cum jejunio Sancti Mathiæ anticipare possent, eandemque in Sabbato Sexagesimæ celebrandam statuere; & sic illam ab ea die, quæ Sancti Mathiæ Festum immediatè præcedit, pro hac vice disjungere; cùm satis superque persuasum Nobis sit, si eadem in ultimo Bacchanaliorum die celebrari deberet, Ecclesiastici præcepti transgressionem penè inevitabilem fore. Præterquamquod penitus perspectum habemus, quantum Nobis onus incumbat, ut omnem Fratribus Nostris operam, atque adjutricem manum præstemus ad procul arcendas ab eorum Diœcesibus Dei offensiones.

§. 11. Così abbiamo risposto ai Vescovi, e Prelati, che ci hanno richiesto, se potevano trasportare la Vigilia di S. Mattia al Sabbato precedente: senza però lasciare d'insinuare loro, che arrivando la nostra autorità Pontificia a quel segno, a cui non arriva la di loro autorità Ordinaria, ben volentieri davamo loro la licenza di potere in quest'anno anticipare la Vigilia di S. Mattia col digiuno, facendola celebrare nel Sabbato di Sessagesima, e così staccandola per questa volta dal giorno immediato precedente alla Festa di S. Mattia; essendo pur troppo persuasi, che dovendosi fare nell'ultimo giorno del Carnevale, sarebbe quasi inevitabile la trasgressione del Precetto Ecclesiastico, ed essendo anche convinti dell'obbligo, che abbiamo, di dare tutto l'ajuto, e la mano ai nostri Fratelli, acciò tengano lontane dalle loro Diocesi le offese di Dio.

Il Pontefice concede la facoltà a' Vescovi, che ne hanno fatta istanza, di trasferire in quest'anno il digiuno della Vigilia di S. Mattia nel Sabbato della Sessagesima.

Alia disciplinæ capita, ad tollendas trangressionum & peccatorum occasiones, immutata.

§. 12. Notum unicuique est, ab Apostolorum usque temporibus in more fuisse, ut in Ecclesiis honesta illa convivia haberentur, quæ Agapæ dicebantur, quæque a Tertulliano *in suo Apologetico capit. 39.* tam bellè describuntur. Notum pariter est, illos, qui ab iis frequentandis se abstinebant, a Communione Fidelium segregari consuevisse. Quam etiam ob causam hæreticorum Eustathianorum agendi ratio in Synodo Gangrensi *Can. 11.* damnata fuit. Notum tandem etiam est, propter abusus, quos in Agapis exoriri animadversum fuit, easdem tum a Concilio Laodiceno *Can. 28.*, tum a Concilio III. Carthaginiensi *Can. 30.* interdictas fuisse. Quisquis prædictam Ecclesiasticæ disciplinæ rationem ac methodum eâ, qua par est, attentione secum reputando, animadvertet, eandem minimè dubitasse antiquam Apostolicam consuetudinem, propter ea, quæ incommoda, & absurda eveniebant, omninò abrogare, non erit, cur quidquam mirari debeat, si ad eos præcavendos abusus, qui nulla ratione evitari possent, non ad perpetuum quidem tempus, sed pro unica tantùm vice, in die jejunii variatio fiat, remanente tamen obligatione, ut idem jejunium in subrogata die adimpleatur. Aliis profectò, atque aliis compluribus uti potuissemus exemplis graviorum etiam derogationum circa Ecclesiastica præcepta inductarum, aut concessarum, quæ in Ecclesiæ Annalibus occurrunt: verùm illud de Agapis, tamquàm convenientius & huic proposito conjunctius selegimus, quoniam in eo, non secus ac in nostro casu, de præcavendis gulæ excessibus agebatur.

§. 12. E noto a ciascuno, che fino da' tempi Apostolici nelle Chiese si facevano quegli onesti conviti, chiamati *Agape*, così ben descritti da Tertulliano *nel suo Apologetico al cap. 39.* E noto altresì, che segregavansi dalla communione de' Fedeli quelli, che si astenevano dal frequentarli; pel qual motivo fu anche detestata la condotta degli Eretici Eustaziani nel Sinodo Gangrense *al Can. 11.* Ed è noto finalmente, che per gli disordini, che s'incominciarono a scorgere nelle Agape, furono le stesse proibite dal Concilio Laodiceno *al Can. 28.* e dal Concilio terzo Cartaginese *al Can. 30.* Chiunque rifletterà colla dovuta attenzione alla sopradetta condotta dell'Ecclesiastica disciplina, che pe' disordini seguiti, non ha avuto difficoltà di levare per sempre un' antica Apostolica usanza, non dovrà punto maravigliarsi, se, in vista d'irreparabili disordini, non per sempre, ma per una volta sola, si varia il giorno del digiuno, restando però l'obbligo di doverlo adempire nel giorno surrogato. Ci saremmo potuti prevalere di molti, e molti altri esempj di deroghe ancora più forti ai precetti Ecclesiastici, che s'incontrano negli Annali della Chiesa; ma abbiamo prescelto quello delle Agape, come più prossimo, ed adeguato al caso nostro, giacchè in quello, ed in questo si tratta del vizio della gola.

Alcuni capi di disciplina vengono mutati per togliere le occasioni de' peccati, e trasgressioni.

Ecclesiasticis tamen Sæcularibus, & Regularibus commendat observationem jejunii, ipso die Vigiliæ.

§. 13. Dum autem supradictis Episcopis, ac Prælatis respondimus, iisdem studiosè mandavimus, ut Ecclesiasticos Sæculares, ac Regulares hortarentur, ne anticipatione jejunii uti vellent, sed ut ipso die Vigiliæ Sancti Mathiæ, ultimo videlicet Bacchanaliorum die jejunarent, cùm minimè existimandum sit, eos in Bacchanalium intemperantiis immersos esse, sicut laici homines ut plurimum sunt.

§. 13. Rispondendo ai sopradetti Vescovi, e Prelati, abbiamo loro di più incaricato l'esortare gli Ecclesiastici Secolari, e Regolari, a non prevalersi dell'anticipazione del digiuno, ma a digiunare nella vera Vigilia di S. Mattia, che è lo stesso, che dire nell'ultimo giorno del Carnevale; non dovendosi credere di loro, che siano immersi ne' disordini carnevaleschi, come per lo più sono i Secolari.

Si raccomanda però agli Ecclesiastici Secolari, e Regolari l'osservanza del digiuno nel giorno stesso della Vigilia.

Præmissa omnia pro cunctis Ecclesiasticæ Ditionis locis Episcoporum arbitrio permittit.

§. 14. Hæc igitur per Nos responsa data sunt iis, qui scire cupientes, quænam per hunc annum ratio circa ultimum Bacchanaliorum diem, in quem Sancti Mathiæ Vigilia incidit, adhibenda foret, rem ad Nos detulerunt. Nunc eadem omnia per Epistolam hanc Nostram Archiepiscopis, & Episcopis Temporalis Ditionis Nostræ nota facimus, ut si quis eorum metuat, ne in sua Civitate, vel Diœcesi, ultimo Bacchanaliorum die præceptum jejunii violetur, eo uti remedio possit, quod a Nobis indicatum est, eodemque modo ac formâ, quæ desuper expressa fuit; qua quidem in re Nos illi amplam facultatem concedimus, & impertimur: sin autem id minimè metuatur, hujusmodi res in suo naturali cursu relinquatur. Tuis interim, Venerabilis Frater, precibus Nos commendantes, Tibi, Gregique tuo Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

§. 14. Ecco quanto abbiamo risposto a chi è ricorso a Noi, per sapere come doveva regolarsi quest'anno nell'ultimo giorno di Carnevale, in cui cade la Vigilia di S. Mattia. Ora con questa nostra notifichiamo il tutto agli Arcivescovi, e Vescovi del nostro Stato, acciò taluno di loro temendo nella sua Città, o nella Diocesi, la trasgressione del precetto del digiuno nell'ultimo dì del Carnevale, possa prevalersi del rimedio additato, nel modo e forma di sopra espressi, dandogli in ciò un'ampla licenza; e quando di ciò non tema, lasci l'affare nel suo corso naturale. E mentre ci raccomandamo alle vostre orazioni, Venerabile Fratello, diamo a Voi, ed al Gregge alla vostra cura commesso l'Apostolica Benedizione.

Le cose anzidette si permettono per tutt' i Luoghi del Dominio Ecclesiastico, ad arbitrio de' Vescovi.

Dat. die 30. Jan. 1751.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die xxx. Januarii MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die xxx. Januarii MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

Dat. il dì 30. Gen. 1751.

XLI.

De extractione Reorum ad Sacræ Inquisitionis Officium spectantium a Locis immunibus, ad quæ forte confugerint.

Epistola Encyclica ad Inquisitores contra Hareticam pravitatem deputatos.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Sopra l'estrazione de' Rei spettanti al Tribunale della Sacra Inquisizione da' Luoghi immuni, in cui sieno refugiati.

Lettera Encyclica agl' Inquisitori del Sant' Offizio.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Capita quædam Constitutionis circa Immunitatem localem nuper editæ referuntur.

Elapso proximè Anno MDCCL. edita a Nobis fuit Apostolica Constitutio, data Idibus Martii, cujus initium est *Officii nostri*, quæque agit de locali Ecclesiarum Immunitate. In ea Nos Decessorum Nostrorum Romanorum Pontificum Gregorii XIV., Benedicti XIII., & Clementis XII. Constitutionibus inhærentes sublatis de medio quibusdam cavillationibus & subterfugiis, quibus earum executio impediebatur, decrevimus, atque statuimus, ut is, qui criminis excepti reus foret, si quando in immunem locum confugeret, extrahi ab eo deberet, quotiescumque indicia ad torturam sufficientia haberentur, quæ delictum comprobarent; utque præterea, extractio non nisi auctoritate Episcopi, & cum interventu Personæ Ecclesiasticæ ab eodem Episcopo deputandæ fieri deberet; ac demum, ut dum Curiæ Sæculari traditio fieret, indicendæ censuræ essent, ab eadem incurrendæ, nisi Extractus Ecclesiæ restitueretur, quoties ab eodem in progressu Causæ purgata fuissent indicia, ex quibus ipse patrati delicti reus arguebatur. Quia verò memorati Decessores Nostri decreverant, extractionem a loco immuni non nisi a solis Episcopis, aut a Prælatis, qui eisdem superiores essent, fieri debere, exclusis inferioribus, licèt Ordinariis, *ac Nullius Diœcesis*, & separatum Territorium habentibus, quo in casu extractio ad viciniorem Episcopum devolveretur; idem a Nobis pariter in citata Constitutione Nostra decretum fuit.

Si riferiscono alcuni Capitoli della Costituzione di recente pubblicata circa l'Immunità locale.

Fu da Noi *sotto li* 15. *di Marzo dell' anno passato* 1750. publicata una Costituzione, che incomincia *Officii nostri*, sopra l'Immunità locale delle Chiese, nella quale inerendo alle Costituzioni de' nostri Predecessori Gregorio XIV., Benedetto XIII., e Clemente XII., dopo aver tolto di mezzo alcune cavillazioni, ed alcuni sutterfugj, co' quali se ne impediva l'esecuzione, dichiarammo, che, ricoverandosi qualche reo di delitto eccettuato in luogo immune, ne dovesse esser' estratto, ogni qual volta vi fossero indizj sufficienti alla tortura, comprovanti il delitto; che l'estrazione non si dovesse fare, che coll' autorità del Vescovo, ed intervento di persona Ecclesiastica, da deputarsi da lui; e che facendosi la consegna alla Curia Secolare, se le intimassero le censure da incorrersi, se l'Estratto non fosse restituito alla Chiesa, ogni volta che nel progresso della Causa avesse purgati gl' indizj, ch' erano contro di lui. E perchè i sopradetti nostri Predecessori avevano stabilito, che l'estrazione dal luogo immune non si facesse, che da' soli Vescovi, o Prelati superiori ad essi, esclusi gl' inferiori, benchè Ordinarj, e benchè *nullius Diœcesis*, ed aventi territorio separato; nel qual caso l'estrazione si devolvesse al Vescovo viciniore; Noi pure nella citata nostra Costituzione stabilimmo lo stesso.

Dubium super extractione Reorum criminis Hæresis a locis immunibus, ad quæ, vel ante carcerationem,

§. 1. Hæreseos crimen, ut probè compertum habetis, exceptum crimen est, quique illius est reus, Asylo Ecclesiæ minimè gaudet, iis etiam inhærendo, quæ in Constitutione Gregorii XIV., qua Immunitatis localis regula ac norma præscribitur, decreta fuerunt. Cum autem in Congregatione Sanctæ Inquisitionis Feriâ

§. 1. Come ben sapete, il delitto dell' Eresia è delitto eccettuato, ed il reo non gode l'asilo della Chiesa, anche camminando colla Costituzione di Gregorio XIV. regolativa dell'Immunità locale; ed essendosi nella Congregazione della Santa Inquisizione, tenuta secondo il solito avanti di Noi nella Feria quinta,

Dubbio sopra l'estrazione de' Rei di delitto eretticale da' luoghi immuni, a' quali o innanzi la carcera-

vel a Carceribus elapsi, vel ad pœnam damnati, confugerint.

riâ quintâ die 28. Januarii vertentis anni 1751. coram Nobis de more habita, excitatum dubium fuisset, quæ ratio servanda, & qui modus adhibendus esset, quoties reus Hæreseos extrahendus esset ab Ecclesia, ad quam confugisset, ne in carcerem duceretur, sive cum ex vinculis, quibus tenebatur, aut ex triremibus, aliove loco, ad quem relegationis, aut operis faciendi causa damnatus fuerat, fugâ evasisset; Nobis, qui præcedenti anno memoratam Constitutionem condidimus, reservavimus, ut super hujusmodi re pronunciaremus; quod nunc per ea, quæ subjicimus, præstare intendimus.

giorno 28. di Gennajo del corrente anno 1751. eccitato il dubbio, come dovesse praticarsi, ed in qual modo dovesse farsi l'estrazione di un Reo d'Eresia dalla Chiesa, in cui si fosse ricoverato, o per non esser posto prigione, o essendone fuggito dopo l'arresto, o pure, condannato alla galera, o *ad opus*, o punito con altra pena di relegazione, si fosse posto in Chiesa; riservammo a Noi, che nell'anno precedente fasemmo l'accennata Costituzione, il dare sopra ciò la nostra risoluzione, che è la seguente.

zione, o dopo la fuga dalle carceri, o dopo la condanna fiensi refugiati.

Distinguuntur casus.

§. 2. Aut agitur de Hæreseos crimine, quæ præcipua Tribunalis Sancti Officii inspectio est; aut de aliis exceptis criminibus, quæ immunitate non gaudent; aut de aliis criminibus, quæ minimè excepta sunt, & quæ immunitate gaudent, sed ideo ad id Tribunal pertinent, quod ab aliquo ex illis commissa sint, qui, utpote ipsius Tribunalis jurisdictioni subjecti, judicium illius subire debent.

§. 2. O si tratta di delitto di Eresia, che è la principale ispezione del Tribunale del Sant' Offizio; o si tratta d'altri delitti eccettuati, e che non godono immunità; o pure d'altri delitti, quali non sono eccettuati, e che godono immunità, ma che appartengono al Tribunale, essendo stati commessi da qualchedu no di quelli, che essendo sottoposti alla sua giurisdizione, devono essere giudicati da lui.

Distinzione de' casi.

Hæretici, & Apostatæ a Fide, immunitate locali non gaudent, & ab Inquisitoribus extrahendi sunt.

§. 3. Si de crimine Hæreseos agitur, cùm a Decessore Nostro Joanne XXI., qui XXII. dictus est, in sua Constitutione, cujus initium: *Ex parte vestra*, in Bullario Romano *Tom. I.*, jam decretum fuerit, quod Hæretici, aut de Hæresi suspecti, necnon Judæi, qui, cum ad Catholicam Fidem conversi fuerint, deinde in Apostasim incidunt, si ad Ecclesiam confugiunt, statim per Inquisitorem ab eadem extrahi debeant; minimè quidem Nostra mens est, ut prædictæ Constitutioni derogemus, imò eamdem observari volumus, eam tamen methodum adhibendo, ac servando, quam modò subjungimus: videlicet, quod Inquisitor, quoties hujusmodi reus ab Ecclesia extrahendus erit, omnem adhibeat curam, ut id majori, qua decet, erga Domum Dei reverentiâ, contingat. Et quoniam fieri omnino nequit, ut ante extractionem, indicia, quæ contra Reum habentur, Episcopo communicentur, cùm Secreti lex id minimè patiatur; & quoniam, ubi etiam id fieri posset, inutile id prorsus esset, cùm notum sit, Sacrum Inquisitionis Tribunal ad capturam minimè procedere, nisi semiplena delicti probatio præcesserit; non tamen illud omittat, ut vel ante, vel post capturam, Episcopum de ea certiorem faciat, tum propter reverentiam, quæ illius Dignitati debetur, tum ut, quantum fas est, id, quod in Constitutionibus Gregorii, Benedicti, Clementis, ac Nostra decretum est, adimpleatur. Quod etiam ea de causa ita a Nobis decernitur, propterea, quod viderimus, olim in Congregatione Sancti Officii, quæ coram Prædecessore nostro Urbano VIII. *Feriâ quinta* 10. *Junii* 1638. habita fuit, proposito casu, ac discusso dubio: *An Reus de hæresi inquisitus, confugiens ad Ecclesiam, debeat extrahi ab Episcopo, vel Inquisitore*: Pontifex, *auditis votis, respondit, Reum posse extrahi ab Inquisitore, certiorato ante, vel post, Ordinario.*

§. 3. Se si tratta di delitto d'Eresia, essendo già stato determinato dal nostro Predecessore Giovanni XXI. detto XXII. nella sua Costituzione, che incomincia *Ex parte vestra*, nel Bollario Romano *al Tomo primo*, che gli Eretici, o sospetti d'Eresia, e che gli Ebrei convertiti alla Fede Cattolica, e che dipoi cadono in apostasia, se prendono ricovero nelle Chiese, ne siano a dirittura estratti dall'Inquisitore; non intendiamo di derogare alla detta Costituzione; anzi ne vogliamo l'osservanza, ma colla seguente aggiunta; che, facendosi dall'Inquisitore l'estrazione dalla Chiesa, non si lasci di farla colla possibile dovuta riverenza alla Casa di Dio, e che, giacchè non è in verun modo praticabile, che prima dell'estrazione si communichino al Vescovo gl'indizj, che si hanno contra il Reo, ostando la legge del Secreto; e giacchè, quando anchè ciò potesse farsi, sarebbe inutile, sapendosi, che il Santo Tribunale non procede alla cattura, che precedente una semipiena pruova del delitto; non si lasci però, o prima, o dopo la cattura, di darne parte al Vescovo, e per la dovuta riverenza alla Dignità, e per adempire nella maniera, che si può, lo stabilito nelle Costituzioni di Gregorio, Benedetto, Clemente, e Nostra: il che viene anche così da Noi ordinato, avendo veduto, che, essendosi proposto il caso nella Congregazione del Sant'Offizio, tenuta avanti il nostro Prædecessore Urbano VIII. *nella Feria quinta* 10. *di Giugno* 1638., ed essendosi disputato il seguente dubbio: *An Reus de hæresi inquisitus, confugiens ad Ecclesiam, debeat extrahi ab Episcopo, vel Inquisitore*, il Pontefice, *auditis votis, respondit: Reum posse extrahi ab Inquisitore, certiorato, ante, vel post, Ordinario.*

Gli Eretici, e gli Apostati non godono dell'immunità locale, e debbono estrarsi dagl' Inquisitori.

Servata tamen reverentia sacris locis debita; & certiorato, vel ante, vel post, Ordinario.

Osservato però il rispetto a' luoghi sacri dovuto, e resone o innanzi, o dopo consapevole l'Ordinario.

Rei criminum non exceptorum, licet ad S. Officii Tribunal spectantium,

§. 4. Ubi autem de aliis criminibus exceptis agatur, quæ tamen hæreseos minimè sint, ac multò magis si de iis agatur, quæ inter excepta non recensentur, etiamsi ad Sacri Tribunalis cognitionem, vel quia ab aliquo ejusdem jurisdictioni subjecto commissa sint, vel alio quocumque nomine, pertineant; declaramus, eos, qui casuum minimè exceptorum Rei sunt, Immunitate gaudere debere; quoties autem casuum exceptorum Rei, qui tamen Hæreseos Rei non sint, ab Ecclesia extrahi debeant, ea omnia exactè observanda esse, tum quæ in Constitutione Nostra, tum quæ in aliis

§. 4. Trattandosi poi d'altri delitti eccettuati, ma che non sono d'Eresia; e molto più se non sono fra gli eccettuati, ancorchè appartengano alla giurisdizione del Sagro Tribunale, o per essere stati commessi da qualcheduno a lui sottoposto, o per altro capo; dichiariamo, che i Rei de' casi non eccettuati debbano godere dell'Immunità; e che i Rei de' casi eccettuati, quando non sono Rei di Eresia, dovendosi estrarre dalla Chiesa, si osservi puntualmente quanto viene stabilito nella Nostra, e nelle altre precedenti Costituzioni; comunicandosi al Vescovo gl'indizi sufficienti

I Rei di delitti non eccettuati benchè appartenenti alla Sagra Inquisizione, goder

Immunitatis beneficio gaudere debent.

Exceptorum Rei a locis immunibus extrahendi sunt, servatis omnibus in novissima Constitutione præscriptis.

præcedentibus Constitutionibus decreta sunt, indicia nimirum, quæ ad torturam sufficientia sint, Episcopo communicari debere, cùm hic Secreti lex minimè impedimento sit; Præterea extractionem nonnisi auctoritate Episcopi, & cum interventu Personæ Ecclesiasticæ ab eodem deputandæ faciendam esse; aliaque omnia servanda, quæ in dictis Constitutionibus leguntur.

alla tortura, non ostando qui la legge del Segreto; nè si faccia l'estrazione, che coll'autorità del Vescovo, e coll'intervento di Persona Ecclesiastica, da deputarsi da esso, e con tutto il rimanente, che nelle dette Costituzioni si legge.

debbono del beneficio dell'Immunità.

I Rei poi di delitti eccettuati debbono estrarsi da' luoghi immuni, osservate le cose prescritte nell'ultima Bolla.

Præmissa respectivè servantur etiam quoad eos, qui è carceribus, aut triremibus, vel è loco relegationis elapsi, ad Eccles. confugiunt.

§. 5. Quæ hactenùs dicta fuerunt, eorum etiam respectu servanda sunt, qui ex carceribus, sive ex trireme, sive ex loco eorum relegationis effugiunt, & in Ecclesiæ alicujus, vel loci immunis asylum sese recipiunt; si enim hi Rei, vel damnati propter Hæreseos crimen sunt, eorum extractio ab Inquisitore facienda erit, ita tamen ut de ea, vel ante, vel post, Episcopus certior fiat; si verò Rei, aut damnati sint propter aliud delictum exceptum, non autem propter crimen Hæreseos, sive pro alio delicto, quod minimè exceptum sit; quoad primos, extractio fiat Episcopi auctoritate, & Ecclesiastica Persona interveniente, ab eodem Episcopo deputanda; quoad secundos autem, ii in Asylo, ad quod confugerunt, remanere sinantur, etiamsi ex triremibus cum catenis effugerint, dummodo a prædictarum triremium, aliorumve Justitiæ Ministrorum manibus liberi essent; nisi fortè Episcopus indultum a Sede Apostolica habeat, ut a triremibus fugitivos extrahere ab Ecclesiis possit, cùm in hoc casu, ob fugitivum recuperandum, ad eumdem recurrere liceat; vel etiam ad Apostolicam Sedem, si hujusmodi indulto Episcopus careat; cum ipsa Sancta Sedes in particularibus casibus, quoties id delictum exigat, nequaquam renuat Episcopis auctoritatem impertiri eos ab Ecclesiis extrahendi, qui è carceribus ac triremibus effugerint, licèt criminis excepti minimè Rei sint. Hæc Inquisitoribus, quæ significaremus, habuimus, atque interim illorum singulis Apostolicam Benedictionem impertimur.

§. 5. Quanto sin'ora si è detto, deve anche praticarsi rispetto a quelli, che fuggono dalle Carceri, o dalla Galera, o dal luogo della loro relegazione, e che prendono l'asilo di qualche Chiesa, o luogo immune; imperocchè, se sono Rei, o condannati pel delitto d'Eresia, l'estrazione dovrà farsi dall'Inquisitore, con darne, o dopo, o prima, notizia al Vescovo; e trattandosi poi di Rei, o condannati per altro delitto eccettuato, e non per quello dell'Eresia, o per altro delitto non eccettuato; quanto ai primi si faccia l'estrazione coll'autorità del Vescovo, ed intervento di Persona Ecclesiastica, da deputarsi da esso; e quanto ai secondi, si lascino nell'Asilo, a cui sono ricorsi, ancorchè siano scappati dalle Galere colle catene, purchè fossero liberi dai Ministri di dette Galere, o da altri Ministri di Giustizia; quando il Vescovo non abbia dalla Sede Apostolica l'Indulto di poter' estrarre dalle Chiese i fuggiti dalle Galere; potendosi in questo caso aver ricorso ad esso, per riavere nelle mani il fuggitivo; e potendosi anche ricorre alla Sede Apostolica, quando il Vescovo non abbia il sopradetto Indulto, non ricusando essa di dare ne'casi particolari ai Vescovi, quando il delitto lo richieda, l'autorità di estrarre dalle Chiese i fuggitivi dalle carceri, e dalle galere, benchè Rei di delitto non eccettuato. Che è quanto dovevamo significare agl'Inquisitori, restando col dare a ciascheduno di essi l'Apostolica Benedizione.

Fugitivi è triremibus, extrahi nequeunt ab Ecclesiis, sine Indulto Apostolico.

I fuggitivi delle galere non possono estrarsi dalle Chiese senza Indulto Apostolico.

Dat. die 20. Febr. 1751.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die xx. Februarii MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 20. Februarii 1751. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

Dat. il dì 20. Feb. 1751.

XLII.

Nova Concessio & præfinitio Indulgentiarum pro Fratribus & Sororibus Tertii Ordinis Sæcularibus S. Francisci Assisiensis.

per communicationem cum Ordinibus Regularibus concessæ fuere.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Romani Pontificis est Indulgentias concedere, & super concessis dubia submovere.

AD Romanum Pontificem inexhausti Ecclesiæ thesauri dispensatorem pertinet Indulgentiarum a Prædecessoribus suis, diversis temporibus, atque rationibus concessarum incertitudinem, ac dubia & controversias super iis excitatas atque vigentes indeque ortas fidelium animarum perturbationes, supremâ suâ auctoritate, juxta probatam Apostolicæ Sedis consuetudinem, & Sacri Tridentini Concilii mentem, per opportunas declarationes, certasque concessiones tollere ac removere, ut Ecclesiasticæ pacis firmitati, simulque animarum saluti & profectui, ac providæ earundem Indulgentiarum distributioni consulatur.

Fratribus & Sororibus Tertii Ordinis S. Francisci variæ Indulgentiæ directè, &

§. 1. Olim siquidem Romani Pontifices Prædecessores Nostri Tertium Ordinem Sæcularem, de Pœnitentia nuncupatum, Beati Francisci Assisiensis institutione, sub Regulis ab ipso præscriptis feliciter coalescentem, Apostolicâ benignitate complexi, ejusdemque Fratres atque Sorores specialibus favoribus, & spiritualibus gratiis ditare volentes, ut uberiora Religionis & Pietatis incrementa susciperent, præter alias Indulgentias, ac peccatorum remissiones ipsis directè concessas, etiam generali communicatione in quibuslibet gratiis, privilegiis, & Indulgentiis, omnibus & singulis tam Mendicantium, quàm non Mendicantium Ordinibus Regularibus, eorumque personis quomodocumque a Sede Apostolica indultis, eorumque omnium & singulorum ad prædictos Fratres atque Sorores extensione, cumularunt.

Paulus V. Indulgentias Regularium reformavit.

§. 2. Quamquam verò felicis recordationis Prædecessor Noster Paulus Papa V., opus reformationis & moderationis Indulgentiarum a recolendæ quoque memoriæ Clemente Papa VIII. altero Prædecessore Nostro, tunc suo, feliciter inchoatum, pari cum diligentia & studio prosequutus, Apostolicis Litteris, quarum initium est: *Romanus Pontifex* die vigesima tertia Maji Anni millesimi sexcentesimi sexti, in forma Brevis editis, omnes & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones præfatis Regularibus Ordinibus, eorumque personis, quocumque modo antea concessas, abrogaverit & revocaverit, easque, novis ex integro in ipsorum favorem indultis, ad modum & terminos in earumdem Litterarum tenore expressos reduxerit; cùm tamen præcedentibus

annis

annis a Congregatione tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Indulgentiis & Sacris Reliquiis præposita, declaratio quædam sequentis tenoris emanaverit, videlicet: *In generali revocatione Indulgentiarum, quæ in Brevi*: Romanus Pontifex *Pauli V. habetur, non comprehendi personas, quæ substantialia Religionis vota non emittunt, intra, vel extra Claustra degentes*; eaque specialibus Litteris in simili forma Brevis a Venerabilis memoriæ Innocentio Papa XI. Prædecessore quoque Nostro die decima Octobris Anni Millesimi sexcentesimi octogesimi sexti confirmata fuerit; cumque etiam aliæ prodierint Romanorum Pontificum Constitutiones, quibus Indulgentiæ & Gratiæ speciales tam præfato Tertio Ordini directè concessæ, quàm per communicationem cum Ordinibus Mendicantium, & non Mendicantium, ad eundem extensæ, confirmari videbantur; hinc factum est, ut super subsistentia Indulgentiarum, & Gratiarum hujusmodi, quæ in duabus Litterarum Apostolicarum collectionibus, Bullariis nuncupatis, per Rodericum, & per Confectium vulgatis, juxtà antiquam earum intelligentiam descriptæ leguntur, plures diversis in locis quæstiones & controversiæ inter Fratres ejusdem Ordinis agitari cœperint, atque etiam in judicium adduci; prout earundem inconcussam firmitatem, vel respectivè abrogationem, aut etiam in pristinum statum redintegrationem, acriùs sustineri, aut ex contraria parte in dubium contigit revocari.

Causæ dubitandi super subsistentia Indulgentiarum Fratribus Tertii Ordinis concessarum.

§. 3. Et quidem prædicta Bullaria, pro eo, quod pertinet ad communicationem omnium Indulgentiarum singulis Ordinibus indultam, nequaquam attendenda esse, dictumque Tertium Ordinem ea tutò sequi non posse, jam in acerrimo partium conflictu decretum & definitum extitit a prædicta Cardinalium Congregatione, Indulgentiis & Sacris Reliquiis præposita, die quinta Februarii Anni Millesimi septingentesimi trigesimi quarti. Quæ etiam Anno sequenti, in ejusdem controversiæ progressu, sub die quinta Octobris declaravit, per revocationem Pauli V. sublatas dici debere Indulgentias illas, quæ Regularibus personis, ac præfato Tertio Ordini communes erant, seu promiscuè antea concessæ fuerant; necnon eas, quibus ejusdem Tertii Ordinis Fratres per viam communicationis, ante ipsam revocationem, fruebantur. De iis autem, quæ ipsis tam antea, quàm post directè concessæ asserebantur, itemque de iis, quas, post sæpedictam revocationem, per viam communicationis cum Ordinibus Regularibus, sive per extensionem, se obtinuisse contendebant, tam multa adhuc examinanda superabant, ut nonnisi post maturam discussionem singularum Litterarum, & concessionum hujusmodi, judicari posse visum fuerit, an, & quæ veræ, legitimæ, ac subsistentes, an verò aliquæ revocatæ, aut etiam falsò præsumptæ, vel per subreptionem, & obreptionem obtentæ dici deberent.

Plures ex prætensis Indulgentiis à Congregat. Indulgentiarum exclusæ fuerunt.

De aliis difficile examen, atque judicium.

§. 4. Cumque proinde multiplices adhuc incertitudines & confusiones hac in re adesse dignoscantur; noviſſimè verò ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum delata fuerint nonnulla Folia & Summaria Indulgentiarum ejusdem Tertii Ordinis, typis impressa ac latè vulgata, in quibus complures referuntur Indulgentiæ, quarum concessiones apocryphas esse, aut revocatas, aut incertas, & contra mentem Sedis Apostolicæ perperam interpretatas agnitum fuit; ideoque eadem Cardinalium Inquisitorum Congregatio Nobis proposuerit, valde expedire pro præfatorum Fratrum & Sororum securitate ac beneficio, & ad confusiones, ac deordinationes ejusmodi penitus tollendas, ut, juxta id, quod laudatus Prædecessor Paulus V. pro omnibus Ordinibus Regularium providè ac opportunè præstitit, Nos etiam omnes & singulas Indulgentias & peccatorum remissiones prædicto Tertio Ordini Sæculari Sancti Francisci, sive directè, sive per communicationem, sive alio quovis modo hactenus concessas annullaremus, & revocaremus, & alias particulares eidem concederemus.

Folia impressa super Indulgentiis Fratrum Tertii Ordinis ad Congregationem Sac. Inquisitionis delata fuere.

Votum dictæ Congregationis fuit, omnes Indulgentias abrogandas, aliasque de novo concedendas.

§. 5. Nos, maturâ super hoc consultatione præhabitâ, ac Fratribus, & Sororibus præfati Tertii Ordinis Sæcularis de Pœnitentia, sub cujuscumque Ordinis Regularis Sancti Francisci directione ac regimine, tam in cujuslibet hujusmodi Ordinis Conventibus, sive aliàs collegialiter, quàm etiam in domibus privatis seorsim viventibus, spirituale solatium & juvamen afferre cupientes, Motu proprio, & certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine; infrascriptas Indulgentias & peccatorum remissiones de novo duximus concedendas.

Pontifex itaque de novo infrascriptas Indulgentias Fratribus, & Sororibus Tertii Ordinis concedit.

§. 6. Omnibus igitur utriusque Sexus Christifidelibus, qui dictum Ordinem Sæcularem Sancti Francisci de Pœnitentia nuncupatum imposterum ingredientur, die primo eorum, vel earum ingressus, si verè pœnitentes & confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, Plenariam:

In die ingressus Plenariam.

§. 7. Nec non eisdem nunc, & pro tempore existentibus Fratribus, & Sororibus, verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui in Festis Sancti Francisci Assisiensis Confessoris die IV. Octobris, & Sanctæ Claræ Virginis, nec non Sancti Titularis eorum Ecclesiæ, sive Oratorii, aut Cappellæ, & in die Dedicationis Sanctæ Mariæ Angelorum secunda Augusti, a primis Vesperis usque ad occasum solis, suam Ecclesiam, vel Oratorium, aut Cappellam hujusmodi devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, & Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, singulis diebus, quibus id egerint, etiam Plenariam:

In quatuor Anni Festis etiam Plenariam.

§. 8. In cujuslibet verò mortis articulo, si pariter verè pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, vel, quatenus id facere nequiverint, saltem contriti, Sanctissimum Jesu Nomen ore, si potuerint, sin minùs corde devotè invocaverint, Plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & impertimur.

In mortis articulo etiam Plenariam.

§. 9. Item eisdem Fratribus, & Sororibus, qui suam Ecclesiam, vel Oratorium, vel Cappellam diebus Stationum, in Missali Romano descriptis, devotè visitaverint, &, ut præfertur, oraverint, ut easdem Indulgentias consequantur, quas præfatis diebus, visitantes Ecclesias Urbis & extra eam consequuntur, perinde ac si ipsas Urbis Ecclesias personaliter visitarent, concedimus pariter, & indulgemus.

Indulgentias Stationum Urbis.

§. 10. Eisdem quoque verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, in Festis Impressionis Sacrorum Stigmatum ejusdem Sancti Francisci, nec non Sancti Ludovici Galliarum Regis, & Sanctæ Elisabeth Reginæ Portugalliæ, & Sanctæ Elisabeth Hungariæ pariter Reginæ, nec non Sanctæ Margaritæ de Cortona, atque in duodecim aliis Anni feriatis, vel Dominicis diebus per ipsosmet eligendis, ac a Superioribus Ordinis approbandis, ut supra visitantibus, &, ut præfertur, orantibus, quo die præfatorum id egerint, septem Annos, & totidem Quadragenas:

In XVII. Anni diebus, VII. annorum, & totidem quadragenarum.

Pro operibus piis peragendis centum dierum.

§. 11. Quoties verò Missis, & aliis Divinis Officiis in Ecclesia, seu Oratorio, vel Cappella hujusmodi pro tempore celebrandis, & recitandis, seu Congregationibus publicis, vel privatis ejusdem Tertii Ordinis ubivis faciendis interfuerint, ac pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, vel etiam, qui corpora Defunctorum, tam Fratrum, & Sororum hujusmodi, quàm aliorum, ad sepulturam associaverint, aut quascumque Processiones de licentia Ordinarii faciendas, Sanctissimumque Eucharistiæ Sacramentum, tam in Processionibus, quàm cum ad infirmos, seu aliàs quocumque, & quandocumque pro tempore deferetur, comitati fuerint, vel impediti, Campanæ ad id signo dato, semel Orationem Dominicam, & Angelicam dixerint, aut quinquies Orationem, & Salutationem eandem pro necessitatibus Sanctæ Matris Ecclesiæ, sive pro Animabus Defunctorum Fratrum, & Sororum hujusmodi recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, & ignorantes Præcepta Dei, & quæ ad salutem sunt, docuerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint; toties, pro quolibet prædictorum operum exercitio, centum dies de injunctis, seu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Omnes verò alias Indulgentias revocat.

§. 12. Cæterum, omnes & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, Fratribus, & Sororibus Tertii Ordinis Sancti Francisci de Pœnitentia, sub directione & regimine cujuslibet Ordinis Regularis ejusdem Sancti Francisci, tam in cujuslibet dicti Ordinis Conventibus, sive aliàs collegialiter, quàm in Domibus privatis seorsim viventibus, tam directè, & immediatè, quàm promiscuè, & æquè principaliter, sive alio quocumque modo per communicationem cum omnibus & singulis Ordinibus Regularibus Mendicantium, & non Mendicantium, tam vigore Privilegiorum, & Litterarum Apostolicarum, quàm vivæ vocis oraculo, aut aliàs quovis modo per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, ac Nos, & Apostolicam Sedem hactenus concessas, confirmatas, approbatas, & innovatas, prædictis motu, scientia, auctoritate, & tenore, revocamus, cassamus, annullamus, & abrogamus, & ad præsentium nostrarum Litterarum præscriptum reducimus, & moderamur.

Clausulæ.

§. 13. Præsentes autem Litteras, & tam revocationem hujusmodi, quàm concessiones superiùs expressas, etiamsi dicti Tertii Ordinis Fratres, aut Sorores, seu alii quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere quomodolibet prætendentes, eisdem non consenserint, nec ad ea vocati aut auditi fuerint, nullo unquam tempore impugnari, seu de voluntatis Nostræ defectu, aut subreptionis, aliove quolibet vitio notari, vel adversus eas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve juris vel facti remedium impetrari posse, sed semper & perpetuò firmas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios effectus sortiri & obtinere, & ab iisdem Fratribus, atque Sororibus, aliisque, ad quos pertinet, in omnibus & per omnia observari; sicque & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam S. R. E. Cardinales Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præpositos, aliosque, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuntios, de præmissis judicari, interpretari, ac definiri debere decernimus; atque irritum & inane, si secus a quoquam cujuslibet auctoritatis præsidio scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Mandatum Ordinariis super præ-

§. 14. Quocirca Venerabilibus Fratribus Ecclesiarum Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis, nec non prædictis Apostolicæ Sedis Nuntiis, & Sancti Officii Inquisitoribus, harum serie, & dictâ auctoritate committimus & mandamus, ut nullas alias Indulgentias, seu peccatorum remissiones, præter præmissas, per eosdem Fratres, atque Sorores, seu alios quoscumque, tamquam prædicto Tertio Ordini Sæculari specialiter, & intuitu eorum Instituti competentes, vulgari, nunciari, aut proponi permittant; sed ipsarum præsentium tenorem per ipsos fideliter, ut par est, observari faciant; contumaces atque rebelles, si qui fortè adversus eas venire præsumpserint, omnibus juris remediis, appellatione postposita, compescendo.

Derogatio contrarii.

§. 15. Non obstantibus prædictis Pauli V., & Innocentii XI., aliisque quibuslibet Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, nec non de jure quæsito non tollendo, aliisque Nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, ac ejusdem Tertii Ordinis Sæcularis, etiam confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis præfato Tertio Ordini, ejusque Domibus, Collegiis, Superioribus, & personis, atque etiam cuilibet Ordini Regulari Sancti Francisci, ejusque Superioribus, in contrarium præmissorum quomodolibet, etiam post prædictam Pauli V. revocationem, concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro expressis habentes, pro præmissorum effectu dumtaxat, illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides præstanda transumptis.

§. 16. Volumus autem, ut præsentium Transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo alicujus Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides habeatur, quæ præsentibus ipsis Originalibus Litteris haberetur, si forent ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 17. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc nostrarum concessionis, impertitionis, indulti, relaxationis, revocationis, moderationis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. Pont. Anno XI. die 15. Martii 1751.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo primo, Idibus Martii, Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

D. Card. Passionei.

J. Datarius.

Visa De Curia

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 29. Martii 1751.

Rosæ

XLIII. Rosæ aureæ donum Metropolitanæ Bononiensi Ecclesiæ transmissum.

Pontificiæ Epistolæ munere ad Capitulum & Canonicos ejusdem Metropolitanæ Ecclesiæ conscriptæ cumulatur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, salutem & Apostolicam Benedictionem.

Dies, & locus benedictionis Rosæ aureæ.

QUARTA vertentis Quadragesimæ Dominicâ, quæ nuper præcessit, quâque festivus Introitus: *Lætare Hierusalem*, ab Ecclesia Sancta cantatur, Nos ex Prædecessorum nostrorum more, & instituto, solemnem Rosæ aureæ Benedictionem in Aula Paramentorum nuncupata confecimus; quam quidem sacram ritus celebritatem in Ecclesia S. Crucis in Hierusalem peragere Summis olim Pontificibus in more positum fuisse, ab hodierno etiam Abbate Besuzio *in ejusdem Basilicæ Historia cap.* 20. demonstratur: sed quum hujusmodi cæremoniæ in eadem Ecclesia habendæ consuetudo per illud temporis spatium, quo Romani Pontifices Avenione Sedem habuerunt, intermissa fuisset, ex eo factum esse idem Auctor subjungit, ut, postquam Romam remigrarunt, eum Pontifices morem retinuerint, ut eamdem Benedictionem in Aula Paramentorum conficerent, non secus ac olim, quum Avenione essent, facere eisdem solemne fuerat.

Ejusdem benedictionis ritus, & Rosæ solemnis gestatio.

§. 2. Et Nos igitur sacram hanc cæremoniam in memorata Paramentorum Aula peregimus; consuetæ nimirum preces a Nobis recitatæ fuerunt; tum Rosa aurea balsamo inuncta, contrito odorifero musco perfusa, thure adolita, & aquâ benedictâ a Nobis aspersa fuit; quæ omnia in Libro Rituum Ecclesiasticorum sive Sacrarum Cæremoniarum Ecclesiæ Romanæ præscribuntur, cujus libri auctor Christophorus Marcellus Corcyrensis Archiepiscopus vulgò reputatur. Hoc solùm discriminis in ea, quæ a Nobis peracta est, cæremonia intercessit, quod, cum in memorato libro habeatur, Pontificem a Paramentorum Aula ad Cappellam procedentem, sinistrâ manu Rosam gestare, alterâ verò Populo benedicere: *Manu sinistrâ Rosam gestans, & dextera benedicens progreditur ad Cappellam*: Nos ab Aula quidem in Cappellam processimus, Sacris Missæ solemnibus interfuimus, &, ut super Altari Rosa collocaretur, effecimus; at verò dum iter ad Cappellam habuimus, minimè illud servavimus, ut Rosam sinistrâ manu gestaremus, dexterâ vero beneditceremus, sed eamdem Rosam uni ex Clericis Cameræ Apostolicæ, qui præibant, gestandam commisimus. Quoniam cum ab aliquo tempore mos invaluerit, ut Rosa aurea post benedictionem super nobili ac magnifica basi constituatur, neminem, viribus quantumvis firmis, reperire est, qui sinistrâ manu valeat eandem gestare, ac dexterâ benedicere, cum ad ipsam sustinendam ambarum manuum auxilio opus sit.

Rosam auream a Pont. dono dari ab antiquo usitatum.

§. 3. In eodem præterea Cæremoniarum Ecclesiæ Romanæ libro, qui supra citatus est, subjungitur, Rosam auream interdum a Pontifice præsenti cuipiam Principi Viro dono dari, interdum autem ad absentem transmitti. Cum noster Pontifex Alexander V. *anno* 1410. Bononiâ transiret, ubi diem etiam supremum obiit, Rosæ aureæ Benedictionem in Ecclesia S. Petronii peregit, eamque Marchioni Nicolao Estensi, qui præsens ibidem aderat, dono dedit,

XLIII. Sopra la Rosa d' oro mandata in dono alla Chiesa Metropolitana di Bologna.

Lettera di Sua Santità al Capitolo e Canonici della medesima Chiesa Metropolitana.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, salutem & Apostolicam Benedictionem.

Si accenna il giorno ed il luogo della benedizione della Rosa d'oro.

NELLA prossima passata Domenica quarta della corrente Quaresima, nella quale si canta dalla Chiesa il *Lætare Hierusalem*, seguitando il costume de' nostri Predecessori, abbiamo nella Camera de' Paramenti benedetta la Rosa d' oro: funzione, che una volta facevasi da' Sommi Pontefici nella Chiesa di Santa Croce in Gerusalemme, come molto bene dimostra il moderno Padre Abbate Besozzi *nella Storia della detta Basilica al cap.* 20., ove di più aggiugne, che nel tempo della residenza de' Papi in Avignone, non avendo essi potuto benedire la Rosa nella Chiesa di Santa Croce di Roma, ritornati dipoi alla sua Romana residenza, ritennero il costume di fare la Benedizione nella Camera de'Paramenti, come erano stati soliti di fare, quando erano in Avignone.

Rito della benedizione della medesima, e di lei trasporto.

§. 2. La funzione è stata fatta da Noi nella predetta Camera de' Paramenti, avendo recitate le consuete Orazioni, avendo unta la Rosa d'oro col balsamo, avendovi posto sopra il muschio tritato, avendola incensata, ed avendola asperza coll' acqua benedetta; che è quanto viene prescritto nel Libro de'Riti Ecclesiastici, o sia delle Sacre Cerimonie della Chiesa Romana, che viene attribuito a Cristoforo Marcello Arcivescovo di Corfù; con questo solo divario, che leggendosi nel detto Libro, che dopo la Benedizione, nell'andare che fa il Papa dalla Camera de' Paramenti alla Cappella, porta nella mano sinistra la Rosa, benedicendo il Popolo colla destra: *Manu sinistra Rosam gestans, & dextera benedicens progreditur ad Cappellam*: Noi siamo andati dalla Camera alla Cappella, abbiamo assistito alla Gran Messa, abbiamo fatto collocare la Rosa sopra l'Altare; ma nell' andare alla Cappella non l'abbiamo portata nella mano sinistra, benedicendo colla destra; avendola fatta portare avanti di Noi da un Chierico di Camera; imperocchè essendosi da qualche tempo in quà introdotto l' uso di collocare la Rosa d'oro benedetta sopra un nobile e grande piedistallo, non vi è Uomo, per robusto che sia, che la possa portare nella mano sinistra, e benedire colla destra, richiedendosi l'ajuto di ambedue le mani per poterla portare.

Antico costume di donarsi da' Sommi Pontefici la Rosa d'oro.

§. 3. Nel citato Libro delle Cerimonie della Chiesa Romana dicesi, che alcune volte questa Rosa d'oro viene dal Papa regalata a qualche illustre Personaggio presente, ed altre volte è trasmessa a qualche illustre Personaggio assente. Il nostro Pontefice Alessandro V. *nell' Anno* 1410. passando per Bologna, ove anche morì, fece la Benedizione della Rosa d'oro nella Chiesa di S. Petronio, e la regalò al Marchese Niccolò d'Este, che era presente alla

quemadmodum Sigonius *in suo de Episcopis Bononiensibus libro*, Masinus *in Bononia perlustrata*, Alidosius in eo, quem conscripsit, libro *de Summis Pontificibus, Cardinalibus, Archiepiscopis, & Episcopis Bononiensibus*, & Celsus Faleoni *in Monumentis Historicis Ecclesiæ Bononiensis*, testantur.

funzione, come attestano il Sigonio *nel suo libro de' Vescovi Bolognesi*, il Masini *nella sua Bologna perlustrata*, l'Alidosio *nel suo libro de' Sommi Pontefici, Cardinali, Arcivescovi, e Vescovi Bolognesi*, e Celso Faleoni *nelle memorie istoriche delle Chiesa di Bologna.*

Alexander V. Bononiæ natus.

§. 4. Quod autem Alexandro V. *nostri* titulum adscripsimus, id ea de causa a Nobis factum est, ne ab ea traditione recederemus, qua fertur, hunc Pontificem, licèt communi existimatione pro Cretensi haberetur, cum extremum vitæ diem sibi adesse intelligeret, tunc demum dixisse, hoc sibi divinitus accidere, ut quo loco natalem diem fortitus esset, ibidem etiam vitæ cursum absolveret; eaque occasione fassum esse, Bononiæ se obscuris Parentibus ortum, Franciscani Minorum Ordinis habitum induisse, initio ætatis suæ Cretam deductum, eaque de causa pro Cretensi vulgò reputatum esse. Super his autem tum Ghirardaccius *in Historiis Bononiæ lib. 3. part. 2. pag. 576.*, tum Sigonius *de Episcopis Bononiensibus lib. 23. ad annum 1410. tom. 3.* novæ editionis *pag. 462.*, & Masinus *in Bononia perlustrata ad diem 3. Maii pag. 303. & 7. Julii pag. 373. & in Cardinalibus Bononiensibus pag. 14. ad annum 1405.* videri possunt.

§. 4. Abbiamo chiamato Alessandro V. col titolo di *nostro*; non volendo allontanarci dalla tradizione, che il detto Pontefice, benchè comunemente riputato Candiotto, vedendosi in punto di morte, dicesse, farlo Iddio morire in quel luogo, in cui era nato; confessando in questo modo d'esser nato in Bologna d'oscuri natali, aver vestito l'Abito dell'Ordine Minore Francescano, essere stato nel principio della sua età condotto a Candia, ed essere perciò stato riputato sempre Candiotto. Vedansi il Ghirardacci *nell'Istoria di Bologna al lib. 3. pag. 576. part. 2.*, il Sigonio *de Episcopis Bononiensibus lib. 23. all'Anno 1410. nel tom. 3.* della nuova edizione *pag. 462.*, il Masini *nella Bologna perlustrata ai 3. di Maggio pag. 303. ai 7. di Luglio pag. 373.*, *e ne' Cardinali Bolognesi pag. 14. all'Anno 1405.*

Il Pontefice Alessandro V. nato in Bologna.

Ecclesia Bononiensis a Gregorio XIII. Rosæ aureæ munere decorata.

§. 5. Quo tempore Nos a felicis recordationis Prædecessore nostro Clemente Papa XI. in Advocatorum Sacri Consistorii Collegium adscripti fuimus, Carolus Chartarius, cujus nomen inter eruditos Viros satis notum est, Collegii ejusdem Decanus erat. Inter varia autem, quæ supersunt Opera ab eodem Carolo conscripta, Opus extat, quod *de Rosa aurea* inscriptum est: in quo cæremoniæ hujus originem investigavit, iis tamen monumentis innixus, quorum id temporis notitia habebatur. Illud autem eo in Opere præcipuum est, quod ritè & exactè confectus Catalogus ibidem habetur summorum Principum, Regum, Reginarum, atque illustrium tum Virorum, tum Fœminarum, ac postremo etiam Ecclesiarum, ad quas a Summis Pontificibus Rosæ aureæ munus transmissum est. Inter alias verò Ecclesias, quibus prædictum donum impertitum esse memoratur, Metropolitana nostra S. Petri Ecclesia descripta deprehenditur. Hoc autem munus a recolendæ memoriæ Concive nostro Gregorio PP. XIII. ad eamdem Ecclesiam transmissum fuit; cujus rei gratiâ idem Pontifex Præsulem Vincentium Bolognettum intimum Cubicularium suum Bononiam ablegavit, qui Rosæ aureæ munus eo tempore detulit, atque exhibuit, quo bon. mem. Cardinalis Gabriel Palæottus semper cum laude memorandus, Ecclesiæ illius Archiepiscopatum gerebat. Hæc autem Rosa ea ipsa est, quæ etiam hoc tempore quartâ Dominicâ Quadragesimæ in Metropolitanæ illius Ecclesiæ Ara principe exponitur, dum Divinorum Officiorum ac Missarum solemnia celebrantur. Quæ autem per hujusmodi occasionem acta Bononiæ sint, ea, tum *in Historia* Vizzani, tum *in Monumentis Historicis* Faleoni, & Masini, in Instructionibus, quæ Præsuli Bolognetto præscriptæ fuerunt, ac postremò in Allocutione, quæ hujus celebritatis occasione a Cardinali Gabriele Palæotto habita fuit, videre est; quæ monumenta a Chartario collecta, & *in memorato suo Opere pag. 116. & seq.* edita sunt.

§. 5. Carlo Cartari, nome noto fra gli eruditi, era Decano del Collegio degli Avvocati Concistoriali nel tempo, in cui dalla felice memoria di Clemente XI. Noi fummo ad esso ascritti. Ha Carlo composte varie Opere. Fra le altre ve n'è una intitolata *della Rosa d'oro.* In essa ha investigata l'origine della funzione, ma con que' monumenti, che erano scoperti al suo tempo. Quello, che v'è di particolare nell'Opera, è un Catalogo puntuale, e ben fatto, di tutti que'Sovrani, Rè, Regine, Principi, Principesse, e Chiese, alle quali è stato trasmesso il detto regalo della Rosa d'oro. Fra le altre Chiese, alle quali è stato trasmesso il detto regalo, si vede descritta la nostra Metropolitana di S. Pietro. Il regalo le fu fatto dal nostro dignissimo Concittadino Gregorio XIII., che spedì a Bologna Monsignor Vincenzo Bolognetti suo Cameriere Segreto, che portò, e presentò il regalo nel tempo, in cui era Arcivescovo la sempre rispettabile memoria del Cardinale Gabbriello Paleotti; e questa è quella Rosa, che ancora oggidì si espone nella quarta Domenica di Quaresima sopra l'Altare Maggiore della Metropolitana nella celebrazione de'Divini Officj, e Messa solenne. Quanto in quella occasione fusse fatto in Bologna, si può vedere *nella Storia* del Vizzani, *nelle Memorie istoriche* del Faleoni, nel Masini, nelle Istruzioni date a Monsignor Bolognetti, nell'Allocuzione fatta dal Cardinale Gabbriello Paleotti in tale occasione, monumenti raccolti, e dati alle stampe dal Cartari *nella detta sua Opera alla pag. 116. e seguen.*

La Chiesa di Bologna ebbe dal Pontefice Gregorio XIII. il dono della Rosa d'oro.

Pontifex hoc exemplum sequutus simile donum eidem Ecclesiæ transmittit per Cubicularium

§. 6. Et Nos igitur, quamvis egregio Civi nostro Gregorio Papæ XIII. dignitate quidem pares, at meritis inferiores Nos esse ingenuè agnoscamus, illius tamen exemplo, ad alia amoris ac devotionis nostræ argumenta, quæ erga Metropolitanam Ecclesiam Nostram,

§. 6. Riconoscendoci con tutta buona fede, benchè uguali nella dignità, inferiori nel merito al nostro degno Concittadino Gregorio XIII., abbiamo però deliberato col di lui esempio di aggiungere agli altri contrassegni, che abbiamo dati, di tenero divoto affetto

Il Pontefice mosso da quest'esempio manda per un suo Cameriere segreto Nobile Bolo-

suum Nobilem Bononien.

ac dilectam Patriam huc usque exhibuimus, Rosæ etiam munus adjungere decrevimus. Quapropter Rosam auream, quæ, ut suprà diximus, proximè elapsâ Dominicâ quartâ Quadragesimæ a Nobis benedicta fuit, Metropolitanæ Bononiensi Ecclesiæ Nostræ dono transmittimus; ad eamque deferendam Dilectum Filium Paulum Zani Nobilem Concivem atque intimum Cubicularium Nostrum deligimus. Pro iis autem, quæ hac occasione agenda erunt, consuetæ eidem Instructiones præscribentur. Cùm verò Nos Bononiæ Archiepiscopatum adhuc retineamus, resque nostras videamus in eo statu positas, ut (quod grave admodum Nobis est) Ecclesiam, ac Patriam Nostram ampliùs jam invisendi spes Nobis sublata sit; ea hic indicare supervacuum existimamus, quæ hujusmodi occasione per Nos facta fuissent, si Nobis istic idem Archiepiscopi munus gerentibus, Rosæ aureæ munus a Pontifice Bononiam transmissum fuisset. Neque illud etiam a Nobis postulatur, ut ea omnia fiant, quæ Gregorii XIII. tempore facta fuerunt, cùm præteritorum, ac præsentium temporum conditio diversa sit, neque cum eo, qui tunc erat, hodiernus rerum status conferri possit. Quod igitur satis esse ducimus, adeò ut amplius eo quidquam fieri neque exoptemus, neque probaturi simus, illud est; primùm, ut hujusmodi celebritas Festo die Sancti Petri Apostoli, qui Metropolitanæ Ecclesiæ Nostræ Titularis est, peragatur, quo die, intervenientibus Urbis Magistratibus, solemnem Cappellam haberi in more positum est; præterea, ut Rosa aurea a Nobis dono missa, quotannis Dominicâ quartâ Quadragesimæ, quo tempore Divinorum Officiorum ac Missarum solemnia peraguntur, in Ara Ecclesiæ maxima exponatur unà cum ea, quæ a Pontifice Gregorio XIII. donata fuit, dummodo tamen Rosæ illius status talis sit, ut exponi possit; nisi enim memoria Nos fallit, aurea Gregorii Rosa minus bene se habere Nobis videtur; quod si ita foret, illud opportunè faciendum existimaremus, quod in Sanctuario Lauretano, aliisque Ecclesiis fieri consuevit. Theophilus Raynaudus *tom.* 10. *suorum Operum*, in Tractatu *de Rosa Mediana a Pontifice consecrata*, *ad pag.* 411. Ecclesiarum Elenchum contexit, ad quas a Summis Pontificibus Rosæ aureæ munus transmissum fuit; ille autem, qui apud Chartarium habetur, magis exactè confectus est; cùm hic Apostolici Tabularii Arcis S. Angeli, cujus præfecturam gerebat, monumenta in promptu habuerit, Vaticana Basilica, cujus inter Canonicos Nos olim fuisse gloriamur, a quinque Summis Pontificibus Rosæ aureæ munere donata fuit. Idem autem munus Basilica Lateranensis bis, a duobus videlicet Summis Pontificibus, obtinuit: ita pariter in Sanctuario Lauretano, duorum item Pontificum, Gregorii XIII., & Clementis VIII. dono impertitæ geminæ aureæ Rosæ visuntur; harum tamen prima non amplius exponitur, neque a loco, ubi sita est, removetur, ne fortè, cùm a vetustate male habeat, eamdem conteri, aut comminui contingat; qua etiam fortasse de causa in nuper memoratis Basilicis Dominicâ Quartâ Quadragesimæ super Altari unica tantùm Rosa, ea nempe, quæ novissimè donata fuit, exponitur.

Ejusdem Rosæ excipiendæ, & exponendæ diem, & formam præscribit.

Olim, quo die Pontifices Rosam auream benedicebant, sermonem de ea habere consueverant.

§. 7. *In Musei Italici tomo secondo* a Mabillonio inserti reperiuntur Romani Ordines, quos illi datum est, in itinere, quod per Italiam habuit, eoque potissimùm tempore, quo Romæ moratus fuit, Virorum in sacris materiis peritorum ope, colligere. In undecimo autem Ordine, qui Benedicti Canonici S. Petri est, quemque ante *annum* 1143. conscriptum fuisse ex eo patet, quod Cardinali Guidoni alla nostra Metropolitana, e alla nostra Patria, il regalo ancora della Rosa. Doniamo dunque alla nostra Metropolitana la Rosa d'oro da Noi benedetta, come abbiamo detto poc' anzi, nella prossima passata Domenica quarta di Quaresima. Eleggiamo portatore di essa Monsignor Paolo Zani Nostro Nobile Concittadino, e Nostro Cameriere Segreto. Ad esso si daranno le solite istruzioni di quanto dovrà fare. Essendo Noi per anche Arcivescovo di Bologna, e vedendoci in istato, il che molto ci pesa, di non poter più rivedere nè la nostra Chiesa, nè la nostra Patria, crediamo superfluo l'additare ciò, che avremmo fatto in simile congiuntura, se dal Papa fosse stato mandato a Bologna il regalo della Rosa d'oro, essendo Noi semplice Arcivescovo di Bologna. Tampoco non esigiamo, che si faccia quanto fu fatto nel tempo di Gregorio XIII., essendo pur troppo i tempi mutati, e non essendo paragonabile lo stato d' allora collo stato presente. Quello, che a Noi basta, tal che il di più ci dispiacerebbe, si è, che la funzione si faccia nel giorno di S. Pietro Titolare della nostra Metropolitana, in cui si fa solenne Cappella coll' intervento de' Magistrati; e che la Rosa d'oro da Noi regalata si esponga ogni anno nella quarta Domenica di Quaresima nell'Altare Maggiore, nel tempo de' Divini Officj, e Messa, unitamente con quella donata dal Pontefice Gregorio XIII., quando lo stato d' essa lo comporti; parendo a Noi, se la memoria non ci tradisce, non essere la Rosa d'oro di Gregorio molto in buon essere; nel qual caso potrebbe praticarsi ciò, che si pratica nel Santuario di Loreto, ed in altre Chiese. Teofilo Raynaudo *nel tom.* 10. *delle sue Opere*, nel suo Trattato *de Rosa Mediana a Pontifice consecrata*, *alla pag.* 411., fa l'Elenco delle Chiese, alle quali è stato trasmesso dai Papi il regalo della Rosa d'oro. Più esatto è quello del Cartari, avendo avuto esso alle mani i monumenti dell'Archivio Apostolico di Castello S. Angelo, di cui era Prefetto. Da cinque Sommi Pontefici la Basilica Vaticana, di cui ci gloriamo d'esser stati Canonico, ha ottenuto il dono della Rosa d'oro; da due la Basilica Lateranense; e da due il Santuario di Loreto, cioè da Gregorio XIII., e da Clemente VIII. Ma la prima più non si espone, nè si leva dal luogo ov'è, pel timore, che essendo mal ridotta dal tempo, corresse pericolo di guastarsi; e nelle poc'anzi nominate Basiliche, forse per la stessa ragione, non si espone su l'Altare nella quarta Domenica di Quaresima, che l'ultima Rosa d'oro donata.

gnese un simil dono alla medesima Chiesa.

Si prescrive il giorno, e la formola di ricevere, ed esporre la Rosa d'oro.

Fu uso de' Rom. Pontefici di far discorso sopra la Rosa d'oro nel giorno, in cui la benedicevano.

§. 7. Nel *tomo* 2. *del Museo Italico* del Padre Mabillon sono inseriti gli Ordini Romani, che nel suo viaggio d'Italia, e molto più nella sua dimora in Roma, coll'ajuto di Persone prattiche delle sacre materie, potè radunare. Nell' Ordine undecimo, Opera di Benedetto Canonico di S. Pietro, e che fu scritta prima *dell' Anno* 1143. essendo stata dedicata dall'Autore al Cardinale Guidone di Castello,

de Castello ab Auctore dedicatum fuit, qui Cardinalis prædicto anno Pontifex factus, & Cælestini II. nomine appellatus fuit; atque in aliis Ordinibus subsequentibus, qui ad inferiora pertinent tempora, de Rosa aurea mentio facta deprehenditur. Tam autem in illo, qui memorati Canonici Romani Opus est, quàm in altero Cardinalis Jacobi Cajetani, qui Pontificis Bonifacii VIII. nepos fuit, atque etiam in alio Petri Amelii, qui Sacrista fuit Urbani V., illud fuisse moris adjungitur, ut Romanus Pontifex, Rosæ aureæ occasione, de eadem aurea Rosa sermonem haberet. Sanè inter Magni Prædecessoris Nostri Innocentii III. Opera Sermo reperitur, quem ipse per hanc occasionem in Basilica S. Crucis in Hierusalem pronunciavit. Nos quidem prætérita Dominica quarta Quadragesimæ solemnem Benedictionis Rosæ aureæ cæremoniam peregimus, sed nullum eadem occasione Sermonem habuimus; tum quia id a Prædecessoribus nostris, his temporibus, quæ Nobis proximiora sunt, minimè factum fuisse novimus, tum quia in Sacrarum Cæremoniarum libro, qui Christophoro Marcello tribuitur, & Leonis X. tempore conscriptus fuit, quo scilicet hodierno tempore utimur, de hujuscemodi Sermone nullum omnino adest verbum; ac demum quia Dominica quarta Quadragesimæ non est ex iis Festis diebus, in quibus Romanus Pontifex solemni Pontificali ritu celebrare solet; sine Pontificali autem Missâ ut plurimum minimè locus Sermoni est; quemadmodum in supracitato decimo quinto Ordine Romano Petri Amelii *cap.* 47. videre est: *Id certò nota, quod quandocumque Romanus Pontifex facit Sermonem, debet etiam Missam celebrare.* Neque verò hujusmodi Sermonem in hac, quam conscribimus, Epistolâ habere Nobis in animo est; illud tantummodo propositum habemus, ut aliqua, tum circa Auctorem Rosæ, tum circa ipsius significationem, atque ejusdem etiam Benedictionis Auctorem, leviter attingamus; quod quidem non solùm prætermissi Sermonis quodammodo locum tenere poterit, verùm etiam aliquid valebit ad commendandam excellentiam istius muneris, quod Metropolitanæ Bononiensi Ecclesiæ Nostræ transmittimus.

De eodem argumento Pontifex in hac Epistola scribit.

che nel predetto anno fu fatto Papa col nome di Celestino II., e negli altri Ordini susseguenti, e che appartengono ai tempi più bassi, si parla della Rosa d'oro; ed in quello già nominato del Canonico Romano, e nell'altro del Cardinale Giacomo Gaetano Nipote del Pontefice Bonifazio VIII., e nell'altro di Pietro Amelio, che fu Sagrista d'Urbano V., si aggiunge, che il Romano Pontefice soleva nell' occasione della Rosa d'oro sermoneggiare sopra la stessa Rosa d'oro. Ed in fatto fra le Opere del nostro gran Predecessore Innocenzo III. si ritrova il Sermone, che esso in questa occasione fece nella Basilica di S. Croce in Gerusalemme. Noi nella prossima passata Domenica quarta di Quaresima abbiamo fatta la funzione, ma non abbiamo sermoneggiato; non avendo ritrovato, che ciò siasi fatto da' nostri Predecessori ne' tempi a Noi più vicini; non facendosi minima parola del Sermone nel Libro delle Sacre Cerimonie attribuito a Cristoforo Marcello, e scritto nel tempo di Leone X., del quale oggi ci prevaliamo; e non essendo la quarta Domenica di Quaresima una di quelle Feste, nelle quali il Romano Pontefice celebra Pontificalmente, senza la qual Messa Pontificale non ha luogo per lo più il Sermone, come si vede nel decimo quinto Ordine Romano di sopra citato di Pietro Amelio *al Cap.* 47.: *Id certò nota, quod quandocumque Romanus Pontifex facit Sermonem, debet etiam Missam celebrare.* Non intendiamo tampoco di fare un Sermone in questa nostra Lettera, che scriviamo; e la nostra intenzione si è di accennare qualche cosa circa l'autore della Rosa, il significato di essa, e l'autore della Benedizione della medesima; il che non solo sarà un tal quale supplemento al Sermone tralasciato, ma servirà per far noti i pregi del regalo, che trasmettiamo alla nostra Metropolitana di Bologna.

Sopra lo stesso argomento il Pontefice scrive la Lettera presente.

Origo Rosæ aureæ ab aliquibus tribuitur S. Leoni IX., qui Monasterio cuidam imposuit censum duarum unciarum auri, in Rosam impenden.

§. 8. Ut autem illa prætermittamus, quæ circa ejusdem antiquitatem dicenda minimè deessent, sed, si hic afferrentur, nostri temporis Eruditis obsoleta & supervacua jure videri possent; Magnum Pontificem Sanctum Leonem IX. hujusmodi Rosæ aureæ anno Christi MXLIX. auctorem haberi, dicemus. Nobiles Pontificis hujus Progenitores S. Crucis Monasterium in ea Regione, quæ nunc Alsatia dicitur, fundaverant; cumque jus super eodem Monasterio in personam ipsius Pontificis recidisset, placuit ipsi, exemptionem Monasterio concedere, illudque Sanctæ Sedi immediatè subjicere; eidem verò onus imposuit, ut quotannis, aliquot diebus ante Dominicam quartam Quadragesimæ, vel auream Rosam, vel duas auri uncias, Pontifici mitteret; cujus quidem census solutio subsequentibus etiam temporibus adimpleta fuisse dignoscitur; siquidem relata habetur in libro Censuum Cencii Camerarii, quod Opus sub sæculi duodecimi finem conscriptum fuit, atque a Muratorio *in suo tom.* 5. *Antiquitatum Italicarum dissert.* 69. *pag.* 880. etsi minùs integrè typis editum; cujus tamen integrum Auctographum in Tabulario Arcis S. Angeli asservatur, ejusdem verò exemplar exactè ac fideliter descriptum penes Nos habemus, quod a dilecto Filio Magistro Antonio Casalio Cameræ Apostolicæ Præside dono accepimus; quum is illius

Origine della Rosa d'oro attribuita da alcuni a S. Leone IX., il quale impose ad un certo Monastero il censo di due oncie d'oro per la medesima.

§. 8. Lasciando da parte quelle cose, che potrebbero dirsi sopra l'antichità, ma che dette recherebbero, e con ragione, nausea agli eruditi de' nostri tempi, diremo farsi autore della Rosa d'oro il gran Pontefice S. Leone IX. *nell' Anno* 1049. Avevano i di lui nobili Progenitori fondato in Alsazia il Monastero di Santa Croce; e passato in lui il diritto sopra lo stesso Monastero, volle dargli l'esenzione, sottoponendolo immediatamente alla Santa Sede, ed imponendogli il peso di mandare al Papa ogni anno alcuni giorni prima della quarta Domenica di Quaresima o una Rosa d'oro, o due oncie di oro; qual pagamento si ritrova eseguito anche ne' tempi susseguenti, ritrovandosi descritto nel libro de' Censi di Cencio Camerario, Opera scritta nel fine del Secolo duodecimo, e stampata, benchè non interamente, dal Muratori *nel suo tom.* 5. *delle Antichità d'Italia dissert.* 69. *pag.* 880., il di cui Originale intero però si trova nell' Archivio di Castel S. Angelo, ed una fedele, ed esatta Copia si ritrova appresso di Noi, regalataci da Monsignor Antonio Casale Presidente della Camera Apostolica, Copia venuta in di lui potere, come erede, e successore del celebre, ed erudito della sua stessa Famiglia, Gio. Battista Casale.

dominium acquisierit ex hæreditate ac successione celebris, atque eruditi Viri quondam Johannis Baptistæ Casalii gentilis sui.

Ita censet P. Calmet, cujus sententiæ Pontifex non subscribit.

§. 9. Augustinus Calmet *in sua Historia Ecclesiastica, & Civili Lotharingiæ tom. 1. lib. 19. pag. 1040.*, postquam de fundatione Monasterii Sanctæ Crucis in Alsatia, ac de tributo per S. Pontificem Leonem IX. eidem imposito, ea omnia retulit, quæ nuper exposita a Nobis sunt, ita subdit: *Talis est origo Rosæ aureæ, quam etiam hodie Pontifex benedicit quartâ Dominicâ Quadragesimæ, quæ dicitur* Lætare, *& quam alicui ex Principibus, in amoris atque æstimationis pignus, dono mittit.* Nos verò licèt hujusce Auctoris doctrinam & litterarios labores probè compertos habeamus; minimè tamen adduci possumus, ut prædictæ illius opinioni subscribamus. Illud enim libenter admittimus, S. Leonem PP. IX. Monasterio S. Crucis præfatum tributum imposuisse, ex eoque probari, Rosam auream illius ætate in usu fuisse; at ex eo nequaquam probari posse judicamus, eumdem Pontificem ritus Rosæ aureæ Auctorem fuisse, quin immo ex eo ipso arguimus hujusmodi ritum aliquanto priùs institutum fuisse.

§. 9. Il Padre Calmet *nella sua Storia Ecclesiastica, e Civile di Lorena al tom. 1. lib. 19. pag. 1040.*, dopo aver riferito quanto è stato da Noi poc' anzi esposto della fondazione del Monastero di Santa Croce in Alsazia, e del tributo impostogli da S. Leone IX., così scrive: *Tale è l'origine della Rosa d' oro, che il Papa benedice ancor oggi la quarta Domenica di quaresima, chiamata* Lætare, *e che manda a qualche Principe per contrassegno di stima, e di affetto.* Ma Noi, benchè sappiamo il merito del Padre Calmet, e le sue fatiche litterarie non ci siano ignote, non possiamo sottoscriverci al sopradetto di lui parere; ammettendo ben volentieri, aver il Pontefice S. Leone IX. imposto al Monastero di Santa Croce il divisato tributo; provarsi con ciò, che la Rosa d' oro era usitata nel suo tempo; ma non provarsi, che esso sia stato l'Autore del rito della Rosa d' oro, anzi doversi supporre, che il rito fosse stato qualche tempo prima istituito.

Sentimento del P. Calmet, a cui non consente il Pontefice.

Referuntur verba Privilegii Sancti Leonis IX.

§. 10. Porro idem Calmet *part. 2. sui tom. 1. nuper citati* ad asserendam veritatem rerum, quæ ab ipso enarrantur, authentica affert testimonia, Privilegium scilicet S. Leonis IX., cujus quidem ea, quæ subjicimus verba, ad rem nostram vel maximè faciunt: *Pro donatione igitur libertatis istius, o Crux*, quod videlicet Monasterium Titulo Sanctæ Crucis insignitum esset, *ipso Sole nitidior, cunctisque creatis pretiosior, Petro Apostolo ipso tuo Monasterio concessa, pro salute animæ meæ, meorumque parentum ibidem in Christo tuo Domino Nostro dormientium, penso annuatim constituto tempore nostræ Apostolicæ Sedi ab Abbatissa ipsius loci solvendam, Rosam videlicet auream penso duarum Romanarum unciarum, aut factam sicut fieri solet, aut tantumdem ad faciendam, tempore Quadragesimæ mittendam octavo die antequam a Nobis, & Successoribus nostris consuetè portari in quarta Dominica, præcedente videlicet die Dominico, cum cantatur Introitus: Oculi mei semper ad Dominum.*

§. 10. Il Padre Calmet *nella part. 2. del suo tom. 1. poc' anzi citato* porta le testimonianze autentiche per ben assodare i suoi racconti; ed *alla pag. 426. e seg.* porta il privilegio di S. Leone IX., e le parole, che fanno al nostro caso, sono le seguenti: *Pro donatione igitur libertatis istius, o Crux*, essendo il Monastero intitolato di Santa Croce, *ipso Sole nitidior, cunctisque creatis pretiosior, Petro Apostolo ipso tuo Monasterio concessa, pro salute animæ meæ, meorumque parentum ibidem in Christo tuo Domino Nostro dormientium, penso annuatim constituto tempore nostræ Apostolicæ Sedi ab Abbatissa ipsius loci solvendam, Rosam videlicet auream penso duarum Romanarum unciarum, aut factam sicut fieri solet, aut tantundem ad faciendam, tempore Quadragesimæ mittendam octavo die antequam a Nobis, & Successoribus nostris consuetè portari in quarta Dominica, præcedente videlicet die Dominico, cum cantatur Introitus: Oculi mei semper ad Dominum.*

Si riportano le parole del Privilegio di S. Leone.

Aliqua ex adductis verbis indicant majorem antiquitatem hujus Ritus.

§. 11. Hic autem considerandæ sunt tum verba illa: *Aut factam sicut fieri solet;* tum alia etiam, quæ paulo post subsequuntur: *Consuetè portari in quarta Dominica;* videndumque, an ulla ratione fieri possit, ut ritus Rosæ aureæ Sancto Leoni IX. tamquam primo Auctori adscribatur. Sanè quidem ex prædictis verbis arguitur, hujusce modi ritum præcedenti tempore introductum extitisse; Sanctum verò Leonem illum fuisse ostenditur, qui onus impensæ in auream Rosam faciendæ Monasterio suo imposuit; verùm nullatenus iisdem verbis probatur, eumdem Pontificem ritus illius Institutorem fuisse, quemadmodum nuper dictum est. Etenim, si revera talis fuisset, aliquid amplius relatis verbis addidisset; causas nimirum exposuisset, atque rationes, quibus ad eumdem ritum constituendum inductus esset; diem verò, quo solemnis ea cæremonia quotannis peragenda foret, ibidem ipse designasset, non tamquam antea præstitutum posuisset, ut ab eo factum fuisse deprehenditur. Siquidem hujusmodi cæremoniæ diem pro jampridem constituto habens, hoc solùm mandat, ut pensum a Monasterio solvendum, octo diebus ante Dominicam *Lætare* in Urbe sit, videlicet die Dominico, in quem cadit Introitus: *Oculi mei semper ad Dominum;* qui nempe Dominica tertia Quadragesimæ in Missa legitur.

§. 11. Si osservino le parole: *Aut factam sicut fieri solet &c.* si osservino le altre: *consuetè portari in quarta Dominica &c.*: E poi si dica, se può ragionevolmente pretendersi, che il rito della Rosa d' oro riconosca per primo autore il Pontefice S. Leone IX. Dimostrano bensì le parole, che il rito era precedentemente introdotto, e che esso fu quello, che addossò la spesa della Rosa d' oro al suo Monastero; ma non provano in verun modo, che fosse l' istitutore del rito, come poc' anzi si è detto. Se lo fosse stato, avrebbe detto qualche cosa di più; avrebbe esposte le cause, ed i motivi, da i quali fosse stato condotto ad introdurlo; avrebbe stabilito il giorno, in cui si dovesse fare ogni anno la funzione, non lo avrebbe supposto, come vediamo aver fatto. Imperocchè dando già il giorno della funzione, come antecedentemente fissato, ordina, che il tributo sia in Roma otto giorni prima della Domenica *Lætare*, volendo, che sia in Roma nella Domenica, in cui cade l' Introito: *Oculi mei semper ad Dominum*, che per appunto si legge nella terza Domenica di Quaresima.

Da esso però si deduce un' antichità maggiore di questo Rito.

Ea verba conatur quispiam pertrahere in sensum Calmetio, sibique placitum.

§. 12. Nostras hujusce modi animadversiones cum Nos aliquibus egregiis Academicis nostris, ex his, qui singulis feriis secundis coram Nobis convenire assolent, & valde accu-

§. 12. Comunicate queste nostre riflessioni a que' nostri virtuosi Accademici, che ogni giorno di Lunedì si radunano avanti di Noi, e con molta esattezza discorrono delle sacre materie,

Si sforzano alcuni di adattare le riferite parole al proprio sentimento se del Calmet.

ratè de sacris rebus & antiquitatibus disserere, communicavimus, æqui bonique exceptæ, & approbatæ (licèt non ab omnibus) fuerunt. Quare, cum aliquis ex ipsis in Academico conventu *die 6. Maji* 1748. habito, multa cum eruditione, ut illius mos est, Patris Calmeti partes tuendas susceperit, illa quidem verba : *Rosam factam sicut fieri solet* : ita interpretatus est, quasi non infectam, sed elaboratam ac perfectam Rosam designarent; aliis verò verbis : *Consuetè portari in quarta Dominica* : ea indicari censuit, quæ Pontifex & per se ipsum facere constituisset, & per Successores suos fieri cuperet, quoniam ante prædicta verba alia hæc habentur : *a Nobis, & Successoribus nostris*; adeò ut verus verborum sensus esse debeat, ac sit, quod scilicet S. Leo onus illud Abbatissæ imponeret, ut eadem sive Rosam ex auro confectam & elaboratam, sive duas auri uncias Romam mittere deberet, propterea quod quartâ Quadragesimæ Dominicâ, tum ipse Rosam eamdem manu gestare vellet, tum ita in posterum a Successoribus suis fieri exoptaret; atque hinc rectè concludi, Pontificem illum Ritus hujusmodi auctorem fuisse.

incontrarono una benigna approvazione, ma non però appresso di tutti; essendovi stato taluno, che nell'Accademia tenuta *ai 6. di Maggio* 1748. si fece con molta erudizione, al suo solito, partigiano del Padre Calmet, interpretando le parole : *Rosam factam sicut fieri solet* : come esprimenti una Rosa bella e fatta, e le altre : *Consuetè portari in quarta Dominica* : come esprimenti quanto il Papa voleva fare, e voleva, che si facesse da' suoi Successori, giacchè avanti d'esse vi erano queste altre : *a Nobis, & Successoribus nostris* : in tal maniera che il vero senso sia, e debba essere, che S. Leone imponeva all'Abbadessa il peso di mandare o una Rosa d'oro bella e fatta, o due oncie d'oro, volendola esso portare in mano la quarta Domenica di Quaresima, e volendo ancora, che così si facesse da' suoi Successori, il che dimostra, essere esso stato l'autore di questo rito.

Sed frustra.

§. 13. Omnino negari nequit, interpretationem hanc, & acutam, & ingenio illius dignam esse, qui eam in medium produxit. Verùm Nos minimè adduci potuimus, aut possumus, ut eandem admittamus. Non inficiamur, per verba illa : *aut factam*, designari quidem Rosam, quæ elaborata, & confecta sit; verùm alia, quæ subsequuntur, verba : *sicut fieri solet*, aliquid amplius innuunt, nimirum, quod Rosa illa non confecta solùm esse deberet, verùm eâ formâ, & opere opificio elaborata, cujusmodi ad illud tempus Rosæ aureæ perfectæ fuerant. Nec diffitemur, hanc Pontificis voluntatem fuisse, ut Rosa sive a Monasterio transmissa, sive ex duabus auri unciis ab eodem solutis conflata, non minùs a se, quàm a Successoribus suis manu gestari deberet; verùm, cum ibidem vox *consuetè* interponatur, quæ non futurum, sed præteritum tantummodo tempus designandi vim habet; satis inde manifestum fit, Pontifici in animo fuisse hoc dicere, idque revera dixisse, quod cum Prædecessores sui Dominicâ quartâ Quadragesimæ Rosam auream manu gestare consuevissent, ipse eam gestare decreverat, quæ a suo Monasterio in posterum transmittenda esset, idemque per Successores suos fieri statuebat.

§. 13. Non può negarsi, che l'interpretazione non sia ingegnosa, e degna del talento di chi l'ha prodotta; ma a Noi non è bastato, nè basta l'animo di poterla ammettere. Confessiamo, che la parola *aut factam*, significa una Rosa bella e fatta : ma le altre immediate : *sicut fieri solet*, passano più avanti; additando, che la Rosa doveva essere bella e fatta, ma però fatta in quella forma, e con quella manifattura, con cui erano state fatte le Rose d'oro fino allora. Confessiamo, che il Pontefice volle, che la Rosa o mandata dal Monastero, o fatta colle due oncie d'oro da esso trasmesse, si portasse in mano non meno da lui, che da' suoi Successori, ma frapponendovi la parola *consuetè*, che non può significare il tempo futuro, ma il solo tempo passato, dà a conoscere, aver il Pontefice voluto dire, e detto, che essendo stati soliti i suoi Predecessori di portare in mano la Rosa d'oro la quarta Domenica di Quaresima, voleva esso portar quella, che doveva trasmettersi dal suo Monastero, e che lo stesso si facesse da' suoi Successori.

Ma ciò non riesce.

Auctores, qui ex ipsis verbis majorem Ritus antiquitatem deducunt. Leonicus.

§. 14. Michael Leonicus, qui Pauli V. tempore insignis Pontificiæ Cappellæ Cœremoniarum Magister fuit, ingentem manuscriptorum suorum copiam reliquit, quæ, partim in Tabulario Arcis S. Angeli, partim in Vaticana Bibliotheca asservantur. Is autem in quodam ex hujusmodi anecdotis, quod a Carthario in suo Opere jam allegato *pag.* 10. refertur, postquam Privilegii Leonis IX. superiùs citati mentionem fecit, ita subdit : *Hujusmodi Monumentum sexcentorum annorum antiquitatem indicat; sed majorem etiam ex ipso arguere licet. Nullum hoc vetustius vidi.* Pagius *in Breviario Romanorum Pontificum tom. 2. in vita Urbani II. ad nu.* 56. ei opinioni adhærere videbatur, ut Urbanum ipsum ritus hujusce auctorem faceret, qui *anno* 1088. Pontifex factus fuit, viderat enim *in tomo* 10. *Spicilegii* fragmentum Andegavensis Historiæ, in quo legitur, Pontificem hunc, cum Turonem venisset Dominicâ quartâ Quadragesimæ, Rosam auream manu gestasse, eamque Fulconi Comiti Andegavensi dono dedisse; præterea animadverterat, nullum a Martene *in suo tractatu de Divinis Officiis cap.* 19. *num.* 17. pro Rosa aurea vetustius prædicto Urbano II. monumentum afferri. Verùm, cum aliqua facti Leonis IX. notitia ad eumdem per-

§. 14. Michele Lonigo gran Maestro di Cerimonie della Cappella Pontificia nel tempo del Pontificato di Paolo V. lasciò una quasi incredibile quantità de' suoi Manoscritti, che si conservano nell'Archivio di Castel S. Angelo, e nella Biblioteca Vaticana. In uno di questi, riferito dal Cartari *nella sua Opera già allegata alla pag.* 10. fa menzione del citato Privilegio di Leone IX. e poi soggiugne le seguenti parole : *Mostra questa memoria seicento anni d'antichità; ne argomenta però molti più. Non ho veduta altra innanzi di questa.* Il Pagi *nel Breviario Romanorum Pontificum al tom. 2. nella vita di Urbano II. al num.* 56. avrebbe inclinato a fare autore di questo rito il detto Pontefice Urbano II., che fu fatto Papa *l'anno* 1088. avendo osservato *nel tom.* 10. *dello Spicilegio* un frammento della Storia Andegavense, in cui si legge, che essendo il detto Pontefice venuto a Tours, nella quarta Domenica di Quaresima portò in mano la Rosa d'oro, che regalò a Fulcone Conte Andegavense, ed avendo altresì osservato, che il Martene *nel suo Trattato de Divinis Officiis al cap.* 19. *num.* 17. non porta monumento più antico per la Rosa d'oro, del sopraddetto d'Urbano II. Ma essendogli poi capita alle mani una tal quale notizia del fatto di

Autori, che dalle parole del Privilegio congetturano essere il Rito più antico. Il Lonigo.

Pagi.

Il Pagi.

venisset, summa ingenuitate sententiam mutavit, quemadmodum *in citata vita Urbani II. num. 56.* deprehenditur: *Si ergo hæc admittatur narratio, hic ritus multò antiquior est, quàm crediderat; sed tamen non multò ante S. Leonem IX. introductus.* Inter doctos Viros, qui edendis in lucem Operibus hodie sibi famam acquirunt, dilectus Filius Joseph Catalanus Presbyter meritò recensendus est. Is præter alia volumina Typis edita. Tomum unum super Opere Sacrarum Cæremoniarum Ecclesiæ Romanæ, quod, ut supra diximus, Christophoro Marcello Archiepiscopo Corcyrensi tribuitur, non ita pridem vulgavit, Nobisque inscripsit. Ibi autem *lib. 1. tit. 7. cap. 3. de Benedictione Rosæ §. 1. num. 3. & seq.* sententiæ illi adhæret, quod Rosæ aureæ ritus ante Pontificatum S. Leonis IX. institutus jam esset.

Catalanus.

Il Catalano.

§. 15. Quare, ut primum quæstionis caput, quod ad ritus hujusce auctorem attinet, concludamus, ritum ipsum valde vetustum quidem, atque a multis ante sæculis introductum fuisse dicemus, ac S. Leonem IX. de eodem, tamquam de ritu pridem in more posito, mentionem facere, certam autem notitiam de vero, ac præciso institutionis illius tempore nequaquam haberi: at nullo pacto ferendam esse heterodoxi Philippi Mornay assertionem *in suo Mysterio iniquitatis ad pag. 1006.*, ubi, dum Urbanum V. Rosam auream Joannæ Reginæ Siciliæ dono dedisse refert, eumdem Urbanum ritus hujusce auctorem fuisse affirmat; etenim, etiamsi ex æquitate admittatur, Leonis IX. monumentum eidem ignotum fuisse; non excusandus tamen est, quod vel dissimulaverit, vel ignoraverit, ante Urbanum V. Rosam auream ab Eugenio III. ad Alphonsum Hispaniæ Regem; ab Alexandro III. ad Francorum Regem dono missam fuisse, eundemque Pontificem cum Venetiis esset, Reipublicæ illius Ducem eodem munere decorasse; Innocentium pariter III. ante Urbani V. tempora bis super Rosa aurea Sermonem habuisse. Hæc quidem facta extra omnem controversiæ aleam sunt. Quapropter jure ac meritò Hospinianus, licet heterodoxus, *in suo Opere de Festis*, Mornay assertionem rejecit; eademque strenuè impugnatur a Gretsero *tom. 5. suorum Operum lib. 2. de Benedictionibus cap. 40. pag. 269. & seq. & tom. 7. in examine Mysterii Plesseani ad caput 60. pag. 365.*

Rosæ aureæ Ritus antiquior est Pontificatus S. Leonis IX., sed prima ejus origo ignoratur.

Philippi Mornay error notatur.

§. 15. E però, conchiudendo il primo punto, che appartiene all' autore del rito, diremo, esser esso molto antico, essere stato introdotto molti Secoli addietro; farne menzione S. Leone IX., come di un rito prima introdotto, non averci certa notizia del tempo preciso della introduzione; ed essere intollerabile l' asserzione dell' eterodosso Filippo Mornay *nel suo Mistero d' iniquità alla pag. 1006.*, ove riferendo, che Urbano V. regalò la Rosa d' oro a Giovanna Regina di Sicilia, dice, che esso fu autore di questo rito: imperocchè, ammesso con ogni ragionevolezza, che ad esso fosse ignoto il monumento di Leone IX., non è però scusabile l' avere o dissimulato, o ignorato, che, prima d' Urbano V., Eugenio III. mandò la Rosa d' oro ad Alfonso Rè di Spagna; Alessandro III. prima di Urbano V. la mandò in dono al Rè di Francia, ed essendo in Venezia, ne fece un presente al Doge della Repubblica; e che prima pure d'Urbano V. Innocenzo III. sermoneggiò due volte sopra la Rosa d' oro. Questi fatti sono incontrastabili. Per lo che l'Ospiniano, benchè eterodosso, *nella sua Opera delle Feste* rigetta l' asserzione del Mornay, che pure è con molto valore impugnata dal Gretsero *nel tom. 5. delle sue Opere al lib. 2. de Benedictionibus cap. 40. pag. 269. e seg. e nel tom. 7. in Examine Mysterii Plesseani al cap. 60. pag. 365.*

Il Rito della Rosa d' oro è innanzi il Pontificato di S. Leone IX., ma la di lui origine è ignota.

Si accenna l' errore di Filippo Mornay.

§. 16. Sequitur jam, ut de iis, quæ ad ritus hujusce significationem pertinent, dicamus. Quia tamen ad id, necesse est, ut aliqua priùs circa Dominicam quartam Quadragesimæ, in qua a Romano Pontifice Rosæ aureæ Benedictio peragitur, indicemus; de hac idcirco pauca præmittimus. Diem hanc, Dominicam lætitiæ appellari, atque esse, primum omnium sciendum est, proindeque eâ recurrente, in Introitu Missæ leguntur illa verba Isaiæ: *Lætare Hierusalem, & conventum facite omnes, qui diligitis eam; gaudete cum lætitia, qui in tristitia fuistis, ut exultetis, & satiemini ab uberibus consolationis vestræ*: quibus verbis Israëlitici Populi lætitia designatur, qua tunc perfusus fuit, quum Dominus Deus, diuturnæ illius captivitatis miseratione commotus, eum a Babylonica servitute liberavit; quæ etiam verba ad Sanctæ Ecclesiæ, & Christi Fidelium lætitiam exprimendam accommodatissima sunt, eò quòd in præsentia non ampliùs sub Hebræorum, ac Gentilium persecutionibus gemat, ut primis temporibus miserrimè opprimebatur; juxta id, quod a sacris Expositoribus super eodem Textu observatur. Evangelium autem, quod in Missa ejusdem Dominicæ quartæ legitur, lætitiæ item plenum est, quum scilicet in eo prodigiosa panum, ac piscium multiplicatio enarretur, quibus refectæ, ac satu-

Officia Ecclesiastica Dominicæ IV. in Quadragesima lætitiam undique præferunt.

§. 16. Succede l' altro punto, che appartiene al significato di questo rito. Ma di ciò non si può discorrere, se prima non si accenna qualche cosa in ordine alla Domenica quarta di Quaresima, in cui si benedice dal Romano Pontefice la Rosa d' oro. Questa Domenica è chiamata, ed è Domenica di allegrezza, e però nell' Introito della Messa si leggono le parole d' Isaia: *Lætare Hierusalem, & conventum facite omnes, qui diligitis eam; gaudete cum lætitia, qui in tristitia fuistis, ut exultetis, & satiemini ab uberibus consolationis vestræ*: parole, che alludono all' allegrezza del popolo d'Israele, allora che il Grande Iddio mosso a compassione della di lui lunga servitù, lo liberò dalla schiavitù di Babilonia; e che altresì molto bene si addattano ad esprimere l' allegrezza di Santa Chiesa, e de' Fedeli, che più non gemono, come ne' primi tempi gemevano sotto le persecuzioni degli Ebrei, e de' Gentili; giusta l' osservazione de' Sacri Espositori sopra il detto testo. Il Vangelo pure, che si legge nella Messa della Domenica quarta, è Vangelo d'allegrezza, riferendosi la miracolosa moltiplicazione de' pani, e de' pesci, e la susseguente refezione delle turbe, che di là dal Mare di Galilea nella Tiberiade erano concorse a sentire Gesù Cristo, che predicava, ed avendo veduto il sopradetto gran miracolo, volevano farlo Rè;

Gli Officii Ecclesiastici della Domenica IV. di Quaresima spirano allegrezza per ogni parte.

ratæ sunt turbæ, quæ, ut Christum prædicantem audirent, trans mare Galilææ in Tiberiade confluxerant, quæque tam magno prodigio commotæ, Christum sibi Regem facere constituerant; quo factum est, ut is inde aufugeret, ac sese absconderet. Jam verò quod in hujus diei solemni Missa ministrantes Dalmaticis induros conspicimus, ex iisdem etiam sacris vestibus, quæ signa lætitiæ sunt, Ecclesiæ gaudium agnoscimus. Extat *in tom.* 24. Bibliothecæ Maximæ Patrum editionis Lugdunensis *pag.* 1405. Sermo quidam numero XIV. notatus, cujus Petrus Blesensis auctor esse existimatur, quique super hac Dominica IV. Quadragesimæ conscriptus est. In ipso autem mirari se indicat Auctor, quid sibi velit insueta hæc Ecclesiæ lætitia, quum maximè Dominica hæc Quadragesimæ sit, aliamque diem Dominicam, quæ Passionis dicitur, proximè præcedat. Verum, quum is varias lætitiæ hujusce causas assignet, quæ maximè ad rem nostram facit, ea est, quæ ab Innocentio III. affertur in eo Sermone, de quo superius dictum fuit; ubi ait, idcirco voluisse Ecclesiam in quarta hac Dominica Fideles ad spiritualem lætitiam excitare, ut eos in pœnitentiis, ac jejuniis Quadragesimalibus laborantes aliqua ratione sublevarat: *Ne ergo Fidelis Populus propter asperitatem Quadragesimalis abstinentiæ sub continuo labore deficeret, in hac mediana Dominica quoddam recreationis solatium interponitur, ut anxietas temperata leviùs sufferatur. Hodiernum enim Officium totum est plenum lætitia, totum exultatione refertum, totum gaudio cumulatum.* Hæc eadem ratio tum a Durando *in suo Rationali Divinorum Officiorum*, tum a Casali *de veteribus Christianorum ritibus cap.* 81., a Rocca *in suo Tractatu de Rosa aurea*, ac demum a Quarto *in Tractatu de Benedictionibus in particulari sect.* 2. fusè illustratur.

per lo che esso fuggì, e si nascose. Nella Messa pure solenne di questo giorno i Ministri si servono delle Dalmatiche, che sono segni di allegrezza. Nel *tom.* 24. della Massima Biblioteca de' Padri della stampa di Lione *alla pag.* 1405. si ritrova un Sermone attribuito a Pietro Blesense, che è il decimo quarto, fatto per appunto sopra questa Domenica quarta di Quaresima. In esso si maraviglia dell' allegrezza della Chiesa, trattandosi di una Domenica di Quaresima, e d' una Domenica prossima a quella di Passione. Assegna varie cause della predetta allegrezza; ma quella, che fa al caso nostro, viene assegnata da Innocenzo III. nel sopraddetto suo Sermone, in cui dice, aver voluto la Chiesa eccitare in questa quarta Domenica i Fedeli ad una spirituale allegrezza, per sollevarli da quanto avevano sofferto nelle penitenze, e digiuni quadragesimali: *Ne ergo Fidelis Populus propter asperitatem quadragesimalis abstinentiæ sub continuo labore deficeret, in hac mediana Dominica quoddam recreationis solatium interponitur, ut anxietas temperata leviùs sufferatur. Hodiernum enim Officium totum est plenum lætitia, totum exultatione refertum, totum gaudio cumulatum.* Questa ragione viene anche ampiamente illustrata dal Durando *nel suo Rationale Divinorum Officiorum lib. 6. cap.* 57., dal Casali *de Veteribus Christianorum ritibus al cap.* 81., dal Rocca *nel suo Trattato della Rosa d' oro*, dal Quarto *nel suo Trattato de Benedictionibus in particulari sect.* 2.

Huic lætitiæ consona est Benedictio, & gestatio Rosæ aureæ.

§. 17. Cum tanta igitur hujusce diei spiritualis lætitia sit, piè ac sapienter a Romanis Pontificibus excogitatum est, ut Rosæ aureæ ritum introducerent, quam balsamo inungi, & musco etiam adspergi mos est. Verba autem Orationis, quæ a Romano Pontifice, dum Rosam auream benedicit, recitantur, hæc sunt: *Majestatem tuam suppliciter exoramus, ut hanc Rosam odore, visuque gratissimam, quam hodierna die in signum spiritualis lætitiæ manibus gestamus, benedicere, & sanctificare tua pietate digneris.* Et quidem per Florem Jesus Christus Redemptor noster denotatur: *Flos iste Christum Regem exprimit ac designat, qui de se ipso loquitur dicens: Ego Flos campi, & lilium cavallium;* per aurum verò, eumdem Regem Regum, & Dominum Dominantium fuisse innuitur; quod etiam significavit aurum illud, quod ipsi a Magis oblatum fuit: *Aurum namque Regem non immeritò dicitur denotare, cum ad hoc designandum a Magis figuraliter oblatum fuerit Salvatori, ut per hoc Rex Regum, & Dominus Dominantium monstraretur*; denique odor gloriosæ Resurrectionis ejusdem triumphum præmonstrat, quæ mundi totius fuit, atque est, spiritualis lætitia: *Odor autem hujus floris, Resurrectionis ejus gloriam præfigurat &c. sanè anfractus, & climata omnium scelerum fœditate concreta tantus odor Dominicæ Resurrectionis asperfit, ut nulla pars Orbis alienam se ab odore isto sentiat, vel expertem, sed omnes se gaudeant odore hoc suavissimo spirituales nequitias in cœlestibus jam vicisse.* Ita magnus Prædecessor noster Alexander III. ad Ludovicum VII. Francorum Regem scripsit, cum Rosam auream eidem dono mitteret; cujus Epistola *tom.* 10. Labbeanæ Collectionis Conciliorum Editionis Parisiensis *pag.* 1360. refertur; ubi Cossartius *in Notis* animadvertit, ante Ale-

Conviene con questa allegrezza il benedirsi, e portarsi della Rosa d' oro.

Alia mysteria hujus Ritus indicantur.

§. 17. Continuando il sistema della spirituale allegrezza di questo giorno, fu poi savio e divoto pensiere de' Romani Pontefici l' introdurre il rito della Rosa d' oro, che si unge col balsamo, sopra cui si pone ancora il muschio. *Majestatem tuam suppliciter exoramus, ut hanc Rosam odore, visuque gratissimam, quam hodierna die in signum spiritualis lætitiæ in manibus gestamus, benedicere, & sanctificare tua pietate digneris*: sono parole dell' Orazione, che recita il Romano Pontefice benedicendo la Rosa d' oro; significando il fiore il nostro Redentore Gesù Cristo: *Flos iste Christum Regem exprimit ac designat, qui de se ipso loquitur dicens: Ego flos campi, & lilium convallium;* additando l' oro, ch' esso fu Rè de' Rè, e Padrone de' Dominanti; il che anche si vidde nella oblazione dell' oro, che gli fecero i Magi: *Aurum namque Regem non immeritò dicitur denotare, cum ad hoc designandum a Magis figuraliter oblatum fuerit Salvatori, ut per hoc Rex Regum, & Dominus Dominantium monstraretur*; e significando l' odore la gloria della di lui Risurrezione, che fu, ed è la spirituale allegrezza di tutto il Mondo: *Odor autem hujus floris Resurrectionis ejus gloriam præfigurat &c. sanè anfractus, & climata omnium scelerum fœditate concreta tantus odor Dominicæ Resurrectionis asperfit, ut nulla pars Orbis alienam se ab odore isto sentiat, vel expertem, sed omnes se gaudeant odore hoc suavissimo spirituales nequitias in cœlestibus jam vicisse*: Così scrisse il Nostro gran Predecessore Alessandro III. a Lodovico VII. Rè di Francia, mandandogli la Rosa d' oro; e la di lui Lettera è riferita *nel tom.* 10. della Collezione de' Concilj del Labbè della stampa di Parigi *alla pag.* 1360. sopra la quale il Cossart *nelle Note* osserva, essere stato ciò anche detto, prima di

Altri misteri si dichiarano di questo Rito.

xandrum III. a Pontifice Eugenio III. idem dictum fuisse in Epistola, quam ad Alphonsum Hispaniæ Regem, auream Rosam ipsi mittens, conscripsit; quæ Epistola *eodem tomo pag.* 1094. habetur: *Rosam auream, quam in signum Passionis, & Resurrectionis Jesu Christi Domini Nostri Dominicâ, qua cantatur: Lætare Hierusalem, singulis annis Romanus Pontifex portare consuevit, Serenitati tuæ per Venerabilem Fratrem nostrum P. Segoviensem Episcopum providimus transmittendam.* Qua in re illud etiam hic animadvertere opportunum est, in Rosæ aureæ ritu id moris antiquitus fuisse, ut aurum ipsum rubro colore tingeretur ad Christi Passionem distinctiùs denotandam, quemadmodum ex citata Alexandri III. Epistola deducitur: *Rubor autem, quo aurum coloratum est, & suffusum, Passionem significat Redemptoris, de quo utique scriptum est: Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Et iterum: Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?*

Alessandro III., dal Pontefice Eugenio III. nella Lettera, con cui accompagnò il regalo della Rosa d' oro ad Alfonso Rè di Spagna, qual Lettera è *nello stesso tomo alla pag.* 1094.: *Rosam auream, quam in signum Passionis, & Resurrectionis Jesu Christi Domini Nostri, Dominicâ, qua cantatur: Lætare Hierusalem, singulis annis Romanus Pontifex portare consuevit, Serenitati tuæ per Venerabilem fratrem nostrum P. Segoviensem Episcopum providimus transmittendam.* Non essendo fuor di proposito l' accennare, che anticamente, per esprimere anche col colore la Passione di Christo in questo rito della Rosa d' oro, lo stesso oro si tingeva con color rosso, come chiaramente si deduce dalla citata Lettera d'Alessandro III. *Rubor autem, quo aurum coloratum est, & suffusum, Passionem significat Redemptoris, de quo utique scriptum est: Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Et iterum: Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?*

In Benedictione Rosæ aureæ preces recitantur, ac præter muscum, & balsamum, adhibetur aqua benedicta, & incensum.

§. 18. Illud postremò observandum restat, quod pertinet ad Rosæ aureæ Benedictionem. Hæc autem in præcitato Opere de Sacris Cæremoniis Marcelli nomine inscripto exactè descripta habetur, ubi *lib. 1. ad tit. de Benedictione Rosæ*, & indicatam superiùs Orationem refert, quæ in benedicenda Rosa adhibetur, & exponit, Rosam ipsam balsamo inungi, ac muscum contritum super eandem imponi; qui muscus in Ecclesia Græca etiam hodie in usu est, cum sit una ex illis speciebus, ex quibus sacra Unctio, sive Chrisma conficitur, quemadmodum in Euchologio Græcorum *pag.* 508., tum apud Goar *super eodem Euchologio pag.* 516., & apud Isaac Haberti *in Pontificali Græcorum pag.* 699., & *pag.* 714. videre est; super hæc omnia demum aquam benedictam aspergi, atque incensum adoleri subjungit; quæ etiam ab eodem *lib. 2. cap. 37.* referuntur.

§. 18. Resta l' ultimo punto, che è quello della Benedizione. Viene la funzione esattamente descritta nell' Opera delle Sacre Cerimonie già di sopra citata, attribuita a Cristofaro Marcello, ove *al lib. 1. al tit. de Benedictione Rosæ* riferisce l' Orazione di sopra accennata, con cui si benedice la Rosa d' oro; espone, che si unge la Rosa col balsamo; che sopra vi si pone il muschio tritato, del qual muschio ancora si serve la Chiesa Greca, essendo il muschio una di quelle specie, le quali compongono il sacro unguento, o crisma, come si vede nell'Eucologio de' Greci *pag.* 508., nel Goar *sopra il detto Eucologio pag.* 516., ed in Isaac Haberti *nel Pontificale de' Greci pag.* 699. *&* *pag.* 714.; e finalmente il tutto si asperge coll' acqua benedetta, e s' incensa; e lo stesso vien pure da esso riferito *al lib. 2. cap. 37.*

Nella Benedizione della Rosa d'oro si recitano preghiere, e oltre il muschio, e il balsamo, si fa uso dell' acqua benedetta, e dell' incenso.

Non ejusdem ætatis est Benedictio Rosæ aureæ, ac ipsius institutio.

§. 19. Permulti sunt, qui falsò existimant, institutionem ritus Rosæ aureæ, atque ipsius benedictionem uno, eodemque tempore ortum habuisse. Quod quidem nulla ratione sustineri posse ex eo patet, quod in Romanis Ordinibus, qui a prædicto Joanne Mabillonio *tom. 2. Musæi Italici* editi sunt, quorum aliqui ante, alii post decimum tertium seculum conscripti fuerunt, de Rosa quidem aurea, de balsamo, & musco, fermo sit; verùm nulla omnino mentio de Benedictione in ipsis habeatur. Edmundus Martene *in supracitato cap. 19. num.* 17. Pontificem Innocentium IV., qui *anno* 1243. ad Summum Pontificatum evectus fuit, Benedictionis hujusce auctorem facit, eâ nixus ratione, quod in ejusdem Pontificis Vita verba hæc legantur: *Primus Rosam auream solemni cæremonia, ac ritu benedixit, eamque Canonicis Sancti Justi hospitibus suis Lugduni dono dedit.* Verùm Pagius *in Breviario Romanorum Pontificum tom. 3. in Vita Innocentii IV. ad num.* 28. de fide Auctoris illius Vitæ vehementer dubitat, cum in Ordine Romano Petri Amelii, qui Sacrista fuit Urbani V. *anno* 1362. in Pontificem electi, nulla Benedictionis mentio facta reperiatur.

§. 19. Molti sono in errore, credendo esser nata nello stesso tempo l'istituzione del rito, e la benedizione; ma ciò non ha sussistenza, essendovi gli Ordini Romani, stampati dal Padre Mabillon, come abbiamo detto, *nel tom. 2. del suo Museo Italico*, fatti e prima e dopo il secolo decimo terzo, ne' quali si parla della Rosa d' oro, e del balsamo, e del muschio, ma nè punto, nè poco si parla della Benedizione. Il Martene *nel sopraccitato cap. 19. nu.* 17. fa autore di questa Benedizione il Pontefice Innocenzo IV., che ascese al Sommo Pontificato *l' anno* 1243. fondatosi su la Vita dello stesso Pontefice, in cui si legge: *Primus Rosam auream solemni cæremonia, ac ritu benedixit, eamque Canonicis Sancti Justi hospitibus suis Lugduni dono dedit.* Ma il Pagi *nel Breviario Romanorum Pontificum al tom. 3. nella Vita d' Innocenzo IV. al num.* 28. gravemente dubita della fede dell' Autore, non ritrovandosi fatta memoria della Benedizione nell' Ordine Romano di Pietro Amelio, che fu Sagrista d' Urbano V. eletto Papa *nel* 1362.

Il tempo dell'istituzione della Rosa d'oro non è il medesimo della Benedizione.

Hujusmodi Benedictio circa Seculum XV. probabiliter invecta.

§. 20. Quare verisimile admodum est, Benedictionis ritum subsequentis Seculi initio fuisse introductum. Extat Pontificis Julii II. Epistola *in Tomo* 13. Conciliorum editionis superiùs citatæ, quam ille ad Guilielmum Cantuariensem Episcopum conscribit, dum eidem Rosam auream Henrico VIII. Angliæ Regi dono exhibendam transmitteret, qui Rex deplorabilis postea schismatis auctor fuit: *Mittimus nunc ad eum Rosam auream Sancto Chrismate delibutam, & odorifero musco aspersam, nostrisque manibus de more Romanorum Pontificum benedictam.*

§. 20. E però è molto verisimile, che nel principio del secolo susseguente il rito della Benedizione fosse introdotto. Nel *tom.* 13. de' Concilj dell' edizione di sopra citata *alla pag.* 1480. è registrata la Lettera del Pontefice Giulio II. scritta a Guglielmo Arcivescovo di Cantorbery, a cui manda la Rosa d' oro da presentarsi ad Arrigo VIII. Rè d' Inghilterra, che fu poi il deplorabile autore dello scisma: *Mittimus nunc ad eum Rosam auream Sancto Chrismate delibutam, & odorifero musco aspersam, nostrisque manibus, de more Romanorum Pontificum,*

Essa probabilmente fu introdotta circa il secolo XV.

Leonis X. etiam Breve apud Cartharium habetur, quod ab eodem Pontifice ad Saxoniæ Ducem cum Rosæ aureæ munere missum fuit: *Sacratissimam auream Rosam quartâ Dominicâ Sanctæ Quadragesimæ a Nobis Chrismate Sancto delibutam, odoriferoque musco aspersam, cum Benedictione Apostolica, ut vetus est consuetudo, aliisque Sacris adhibitis Cæremoniis consecratam.* Quibus quidem verbis, cum claram ab hisce Pontificibus, expressamque Benedictionis Rosæ, sicut ea hodie peragi solet, mentionem fieri, ac de eadem tamquam de veteri consuetudine ipsos loqui deprehendamus, non incongruum videtur statuere, ejusdem Benedictionis usum tempore nuper indicato introductum fuisse, ab aliquo scilicet Pontificum Seculi illius, quod Julii II., ac Leonis X. tempora antecessit; ad quam instituendam ea de causa adducti sint, ut ipsa Sacra Cæremonia sanctior adhuc, atque augustior redderetur: *Omnis Creatura Dei bona est, & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur; sanctificatur enim per Verbum Dei, & Orationem*: verba sunt Apostoli *in prima ad Timotheum cap. 4.*, quibus verbis nostri Theologi utuntur, ut omnem quidem Creaturam & bonam, & mundam esse comprobent. Quemadmodum verò, si fieri posset ut aliqua immunda foret, ea signo Crucis, & Oratione sanctificari posset; multo potiori ratione aliæ res bonæ eodem signo Crucis, Oratione, ac Benedictione meliores possunt, & sanctiores evadere. Qua de re Cardinalem Bellarminum *de Cultu Sanctorum lib. 3. cap. 7. in tom. 2. suarum Controversiarum* videre est. Iisdem etiam vestigiis insistens prædictus Joseph Catalanus *loco citato §. 3. num. 1.* balsamum quidem, & muscum Ritus Rosæ aureæ institutioni coæva esse indicat; verùm Benedictionem, in qua & preces adhibentur, & aquæ benedictæ aspersio fit, atque incensum adoletur, recentiorem esse affirmat, atque ad illud tempus referendam, quod a Nobis paulò pridem indicatum est.

Benedictionis convenientia.

§. 21. Hæc igitur, Dilecti Filii, sunt, quæ Nos in hac Epistola nostra exponere Vobis opportunum existimavimus, non quidem, ut eruditionem ostentaremus, sed ut muneris hujus, quod Vobis mittimus, præstantia magis innotesceret. Etenim, ut Prædecessoris Nostri Pontificis Calisti III. verbis utamur: *Non muneris æstimanda est quantitas, sed altioris significationis qualitas interpretanda*, ut habetur in Epistola, quam is ad Carolum Galliarum Regem conscripsit, cum Rosæ aureæ munus ad eumdem transmisit, quæque a Raynaldo in Annalibus *ad annum Christi 1457. num. 52.* refertur. Idem etiam Vos munus, (ut cum Callisto ipso pergamus) tamquam sinceri affectus Nostri pignus, ac monumentum habete: *En igitur accipe pignus, ac monumentum nostri amoris*: & adjungit: *Rosam hanc lætissimo corde suscipe; nec te auri fulgor, sed contemplatio Divinæ significationis teneat.* Postquam verò indicata superiùs hujusce ritus mysteria exposuit, ita concludit: *Utinam Divinus odor penetret in tuos sensus, Charissime Fili.* Hos itaque Callisti Prædecessoris Nostri pios, & plenos amoris erga Galliarum Regem sensus Nos adoptamus, ac pro nostris hic ponimus, dum Rosam auream a Nobis benedictam ad Vos transmittimus, ac dum postremò Vobis, & reliquis dilectis Filiis Concivibus Nostris, Apostolicam Benedictionem impertimur.

Quo animi affectu mittatur a Pontifice munus, quoque sit excipiendum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XXIV. Martii MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

Dat. die 24. Martii 1751.

benedictam. Appresso il Cartari si ritrova pure un Breve di Leone X., che accompagna la trasmissione della Rosa d'oro al Duca di Sassonia: *Sacratissimam auream Rosam quartâ Dominicâ Sanctæ Quadragesimæ a Nobis Chrismate Sancto delibutam, odoriferoque musco aspersam, cum Benedictione Apostolica, ut vetus est consuetudo, aliisque Sacris adhibitis Cæremoniis consecratam.* Fanno quelli Pontefici menzione chiara, e netta della Benedizione, come oggi si fa; ne parlano come d'una consuetudine antica; e però non sembra improbabile il dire, esser' essa stata introdotta nel tempo poc'anzi accennato, da qualcuno de' Pontefici del precedente secolo avanti Giulio II., e Leone X.; che s'indussero a farla, per rendere sempre più augusta, e divota la sacra funzione: *Omnis Creatura Dei bona est, & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur; sanctificatur enim per Verbum Dei, & Orationem*: sono parole di S. Paolo *nella prima a Timoteo al cap. 4.*, delle quali si servono i nostri Teologi per comprovare, che ogni creatura è buona, e monda, e che, se mai per impossibile ve ne fosse qualcheduna immonda, siccome questa può essere santificata col segno della Croce, e coll'Orazione, con molto maggior ragione le altre cose buone possono diventare migliori, e più sante, col segno pure della Croce, coll'Orazione, e Benedizione. Vedasi il Cardinale Bellarmino *de Cultu Sanctorum al lib. 3. cap. 7. nel tom. 2. delle sue Controversie.* Il Catalano *nel luogo citato al §. 3. num. 1. e seg.* cammina sulle stesse pedate, accennando, che il balsamo, ed il muschio sono coevi all'istituzione del rito della Rosa d'oro; ma essere più recente la Benedizione, che di essa si fa colle preci, coll'aspersione dell'acqua santa, e coll'incenso, riferendo tutta questa Benedizione al tempo poc'anzi da Noi accennato.

Convenienza di detta Benedizione.

§. 21. Ed eccovi, o Diletti Figli, quanto abbiamo creduto d'esporvi in questa nostra Lettera, non per far pompa d'erudizione, ma acciò sappiate, e siate ben'inteśi del pregio del Nostro regalo: *Non muneris æstimanda est quantitas, sed altioris significationis qualitas interpretanda*, sono parole del nostro Predecessore Calisto III. nella sua Lettera scritta a Carlo Re di Francia, quando gli mandò il regalo della Rosa d'oro; qual Lettera è registrata dal Rainaldi *negli Annali all'anno di Christo 1457. num. 52.* Ricevete il regalo come pegno del Nostro sincero affetto. *En igitur accipe pignus, & monumentum nostri amoris*: prosiegue Calisto; ed aggiunge: *Rosam hanc lætissimo corde suscipe; nec te auri fulgor, sed contemplatio Divinæ significationis teneat.* E dopo avere esposti i misterj già di sopra accennati di questo rito, conchiude: *Utinam Divinus odor penetret in tuos sensus, Charissime Fili.* Questi amorosi, e pii sentimenti del Pontefice Calisto verso il Re di Francia, sono ben volentieri adottati da Noi, e fatti Nostri, trasmettendovi la Rosa d'oro da Noi benedetta: terminando col dare a Voi, ed a tutti gli altri amati Nostri Concittadini, l'Apostolica Benedizione.

Con quale affetto dal Pontefice si trasmetta questo dono, e con quale debba riceversi.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XXIV. Martii MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

Dat. il dì 24. Marzo 1751.

XLIV. Latini Ritus Presbyteris in Russia Polonica degentibus permittitur in Ruthenorum Unitorum Ecclesiis, deficientibus Lapideis Altaribus seu Tabulis consecratis, & Calicibus aureis sive argenteis, Missarum Sacrificia super eorundem Ruthenorum Antimensiis, & cum Calicibus e stanno celebrare.

Exquiritur Testimonium & Votum Episcopi Zenopol. tunc in Curia præsentis, quem Pont. laudat.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Proœmium. IMPOSITO Nobis Apostolicæ servitutis officio convenit, universæ Christi Familiæ toto Terrarum Orbe diffusæ necessitatibus animum diligenter intendere, maximè verò fidelium Ecclesiæ Ministrorum in remotis Regionibus pro animarum salute laborantium preces benignè suscipere, eorumque opportuno levamini, ac spirituali consolationi, etiam per congruæ dispensationis Indulta, prout rerum, locorum, & temporum rationes, ac veneranda majorum nostrorum exempla suadent, consulere, & providere.

Is Expositorum veritatem testatur, & precibus annuendum suadet.

Missionariorum preces delatæ ad Congreg. de Propagan. Fide. §. 1. Sanè dudum Dilecti Filii Presbyteri Latini Ritus Apostolicas Missiones per Russiam Polonicam exercentes Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negociis Propagandæ Fidei præpositorum exponi curarunt, quod quum in tota Russia, ac potissimum in Montibus Pokuciæ, in Podolia, in vastissimis Ukrainæ Regionibus, & in universa ferè Russia Alba nuncupata, frequentes quidem sint Ruthenorum Unitorum Ecclesiæ, rarissimæ vero Latini Ritus; cumque ipsi pro Missarum celebratione Lapideas Sacratas Tabulas, & Calices aureos, vel argenteos, per longa & difficilia itinera, sine gravi incommodo, & sine periculo confringendi easdem Tabulas, & Calices, secum deferre non valeant; idcirco, nisi facultas ipsis concedatur celebrandi Sacrosanctum Missæ Sacrificium super dictorum Ruthenorum Antimensiis, ut vocant, & Calices eorumdem e stanno, ut moris apud illos est, confectos adhibendi, necesse ipsis erit ab ejusdem Sacrificii celebratione plerumque abstinere; multique præterea Latini Ritus Fideles, qui ab Ecclesiis ejusdem Ritus longè degunt, Sacerdotis Latini præsentia, à quo Sacra Mysteria peragantur, eisque distribuantur, omninò carebunt; prout reipsa sæpe, gravissimo cum animarum detrimento, per plures annos carere dignoscuntur. Proindèque demissis precibus postularunt, ut sibi concederetur hujusmodi facultas, Sacrosanctum nempè Missæ Sacrificium, etiam sine Lapidea Sacrata Tabula, celebrandi super Antimensiis Ruthenorum Unitorum, atque in Missarum celebratione, eorumdem Ruthenorum stanneos Calices adhibendi.

Pontifex annuit.

Remittuntur ad Congreg. S. Officii, ibique examinantur. §. 2. Cum autem hujusmodi Missionariorum preces, a dicta Cardinalium Congregatione Propagandæ Fidei negociis præpositâ alterius Congregationis Venerabilium quoque Fratrum nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium adversus Hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum, examini & judicio, de more, remissæ fuerint; & consequenter de iis actum fuerit in Consessu coram Nobis habito die XXII. Januarii elapsi Anni MDCCL.; Nos tunc, ut ad generale Rescriptum super his edendum maturè procederemus, quidquid olim in hac materia ab hac eadem Apostolica Sede decretum fuisset, in unum colligi jussimus; ac præterea Venerabili Fratri Episcopo Zenopolitano, qui tunc opportunè in Curia præsens aderat, quique & antea diù in Polonici Regni Ditionibus, atque in Ecclesiasticis Catholicorum Latinorum, Græcorumque Unitorum negociis, Apostolicæ Sedi egregiam operam navando, versatus fuerat; & deinde ad easdem Regiones, & ad eosdem labores laudabiliter prosequendos, non obstantibus itinerum difficultatibus expensisque, redire non dubitavit; mandavimus, ut Nos super expositorum veritate instructos redderet, suamque Nobis sententiam super hujusmodi postulatis, tàm voce, quàm scripto, aperiret. Nunc vero, exhibitis Nobis præcedentium Decretorum monumentis, iisque per Nos accuratè perpensis; atque omnibus, quæ in dictis precibus narrata fuerant, præfati Episcopi Zenopolitani testimonio comprobatis; quum is præterea Nobis retulerit, complures esse in iis Regionibus Presbyteros Latini Ritus, & quidem Deum timentes, qui in supradictis necessitatibus constituti, minimè dubitant super Antimensiis Græcorum Unitorum absque Lapidea Tabula Missarum Sacra facere; ejusdemque consilium fuerit, quod sicuti Græcorum Unitorum Presbyteri, quoties id rerum opportunitas suadet, propriis Antimensiis relictis, Missarum Sacrificia offerunt super Lapideis Latinorum Tabulis; ita, ad constitutam feliciter Unionem magis, magisque stabiliendam non parum conduceret, Latinis Presbyteris liberam facultatem concedere, ut, ubi necessitas sic exigere dignoscatur, deficiente nimirum Lapidea Altaris Tabula, Missas celebrare valeant super eorundem Græcorum Unitorum Antimensiis; his omnibus attentè perpensis, in hanc denique sententiam devenimus, ut prædictis Sacerdotibus Latini Ritus in Russia Polonica degentibus permitteremus in Ruthenorum Unitorum Ecclesiis, deficientibus Lapideis Tabulis de more consecratis, & Calicibus aureis, sive argenteis, Missarum Sacrificia super eorundem Ruthenorum Antimensiis, & cum Calicibus è stanno, qui apud illos in usu sunt, sine ullo conscientiæ scrupulo, celebrare.

Calices stannei nulla Ecclesiæ lege prohibiti sunt; immo certis in casibus expressè permissi. §. 3. Porrò, quod attinet ad Calices stanneos, omissis iis, quæ repeti possent ex priorum Ecclesiæ sæculorum memoria, quum scilicet & lignei, & vitrei Calices in Altaris ministerio adhibebantur, ut ostensum a Nobis est in tractatu *de Sacrificio Missæ sess.* 1. §. 26. *& seq. Latinæ Editionis Patavinæ:* nullum generale Decretum proferri potest, quo vel hodie vetitum sit hujusmodi Calicibus è stanno confectis in Missa uti, si Ecclesiarum, vel Sacerdotum paupertas tanta sit, ut majoris pretii vasa comparari nequeant; quin immò *in Can. Ut Calix, de Consecrat. distinct.* 1., hæc expressa verba leguntur: *Si quis autem tam pauper est, saltem vel stanneum Calicem habeat.* Et quidem ad comprobandam asserendamque hujusmodi Ecclesiæ Indulgentiam plura leguntur apud Sanctum Thomam 3. *part. quæst.* 83. *art.* 3. *ad sextum*, aliosque Scriptores de hoc disciplinæ capite agentes: Quart. *ad Rubricas Missalis part.* 2. *tit.* 1. *sect.* 1. *dub.* 1. §. *Colligitur*, Pasqualig. *de Sacrificio Novæ Legis tom.* 2. *quæst.* 764. *& quæst.* 765., Biss. *Hierurgia Sacra in verb. Calix §.* 2.

Missæ apud Latinos celebrari nequeunt, nisi super consecrato Altari lapideo, vel fixo, vel portatili. §. 4. Quod verò spectat ad alteram optati Indulti partem, satis quidem constat in Ecclesia Latina nequaquam celebrari posse Incruentum Missæ Sacrificium, nisi super Altari, quod vel totum ritè consecratum fuerit, vel saltem superimpositum habeat consecratum Lapi-

Græci celebrant etiam super Linteo consecrato, quod vocant *Antimension*.

Lapidem, qui *Tabula Altaris* nuncupatur; qua etiam de re egimus in dicto Tractatu *de Sacrificio Missæ cit. sect.* 1. §. 2. *& seq.* In Græca autem Ecclesia hujusmodi Sacrati Lapides minimè sunt in usu; sed ibi a pluribus jam sæculis in more positum est, ut, ubi Altare solemni consecratione totum dedicatum non fuerit, loco Lapideæ hujusmodi Tabulæ, super Altaris Mensa aptetur Linteum quoddam Episcopali benedictione consecratum, in cujus angulis Sanctorum Reliquiæ reconditæ sunt, quodque vocatur *Antimension*, & super ipso Sacra Mysteria conficiantur; ut apud Auctores de Rebus Liturgicis tractantes videre licet, Goar. *in notis ad Eucholog. Græcor. pag.* 521. *Venetæ Editionis*, Christianus Lupus *in Synodos General. & Provincial. in dissert. de S. Leonis IX. actis cap.* 13. *Bruxellen. Editionis part.* 3., Renaudot *in Collectione Liturgiarum Oriental. tom.* 1. *pag.* 182. *Edit. Parisien.*, Magri *in notitia vocabulor. Ecclesiasticor. in verb. Antimensia*, Card. Bona *Rer. Liturgicar. lib.* 1. *cap.* 20. §. 2. ejusque Commentator Robert. Sala *tom.* 2. *pag.* 70. *num.* 4. *Taurinen. Editionis.*

Horum consuetudo non improbatur.

§. 5. Quum verò nunquam Ecclesiæ Latinæ mens fuerit, ut Græcorum Ritus destrueret, quin potius eorum semper conservationi, quantum fas esset, nec non eorumdem apud Græcos Fideles observantiæ prospexerit; nunquam proinde Missarum celebrationem, quæ super hujusmodi Antimensiis a Græcis Catholicis fit, improbavit; sed eam, & quidem non in partibus Orientis dumtaxat, verum etiam inter Italo-Græcos, permitti expresè declaravit; ut videre licet tum in Institutione per fel. rec. Prædecessorem nostrum Clementem Papam VIII. edita, tum in nostra Constitutione, quæ incipit: *Etsi Pastoralis. Bullarii generalis tom.* 16. *Constit.* 57. §. 6. *num.* 17. *pag.* 97.

Sed ea prohibetur Latinis, ubi non desunt Ecclesiæ Latini Ritus, & Altaria Lapidea.

§. 6. Quum verò in iis Regionibus, in quibus Italo-Græci sunt, Latini quoque frequentes habitent, atque ibidem tam unius, quàm alterius Ritus Ecclesiæ adsint, ita ut absque ullo impedimento, & sine gravi incommodo unusquisque Presbyter proprii Ritus Ecclesiam adire valeat; nulla sanè causa est, ob quam Latinis earum partium Presbyteris permitti debeat, contra constantem Ecclesiæ Latinæ disciplinam, sine Sacrata Altaris Lapidea Tabula Missas celebrare, easque super Græcorum Antimensiis offerre; quod ipsis proinde in citata nostra Constitutione vetitum fuit, *eodem* §. 6. *num.* 19.

Peculiares tamen necessitates Locorum de quibus agitur, dispensationem concedendam suadent.

§. 7. Sed aliter se res habent, ubi de Regionibus agitur, in quibus Latini Presbyteri ab Ecclesiis Latini Ritus longè degentes, quum Sacratas Lapideas Tabulas per longa itinera sine gravi incommodo, & sine periculo eas confringendi, secum deferre nequeant, vel Missæ celebrationem penitùs omittere, & sic Latinos Fideles sine Sacrificio proprii Ritus, & sine Mysteriorum participatione relinquere, vel eam super Græcorum Antimensiis peragere compelluntur. In hujusmodi rerum circumstantiis, Apostolicæ Sedis provida indulgentia jamdudum enituit; quum scilicet anno MDCII. ad supplicationem tunc existentis Episcopi Vilnensis prædictæ Cardinalium Inquisitorum Generalium Congregationi hac de re exhibitam, ipso etiam Prædecessore Nostro Clemente Papa VIII. approbante, rescriptum fuit: *Sacerdotes Rutheni non Schismatici, in Ecclesiis Catholicorum Ritus Latini, Altaribus, Calicibus, & Vestibus Sacris eorundem Catholicorum uti, & Missam celebrare possint, in casu necessitatis, ac etiam solùm devotionis causa, dummodo Ritu Rutheno celebrent. Et è contra Sacerdotes Ritus Latini in Ecclesiis Ruthenorum non Schismatico-*

Similis Indulti exemplum datum est anno 1602. pro Diœcesi Vilnensi.

rum, Altaribus, & Calicibus, ac Vestibus Sacris uti, & Missam celebrare valeant, Ritu tamen Latino. Et prædicta serventur secluso omni scandalo, & de licentia Prælatorum, & Rectorum ipsarum Ecclesiarum.

Pontifex Indultum illud confirmat, & reliquis Presbyteris Latinis in Russia Polonica degentibus indulget juxta petita.

§. 8. Nos igitur, præmissæ necessitatis intuitu, atque etiam hujusmodi Decreti consideratione adducti, præsentium litterarum tenore, atque ex certa scientia, & Apostolicæ auctoritatis plenitudine, salvis præfati Clementis VIII., nostrisque super Ritibus Italo-Græcorum editis Constitutionibus, & Ordinationibus, non modo relatum superius Decretum approbamus, & confirmamus; verùm etiam præfatis omnibus Missionariis, aliisque Sacerdotibus Latinis in tota Russia Polonica nunc & pro tempore commorantibus, ut ipsi, & eorum quilibet, in Ecclesiis Ruthenorum Unitorum, deficientibus Lapideis Altarium Tabulis ritè consecratis, super Sacris eorundem Ruthenorum Antimensiis Missarum Sacrificia celebrare, atque etiam, ut supra dictum est, in hujusmodi celebratione eorundem Calicibus stanneis uti liberè, & licitè possint, & valeant, concedimus, & indulgemus. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, seu Generalium, aut Provincialium, vel Synodalium Conciliorum contrariis Constitutionibus, & Ordinationibus, sivè Locorum, Personarum, aut Ordinum Statutis, Ritibus, Usibus, & Consuetudinibus etiam immemorabilibus, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Contrariis derogat.

Proprium tamen Ritum ab unoquoque Sacerdote servandum decernit, juxta Constitut. S. Pii V.

§. 9. Volumus autem, sicut in præmisso Decreto expresè cautum reperitur, ut dicti Missionarii, & Sacerdotes Latini, etiam quum eos, vigore præsentis concessionis, super Ruthenorum Unitorum Antimensiis Missam celebrare contigerit, Latino semper Ritu eandem celebrare teneantur; firma nimirum, & in suo robore permanente Apostolica Constitutione a fel. rec. Prædecessore quoque Nostro Sancto Pio Papa V. edita, quæ incipit: *Providentia Romani Pontificis, constitut.* 12. *tom.* 2. *Bullar. Rom. Edition. Luxemburg.*, per quam omnes facultates, & Indulta, tam Græcis, ut Missas, & Divina Officia Latino ritu celebrare possent, quam etiam Latinis concessa, ut eadem Græco Ritu peragere valerent, revocata, atque perpetuò sublata fuerunt; quamque Nos etiam earundem præsentium tenore, quatenus opus sit, dictaque auctoritate, confirmamus, & innovamus.

Nec hujusmodi Indulto locum esse vult in Ecclesiis, aut Oratoriis Latinis.

§. 10. Volumus insuper, ut iidem præsenti Indulto celebrandi super Græcorum Antimensiis, in prædictorum Ruthenorum Ecclesiis dumtaxat (quemadmodum etiam in præmisso Decreto legitur) uti, & gaudere possint; si verò eosdem in aliqua Latina Ecclesia, seu in domesticis Latinorum Oratoriis, quæ forsan auctoritate Apostolica in hujusmodi Latinorum privatis Domibus, cum licentia celebrari faciendi, quæ adhuc vigeat, erecta fuerint, Sacrosanctum Sacrificium offerre contigerit, illud vel super Altari consecrato, vel super Lapidea pariter consecrata Tabula, quæ etiam *Altare portatile* appellatur, non autem super Antimensiis hujusmodi, celebrare omninò debeant.

Transumpti fidem fieri jubet.

§. 11. Volumus denique, ut præsentium litterarum exempla, etiam impressa, publici Notarii subscriptione, & Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ Sigillo munita, eandem omninò, ac ipsæ præsentes, ubicumque opus fuerit, fidem, & auctoritatem obtineant.

Sanctio.

§. 12. Nulli ergò hominum liceat paginam hanc Nostræ Concessionis, Indulti, Statuti, Decreti, & Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc

attentare

attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. die 29. Martii 1751.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Domini MDCCLI. IV. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

D. Card. Passionеus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

XLV. Græci ritus Observantia, & Linguæ Græcæ studium Monachis Ordinis Sancti Basilii injungitur, & commendatur.

Dilectis Filiis, Abbatibus, Prioribus, & Vocalibus Ordinis Sancti Basilii Magni ad Capitulum Generale convocatis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Procœmium. ETsi persuasum habemus, præclari Ordinis vestri in Catholica Ecclesia celeberrimi rationes, & instituta, quæ ad Generalia Comitia vos acciverunt, vos etiam, Dilecti Filii, satis admonere, qua cura, qua solertia, qua charitate, quo zelo omnia Religionis vestræ negotia peragenda sint; ad singularem tamen nostram erga eumdem Ordinem vestrum benevolentiam vobis commonstrandam, facere non possumus, quin Comitiorum vestrorum studia ad confirmandam adaugendamque regularem disciplinam paternis monitis excitemus.

Abbatis Generalis electionem, aliaque in Capitulo statuenda, in Ordinis utilitatem cedere Pont. cupit. §. 1. Ac primum quidem, Dilecti Filii, a vovis exposcimus, & vehementer vos hortamur, ut communibus animis unum Deum præ oculis habentes, eum laudatissimo Ordini vestro Abbatem Generalem præficere satagatis, qui inter cæteros Abbates, ad quos spectat, prudentia, doctrina, atque emeritis religiosæ vitæ stipendiis præcellens, regularem observantiam exemplis accendat, charitate foveat, auctoritate tueatur. Deinde verò providentiam, zelumque vestrum requirimus, ut, ficubi fortasse observantiæ ardor intepuerit, aut degeneres a pristina religione mores irrepserint, salutaribus statutis emendare studeatis.

Græci Ritus observantiam in Ordine S. Basilii custodiendam suader. §. 2. Quoniam autem inter illustria Ordinis vestri decora illud omni procul dubio maximopere commendatur, quod Catholicus Græcæ Ecclesiæ Ritus, post tot, tamque varias ejusdem Ecclesiæ Græcæ ab hæreticis, & schismaticis perturbatæ vices, ad hæc usque tempora in eo servatur; oportet, ut omnem operam, studiumque impendatis, quo idem Græcus Ritus, & juxta Apostolicæ Sedis præcepta, atque in Generalibus Capitulis, & Diætis Ordinis vestri decreta, deinceps integriùs custodiatur. Eapropter Nos, quibus maximè cordi est, ut exacta ejusdem Græci Ritus custodia in Monasteriis pro Ritu Græco constitutis stabilis perseveret, vobis, Dilecti Filii, Apostolica auctoritate nostra injungimus, & mandamus, ut omnia & singula hujusmodi decreta ad annum usque millesimum septingentesimum quadragesimum secundum edita, iterum in Capitulo Generali quamprimum per vos celebrando renovetis, confirmetis, & omnino servanda districtè præcipiatis. Quin immo vos certiores esse cupimus, Pontificiæ sollicitudini nostræ pergratum, jucundumque futurum, si in sæpedicto Capitulo Generali novas quoque, consentaneasque eidem Græco Ritui magis magisque stabiliendo, provehendoque, Ordinationes Constitutionesque præscripseritis.

Et nova opportunè constitui.

Abbates, Priores, & Magistros Monasteriorum Græci Ritus nulla ratione eximi posse statuit a celebratione Missæ sub eodem Ritu, & a pœnis adversus contrafacientes inflictis. §. 3. Præterea, ut paterni animi nostri sensus hac super re Vobis testatiores sint, volumus itidem, atque præcipimus, ut Abbates Monasteriorum Græci Ritus, etiamsi Muneribus, & Officiis, vel Procuratoris Generalis, vel Visitatoris, vel Definitoris Generalis fungantur, ad Missam tamen Ritu Græco celebrandam teneantur, sub severioribus Ecclesiasticis pœnis, & censuris, etiam privationis munerum, & Officiorum, & privationis vocis activæ, & passivæ; quemadmodum in Diæta in hac alma Urbe nostra anno MDCLVIII. habita præscriptum, ordinatumque fuit. Eidem pariter obligationi Missam Ritu Græco celebrandi, & pœnis, ac censuris obnoxios esse declaramus, & mandamus Priores, & Magistros memoratorum Ritus Græci Monasteriorum; cum una, aut duæ Missæ, quæ Latino Ritu juxta Apostolicas Constitutiones in ipsis Ritus Græci Monasteriis, in quibus sex vel plures Monachi reperiuntur, celebrari possunt, per Monachos simplices, ut dicitur, non graduatos celebrari debeant.

Decreta super his edita, & edenda ad se deferri præcipit, Apostolica auctoritate confirmanda. §. 4. Denique volumus, & mandamus, ut omnia, & singula Decreta, & Statuta tam in antecedentibus Capitulis Generalibus, & Diætis pro stabilitate, & firmitate Græci Ritus condita, & ordinata, quàm ea insimul, quæ in Capitulo mox celebrando pro dicti Ritus Græci manutentione fieri, & præscribi contigerit, post Capituli hujusmodi celebrationem ad Nos deferantur, ut, quo firmiùs subsistant, & serventur exactiùs, Apostolica auctoritate nostra approbemus, & confirmemus, & inviolabili Apostolicæ firmitatis patrocinio muniamus.

Linguæ Græcæ studium enixè commendat. §. 5. Porro facilè Nobis persuademus, Vos probè intellecturos ex iis, quæ ad custodiendum, confirmandumque in Ordine vestro Græcum Ritum præscripta sunt, opus esse, ut Græcæ Linguæ peritiam, non illam quidem levem, & extimam, sed illam vero perfectam, & omnibus numeris absolutam, ad sanas, candidasque auctorum sententias callendas necessariam, ediscatis, & comparetis; ac proinde, ut in hujusmodi studium Græci idiomatis pro viribus incumbatis, etiam atque etiam Vos adhortamur, & incitamus.

Statuta jam pridem super hoc edita integrari mandat. §. 6. Interim ad prosperi successus, & cœlestis præsidii auspicium Vobis, Dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem, studiosæ nostræ erga Vos voluntatis pignus, peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XX. Aprilis MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

Dat. die 20. Aprilis 1751.

Cajetanus Amatus.

XLVI. Basilicæ Lateranenſis Indulgentiæ confirmantur: Illæ verò, quæ Eccleſiis ipſius Filialibus, ſeu ipſi aggregatis, hactenus communicatæ fuerunt, ſuſpenduntur; & interim eiſdem aliæ Indulgentiæ, & gratiæ ſpirituales conceduntur, ſeu reſpectivè communicari permittuntur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. ASSIDUÆ ſollicitudinis debitum Nobis unà cum Univerſæ Eccleſiæ regimine impoſitum agnoſcentes, in id potiſſimum vigilantiæ noſtræ ſtudia conferimus, ut quæ ſalubriter a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus conſtituta ſunt, ab omnibus, præſertim in Alma Urbe noſtra, & ab iis, quorum ſpecialis cura Nobis imminet, obſerventur, & impleantur, prout Eccleſiaſticæ diſciplinæ integritati, ac perſonarum, rerumque rationibus convenire in Domino judicamus.

Clemens VIII. opportunas leges præſcripſit in Aggregationibus, & Indulgentiarum communicationibus obſervandas. §. 1. Dudum ſiquidem, poſtquam ſel. record. Prædeceſſor Noſter Clemens Papa VIII. die VII. Septembris Anno MDCIV., providam ediderat Conſtitutionem, quæ incipit: *Quæcumque a Sede Apoſtolica*, per quam, ad tollendas pravas quaſdam conſuetudines, quæ irrepſerant in uſu facultatum a Sede Apoſtolica conceſſarum nonnullis Regularium Ordinibus, ac Sæcularium Chriſtifidelium Archiconfraternitatibus, & Congregationibus, tam in Urbe prædicta, quàm in aliis Chriſtiani Orbis partibus inſtitutis, erigendi videlicet, inſtituendi; ac etiam ſibi aggregandi Confraternitates, & Congregationes, eiſque communicandi Privilegia, Indulgentias, Facultates, aliaſque ſpirituales Gratias, & Indulta ſibi reſpectivè conceſſa, facultates prædictas moderando, opportunas leges, certamque formam, & modum in hujuſmodi erectionibus, inſtitutionibus, ſeu aggregationibus, & reſpectivè communicationibus obſervanda præſcripſerat, aliaque decreverat, & conſtituerat, quæ in ejuſdem Clementis Litteris prædictis in forma Brevis expeditis latiùs continentur;

Paulus V. intelligit, Capitulum Lateranenſe alia forma uti in erectionibus, & ſubjectionibus Eccleſiarum &c. §. 2. Quum procedentibus annis recolendæ quoque memoriæ Prædeceſſor Noſter Paulus Papa V. accepiſſet, Baſilicæ Lateranenſis Capitulum & Canonicos, diverſas ubique conſtitutas Eccleſias, vel Cappellas, ſeu Altaria, vel Oratoria, eidem Baſilicæ ſubmittere, ſubjicere, annectere, incorporare, ac in Baſilicæ prædictæ membra recipere ſolere, eiſdemque, non minùs, quàm aliis Eccleſiis, Cappellis, Altaribus, ſeu Oratoriis, & Piis Locis in ſolo Lateranenſi ædificatis, & conſtructis, varias Indulgentias, Facultates, aliaſque ſpirituales Gratias, Indulta, & Privilegia concedere, dictæ Conſtitutionis a Clemente VIII. editæ formâ, propterea quod ejuſdem Baſilicæ jura & Privilegia ſub illius diſpoſitione minimè comprehenſa eſſe contenderent, non ſervatâ;

Clementinæ Conſtitutionis leges ad illud expreſsè extendit. §. 3. Hinc idem Paulus Prædeceſſor, volens hujuſmodi Clementis Conſtitutionem ab eiſdem Lateranenſis Eccleſiæ Capitulo & Canonicis, non ſecus ac ab aliis quibuſcumque jus & facultatem communicandi Indulgentias habentibus, illiſque utentibus, ſine diſcrimine, ut par erat, obſervari, peculiaribus editis Litteris ſub Annulo Piſcatoris die XXIII. Novembris Anni MDCX., ipſam prædictam Clementis Conſtitutionem, cum omnibus ejus clauſulis, & Decretis, ad prædictæ Baſilicæ Capitulum & Canonicos, ad effectum videlicet, ut nullas exinde in poſterum Indulgentias, niſi ejuſdem Conſtitutionis formâ ſervatâ, & Apoſtolica dumtaxàt auctoritate, communicare poſſent, expreſsè extendit; & ab ipſis, perinde ac ſi eorum expreſſa mentio in dictis Clementis Litteris facta fuiſſet, perpetuis futuris temporibus, ſub pœnis in eiſdem Litteris contentis, inviolabiliter obſervari præcepit; volens nihilominus, ut Indulgentiæ, peccatorum remiſſiones, gratiæ, & privilegia per dictum Capitulum & Canonicos, ad eum diem, vigore Indultorum eis a Sede Apoſtolica conceſſorum, hujuſmodi Eccleſiis, Cappellis, Altaribus, Oratoriis, & Locis Piis, conceſſa, & communicata, in ſuo robore permanerent.

Salvis tamen Indulgentiis eo usque communicatis in vim Indultorum Apoſtolicorum. §. 4. Quum tamen hujuſmodi Indultorum frequens quidem in Litteris Apoſtolicis mentio, & confirmatio appareret; ſed de eorundem vero tenore, ob temporum antiquitatem, & varias a dicta Lateranenſi Eccleſia, ejuſque Capitulo paſſas viciſſitudines, certa ſcientia minimè haberetur; proindeque plenaria dictarum Clementis VIII., & Pauli V. Litterarum executio prævium altioris indaginis judicium requirere videretur; hinc factum eſt, ut, & veterum conceſſionum, ſive communicationum hujuſmodi renovationes a prædictis Capitulo & Canonicis fieri perrexerint juxtà formam ab ipſis antiquitùs uſitatam; & quum deinceps piarum perſonarum, ſive Univerſitatum preces eiſdem pro novis Eccleſiarum, Altarium, aliorumque Locorum Piorum erectionibus, ſeu ſubmiſſionibus, & incorporationibus oblatæ fuerunt, ſimul etiam a Romanis pro tempore Pontificibus licentia impetrari conſueverit, ut Indulgentiarum communicatio ab ipſis pro ea vice, non obſtantibus Clementis, & Pauli Prædeceſſorum præfatorum Conſtitutionibus hujuſmodi, juxta eandem veterem formam concedi poſſet.

Ob deperdita Indultorum monumenta, nihil innovatur in renovationibus communicationum.

Et novæ communicationes, pendente Indultorum indagine, ſub antiqua forma concedi pergunt.

In hac veteri forma aliqua inveniuntur, quæ controverſiis cauſam præbent, & a Congregatione Indulgentiarum corrigenda judicantur. §. 5. Sed quum in hujuſmodi communicationis forma, & in ſubſcripto Indulgentiarum Summario, præter alia præfati Clementis VIII. Conſtitutioni parum conſentanea, illud etiam animadverſum fuerit, quod ſcilicet complures Indulgentiæ ſpeciales, quæ ex juſta Romanorum Pontificum erga præfatam Lateranenſem Baſilicam liberalitate, ob ejus præcellentem in Univerſo Catholico Orbe Dignitatem, ipſi Baſilicæ conceſſæ fuerunt, ad omnes extenderentur Eccleſias, Cappellas, Altaria, Oratoria, & Loca Pia eidem quoquo modo ſubjecta, & incorporata, contra præſumptam ipſorum concedentium mentem, & contra probatam Apoſtolicæ Sedis in Indulgentiarum diſpenſatione diſciplinam; adeo ut nonnulli etiam Epiſcopi, pro commiſſi ſibi a Concilio Tridentino adverſus irregulares Indulgentiarum promulgationes inſpectione, & vigilantia, officii ſui debitum reputaverint earum publicationi ſe opponere; indeque plures ortæ fuerint lites, & controverſiæ, quæ Congregationis Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præpoſitæ zelum excitarunt, ut, opportuna tandem ratione, & Apoſtolica auctoritate, hujuſmodi deordinationibus remedium afferri debere judicaret:

Pontifex temporaneum remedium excogitat. §. 6. Nos, omnibus viſis, atque perpenſis, quæ coram dicta Cardinalium Congregatione, præfatis Capitulo & Canonicis pluries auditis, agitata fuerunt, quum nondum in clara luce poſitum conſpexerimus, an, & quæ facultas eiſdem Capitulo, & Canonicis circa Indulgentiarum hujuſmodi communicationem, & extenſionem ad Eccleſias, & alia Loca Pia, quæ inter Baſilicæ prædictæ

mem-

membra connumerantur, a Prædeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus conceſſa fuerit; ad memoratas lites, & controverſias interea ſedandas, aliaſque opportunè præcavendas, utque dictorum Capituli & Canonicorum, nec non Rectorum, Adminiſtratorum, ac Officialium dictarum Eccleſiarum, aliorumque Piorum Locorum hujuſmodi, & reſpectivè Ordinariorum Locorum, & quorumcumque Chriſtifidelium quieti, & ſecuritati, ac ſpiritualibus profectibus paternè conſulamus, Motu proprio, & certa ſcientia, infraſcriptas Leges, & Ordinationes circa præmiſſa, præſentium Litterarum tenore, & Apoſtolica auctoritate duximus ſtatuendas.

Indulgentias Baſilicæ, & in ea proponi ſolitas, præſervat, & confirmat.

§. 7. In primis videlicet, omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum, ſeu pœnarum remiſſiones, & relaxationes, aliaſque gratias ſpirituales tam pro vivis, quàm pro defunctis, dictæ Baſilicæ Lateranenſi a Prædeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus conceſſas, quæ jamdudum, ipſis Romanis Pontificibus ſcientibus, & conſentientibus, publicè in eadem Baſilica proponi conſueverunt, etiamſi de illarum primæva conceſſione certa monumenta nunc non appareant, prædictis Motu, ſcientia, tenore, & auctoritate approbamus, & confirmamus, eidemque Baſilicæ, perinde ac ſi per præſentes ex integro ipſi concederentur, ſine ulla contradictione competere declaramus, atque decernimus.

Eas verò, quæ aliis Eccleſiis à Capitulo hactenus communicatæ, vel extenſæ fuerunt, ſuſpendit uſque ad exitum judicii.

§. 8. Quo verò ad eas Indulgentias, & remiſſiones, ſeu relaxationes hujuſmodi, quæ a prædictis Capitulo & Canonicis hactenus quibuslibet Eccleſiis, Altaribus, Cappellis, Oratoriis, Confraternitatibus, aut Locis Piis ejuſdem Baſilicæ membris, eidemque ſubjectis, & incorporatis, ubicumque exiſtentibus, quorumlibet Indultorum, Privilegiorum, aut Facultatum vigore, ſive generaliter, & ad inſtar, ſive ſpecialiter, & nominatim communicatæ fuerunt, ſive etiam ex directa Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum conceſſione ad illas, & illa extenſæ dici poſſent, quæcumque illæ ſint, Nos eas omnes & ſingulas, ſimili Motu, auctoritate, & tenore, interim ſuſpendimus, & tamdiu effectu carere volumus, & decernimus, donec, prolatis authenticis Indultorum, Privilegiorum, & Facultatum hujuſmodi monumentis, de certa prædictorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum voluntate, & conceſſione, quoad communicationes, & extenſiones hujuſmodi, Nobis, vel Succeſſoribus Noſtris, ſeu dictæ Congregationi conſtiterit.

Interim iiſdem Eccleſiis alias ipſe directè concedit.

§. 9. Interea tamen, eaſdem Eccleſias, Altaria, Cappellas, Oratoria, Confraternitates, & Loca Pia dictæ Baſilicæ membra, hactenus erecta, ſeu eidem ſubjecta, & incorporata, ubicumque exiſtentia, Nos infraſcriptarum Indulgentiarum, & gratiarum ſpiritualium, quæ uſque ad ſtatutum ſuſpenſionis prædictæ terminum valituræ ſint, muneribus ditare decrevimus.

In quinque ſolemnitatibus per annum Plenariam.

§. 10. Omnibus nimirum utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui illas, & illa in Aſcenſionis Domini Noſtri Jesu Christi, Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ, Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, S. Joannis Evangeliſtæ, & Dedicationis ejuſdem Lateranenſis Baſilicæ diebus Feſtis, verè pœnitentes, & confeſſi, ac Sacra Communione refecti, a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis dierum hujuſmodi, devotè viſitaverint, ibique pro Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, hæreſum extirpatione, & Chriſtianorum Principum concordia, pias ad Deum preces effuderint, quolibet ex diebus prædictis, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & impertimur.

In octo Feſtis Sanctorum Apoſtolorum ſeptem annos, & totidem quadragenas.

§. 11. Iis verò, qui in reliquis Sanctorum Apoſtolorum Feſtis, nimirum Andreæ, Jacobi, Thomæ, Philippi & Jacobi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Judæ, ac Mathiæ, verè pœnitentes, & confeſſi præmiſſa peregerint, ſeptem Annos, & totidem Quadragenas.

In diebus Adventus, & Quadrageſimæ, quatuor annos, & totidem quadragenas.

§. 12. Qui autem illas, & illa a Dominica prima Adventus, uſque ad Feſtum Nativitatis Domini Noſtri Jesu Christi, & a Feria IV. Cinerum, uſque ad Feſtum Reſurrectionis Dominicæ, verè pœnitentes, & cum propoſito ſaltem confitendi, viſitaverint, ibique, ut ſupra, oraverint, ſingulis diebus, quibus id egerint, quatuor Annos, & totidem Quadragenas; in reliquis autem ſingulis Anni diebus, centum dies de injunctis eis, ſeu aliàs debitis pœnitentiis, in forma Eccleſiæ conſueta relaxamus.

In reliquis diebus per annum, centum dies.

Ac demum Indulgentias Stationales in diebus Stationum ipſius Baſilicæ.

§. 13. Denique ut ii, qui in diebus Stationum ejuſdem Eccleſiæ Lateranenſis in Miſſali Romano deſcriptis, videlicet Dominica prima Quadrageſimæ, Dominica Palmarum, Feria V. in Cœna Domini, Sabbatho Sancto, Sabbatho in Albis, Feria III. Rogationum, & Sabbatho in Vigilia Pentecoſtes, aliquam ex dictis Eccleſiis, aliiſque ſuperius expreſſis, cum dicto pœnitentiæ affectu, & Confeſſionis propoſito viſitaverint, ibique, ut præfertur, oraverint, Indulgentias ſtationales, quas viſitantes dictam Eccleſiam Lateranenſem iiſdem diebus conſequuntur, ipſi quoque, perinde ac ſi eandem Eccleſiam perſonaliter viſitarent, conſequi poſſint, & valeant, ſimiliter concedimus, & indulgemus.

Suſpenſionem, & conceſſionem hujuſmodi per Eccleſias nunciari mandat.

§. 14. Quocirca Dilectis Filiis Capitulo & Canonicis prædictæ Eccleſiæ Noſtræ Lateranenſis per præſentes injungimus & mandamus, ut omnes & ſingulos dictarum Eccleſiarum, Altarium, Cappellarum, Oratoriorum, Confraternitatum, & Locorum Piorum ubique exiſtentium reſpectivè Rectores, ſive Adminiſtratores, aut Officiales, ſive Miniſtros, de ſuſpenſione hujuſmodi, ſimulque de præmiſſarum Indulgentiarum & Gratiarum interea, ut præfertur, duratura conceſſione, per Nos factis, quamprimum inſtructos reddant per eorum Litteras miſſivas, cum adjunctis præſentium Noſtrarum Litterarum Tranſumptis, ſeu Exemplis; quibus, etiamſi Typis deſcripta fuerint, eorundem ſigilli impreſſione, ac Secretarii ſubſcriptione munitis, eandem omnino fidem, quæ ipſis præſentibus haberetur, ubique habendam fore decernimus; ad hoc ut ipſi Rectores, Adminiſtratores, Officiales, atque Miniſtri dictas Indulgentias & gratias ſpirituales, ſervatis omnibus ex Concilii Tridentini, & ex prædicti Clementis VIII., aliorumque Romanorum Pontificum præſcripto, in Indulgentiarum promulgatione, atque etiam in Eleemoſynarum perceptione, earumque erogatione ſervandis, promulgare, & proponere valeant.

Præſentium exemplis auctoritatem tribuit.

Durante ſuſpenſione, præmiſſas tantummodo Indulgentias a Capitulo in renovationibus exprimi jubet.

§. 15. Iiſdemque Capitulo & Canonicis mandamus pariter, & injungimus, ut renovationum Litteras, quas deinde favore hujuſmodi Eccleſiarum, Altarium, aliorumque præmiſſorum, durante ſuſpenſione hujuſmodi, expedient, ita reforment, ac moderentur, ut Indulgentias dumtaxat ſuperiùs a Nobis conceſſas, & quidem expreſsè, ac nominatim, facultate ſibi per præſentes a Nobis impertita, nec ullas alias quomodocumque, eadem ſuſpenſione durante, illis communicent.

Novas Eccleſiarum &c. erectiones, & receptiones ad formam Conſtitutionis Clementinæ, & præſentium Litterarum, faciendas decernit.

§. 16. In novis autem aliarum Eccleſiarum, Cappellarum, Altarium, Oratoriorum, Confraternitatum, aliorumque Piorum Locorum erectionibus, incorporationibus, & recep-

tionibus, quas in posterum ab ipsis Capitulo & Canonicis fieri contingat, volumus, atque præcipimus, ut, juxta memoratam superiùs Pauli V. declarationem, præter alia in hujusmodi actibus observanda, providas quoque Leges circa Indulgentiarum communicationes a præfato Clemente VIII. Prædecessore in dicta ipsius Constitutione, quæ incipit: *Quæcumque*, latas, atque sancitas, juxta sequentem modum, omnino observent; ut scilicet in singulis Civitatibus, Oppidis, vel Locis, unam dumtaxat ex hujusmodi Ecclesiis, seu Cappellis, Altaribus, Oratoriis, Confraternitatibus, aut Locis Piis quomodocumque nuncupatis, dictarum Indulgentiarum communicationis munere ditare possint; dummodo Ecclesia, aut Oratorium ipsis subjectum, seu illa Ecclesia, in qua Cappella, vel Altare prædictum extiterit, Regularium, aut Monialium non sit, nec Ecclesia, Cappella, Altare, Oratorium, Pius Locus, aut Confraternitas hujusmodi ulli alteri Ecclesiæ, aut ulli Ordini, Religioni, Instituto, Archiconfraternitati, & Congregationi, a qua Indulgentiarum communicationem, seu participationem obtineat, aggregata sit, aut subjecta; & dummodo ejusdem Ecclesiæ, Cappellæ, Altaris, seu Oratorii celebritas, vel Confraternitatis, aut Loci Pii institutum, & Christianæ pietatis, & Charitatis officia, quæ exercere consuevit, Ordinarii Loci Testimonialibus Litteris apud eos commendentur. Facultatem tamen indulgendi, prout aliàs in certis casibus ab Apostolica Sede benignè indulgeri consuevit, ut in una, eademque Civitate, aut Oppido, duabus Ecclesiis, seu Cappellis, vel Altaribus, Oratoriis, Confraternitatibus, aut Locis Piis, ubi speciales id circumstantiæ suadeant, hujusmodi Indulgentiarum communicatio a dictis Capitulo & Canonicis concedi possit, prædictæ Cardinalium Congregationi per præsentes tribuimus, & impertimur.

Iisque præmissas dumtaxat Indulgentias, durante suspensione, communicari, ser. ser. publicandas.

§. 17. Porro hujusmodi Ecclesiis, Cappellis, Altaribus, Oratoriis, Confraternitatibus, & Locis Piis, supra expressæ Indulgentiæ, & gratiæ spirituales tantùm, & non aliæ, suspensione hujusmodi durante, a dictis Capitulo, & Canonicis, & quidem nominatim, facultate sibi per præsentes a Nobis impertitâ, aliisque servatis, quæ in dicta Clementis Prædecessoris Constitutione, præsertim circa gratuitam Litterarum expeditionem, atque in Decretis a dicta Congregatione die VI. Martii Anni MDCVIII., & die X. Aprilis Anni MDCCXX. editis, statuta sunt, communicari valeant. Ab illarum verò, eorumque Rectoribus, Administratoribus, Officialibus, & Ministris, in earundem Indulgentiarum publicatione, nec non eleemosynarum receptione, & erogatione, aliæ similiter Leges, in Tridentini Concilii Decretis, & in supradictis Clementis VIII. Litteris, aliisque Romanorum Pontificum, & Apostolicæ Sedis Constitutionibus, atque Decretis præscriptæ, sub pœnis ibidem adversus transgressores respectivè statutis, inviolabiliter serventur, & impleantur.

Clausulæ salutares.

§. 18. Præsentes autem Litteræ, atque omnia, & singula in ipsis contenta, atque statuta, etiam ex eo, quod Capitulum, & Canonici prædicti, aliique in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, eisdem non consenserint, nec ad ea vocati, aut super singulis præmissis forsan auditi fuerint, aliâve qualibet de causa, nullatenus impugnari, seu de voluntatis nostræ, aliove quovis defectu redargui possint; sed a prædictis omnibus, & aliis quibuscumque, ad quos pertinet, seu pro tempore pertinebit in posterum, in omnibus, & per omnia observentur, & respectivè iis, quorum favorem concernunt, seu concernent in futurum, plenissimè suffragentur. Sicque & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Palatii Apostolici Auditores, & Apostolicæ Sedis Nuntios, seu nostros, ejusdemque Sedis, etiam de Latere, Legatos, aliosque S. R. E. Cardinales, eorumque Congregationes, in præmissis judicari debeat, & interpretari. Nos enim his omnibus, & singulis aliter judicandi, & interpretandi facultatem interdicimus, & abrogamus per præsentes, atque etiam irritum, & inane decernimus, si quid secus circa præmissa per quoscumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter fieri, vel attentari, aut respectivè judicari, & interpretari contigerit.

Derogationes generales, & speciales.

§. 19. Non obstantibus præmissis Clementis VIII., & Pauli V. quatenus præsentes iisdem per omnia conformes non inveniantur, nec non fel. rec. Sixti Papæ V., quarum initium est: *Si cunctas*, atque etiam de jure quæsito non tollendo, de Indulgentiis non concedendis ad instar, aliisque Apostolicis Constitutionibus, & Ordinationibus, dictæque Congregationis die XI. Junii Anni MDCLXXIX., ac XXVII. Maji MDCCXXXII., & XXIII. Februarii MDCCXXXIV. editis Decretis, & Resolutionibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis dictæ Basilicæ, illiusque Archipresbytero, Capitulo, & Canonicis forsan concessis, atque etiam pluries confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis & insertis, & formas pro observatis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, & ad præmissorum effectum, harum serie specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio.

§. 20. Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostrarum declarationis, suspensionis, concessionis, impertitionis, relaxationis, indulti, mandati, statuti, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. die 6. Maji 1751.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLI., pridie Nonas Maji, Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

D. Card. Passionеus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 2. Junii ejusdem anni.

XLVIII. Spicarum Collectio post messem Pauperibus non impedienda per totam Ditionem Ecclesiasticam decernitur, additis pœnis, opportunisque legibus, & conditionibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Procœmium. EX commisso Nobis Apostolicæ sollicitudinis munere libenter ea omnia prosequimur, quæ Nostrorum Subditorum commodum, atque utilitatem respiciunt; sed ad ea potissimùm animum Nostrum intendimus, per quæ Pauperum necessitatibus, & miserorum indigentiis consulitur.

Pauperum causa jam pridem Pontificem ad scribendum excitavit. §. 1. Aliàs siquidem, nempè sub die 22. Maji anni 1742. Pauperum querelis excitati, Epistolam Encyclicam dedimus ad Ven. Fratres Nostros Archiepiscopos, & Episcopos Ecclesiasticæ Nostræ Ditionis, quæ postea Bullarii Nostri Tomo primo inserta, ordine quinquagesima sexta est, in qua pauperum causam, hoc est causam Dei, eis commendantes, præcepimus, ut omnem adhiberent diligentiam, ne, messe facta, pauperes, & egeni prædiorum aditu ad colligendas Spicas, vel in terra relictas, vel a Messoribus præteritas, arcerentur; injungentes insuper, ut in iis locis, ubi hujusmodi consuetudo Spicarum collectionem permittendi recepta esset, omnino retineretur; ubi verò non adhuc esset, omni studio introduci curaretur, quemadmodum ex ipsius Epistolæ serie cognosci potest.

Agnita exhortationum inutilitate, ad præcipiendum denique adducitur. §. 2. Epistolæ autem Nostræ quibusdam in Locis plenè obtemperatum est, in aliis verò ejus executio adhuc desideratur, ob aliquorum animi duritiem, qui nullo, aut modico miseriarum proximi sui sensu tanguntur, aut ob difficultates, quæ in illius executione enatæ sunt; siquidem intelleximus, plures timuisse, ne, si liber pauperibus ingressus ad colligendas in prædiis Spicas, quæ post messem supersunt, permitteretur, aliquod inde damnum substantiis suis, quod prorsus nolumus, oriretur. Itaque necesse duximus, novas ordinationes, novasque regulas præscribere; nolentes, quantum in Nobis est, in re tanti momenti, scilicet in ferenda ope miseris, atque egenis sublevandis, qui si minus in extrema, certè in gravi auxilii necessitate versantur, nostras partes desiderari, & Nos debitores Deo constituere.

Itaque lege lata, ut alibi jam factum est, jubet in Statu Ecclesiæ pauperibus liberum Spicilegium permitti. §. 3. Nostro igitur consilio, nostrique animi desiderio inhærentes, cum nuper a Nobis cognitum, atque intellectum fuerit, in quibusdam Principatibus, ac Dominiis lege lata juberi, & præcipi, ut liber pauperibus in prædia relinquatur aditus ad legendas, quæ post messem reliquæ sunt, Spicas, easque ad proprias domos ferendas; hac Nostra in perpetuum valitura sanctione, Motu proprio, ex certa scientia, ac plenitudine potestatis, volumus, præcipimus, jubemus, ac mandamus, ut exordiendo a proxima futura frumentorum messe, atque ita deinceps in futurum, in universo Statu, Nobis, & Sedi Apostolicæ mediatè, aut immediatè in temporalibus subjecto, messe facta, a Dominis prædiorum liberum omninò Spicilegium pauperibus permittatur, ita ut sine ullo impedimento Spicas, vel solo dispersas, vel a Messoribus præteritas legere, easque familiis suis domum importare possint. Indigna enim, atque indecens prorsus Nobis visa res est, ut in aliis Dominiis hujusmodi subsidio, & solatio pauperum constitutis legibus consulatur; in nostro autem Ecclesiastico Temporali Statu id ipsum nulla lege, nulloque edicto demandetur; eo magis quòd mitiori ratione a Nobis adhibita, multis in locis nihil profecimus. Et hæc quidem est provisionis Nostræ ratio, quam ineundam esse putavimus contra eos, qui sola animi duritie, & avaritia non ferenda, in sublevandis pauperibus contumaces se præbuerunt.

Aratorum tamen indemnitati consulit. §. 4. Sed quoniam, sicut superius innuimus, alii reperti sunt, qui induci nequiverunt, ut liberum pauperibus aditum ad sua prædia post messem finerent, veriti, ne aliquod ex hac re detrimentum contra nostram voluntatem facultatibus suis crearetur; Nos, nonnullis Artis Agrariæ peritis in consilium adhibitis, has sequentes regulas, quarum observatione omnis damni timor excluditur, statuendas esse censuimus.

Ingredi prædia non liceat, donec manipuli in nubilarium trans ati non fuerint. §. 5. Prima autem est, ut nemini ingredi liceat prædia, seu prædiorum regiones, vulgò *quarti*, ubi segetes metuntur, neque cuiquam aditus ad ea liber sit, nisi posteaquam manipulorum acervi, vulgò *le cafole*, è solo sublati, & in nubilarium, Italicè *il barcone*, translati fuerint. Id autem hanc ob causam fiat, ne abusus ille contingat, ut Messores, datâ operâ, è manibus suis dilabi finant Spicas, ab iis, qui ponè eos sequentur, colligendas; aut pauperes non contenti Spicis in solum fortuito delapsis, aut a Messoribus præteritis, ad eas auferendas ex ipsis manipulorum acervis manus porrigere audeant.

Post translationem liceat per decem dies spicas relictas colligere. §. 6. Altera regula est, ut manipulorum acervis è prædio, aut *quarto*, ubi messum est, ablatis, translatisque in nubilarium, liber pauperibus pateat ingressus per decem dies ad Spicas legendas in solo relictas; quo temporis spatio neque domini, neque alii, qui ab ipsis Spicas emerunt, pauperibus Spicilegium prohibere possint, neque in prædia, regiones, seu *quarti*, in quibus messis facta est, boves, sues, aliaque hujusmodi animalia ad pascendum immittere.

Nec interim pecora in agros immittantur.

Elapsis 10. diebus, emptores Spicæ utantur jure suo, juxta pacta conventa; §. 7. Tertia autem est, ut decem diebus elapsis, liceat dominis, seu Spicæ emptoribus, in prædia, regiones, seu *quarti*, ea animalia, quæ voluerint, inducere, juxta eorum pacta conventa; de quibus id insuper statuimus, ut tam ea, quæ ante hanc nostram Constitutionem, quàm illa, quæ post ejus publicationem fient, salvâ semper libertate pauperibus concessâ colligendi per decem dierum spatium Spicas, facta intelligi, atque ita observari debeant.

Quæ reducuntur ad formam præsentis Constitutionis. §. 8. Hac autem præsenti nostra Constitutione, quæ ad universum Statum Nobis, & Sedi Apostolicæ tam mediatè, quàm immediatè in temporalibus subjectum spectat, motu, scientia, & potestate simili volumus, & decernimus, ut comprehendantur latifundia, possessiones, prædia, regiones, seu *quarti*, & quæcumque Terræ, in quibus seritur, & colligitur frumentum, sive ad Cameram Nostram Apostolicam pertineant, sive ad quamcumque Ecclesiam, Monasterium, Abbatiam, Religionem, Congregationem, Institutum, Hospitale, etiam si sint bona, seu Commendæ Militum S. Joannis Hierosolymitani, Religiosorum Societatis Jesu, Monachorum Cassinensium, Cardinalium S. R. E., Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Capitulorum, Monasteriorum Monialium, & cujuscumque alterius personæ, quæ speciali mentione indigeret; ita etiam cujuscumque Personæ Sæcularis quavis dignitate, & privilegio suffultæ; volentes, ut ab hujusmodi nostra Dispositione minimè eximantur, immo ut prorsus comprehensæ censeantur etiam Communitates, Duces, Principes, Marchiones, Comites, Equi-

Ab hac lege nullius latifundia exempta decernuntur.

tes, & quæcumque aliæ personæ, quavis honorum prærogativa, & dignitatum gradu præeminentes.

Commissio Superioribus Ecclesiasticis, & Laicalibus pro præsentium executione, cum facultatibus.

§. 9. Mandamus insuper modernis, & pro tempore existentibus Archiepiscopis, & Episcopis, ac Locorum Ordinariis temporalis Ditionis nostræ; item modernis etiam, & pro tempore existentibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Provinciarum Legatis, Præsidibus, Vice-Legatis, Civitatum, Oppidorum, & Locorum Gubernatoribus, & Præsidi Annonæ, quoad ea loca, quæ ejus jurisdictioni subsunt, ut præceptum, mandatum, ordinationem, voluntatemque nostram hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit in futurum, in suis respectivè Diœcesibus, Provinciis, Civitatibus, & Locis perpetuò observari mandent, & faciant; dantes propterea, & elargientes iisdem Archiepiscopis, & Episcopis, ac Legatis, Præsidibus, Vice-Legatis, & Gubernatoribus, nec non Annonæ Præsidi, cumulativum jus præsentes nostras Litteras exequendi, & transgressores quoslibet pœnâ scutorum triginta monetæ per eos Manu Regiâ exigendâ omninò coërcendi, puniendique. Ad quem effectum declaramus totidem censeri debere contraventionis delicta commissa fuisse, pœnasque incursas, quot sunt latifundia, possessiones, prædia, regiones, seu *quarti*, ex quibus Pauperes excluſi fuerint. Ut verò prædicti voluntatis Nostræ Executores in exigendis pœnis, iisque, detractis expensis necessariis, inter Pauperes Locorum distribuendis, omnem quoad possunt diligentiam adhibeant, conscientiam eorum oneramus; monentes, ut sedulo curent, ne Pontificiam indignationem Nostram incurrant, seque reos subtracti Pauperibus subsidii ante Tribunal Dei constituant.

Pœna scutorum XXX. pro singulis transgressionibus exigenda.

Derogatio contrariis Statutis, & Privilegiis.

§. 10. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus etiam Apostolicis, si quæ essent, ac Statutis, & Legibus etiam municipalibus, ac usibus, stilis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, seu indultis quibusvis Ecclesiis, Locis Piis, & prædictis Ordinibus, & Societati, etiam ex titulo oneroso concessis; quibus omnibus, & singulis, etiamsi tales forent, quod sub generali expressione non comprehenderentur, sed de illis specifica, & individua mentio habenda foret, eorum tenores præsentibus pro expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum dumtaxat, latissimè, & plenissimè, ac specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Exemplorum Fides.

§. 11. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quàm extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio.

§. 12. Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc Nostrarum Constitutionis, Ordinationis, Præcepti, Statuti, Decreti, Prohibitionis, & Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. die 17. Maji 1751.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo primo, sexto decimo Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

D. Card. Passionеus.

J. Datarius.

VISA De Curia

J. C. Boschi.

Loco ✠ Plumbi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 28. Maji ejusdem anni.

Nonnullæ Societates, seu Conventicula *de' Liberi Muratori*, seu *des Francs-Maçons*, vel aliter nuncupata, iterum damnantur, & prohibentur: cum invocatione brachii, & auxilii Secularium Principum, & Potestatum. XLVIII.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Confirmatio Apostolica vigentibus etiam Legibus quandoque adjicitur.

PRovidas Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Leges, atque Sanctiones, non solum eas, quarum vigorem, vel temporum lapsu, vel hominum neglectu labefactari, aut extingui posse veremur, sed eas etiam, quæ recentem vim, plenumque obtinent robur, justis gravibusque id exigentibus causis, novo auctoritatis Nostræ munimine roborandas confirmandasque censemus.

Clemens XII. Societates *de Liberi Muratori* damnavit, & prohibuit sub censuris Sedi Apostolicæ reservatis.

§. 1. Sanè felicis recordationis Prædecessor Noster Clemens Papa XII. per suas Apostolicas Litteras Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXXVIII. IV. Kalend. Maji Pontificatus sui anno VIII. datas, & universis Christifidelibus inscriptas, quarum initium est: *In eminenti*; nonnullas Societates, Cœtus, Conventus, Collectiones, Conventicula, seu Aggregationes, vulgò *de' Liberi Muratori*, seu *des Francs Maçons*, vel aliter nuncupatas, in quibusdam Regionibus tunc latè diffusas, atque in dies invalescentes, perpetuò damnavit, atque prohibuit; præcipiens omnibus, & singulis Christifidelibus, sub pœna excommunicationis ipso facto absque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo per alium, quàm per Romanum Pontificem pro tempore existentem, excepto mortis articulo, absolvi posset, ne quis auderet vel præsumeret hujusmodi Societates inire, vel propagare, aut confovere, receptare, occultare, iisque adscribi, aggregari, aut interesse, & aliàs prout in eisdem Litteris latius, & uberius continetur, quarum tenor talis est; videlicet:

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Universis Christifidelibus salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Tenor Litterarum Clementis XII.

§. 2. *IN eminenti Apostolatus Specula, meritis licèt imparibus, Divina disponente Clementia constituti, juxtà creditum Nobis Pastoralis providentiæ debitum, jugi (quantum ex alto*

conceditur) ſolicitudinis ſtudio iis intendimus, per quæ erroribus, vitiiſque aditu intercluſo, Orthodoxæ Religionis potiſſimùm ſervetur integritas, atque ab univerſo Catholico Orbe difficillimis hiſce temporibus perturbationum pericula propellantur.

Novarum Societatum indoles, & occultum inſtitutum.

Sanè vel ipſo rumore publico nunciante, Nobis innotuit, longè, latèque progredi, atque in dies invaleſcere nonnullas Societates, Cœtus, Conventus, Collectiones, Aggregationes, ſeu Conventicula, vulgo De' Liberi Muratori, ſeu Francs Maçons, aut alia quavis nomenclatura pro idiomatum varietate nuncupata, in quibus cujuſcumque Religionis, & Sectæ Homines, affectatâ quadam contenti honeſtatis naturalis ſpecie, arctò æquè, ac impervio fœdere, ſecundùm Leges, & Statuta ſibi condita, invicem conſociantur; quæque ſimul clam operantur, tum diſtricto jurejurando ad Sacra Biblia interpoſito, tum gravium pœnarum exaggeratione, inviolabili ſilentio obtegere adſtringuntur.

Eædem a Sæculi Poteſtatibus meritò damnatæ.

Verùm, cum ea ſit ſceleris natura, ut ſe ipſum prodat, & clamorem edat ſui indicem; hinc Societates, ſeu Conventicula prædicta vehementem adeò Fidelium mentibus ſuſpicionem ingeſſerunt, ut iiſdem Aggregationibus nomen dare, apud prudentes & probos idem omninò ſit, ac pravitatis, & perverſionis notam incurrere; niſi enim malè agerent, tanto nequaquam odio lucem haberent. Qui quidem rumor eò uſque percrebuit, ut in plurimis Regionibus memoratæ Societates per Sæculi Poteſtates, tamquam Regnorum ſecuritati adverſantes, proſcriptæ ac providè eliminatæ jampridem extiterint.

Nunc autem Apoſtolica auctoritate damnantur, & prohibentur.

Nos itaque animo volventes graviſſima damna, quæ ut plurimùm ex hujuſmodi Societatibus, ſeu Conventiculis, nedum temporalis Reipublicæ tranquillitati, verùm etiam Spirituali Animarum ſaluti inferuntur, atque ideirco tum Civilibus, tum Canonicis minimè cohærere ſanctionibus; cum Divino eloquio doceamur, diu, noctuque, more ſervi fidelis, & prudentis Dominicæ Familiæ præpoſiti, vigilandum eſſe, ne hujuſmodi Hominum genus, veluti fures, domum perfodiant, atque inſtar vulpium Vineam demoliri nitantur, ne videlicet ſimplicium corda pervertant, atque innoxios ſagittent in occultis; ad latiſſimam, quæ iniquitatibus impunè patrandis inde aperiri poſſet, viam obſtruendam, aliiſque de juſtis, ac rationabilibus Cauſis Nobis notis, eaſdem Societates, Cœtus, Conventus, Collectiones, Aggregationes, ſeu Conventicula: De' Liberi Muratori, ſeu Francs Maçons, aut alio quocumque nomine appellata, de nonnullorum Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, ac etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, damnanda, & prohibenda eſſe ſtatuimus, & decrevimus, prout præſenti noſtra perpetuò valitura Conſtitutione damnamus, & prohibemus.

Præceptum omnibus Chriſtifidelibus, ne quis eaſdem ineat, foveat, eiſque ſe adſcribat.

Quocirca omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, ordinis, dignitatis, & præeminentiæ, ſive Laicis, ſive Clericis, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, etiam ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione dignis, diſtrictè, & in virtute Sanctæ Obedientiæ præcipimus, ne quis ſub quovis prætextu, aut quæſito colore audeat, vel præſumat prædictas Societates De' Liberi Muratori, ſeu Francs Maçons, aut aliàs nuncupatas, inire, vel propagare, confovere, ac in ſuis ædibus, ſeu domibus, vel alibi receptare, atque occultare, iis adſcribi, aggregari, aut intereſſe, vel poteſtatem, ſeu commoditatem facere, ut alicubi convocentur, iiſdem aliquid miniſtrare, ſive aliàs conſilium, auxilium, vel favorem palam, aut in occulto, directè, vel indirectè, per ſe, vel per alios quoquo modo præſtare; necnon alios hortari, inducere, provocare, aut ſuadere, ut hujuſmodi Societatibus adſcribantur, annumerentur, ſeu interſint, vel ipſas quomodolibet juvent, ac foveant; ſed omnino ab iiſdem Societatibus, Cœtibus, Conventibus, Collectionibus, Aggregationibus, ſeu Conventiculis prorſus abſtinere ſe debeant, ſub pœna Excommunicationis per omnes, ut ſupra, contrafacientes ipſo facto abſque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo, per quemquam, niſi per Nos, ſeu Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, præterquam in articulo mortis conſtitutus, abſolutionis beneficium valeat obtinere.

Sub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ Summo Pontifici reſervatæ.

Volumus inſuper, & mandamus, ut tam Epiſcopi, & Prælati Superiores, aliique Locorum Ordinarii, quàm Hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquiſitores, adversùs tranſgreſſores, cujuſcumque ſint ſtatus, gradus, conditionis, ordinis, dignitatis, vel præeminentiæ, procedant, & inquirant, eoſque tamquam de hæreſi vehementer ſuſpectos condignis pœnis puniant, atque coërceant; iis enim, & eorum cuilibet, contra eoſdem tranſgreſſores procedendi, & inquirendi, ac condignis pœnis coërcendi, & puniendi, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſæcularis auxilio, liberam facultatem tribuimus, & impertimur.

Commiſſio Ordinariis, & Inquiſitoribus pro executione præſentium; cum facultatibus &c.

Volumus autem, quod earundem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem fides prorſus adhibeatur, quæ ipſis originalibus Litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam Noſtræ declarationis, damnationis, mandati, prohibitionis, & interdictionis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo octavo, quarto Kalendas Maji, Pontificatus Noſtri Anno Octavo.

Falſa aſſertio ceſſationis cenſurarum in præinſertis Litteris latarum.

§. 3. Cum autem, ſicut accepimus, aliqui fuerint, qui aſſerere, ac vulgò jactare non dubitaverint, dictam excommunicationis pœnam a Prædeceſſore Noſtro, ut præfertur, impoſitam non amplius afficere, propterea quòd ipſa præinſerta Conſtitutio a Nobis confirmata non fuerit; quaſi verò pro Apoſtolicarum Conſtitutionum a Prædeceſſore editarum ſubſiſtentia, Pontificis Succeſſoris expreſſa confirmatio requiratur;

Conſilium datum Pontifici eaſdem Litteras confirmandi.

§. 4. Cumque etiam a nonnullis piis, ac Deum timentibus viris Nobis inſinuatum fuerit, ad omnia calumniantium ſubterfugia tollenda, declarandamque animi noſtri cum ejuſdem Prædeceſſoris mente ac voluntate uniformitatem, magnopere expediens fore, ut ejuſdem Prædeceſſoris Conſtitutioni novum Confirmationis noſtræ ſuffragium adjungeremus:

Perſpicua argumenta a Pontifice jam edita pro ſubſiſtentia earundem cenſurarum.

§. 5. Nos, licèt hujuſque, dum pluribus Chriſtifidelibus de violatis ejuſdem Conſtitutionis Legibus verè pœnitentibus, atque dolentibus, ſeque a damnatis hujuſmodi Societatibus, ſeu Conventiculis omnino receſſuros, & nunquam in poſterum ad illas & illa redituros ex animo profitentibus, abſolutionem ab incurſa excommunicatione, tum antea ſæpe, tum maxime elapſo Jubilæi anno benignè conceſſimus; ſeu dum facultatem Pœnitentiariis a Nobis deputatis communicavimus, ut hujuſmodi pœnitentibus, qui ad ipſos confugerent, eandem abſolutionem noſtro nomine & auctoritate impertiri valerent; dum etiam ſollicito vigilantiæ ſtudio inſtare non prætermiſimus, ut a competentibus Judicibus, & Tribunalibus, adverſus ejuſdem Conſtitutionis violatores pro delicti menſura procederetur, quod & ab eis reipſa ſæpè præſtitum fuit; non quidem probabilia dumtaxat, ſed planè evi-

dentia,

dentia, & indubitata argumenta dederimus, ex quibus animi noſtri ſenſus, ac firma & deliberata voluntas, quoad cenſuræ per dictum Clementem Prædeceſſorem, ut præfertur, impoſitæ vigorem & ſubſiſtentiam, ſatis apertè inferri debuerant; ſiquæ autem contraria de Nobis opinio circumferretur, Nos eam ſecuri contemnere poſſemus, cauſamque noſtram, juſto Dei Omnipotentis judicio relinquere, ea verba uſurpantes, quæ olim inter ſacras actiones recitatas fuiſſe conſtat: *Præſta quæſumus Domine, ut mentium reprobarum non curemus obloquium, ſed eâdem pravitate calcatâ exoramus, ut nec terreri nos lacerationibus patiaris injuſtis, nec captioſis adulationibus implicari, ſed potius amare quod præcipis*: ut habet antiquum Miſſale, quod S. Gelaſio Prædeceſſori Noſtro tribuitur, & a Venerabili Servo Dei Joſepho Maria Cardinali Thomaſio editum fuit in Miſſa, quæ inſcribitur: *Contra obloquentes*;

Nihilominus præinſertas Litteras in forma ſpecifica confirmat per præſentes.

§. 6. Ne tamen aliquid per Nos improvidè prætermiſſum dici valeret, quo facilè poſſemus mendacibus calumniis fomentum adimere, atque os obſtruere; audito prius nonnullorum Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, eandem Prædeceſſoris Noſtri Conſtitutionem præſentibus, ut ſupra, de verbo ad verbum inſertam, in forma ſpecifica, quæ omnium ampliſſima, & efficaciſſima habetur, confirmare decrevimus; prout eam ex certa ſcientia, & Apoſtolicæ auctoritatis noſtræ plenitudine, earundem præſentium Litterarum tenore in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi noſtris motu proprio, auctoritate, ac nomine primum edita fuiſſet, confirmamus, roboramus, & innovamus, ac perpetuam vim, & efficaciam habere volumus, & decernimus.

Cauſas damnandi, & prohibendi hujuſmodi Societates enumerat, & approbat.

§. 7. Porro inter graviſſimas præfatæ prohibitionis, & damnationis cauſas in præinſerta Conſtitutione enunciatas, una eſt, quod in hujuſmodi Societatibus, & Conventiculis, cujuſcumque Religionis, ac Sectæ homines invicem conſociantur; qua ex re ſatis patet, quàm magna pernicies Catholicæ Religionis puritati inferri valeat. Altera eſt arctum, & impervium ſecreti fœdus, quo occultantur ea, quæ in hujuſmodi Conventiculis fiunt; quibus proinde ea ſententia merito aptari poteſt, quam Cæcilius Natalis apud Minucium Felicem in cauſa nimiùm diverſa protulit: *Honeſta ſemper publico gaudent, ſcelera ſecreta ſunt.* Tertia eſt juſjurandum, quo ſe hujuſmodi ſecreto inviolabiliter ſervando adſtringunt; quaſi liceat alicui, cujuslibet promiſſionis, aut juramenti obtentu ſe tueri, quominus a legitima poteſtate interrogatus, omnia fateri teneatur, quæcumque exquiruntur ad dignoſcendum, an aliquid in hujuſmodi Conventibus fiat, quod ſit contra Religionis, aut Reipublicæ ſtatum, & Leges. Quarta eſt, quod hujuſmodi Societates non minus Civilibus, quàm Canonicis Sanctionibus adverſari dignoſcuntur; quum ſcilicet Jure Civili omnia Collegia, & Sodalitia præter publicam auctoritatem conſociata prohibeantur, ut videre eſt in Pandectarum libro XLVII. Tit. 22. *de Collegiis, & corporibus illicitis;* & in celebri epiſtola C. Plinii Cæcilii ſecundi, quæ eſt XCVII. libri X., in qua ait, edicto ſuo, ſecundum Imperatoris mandata, vetitum fuiſſe, ne Hetæriæ eſſent, ideſt ne Societates, & Conventus ſine Principis auctoritate iniri, & haberi poſſent. Quinta eſt, quod jam in pluribus Regionibus memoratæ Societates, & Aggregationes Secularium Principum Legibus proſcriptæ, atque eliminatæ fuerant. Ultima demum, quod apud prudentes, & probos viros eædem Societates, & Aggregationes malè audirent, eorumque judicio, quicumque eiſdem nomina darent, pravitatis, & perverſionis notam incurrerent.

Invocatio auxilii brachii ſecularis Eccleſiaſticis Superioribus in prioribus Litteris demandata.

§. 8. Denique idem Prædeceſſor in præinſerta Conſtitutione Epiſcopos, & Superiores Prælatos, alioſque Locorum Ordinarios excitat, ut pro illius executione, ſi opus fuerit, brachii ſecularis auxilium invocare non prætermittant.

Pontifex ipſe Supremorum Principum, & Sæcularium Poteſtatum opem invocat, & requirit.

§. 9. Quæ omnia, & ſingula non ſolùm a Nobis approbantur, & confirmantur, eiſdemque Eccleſiaſticis Superioribus reſpectivè commendantur, & injunguntur; vèrum etiam Nos ipſi, pro Apoſtolicæ ſollicitudinis officio, præſentibus Noſtris Litteris, Catholicorum Principum, omniumque Secularium Poteſtatum opem, auxiliumque ad præmiſſorum effectum invocamus, & enixo ſtudio requirimus; quum ipſi Supremi Principes, & Poteſtates electi ſint a Deo defenſores Fidei, Eccleſiæque protectores; ideoque eorum munus ſit idoneis quibuſque rationibus efficere, ut Apoſtolicis Conſtitutionibus debitum obſequium, & omnimoda obſervantia præſtetur; quod iis in memoriam revocarunt Tridentinæ Synodi Patres *Seſſ. XXV. Cap.* 20.; multòque antea egregiè declaraverat Imperator Carolus Magnus, ſuorum Capitularium *Tit.* 1. *Cap.* 2., ubi, poſt demandatam omnibus ſibi ſubditis, Eccleſiaſticarum Sanctionum obſervantiam, hæc addidit: *Nam nullo pacto agnoſcere poſſumus qualiter nobis fideles exiſtere poſſunt, qui Deo infideles, & ſuis Sacerdotibus inobedientes apparuerint.* Quapropter cunctis ditionum ſuarum Præſidibus & Miniſtris injungens, ut omnes & ſingulos ad debitam obedientiam Eccleſiæ Legibus exhibendam omninò compellerent; graviſſimas quoque pœnas adverſus eos indixit, qui hoc præſtare negligerent, ſubdens inter alia: *Qui autem in his (quod abſit) aut negligentes eiſque inobedientes fuerint inventi, ſciant, ſe nec in noſtro Imperio honores retinere, licet etiam Filii noſtri fuerint, nec in Palatio locum, neque nobiſcum, aut cum noſtris ſocietatem, aut communitatem ullam habere, ſed magis ſub diſtrictione & ariditate pœnas luent.*

Fides Tranſumptis habenda.

§. 10. Volumus autem, ut earumdem præſentium Tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo Perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides prorſus adhibeatur, quæ ipſis Originalibus Litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio.

§. 11. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, innovationis, approbationis, commiſſionis, invocationis, requiſitionis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo primo, quintodecimo Kalendas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Undecimo. †Dat. die 18. Maji 1751.

D. Card. Paſſioneus.

J. Datarius.

Visa De Curia. J. C. Boſchi.

J. B. Eugenius.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 28. ejuſdem Menſis, & Anni.

De

L.

De tollendis Abusibus ab Oratoriis privatis, quæ sunt in domibus Laicorum.

Epistola Encyclica ad Primatem, Archiepiscopos, & Episcopos Regni Poloniæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Controversiæ circa Oratoria privata vigentes, & Polonorum Præsulum vota, Pontificias declarationes exposcunt.

MAgno cum animi Nostri dolore a Nobis intellectum est, nonnullas in Diœcesibus vestris controversias ac molesta dissidia, propter Oratoria privata, insurrexisse; quibus præcidendis cum omnis per vos cura ac diligentia adhibita fuerit, non modò optato fine frustrati sitis, sed & in aliorum offensionem incurreritis, vobisque eam acquisiveritis reprehensionem & notam, quasi nimio rigore adhibendo modum modum excedatis: optari proinde a vobis, ut per hanc Sanctam Sedem certæ vobis regulæ indicentur, ad quarum normam, sublatis abusibus, privati Oratorii Privilegium exerceri debeat; idque ad eum finem, ut, cum Ordinationes vestræ Pontificia auctoritate nostra munitæ fuerint, non solùm ab omni malevolorum censura immunes evadant, verùm majus semper eisdem honoris, atque æstimationis pondus accedat. Licèt autem vestræ hujuscemodi petitioni satisfacere facillimè potuissemus, illos vobis libros indicando, tam in quibus de hujusmodi materia doctrina traditur Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum Decretis conformis, quàm alios etiam, quorum Scriptores, dum de privatis Oratoriis agunt, ea Sanctæ Sedis Decreta vel dissimulant, vel ignorant, quæ assertionibus eorum omninò opponuntur; Nihilominus, cum Nos Venerabiles Personas Vestras præcipuo ac speciali affectu prosequamur, per Encyclicam hanc Epistolam nostram, qua fieri poterit brevitate, tum eorundem Decessorum nostrorum, tum nostram hac super re mentem, sensusque aperiemus: quibus quidem, præter obedientiam, quæ eisdem debetur, ratione auctoritatis, a qua, velut a fonte dimanant, aliud etiam nescio quid majoris ponderis inest, materiæ ipsius nomine, quæ eorum objectum est, quæque in quæstione versatur; cum omnis hujusmodi res ab Apostolicis Privilegiis dependeat, quorum explicatio privativo jure Summis Pontificibus reservata est, cumque eadem præcipuam normam desumere debeat ex intentione illius, a quo concessio facta est, cujus sensus concedenti semper, quàm alii cuilibet notior esse debet; adeo ut quidquid a vobis secundùm ea, quæ in Encyclica hac Epistola nostra continentur, ordinabitur, & statuetur, id pro exequendis Summorum Pontificum præscriptis præstitum esse dicendum sit; cujus rei gratia Apostolicorum Delegatorum qualitatem, & auctoritatem Fraternitatibus Vestris additam esse censendum est; quam etiam, quatenus opus sit, Nos ipsarum præsentium Litterarum tenore Vobis ad hujusmodi effectum concedimus, & impertimur.

Eas, licet minus necessarias, edere intendit Pontifex, quò majus auctoritatis pondus habeant.

Oratoria privata in Episcoporum ædibus extructa jam usque a prioribus Ecclesiæ sæculis.

§. 1. Nihil sanè expositum Nobis est, quod ad ea pertineat Sacella, quæ in Episcopalibus Palatiis vestris habetis, pro Missa, vel per vos, vel per alios celebranda, aliâve quapiam sacra Functione, quæ officii ac dignitatis vestræ propria sit, obeunda; de quibus latè disserere Nobis perfacile esset, nisi hoc a proposito nostro alienum foret. Quare duo tantummodo vetusta Sacellorum exempla indicabimus, quæ Episcopi in proprio Episcopio a publicis Ecclesiis distincta, ac separata habebant, in quibus Sanctum Missæ Sacrificium celebrabant. Horum primum Sacellum est Sancti Cassii Episcopi Narniensis, de quo S. Gregorius *in Homilia 37. super Evangelia* narrat, quod licèt gravi morbo opprimeretur, *in Oratorio Episcopii sui Missas fecit*, tam ut propriæ, quàm ut eorum, qui illum visitatum adveniebant, devotioni satisfaceret. Alterum exemplum est S. Johannis Eleemosynarii Episcopi Alexandrini, qui, sicut in Actis ipsius a Leontio scriptis deprehenditur, illos coarguens, qui, Missâ nondum peractâ discedebant, quum ipse ad eamdem celebrandam in publicam Ecclesiam se conferebat, dicere in more habebat: *Ego propter vos descendo in Sanctam Ecclesiam, nam poteram mihimet facere Missas in Episcopio.* Prædictum exemplum legere est apud Thomassinum *de veteri, ac nova Ecclesiæ disciplina part. 1. lib. 2. cap. 93. num. 6.*, Alia exempla in Opere *de Oratoriis privatis* inscripto *cap. 6.* collecta reperiuntur (quod opus noviſſimè a Johanne Baptista Gattico Canonico Lateranensi Romæ in lucem editum est) per quæ Episcoporum jus circa Sacella in propriis Episcopalibus Palatiis habenda validis fundamentis innixum comprobatur.

Concilium Tridentinum de aliis Oratoriis privatis decernens nihil detrahit Sacellis Episcoporum.

§. 2. Huic quidem juri Sacrum Tridentinum Concilium nulla ratione derogavit; quippe quod tantummodo *Sess. 22. de observandis, & evitandis in celebratione Missæ*, propter multa, quæ parum decenter fieri identidem contingebat, Episcopis præcepit, ne Secularibus, ac Regularibus Missam celebrare permitterent *privatis in Domibus*, & extra Ecclesias, aut Oratoria publica, quæ Divino cultui destinata essent; quod nullam cum Cappellis, quæ in Episcopalibus Palatiis sunt, rationem habet, quum hæc sub privatarum domorum nomine nunquam censeri possint. Id pluries a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium ejusdem Concilii Tridentini Interpretum, in aliquot ejusdem Resolutionibus, validis rationibus innixis, declaratum est, quas Nos in nostro *de Sacrificio Missæ* Tractatu retuimus *Sect. 2. §. 45. & seq. Latinæ Edit. Patav.*; Nos enim, tunc etiam cum *in minoribus* constituti, opus aliquod inscriberemus, illud præcipuè Nobis gloriosum duximus, ut nulla in parte a Romanæ Curiæ Tribunalium Sententiis recederemus, quibus ut plurimùm a Pontificiis Oraculis auctoritatis robur accedit.

Sed nihil etiam statuit de eorum facultatibus extra Ædes Episcopales, & extra Diœcesim.

§. 3. Illud tantummodo de hujusmodi Episcoporum Privilegio dici poterat, quod, cum idem ad Sacella, quæ in Episcopiis sita sunt, restringeretur, nullo modo Episcopis favere poterat, tum cum iidem extra proprias domos versarentur, cum Visitationem obirent, sive cum iter haberent; adeo ut, cum vel Missam celebrare, vel eidem interesse vellent, ad publicas Ecclesias se conferre cogerentur, vel a locorum Ordinariis veniam petere, ut sibi liceret, vel Missam celebrari facere, vel ipsi eamdem celebrare, in illa habitatione, in qua forte diversarentur.

Privilegium Altaris viatici *ubique* erigendi Episcopis concessum a Bonifacio VIII.

§. 4. Verùm recol. mem. Prædecessor Noster Bonifacius Papa VIII. in Decretali sua: *Quoniam Episcopi, de Privilegiis, in Sexto*, male factum reputans, Episcopos sine rationabili causa Missam quotidie non celebrare, aut eidem non interesse, eisdem concessit, ut etiam extra propriam Diœcesim Altari portatili, seu viatico uterentur: *Præsenti Constitutione indulgemus iisdem, ut Altare possint habere viaticum, & in eo celebrare, aut facere celebrari ubicumque absque*

interdicti transgressione illis permittitur celebrare, vel audire Divina. Dignum animadversione verbum est, *Ubicumque*, quod quidem procul dubio loca etiam, quæ extra Diœcesim sita sunt, comprehendit.

Eo uti possunt etiam sine licentia Ordinarii Localis, & post Concilii Tridentini, & Pauli V. decreta.

§. 5. Præcipuam etiam animadversionem dictæ Congregationis Concilii Resolutiones merentur, cùm ad Quæsitum eidem propositum, num videlicet Episcopus, qui extra propriam Diœcesim est, ad utendum Privilegio Altaris viatici, petere ejus rei veniam ab Episcopo Locali teneatur; minime eum teneri respondit; alioqui frustratorium Bonifacii VIII. Privilegium fuisset; quoniam illius Pontificis ætate antiquum Jus in suo vigore perstabat, cui, quemadmodum mox dicetur, a Concilio Tridentino postea derogatum fuit, secundùm quod Episcopi facultatem concedebant Missam in privatis domibus celebrandi. Similiter, cum eidem Congregationi alterum Quæsitum propositum fuisset: num Privilegio per Bonifacium VIII. Episcopis concesso, vel Tridentinum Concilium, vel Pontificis Pauli V. Decretum, de quo pariter mox dicetur, præjudicium ullum attulisset; nihil pariter Privilegio illi detractum fuisse respondit; cum tam in Concilio, quàm in citato Decreto, sublata quidem Episcopis facultas fuerit, qua aliis licentiam in privatis domibus Missam celebrandi concedere possent, verùm nequaquam juribus illis expoliati remanserint, quæ proprias personas respiciunt, quæque eorumdem dignitatis, atque characteris propria sunt. Prædictæ Resolutiones a Nobis referuntur in nostro Tractatu *de Sacrificio Missæ* latinæ editionis Patavinæ *Sect. 2. §. 42.*, nec non in Commentariis bon. mem. Cardinalis Petra ad Constitutiones Apostolicas *tom. 4. super Constitutione 2. Urbani V. num. 15. & seq.*, & a Gattico in recenti ejusdem Tractatu *de Oratoriis domesticis in tit. de usu Altaris portatilis cap. 12. num. 1. & seq.*

Non tamen extra domum propriæ habitationis, sive in sua, sive in aliena Diœcesi.

§. 6. Tam verum est, quàm quod verissimum, nullam rem majus præjudicium Privilegiis efferre, quàm abusum eorumdem; quod quidem satis superque pro vero comprobatum fuit, etiam in casu hujus Privilegii Altaris portatilis, quod concessum Episcopis est, & quod post Concilium Tridentinum, ac Paulinum Decretum illæsum remansit. Certis indiciis compertum fuit, quosdam Episcopos eodem abuti, qui, vel intra, vel extra Diœcesim, ad Laicorum se domos conferebant, atque in iis, vel ipsi Missam celebrabant, vel, ut ibidem plures celebrarentur Missæ, faciebant, idque nulla necessitate urgente, sed ad eum tantùm finem, vel ut proprium Privilegium ostentarent, vel ut Laicorum petitioni satisfacerent. Cum hujusce inconvenientis notitia ad Concilii Congregationem perveniisset, non prætermisit hujusmodi excessum prohibere, ejusdemque abusus corrigendi curam Archiepiscopis committere, si quando factum in locis eorum jurisdictioni subjectis contigisset. In Codicibus Actorum, seu Regestis Congregationis prædictæ *lib. 48. Decretorum fol. 471.* Resolutiones ipsæ referuntur. Quia tamen nihilominus malum invalescebat, a felicis recordationis Prædecessore nostro Clemente Papa XI. die 15. Decembris 1703. sequens Decretum publicatum fuit, in quo postquam inconveniens expositum fuit, nimirum: *Episcopi etiam in aliena Diœcesi extra Domum propriæ habitationis in privatis Laicorum Domibus erigi faciunt Altare, ibique per unum, aut per plures e suis Cappellanis vivificam Christi Hostiam immolant*, ad remedium gradus fit: *Ad abusus hujusmodi eliminandos &c. Sanctissimus Dominus Noster &c. expresse declarat, Episcopis, & his majoribus Prælatis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, neque sub prætextu Privilegii clausi in corpore Juris, neque alio quocumque titulo, ullo modo licere extra domum propriæ habitationis, in domibus Laicis, etiam in propria Diœcesi, quod fortius intelligitur in aliena, etiamsi Diœcesani consensus adhiberetur, erigere Altare, ibique Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare, sive celebrari facere.*

Sed si in aliena domo vera moram traxerint, etiam hospitii, & itineris causa, possunt.

§. 7. Magni hujus Pontificis menti ille tantummodo finis in hoc propositus fuit, ut abusus tollerentur, numquam autem ut recto Privilegii usui quidquam detraheretur. Et quia relata verba prohibitiva, utpote nimis ampla, & effrænata, cuiquam præbere ansam poterant affirmandi, non licere Episcopis uti Privilegio Altaris portatilis, tum cum vel Diœcesim visitant, vel iter faciunt, aut alia justa de causa extra residentiam sunt, atque in Laicorum domibus morantur; illato de hujusmodi re sermone in Congregationibus, quæ sub Innocentio XIII., immediato Clementis ejusdem Successore, habitæ fuerunt, quarum Nos tunc *in minoribus* existentes, a Secretis fuimus, opportunum factu judicatum est, ut ea, quam mox subjicimus, Declaratio fieret, quæ postea inserta fuit in ejusdem Innocentii Litteris incipientibus: *Apostolici Ministerii*, quas idem Pontifex pro constituendo in Hispaniarum Regnis bono Ecclesiasticæ disciplinæ regimine condidit, quasque etiam ejusdem Successor Benedictus XIII. *in forma specifica* confirmavit, & ut in omnibus locis pro regula, ac norma haberentur, in Appendice Concilii Romani a se celebrati voluit insertas; ipsam verò declarationem inter ejusdem Concilii decreta retulit Tit. XV. Cap. III., in quo quidem Concilio Nos quoque ad Sacrorum Canonum Interpretationem adhibiti fuimus. Declarationis verba Nos etiam hic libenter apponimus: *Declaramus, quod, cum in prædicto Decreto*, de Clementis XI. fermo est, *statuatur, non licere Episcopis extra domum propriæ habitationis, in domibus Laicis erigere Altare, ibique Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare, sive celebrari facere; hujusmodi prohibitio intelligenda non sit de domibus, etiam Laicis, in quibus ipsi Episcopi forte, occasione Visitationis, vel itineris, hospitio excipiantur; ut nec etiam quando Episcopi in casibus a jure permissis, vel de speciali Sedis Apostolicæ licentia, absentes a domo propriæ ordinariæ habitationis, moram idcirco faciant in aliena domo per modum similis habitationis; his enim casibus licita iis erit erectio Altaris ad effectum prædictæ celebrationis, non secus ac in domo propriæ ordinariæ habitationis.*

Præmissarum Regularum usus.

§. 8. Optimum factu judicavimus in Encyclica hac Epistola Nostra exponere Vobis hæc, quæ ad Fraternitates Vestras præcipuè pertinent, nimirum quantum Vobis concessum est quoad Sacella, seu Cappellas, quæ in Episcopalibus Palatiis vestris sunt; quantum item Vobis in alienis domibus, & extra vestram Diœcesim facere permissum est; causas etiam Concessionum, ac Privilegiorum indicavimus, necnon eorumdem abusus, atque abusum prohibitiones apposuimus; tum ut Vos discrimen agnoscatis, quod intercedit inter Cappellas Episcopalium Ædium vestrarum, per quas non minus spirituali consolationi, & commodo vestro, quàm dignitatis vestræ decori providetur, & privata Oratoria in domibus Laicorum, sive intra, sive extra Diœcesim vestram, in quibus aliquando Vobis, pro præcipuo fine hujusmodi commodi, & consolationis vestræ, Privilegio Altaris erigendi, ac celebrandi, vel celebrari faciendi, uti licet; tum vero etiam, ne forte, cum Vos contra abusus privatorum

Oratoriorum in domibus Laicorum invigilare debeatis, redargutioni obnoxii sitis, quod alienos in aliorum domo defectus dum corrigitis, interim vestræ domi, atque in propria agendi ratione excessus adhibeatis. Ideoque ad privatorum Oratoriorum propositum, quæ in Domibus Laicorum sunt, gradum facientes, aliqua præmittemus.

De Oratoriis privatis in domibus Laicorum extant monumenta, tum primis, tum posterioribus Ecclesiæ Sæculis.

§. 9. Primum quidem est, privatorum Oratoriorum in dictis domibus usum ab antiquo tempore repetendum esse; cum constet, Apostolos Sacra Mysteria privatis in domibus celebrasse, eumque morem persecutionum tempore servatum fuisse, quemadmodum Christianus Lupus *in suis notis ad Canones Trullanos* appositè animadvertit. Alterum autem, privata Oratoria in domibus Laicorum, subsequentibus etiam seculis fuisse, cum persecutiones jam cessassent; cum in Sacramentario Gallicano, quod Mabillonius *tom. 1. Musæi Italici* impressum edidit, *Collecta* legatur, quæ recitanda erat in Missa, quæ celebrabatur *in domo cujuslibet*; nec ad hujusmodi quidem assumptum aliæ deficiunt probationes, quas Nos in Tractatu nostro *de Sacrificio Missæ sect. 1. §. 10.* cum cura colligere studuimus. Tertium porro est, de tollendis hujusmodi Oratoriis privatis in domibus Laicorum, seu potius facultatibus Missam in ipsis celebrandi, pluries cogitatum esse. Nihil de Justiniani Novella 58. dicemus, in qua, ne in domesticis Oratoriis celebraretur, lege interdixit, tantummodo permittens, ut in eisdem oraretur; nihil præterea de Novellis 4., & 15. Leonis Sapientis, qui prohibitionem sustulit, asserens, adeo tunc privata Oratoria multiplicata fuisse, in quibus Missæ celebrarentur, ut non solùm optimates, sed mediocris etiam conditionis homines, in suis domibus eadem haberent. Quod verò spectat ad ea monumenta, quæ proxima temporibus nostris sunt, satis erit illa indicasse, quæ in dicto Tractatu *de Sacrificio Missæ loco superius citato* a Nobis allata fuerunt.

De iis abrogandis sæpe cogitatum.

Ad eorum erectionem, & usum Episcoporum licentia semper requisita fuit.

§. 10. Quartum, quod licèt fere semper in Laicorum domibus privatorum Oratoriorum usus habitus fuerit, in quibus Missa celebrabatur; semper tamen Episcoporum licentia necessaria fuit: Ad quam concedendam ipsi valde faciles plerumque erant: *Missarum solemnia non ubique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel ubi ipse permiserit, celebranda censemus.* Verba sunt *Can. Missarum, de Consecrat. dist. 1.* Hæc autem facilitas, propter quam interdum factum est, ut Oratoria domestica, licèt frustra, prohiberentur, multo magis in usu fuit in Ecclesia Orientali, ob id potissimum, quod in Ecclesiis Græcorum non nisi unicum Altare erat, & postquam una super ipso Missa celebrata esset, altera per eumdem diem celebrari minimè poterat. Balsamon *in Commentariis ad Canones Trullanos* testatur, quod sine ulla alia formula, impertita ab Episcopo censebatur Sacerdoti licentia celebrandi Missam in privatis Laicorum Oratoriis, quoties super Mappis ab Episcopo consecratis celebraret.

Sed hæc facultas a Concilio Tridentino Episcopis adempta est, ideoque ad solum Romanum Pontificem devoluta.

§. 11. Postremum autem, quod dicimus, illud est. Quum, post varios sermones in Sacro Concilio Tridentino hac de re habitos (quod Concilium, tam magna cum Polonici Regni gloria, tanto plausu acceptatum fuit, opera Cardinalis Osii, & Nuntii Commendonii, in magno Conventu habito coram Rege Sigismundo Augusto, quemadmodum in ipsius Concilii Historia per Cardinalem Pallavicinum conscripta *lib. 24. cap. 13.* videre est) *in sess. 22.* in Decreto *de observandis, & evitandis in celebratione Missæ*, sequenti modo statutum, & ordinatum fuerit: *Neve patiantur*, de Episcopis sermo est, *privatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad Divinum tantùm cultum dedicata Oratoria, ab iisdem Ordinariis designanda, & visitanta, Sanctum hoc Sacrificium a Secularibus, aut Regularibus quibuscumque peragi*, cum adjecta derogatione cuilibet privilegio, exemptioni, & consuetudini, *non obstantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscumque*; ex eo factum esse, ut non amplius Episcopis facultas sit concedendi usum Oratoriorum privatorum in domibus Laicorum, causa in iisdem Missam celebrandi; cum licentia, quæ ab ipsis daretur, celebrandi Missam in Oratoriis privatis, neutiquam stare possit cum præcepto a Concilio eisdem ipsis impositio, ne id permittere debeant; ac proinde prædictum Jus ad Sanctam Sedem devolutum fuisse, quoniam circumstantiæ temporum, & Oratoriorum privatorum in Laicorum domibus dilatatio minime permittebant, ut eadem prorsus abolerentur. Atque hujusmodi semper fuit Conciliaris Textus intelligentia, quam tradidit Congregatio Concilii, privativa ejusdem interpres; quæque etiam a fel. record. Prædecessore nostro Paulo Papa V. in Epistola Encyclica anno 1515. ad omnes Episcopos expedita, approbata fuit; quæ quidem Epistola tum apud varios Auctores, tum etiam *in citato Tractatu nostro de Sacrificio Missæ sect. 2. §. 42.* impressa reperitur. Et in ea quidem alia quæcumque Verborum Concilii intelligentia reprobatur, multaque de irreverentia erga Missæ Sacrificium dicuntur, cui nimia Episcoporum facilitas in concedenda licentia sine ulla limitatione, aut cautela, non parum fomenti præbebat. Denique in eadem ita concluditur: *Facultatem hujusmodi licentias dandi, ipsius Concilii Decreto, unicuique ademptam esse, solique Beatissimo Romano Pontifici esse reservatam.*

Providæ Leges a S. Sede præscriptæ pro Oratorior. privat. erectione, & usu.

§. 12. Postquam Jus concedendi Oratoria in privatis Laicorum domibus Sedi Apostolicæ reservatum fuit, dici vix potest quantum curæ, ac diligentiæ adhibitum sit pro recto ejusdem moderamine. Qua de re in Archivo Congregationis Concilii, cujus olim Secretarii munus Nos ipsi, antequam ad majores Dignitates ascenderemus, plures per annos gessimus, authentica documenta reperiuntur. Hæc tandem pro lege statuta fuerunt, quemadmodum ex formulis Litterarum in forma Brevis, quæ conceduntur, colligere licet: Oratorium scilicet parietibus, per quos ab omnibus aliis domesticis usibus segregetur, extructum esse debere; idem priùs vel ab Episcopo, vel ab alio, cui ipse vices suas delegaverit, visitandum esse, inspiciendi gratiâ, num decens, & aptè compositum sit, & num aliquid eorum, quæ necessaria sunt, in eodem desit; ut Episcopus sit, qui celebrandi Missam licentiam impertiatur, & quod licentia hujusmodi secundum rationabile illius arbitrium perduret; nec plures in die, sed unica tantum Missa in Oratorio celebretur; & quod hæc Missa celebretur a Sacerdote vel Seculari, vel Regulari, dummodo Secularis ab Episcopo approbatus sit, Regularis autem licentiam habeat a suo Regulari Superiore; ne Missa celebrari possit diebus solemnibus Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, & aliis solemnioribus diebus, quos inter etiam enumerantur dies Epiphaniæ, & Ascensionis Domini, Annunciationis, & Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, Omnium Sanctorum, necnon Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, ac Titularis Ecclesiæ Loci: Exprimuntur personæ, quarum præsentia necessaria est, ut in privato Oratorio Missa celebrari possit; aliæ item, quæ, dum supra-

dictis præsentibus Missa celebratur, eidem interesse possunt, & Ecclesiastico præcepto satisfacere; denique declaratur, omnia sine Parochialium jurium præjudicio fieri debere.

Ampliores concessiones, quoad numerum Missarum, diesque, & horas, quibus celebrari valeant.

§. 13. Atque hæc sunt, quæ in consuetis privatorum Oratoriorum Brevibus continentur. Quædam vero alia expediri contingit Brevia, quæ extraordinaria sunt; ut quum, exempli gratia, justis cuipiam de causis concessio fit, ut secundam Missam celebrari facere possit, vel, ut eadem aliquanto citius, aut aliquanto serius eo temporis limite, seu termino celebretur, qui in Rubricis præfixus est; vel etiam in diebus exceptis; & alia hujusmodi. Cum autem interdum tam circa Brevia privatorum Oratoriorum prioris speciei, quàm circa alia, ac generatim super omnibus controversiæ exortæ sint; Apostolica Sedes per hujusmodi occasiones opportunis rationibus super hoc providere non prætermisit.

Ad peculiares quæstiones decreta edita.

§. 14. In ordinariis Brevibus, ut plurimùm duobus Conjugibus licentia conceditur faciendi, ut in privato Oratorio Missa celebretur; exprimiturque, ut Missa celebrari possit tum iisdem præsentibus, tum eorum filiis, consanguineis, atque affinibus, qui unà cum ipsis in eadem domo habitationem habent. Numquam exorta difficultas est, an, cum aut Vir, aut Uxor Missæ interfuit, si consanguinei, & affines, qui in eadem domo habitant, præsentes pariter adsint, Ecclesiastico præcepto diebus Festis satisfaciant; id tamquam tutum, ac Brevis litteræ cohærens habitum est. Summa autem difficultatis eò semper rediit, ut dispiceretur: num, cum neuter Conjugum adsit, sed unus ex consanguineis, aut affinibus in eadem domo habitantibus, posset eo jubente in privato Oratorio Missa celebrari; & num alii, qui in domo illa habitant, consanguinei, & affines, eamdem audientes Festo die, Ecclesiastico præcepto audiendi Missam satisfaciant. In hoc autem divisæ de more Auctorum opiniones erant; verùm cum hujusce difficultatis punctum in Congregatione Concilii *die 3. Decembris* 1740. in causa, cujus inscriptio erat *Marsicen. Oratorii*, propositum, ac discussum esset; decisum fuit, non posse in privato Oratorio Missam celebrari, nisi Indultariorum præsentia ibidem haberetur; quod idem est ac si dicatur, Viri, vel Uxoris, ad quos Breve directum erat; quemadmodum *in tom. 9.* Resolutionum Concilii *anni* 1740. *ad pag. 89. & seq.* videre est.

1. Indultariorum præsentia requiritur pro celebratione Missæ in Orat. priv.

Indultarii distinctiùs secernuntur ab iis, quibus solummodo conceditur, ut Missam ibi audiendo, satisfaciant Præcepto.

§. 15. Cum autem Decreti hujusce facta Nobis relatio esset, idem per Nos *sub die 7. Januarii* 1741. confirmatum fuit; ac præterea demandatum, ut in hujusmodi Brevibus, in quibus certis quibusdam, ac determinatis personis concessio fit, ut unam in privato Oratorio Missam celebrari facere possint, quæ Missa pro filiis, consanguineis, & affinibus valeat, majoris claritatis gratia, subjecta clausula adjungatur: *Volumus autem, quod nati, ac consanguinei, & affines prædicti unicam dictam Missam, vobis quidem præsentibus, audire tantummodo, nunquam vero celebrari facere audeant.* Ut autem, quæ Indultariæ personæ sint, facile agnosci posset, sine quarum præsentia Missa celebrari non potest, neque, qui eamdem audit, præcepto satisfacit; adjunximus, ut pro Indultariis personis illæ haberentur, quæ in Fronte, seu Inscriptione Brevis nominatæ forent, cum ad easdem ipsas Breve dirigatur.

Indultarii censentur ii, quibus inscriptæ sunt Litteræ Apostolicæ.

§. 16. Nos ab hujusmodi norma minimè recedimus: verum quia aliqua interdum in corpore Brevis persona nominatur, qua præsente, conceditur, ut Missa celebrari possit, & quod alii affines, consanguinei, vel familiares eamdem audientes, præcepto satisfaciant, etiamsi prædicta persona in Fronte Brevis minime nominetur; hinc est, quod, firmâ semper eâ regulâ manente, ut possit in privato Oratorio Missa celebrari, dum aliqua ex Indultariis personis adsistit, quæ in Fronte, seu Inscriptione Brevis nominatur; dicimus, posse Missam celebrari, etiamsi nulla earum personarum præsens adsit, quæ in Fronte, seu Inscriptione Brevis nominantur, dummodo illa præsens sit, cui in Brevis corpore nominatim & expressè facultas tribuitur, ut possit in privato Oratorio tum cum ipsa adsistat, facere ut Missa celebretur.

Nisi aliter in corpore Brevis dispositive statuatur.

§. 17. Atque ut res exemplo magis pateat: Datur Viro & Uxori facultas faciendi, ut in privato Oratorio Missa celebretur, atque ad hos Breve dirigitur. Hic autem Vir superstitem habet Matrem; hæc vero in Fronte, seu Inscriptione Brevis minime nominatur; verum cum in Brevis corpore dicatur, quod ipsa quoque Mater eamdem Missam celebrari facere possit, & valeat; id sufficiens est, ut solâ Matris præsentiâ adhibitâ, Missa in Oratorio celebrari possit, etiamsi Mater in Fronte, seu Inscriptione Brevis nominata non sit. Quæ hactenus dicta sunt, in hujusmodi generis Brevibus indicantur; verum curæ Nobis erit, ut in posterum felicius etiam, & sine ulla confusione exprimantur.

Exemplum ejus rei affertur.

2. Si permittatur celebratio Missæ diebus excipi solitis, in Nativitate Domini celebrari poterunt tres Missæ.

§. 18. In consuetis sive ordinariis Brevibus, solemnes, quemadmodum dictum est, dies excipiuntur, quos inter Natalis Christi Domini dies recensetur, in quo tres a quolibet Sacerdote Missæ celebrantur. Interdum illi, qui privati Oratorii Breve habet, extraordinarium Breve conceditur, in quo eidem, valetudinis causa, Missam domi audire diebus etiam exceptis permittitur. Cum autem in hujusmodi Brevibus de unica tantum Missa sermo sit; orta difficultas fuit: num possent die Natalitio a Sacerdote, qui in ipso celebrabat, tres Missæ celebrari, de quo cum Nos eo tempore, quo Concilii ejusdem a Secretis eramus, peculiarem Dissertationem conscripsissemus, atque in lucem edidissemus, *sub die 13. Januarii anni* 1725. resolutum a Congregatione fuit, quod a Sacerdote tres Missæ celebrari possent, quemadmodum *tom. 3.* Thesauri Resolutionum *pag. 109. & seq., & pag. 116.* videre est.

3. Baptismus, extra casum necessitatis, ministrari nequit in Oratoriis privatis, præterquam Filiis Regum, ac Principum.

§. 19. Reliquum est, ut de Sacris Functionibus dicatur, quæ in iis Oratoriis fieri possunt, quæ in domibus privatorum sunt, & in quibus non plures, quam unicam tantùm Missam celebrari permissum est, nisi cum forte cuipiam ex speciali gratia concessa facultas esset faciendi, ut secunda celebretur. Quod ad Baptismatis Sacramentum attinet, jam in Viennensi Concilio sub Pontifice Clemente V. decretum fuit, ne Baptismus in aliis locis conferri posset, præterquam in Ecclesiis, in quibus Sacri hujus Lavacri Fontes reperiuntur, nisi cum casus necessitatis adesset, aut cum de Regum, vel Principum filiis ageretur, quemadmodum in Clementina unica *de Baptismo, & ejus effectu*, videre est.

4. Nec Pœnitentiæ Sacramentum, extra casus a jure permissos, non obstantibus Privilegiis Regularium.

§. 20. Quod autem Sacramentum Pœnitentiæ respicit, jam in Rituali Romano sub Titulo *de Sacramento Pœnitentiæ*, cum de Sacerdote sermo fit, qui Confessiones audit, statutum fuit: *In Ecclesia, non autem in privatis ædibus, Confessiones audiat, nisi ex causa rationabili, quæ cum inciderit, studeat tamen id decenti, ac patenti loco præstare.* Rituale a Pontifice Paulo V. confirmatum fuit. Et magnus Ecclesiasticæ disciplinæ Instaurator Sanctus Carolus Borromæus tum in Instructione Sacramenti Pœnitentiæ, tum in Monitis ad Confessarios,

atque

atque in primo suo Provinciali Mediolanensi Concilio, id inculcare non prætermisit, quemadmodum in Actis Ecclesiæ Mediolanensis, editionis Civitatis ejusdem *part.1. pag.11., part.4. pag. 520., eadem part.4. pag.761., & pag.773.* videre est; *pag.* autem 775. Superioribus Regularium inculcat, ut id a Subditis eorum exactè adimplendum curent. Cum autem a prædictis Confessariis Regularibus prolata in medium facultas esset audiendi ubique Confessiones Fidelium, quam sibi ea ratione asserebant, quod in Pontificis Clementis X. Bulla: *Superna* nulla loci limitatio fieret; idem ipse Pontifex declaravit, *nullam facultatem* (in prædicta Constitutione sua) *fuisse tributam Regularibus audiendi Confessiones Sacramentales in privatis domibus, ac proinde minimè licere eisdem Regularibus cujusvis Ordinis &c. Sacramentum Pœnitentiæ administrare in domibus privatis extra casus a Jure permissos.* Quod Decretum cum Præsulis Fagnani subscriptione editum, variis in locis impressum est; ut in Appendice ad Synodum Fulginatensem, quæ a bon. mem. Josaphat Baptistelli Civitatis ejusdem Episcopo anno 1722. celebrata fuit.

S. Communio Paschalis in Ecclesia Parochiali sumenda est.

§. 21. Quod pertinet ad Communionem Paschalem, quæ ab unoquoque Catholico Paschatis tempore recipienda est, ex præscripto tum Decreti Concilii Lateranensis *in Cap. Omnis utriusque sexus, de pœnitentiis, & remissionibus*, tum Concilii Tridentini *sess.13. cap.8. can.10.*, nemo est, qui ignoret, præceptum hoc in propria Parochiali Ecclesia adimplendum esse, aut in alia Ecclesia cum proprii Episcopi, vel Parochi licentia, secundum varias Diœcesum consuetudines. Porrò fel. record. Prædecessor Noster Paulus Papa IV. Fratribus Minoribus privilegium concessit, ut Sacram Eucharistiam omnibus Christifidelibus in eorum Ecclesiis distribuere possent, exceptâ tamen die Paschatis Resurrectionis; atque hoc privilegium a sanctæ memoriæ altero Prædecessore Pio Papa V. *per communicationem*, ut dicitur, ad omnes Regulares extensum fuit.

Regularibus vetitum, in die Paschatis S. Eucharistiam distribuere in eorum Ecclesiis non Parochialibus.

Non tamen id vetitum aliis diebus intra terminum Paschale, salvo implemento Præcepti in Parochiali Ecclesia.

§. 22. Verùm quia, secundum præcedentem Eugenii IV. Constitutionem, Paschale tempus, intra quod Communionis præceptum adimplendum est, a Dominica Palmarum initium habet, ac Dominicâ in Albis terminatur; cum exortum dubium fuisset, num licitum Regularibus foret intra præscriptum eorumdem dierum terminum Sacram Eucharistiam Fidelibus in eorum Ecclesiis distribuere; resolutum fuit, die Paschatis nemini distribui posse, ne illis quidem, qui intra Sanctiorem Hebdomadam Paschali præcepto in propria Parochiali Ecclesia satisfeciissent; posse quidem Regulares aliis Paschalis temporis diebus Fideles in eorum Ecclesiis Sacrâ Eucharistiâ reficere; hac tamen conditione, ut Communione refecti scirent, non ideo se a præcepto illo exemptos esse, ut Paschalem in propria Parochiali Ecclesia Communionem recipere deberent. Illustria Congregationis Concilii Decreta sunt quibusdam in Causis, Senonensi videlicet, Burdegalensi, & Mechlinensi, quæ a Nobis in nostro *de Synodo Diœcesana* Tractatu *lib.7. cap.42. num.3.* relata sunt.

In Oratoriis privatis, extra Communionem Paschalem, licebit S. Eucharistiam sumere, si Episcopi licentia accedat.

§. 23. Extra Paschalem vero Communionem, cum in Sacro Tridentino Concilio *sess. 22. cap.6. de Sacrificio Missæ*, quæ subjicimus verba legantur: *Optaret quidem Sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis Fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent, quò ad eos Sanctissimi hujus Sacrificii fructus uberior perveniret*, non defuit qui ex iisdem verbis deduceret, quòd certè & clarè inde consequatur, ut in privatis Oratoriis, quando in ipsis celebrandi Missam facultas est, distribui Eucharistia possit iis, qui Missæ præsentes adsunt; neque ad hoc præstandum ullo particulari Indulto opus sit. Super hujusmodi quæstionis capite Nos *in nostra Institut. 34. §. 3.* disseruimus, inter eas, quas tum, cum Bononiæ resideremus, Ecclesiæ illius Archiepiscopatum gerentes, publicavimus, quas quidem Institutiones cum Italico Sermone edidissemus, postea Romæ latinè redditæ, atque impressæ sunt. Ibi autem expositam paulo ante opinionem retulimus; verum aliam esse subjunximus, quæ Episcopi licentiam requirit, ut qui domesticum Oratorium domi habet, dum Missæ in eodem interest, communicare possit. Hujusmodi opinio tum bono rerum ordini, tum Romanæ etiam consuetudini, sive praxi, cohærens Nobis visa est; ac proinde ordinavimus, ne in privato Oratorio recipi Communio posset ab iis, qui in eodem Missæ interfunt, quam vel Secularis Sacerdos, vel Sacerdos Regularis celebraret, nisi vel nostram, vel Generalis Vicarii nostri licentiam obtinuisset.

Rectus disciplinæ ordo postulat, ut hac in re Episcoporum statuta observentur.

§. 24. Neque etiam in præsens voluntas Nobis, aut ratio est, cur ab hoc Systemate recedamus. Siquidem, cum Nos in magna illa controversia, super Communione illis distribuenda, qui Missæ præsentes cum sint, eamdem petunt, quæ aliquot ab hinc annis in Italia exorta fuit, postquam Tridentini Concilii verba retulissemus, atque eorum zelum commendassemus, qui inter Sanctæ Missæ celebrationem Communionem recipiunt; Ecclesiasticos quoque Pastores excitavissemus, ne Eucharistico cibo illos fraudarent, qui ejusdem famelici forent; cum inquam animadvertissemus, ejusmodi circumstantias dari posse, in quibus vel temporis, vel loci ratione, Episcoporum prudentia opportunum factu existimet, Sacram Eucharistiam etiam illi, qui Missæ interfuit, minimè distribui; eo magis quod, juxta præsentis temporis disciplinam, libera eidem facultas patet, ut eamdem alio loco, atque alio tempore recipere possit; ordinavimus, ut in hoc debita proprii Superioris præcepto obedientia præstari deberet; cui qui morem gerere recusasset, nimis manifestum indicium præbuisset, quàm parum animo dispositus ac paratus esset ad Altaris Sacramentum recipiendum; quemadmodum in Litteris nostris, quarum initium est: *Certiores effecti*, & quæ in Bullario nostro *tom.1. nu.64.* leguntur, videre est.

Præmissorum Decretorum expositio omnem ignorantiæ excusationem de medio tollit.

§. 25. Atque hæc sunt, Venerabiles Fratres, quæcumque in Encyclica hac Epistola nostra Vobis exponere opportunum existimavimus; a quo quidem satis intelligetis, quod, legendis & considerandis Apostolicis Litteris concessionum Oratorii, Decessorum nostrorum Decretis, harum Congregationum Resolutionibus, quæ a Nobis etiam in præsentia confirmata sunt, nullus amplius litibus, & controversiis locus reliquus sit. Verum quia Vos illud fortasse Nobis responsuros arbitramur, optimè quidem hæc omnia habere, verum eò difficultatem redire, quod quæcumque decreta atque ordinata sunt, minimè observantur; ne grave vobis sit, hoc per Nos reponi, quod si inobservantia ex neglecta Brevium lectione, & consideratione, aut ex ignoratione Decretorum, & Pontificiarum resolutionum, originem habet, Nos quidem in hoc nunquam culpandi erimus; idque nunc maximè, postquam, ingravescente licet ætate nostra, & multis ac difficillimis curis assiduè Nos prementibus, in Encyclicam hanc Epistolam nostram, quidquid hac super re scire opus erat, inserere non detrectavimus.

1751. Eadem in Diœcesanis Synodis, & Episcoporum Edictis publicanda sunt.

§. 26. Quod si Vos etiam id præstare curabitis, ut in Diœcesanis Synodis vestris, in vestris item Edictis, quæ a Vobis pro bono Diœcesis vestræ regimine publicantur, Pontificiorum Decretorum, ac Resolutionum desuper indicatarum observantiam inculcetis; duplex inde bonum extabit, ut, & vivam in Vobismetipsis eorumdem memoriam teneatis, atque ab aliis, aut ignorantiam expellatis, aut eamdem, utpote crassam deinceps atque supinam, inexcusabilem reddatis. Hanc agendi rationem ac normam tenuerunt, atque in præsentia tenent nostri Italiæ Episcopi, qui aut Pontificiorum Decretorum, quæ super privatis Oratoriis condita sunt, Summam in Synodis suis inseruerunt, aut in Appendice ad ipsas Synodos eadem Decreta *per extensum* adjunxerunt, quemadmodum in Synodo *anno* 1724. a bon. mem. Cardinali de Via Arimini habita, in altera *anno* 1726. celebrata a bon. mem. Cardinali Pignattelli Archiepiscopo Neapolitano, atque etiam in ea, quæ *anno* 1736. habita fuit a Ven. Fratre nostro Annibale Cardinale Albano, Sabinensi tunc temporis Episcopo, atque in aliis multis, videre est.

Indultariis etiam demonstranda, cum interminatione amissionis Privilegii.

§. 27. Non ex eorum numero Nos sumus, quibus persuasum sit, omnia in nostra tempora inconvenientia incidere, atque ea præsentibus diebus contingere scandala, quæ numquam præteritis temporibus evenerint. Satis superque pro certo habemus, ea, quæ hodie fiunt, alio tempore accidisse. Ac ne a proposita re longiùs recedamus, illud dicemus, quod si hodie sacræ leges ad privata Oratoria pertinentes a Sacerdotibus violantur, propter præsidium, quo nituntur, Magnatum Seculi, apud quos Cappellani munere inserviunt; idem nono etiam Seculo eveniebat, cum S. Agobardus tunc temporis Archiepiscopus Lugdunensis, de eadem re queratur in suo Tractatu *de Privilegio & jure Sacerdotii cap.* 11. Non tamen idcirco vobis Sacerdotalis constantia, atque animus deponendus est. Pia ac religiosa Polonorum Natio est; &, si quando aliquis abusus in privatis ejusdem Oratoriis contingat, cum id Magnati, cujus in domo commissus, aut introductus est, notum fiat, rationes adducendo, & ostendendo, quod per abusus privilegium amittitur; sperare est, ipsum omne suum inobedienti Cappellano præsidium certo sublaturum. Et si quando infortunium accideret, ut hac ratione finis non obtineretur; præsto vobis semper spiritualia arma sunt, quibus contra Cappellanum uti potestis. Fortasse autem si hac ratione factum esset, quum primùm de inconvenienti rescitum fuit; pace omnium dicemus, res non eò progressuras fuisse, in quo nunc statu sunt, sicut ex recursibus ad Nos delatis notum factum est, quorum causa ad Encyclicam hanc Epistolam nostram conscribendam animum adduximus.

Et contra Cappellanos inobedientes procedendum etiam per censuras.

Exempti quoque præmissa observare tenentur.

§. 28. At enim inconvenientia a Privilegiatis, & Exemptis proficisci vos fortasse dicturos prævidemus, nimirum a Regularibus, de quibus in prædicto recursu ad hanc Sanctam Sedem facto plura insinuantur. Nos autem id vobis dicimus, nulla privilegia, nec exemptiones esse, quæ impedire possint, quominus abusus exterminentur.

Regularium Privilegia hac in re sublata sunt a Concilio Tridentino, omnisque facultas Episcopis tributa, ut eos actare possint ad observantiam Decretorum super hoc editorum.

§. 29. Habebant sine dubio Regulares privilegium Altaris viatici, & ut super eodem Altari Missam, ubicumque locorum forent, sine ulla Episcoporum licentia, celebrare possent, quemadmodum in Decretali Honorii III. *in Cap. In his, de privilegiis*, videre est; a quo deinde privilegio fiebat, ut Missam possent celebrare etiam in domibus laicorum, sive super Altari viatico, sive super Altari fixo, etiamsi laicus privilegium Oratorii privati minimè haberet; propter eam rationem, quod privilegium celebrantis suum vigorem haberet, licet celebrationis locus minimè privilegiatus foret. Verùm cum Sacrum Tridentinum Concilium in citata *sess.* 22. in Decreto jam citato *de observandis, & evitandis in celebratione Missæ*, Episcopis præcepisset, ne permittant, ut in privatorum domibus Missæ celebrentur *a Secularibus, aut a Regularibus quibuscumque*, eisdemque dedisset facultatem procedendi, tamquam Apostolicæ Sedis Delegatos, contra refractarios: *Ut Delegati Sedis Apostolicæ*; atque omnibus privilegiis, exemptionibus, & consuetudinibus contrariis, cujuscumque generis essent, derogasset: *Non obstantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscumque*; hinc necessariò consequitur, Sacrum Concilium Tridentinum tam præcedentibus Altaris viatici privilegiis derogasse, quàm facultati Missam in privatorum domibus, sine Episcopi licentia, celebrandi; atque ulterius Episcopum, tamquam Sedis Apostolicæ Delegatum, contra inobedientes procedere posse, etiamsi exempti sint; nullum verò amplius esse privilegium, vel exemptionem, quæ obstet, quæque impediat, quo minus abusus tollantur.

Privilegia in *corpore juris* clausa, etiam sine speciali mentione, a Trid. Synodo abrogata.

§. 30. Nihil autem valet ea, quæ a quibusdam promovetur, assertio, videlicet, Concilium privilegio, de quo agitur, minimè derogasse, eo quod illud *in corpore Juris* inclusum sit; etenim Sacrum Concilium Tridentinum iis etiam derogare privilegiis consuevit, quæ *in corpore Juris* inclusa sunt, nullam etiam de iis expressam mentionem faciendo, sed simpliciter aliquid contrarium ipsis determinando, generali adjectâ ad contraria privilegia derogatione; quemadmodum celebris Præsul Fagnanus *in cap. Nonnulli num.* 42., *& seq. sub tit. de Rescriptis* amplè demonstrat.

Altaris viatici Indultum pro locorum necessitatibus tantùm conceditur.

§. 31. Quod si forte quis hoc unquam objiceret, concessum sæpè ab Apostolica Sede fuisse, atque etiam nunc, post Tridentinum Concilium, Altaris viatici usum concedi; Fraternitatibus vestris notum esse debet, hujusmodi privilegium in iis locis concedi, ubi Ecclesiæ non sunt, aut si sunt, talis Hæreticorum potentia est, ut in easdem Catholici non sine gravi periculo ad audiendam Missam convenire possint. Uno verbo præcisè necessitati providetur; quod quidem, ut optimè perspicitis, ab eo, de quo agimus, casu, planè diversum est.

Tenor Privilegii Fratribus Prædicatoribus concessi pro locis, in quibus Ecclesiæ desunt, & Hæretici Catholicos opprimunt.

§. 32. Gregorii XIII. Decessoris nostri privilegium legite, quod *anno* 1580. Fratribus Ordinis Prædicatorum Provinciæ Polonicæ concessit, quod Bullarii Religiosæ illius Familiæ *tom.* 7. *pag.* 192. insertum est: *In quibusdam Civitatibus, Oppidis, & locis Provinciæ Poloniæ tanta hæreticorum potentia, & impietas existit, ut Catholicos impunè opprimant, nec iisdem Catholicis Missas in Ecclesiis, quarum raritas in illis partibus existit, audire tutò liceat. Nos supplicationibus tuis in hac parte inclinati, tibi, ac pro tempore existenti Ordinis Fratrum Prædicatorum Provinciæ Poloniæ Priori Provinciali, ut licentiam, & facultatem dictis Professoribus Altaria portatilia habendi cum debitis reverentia, & honore, super quibus in domibus Nobilium Civium, & Incolarum Civitatum, Oppidorum, & locorum dictæ Provinciæ, in quibus vel Ecclesiæ desunt, vel tanta est hæreticorum potentia, & impietas, ut impunè opprimant, in locis ad hoc congruentibus, & honestis, per se ipsos Missas in præsentia Personarum Catholicarum celebrare possint, in casibus necessitatis tantùm, ita quod eis ad culpam nequeat imputari, concedere valeatis, Apostolica auctoritate tenore præsentium de speciali gratia indulgemus.*

§. 33. Le-

Decretum Clementis XI. de Privilegiis Regularium, de usu Oratoriorum Privatorum, de facultatibus Episcoporum diserte statuit.

§. 33. Legite item jam superius citatum Clementis XI. Decretum, quod, majoris etiam commoditatis vestræ gratiâ, hic annexum vobis transmittimus; etiamsi, tum cum illud conditum fuit, præter publicationem ejusdem Romæ factam, ad Ordinarios per loca, tam intra, quam extra Italiam, transmissum fuisse sciamus. Ab ipso autem, absque eo quod nostris rationibus, & animadversionibus Nos idem roborandum suspiciamus, (quod quidem facere Nobis in proclivi esset, cum præstantiorum, inter Pontificii Juris peritos, Auctorum assertiones ubique in promptu sint,) manifestè cognoscere poteritis, subsistant necne amplius portatilis Altaris privilegia, quæ Regularibus concessa fuerunt, & num a Tridentino Concilio eisdem fuerit derogatum. Cognoscetis, num permissum Regularibus sit, secundam in privato Oratorio cuipiam concesso Missam celebrare, cum prima jam celebrata est, nec pro secunda hujusmodi Missa peculiare Indultum adest. Cognoscetis, num in prædictis privatis Oratoriis licitum eisdem sit, vel ante Auroram, vel post Meridiem, Missam celebrare; num celebrare eamdem possint diebus iis, qui in Indulto excipiuntur. Cognoscetis demum, num, exemptione non obstante, contra delinquentes procedendi potestas vobis sit. Licèt autem nulla omninò hujusce rei necessitas sit, illud Nos in præsentia Decretum confirmamus, ac Fraternitatum vestrarum curæ committimus, ut pro exacta ejusdem observantia invigiletis; cum minimè commendatione dignum sit ad Sedem Apostolicam recurrere, inconvenientia exponendo, nisi prius adhibita cum vigore ea remedia sint, quæ ab ipsa Apostolica Sede contra hujusmodi inconvenientia subministrata fuerunt.

Regularibus non licet, contradicente Episcopo, exorcizare, etiam in propriis Ecclesiis, & Cœnobiis.

§. 34. In eo, qui ad Nos factus est, recursu, alterius etiam inconvenientis mentio fit, quod scilicet, sine licentia vestra, Regulares exorcizent; de hoc tamen nihil dicitur, utrum per vos, aut in Synodis vestris, aut in vestris Edictis decretum fuerit, ne ullus Sacerdos, vel Secularis, vel Regularis exorcizare audeat, sive in sua, sive in aliena Ecclesia, sive intra, sive extra Cœnobium, quin prius a vobis approbatus sit, atque ita, quin ante licentiam a vobis obtinuerit. Hoc illud est, quod præstari debet, quodque ab Episcopis præstari solet, quemadmodum apud Clericatum *de Sacramento Ordinis decis.* 19. *num.* 42., ubi Episcopales Synodos affert, videre licet. Quod si nihilominus, post quam a vobis, tam in hac materia, quàm in alia Oratoriorum privatorum, quantum in vobis est, præstitum fuerit, vestra nihilominus præcepta violabuntur, ac pœnæ a vobis impositæ & inflictæ negligentur; nequaquam certè Nos Officio nostro deerimus, ut totam auctoritatem nostram in favorem vestrum interponamus; cum nihil antiquiùs Nobis sit, quàm ut Episcoporum, qui Fratres nostri sunt, jura sarta tecta serventur. Interim tam Fraternitatibus vestris, quàm Populis curæ vestræ commissis Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Dat. die 2. Junii 1751.

Datum ex Arce Gandulphi die 2. Junii 1751. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

Decretum Felicis recordationis CLEMENTIS PP. XI. circa celebrationem in Oratoriis privatis, emanatum 15. Decembris 1703.

NOnnulli *Episcopi, & complures Regulares, sub prætextu privilegiorum, ea sibi licere putant, quæ prohibita sunt; siquidem Episcopi etiam in aliena Diœcesi, extra domum propriæ habitationis, in privatis Laicorum domibus erigi faciunt Altare, ibique per unum, aut plures e suis Cappellanis vivificam Christi Hostiam immolari; Regulares verò in quibusdam Magnatum, seu aliarum Nobilium personarum privatis Oratoriis, quæ certis quandoque ex causis a Sede Apostolica concedi solent, celebrare audent, vel plures Missas, quàm in iis sit indultum, vel absque præsentia personarum, quarum contemplatione gratiosa concessio emanavit, vel extra debitas horas, & post meridiem, vel illis etiam diebus, quibus per Constitutiones Diœcesanas, aut etiam Decreta Sacræ Congregationis Concilii, celebrari prohibetur, aut quæ in ipsis Indultis Apostolicis excipiuntur, quo minus in illis celebrari possit; aut etiam Altari portatili uti non verentur; in Sacrarum Sanctionum contemptum, ac Sancti Sacrificii irreverentiam. Quamobrem, ad abusus hujusmodi eliminandos, & ad instaurandam venerationem tremendo Mysterio debitam, Sanctissimus Dominus Noster, ex unanimi Voto S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, inhærendo declarationibus aliàs hac de re editis, expresè declarat: Episcopis & his majoribus Prælatis, etiam Cardinalatus Dignitate fulgentibus, neque sub prætextu privilegii clausi in corpore Juris, neque alio quoquo titulo, nullo modo licere, extra domum propriæ habitationis, in domibus Laicis, etiam in propria Diœcesi, quod fortiùs intelligitur in aliena, etiamsi Diœcesani consensus adhiberetur, erigere Altare, ibique Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare, sive celebrari facere. Ac pari modo in Oratoriis privatis, quæ per Sanctam Sedem concessa fuerint, non licere Regularibus cujusvis Ordinis, aut Instituti, seu Congregationis, etiam Societatis Jesu, aut etiam cujuscumque Ordinis Militaris, etiam S. Joannis Hierosolymitani, aut aliis quibuscumque Sacerdotibus, etiamsi essent Episcopi, in iis celebrare in diebus Paschatis, Pentecostes, Nativitatis Christi Domini, aliisque anni Festis solemnioribus, ac diebus in Indulto exceptis. In reliquis verò diebus, prædictis Regularibus, & Sacerdotibus quibuscumque, etiam Episcopis, in præfatis Oratoriis celebrare non licere, ubi jam unica Missa, quæ in Indulto conceditur, fuerit celebruta; super quo celebraturus teneatur diligenter inquirere, & de eo se optimè informare; atque illa etiam in casibus præmissis celebrari nequeat post meridiem; demandando ulterius, & declarando in omnibus casibus, personas quascumque dictas Missas audientes nullatenus præcepto Ecclesiæ satisfacere. Quo verò ad Altare portatile, iterum inhærendo declarationibus supradictis, censuit, licentias, seu privilegia concessa nonnullis Regularibus* in Cap. In his, de privil. *ac per aliquos Summos Pontifices aliis Regularibus communicata, utendi dicto Altari portatili, in eoque celebrandi absque Ordinariorum licentia, in locis, in quibus degunt, omninò revocata esse per idem Concilium Tridentinum, atque idcirco eosdem Regulares prohibendos, ne illis utantur, ac mandandum, prout præsentis tenore mandat Episcopis, aliisque Ordinariis locorum, ut contra quoscumque contravenientes, quamvis Regulares, procedant, etiam tamquam Sedis Apostolicæ Delegati, ad pœnas præscriptas per idem Sacrum Concilium in dicto Decreto* sess. 22. cap. unico, *usque ad Censuras*

latæ Sententiæ ; tributa etiam iisdem facultate per hoc Decretum, ita procedendi, perinde ac si per Sanctam Sedem specialiter concessa fuisset: & ita Sanctitas Sua declarat, & servari mandat &c.

L. De his, quæ vetita sunt Hebræis habitantibus in iisdem Civitatibus, & Locis, in quibus habitant Christiani.

Epistola Encyclica ad Primatem, Archiepiscopos, & Episcopos Regni Poloniæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Polonæ Nationis zelus pro Catholicæ Religionis puritate semper enituit.

AQuo primùm supremæ Dei bonitati complacitum est, ut Sanctæ Catholicæ Religionis nostræ primordia in Poloniæ Regno constituerentur, quod circa decimi sæculi finem sub Prædecessore nostro Leone VIII., Ducis Mieceslai, & Conjugis Dambrovvkæ Christianæ operâ, contigisse, apud Dlugoss Annalium vestrorum Scriptorem *lib.* 2. *pag.* 94. litteris consignatum est; ab eo usque tempore pia semper ac devota Polonorum Natio adeo constans in suscepto Sanctæ Religionis proposito perstitit, adeo ab omni Sectarum genere abhorruit, ut, licèt illæ nihil intentatum reliquerint, ut in Regnum istud introductæ suam ibidem sedem statuerent, atque in eodem suorum errorum, hæresum, vel pravarum opinionum semina dispergerent, eò fortiùs Polonorum constantia sese illarum conatibus opposuerit, & luculentiora magis fidelitatis suæ præbuerit testimonia.

Complures ex Polonia Sancti, & Beati.

§. 1. Sanè, quod ad propositum hoc nostrum aptissimum, & per se multo maximum habendum est, non modo gloriosa illa Martyrum, Confessorum, Virginum, Virorum sanctitatis famâ insignium, quibus in Poloniæ Regno nasci, enutriri, & mori contigit, memoria est, quæ in sacris Ecclesiæ Fastis recensetur; sed & complurium ibidem Conciliorum, ac Synodorum celebratio, quæ feliciter ad exitum perducta sunt, & quibus magna cum gloria de Lutheranis victoria reportata est, qui omnes rationes ac vias experti sunt, ut sibi aditum, receptumque in idem Regnum pararent. Jam verò tum magnum Petrocovienſe Concilium, quod sub Magno Prædecessore, & Concive nostro Gregorio XIII., Præsule Lipomano Episcopo Veronensi, & Nuntio Apostolico eidem præsidente, celebratum fuit, in quo tanta cum Dei gloria libertas conscientiæ, quæ in Regnum illud aditum, ac domicilium quærebat, præscripta fuit; tum demum amplum illud Synodalium Constitutionum Provinciæ Gnesnensis volumen, in quo ea omnia litteris consignata sunt, quæ a Polonis Episcopis utiliter, & sapienter acta, ac provisa fuerunt, ut in Populis regimini eorum commissis Christiana Religio adversus Judaicam perfidiam illibata servaretur, licèt temporum conditio ferat, ut iisdem Urbibus, atque Oppidis, tum Christiani, tum etiam Judæi contineantur, hæc quidem luculentissimè, atque evidentissimè comprobant, quantam, quod ante dictum est, Polonorum Natio ex eo sibi laudem comparaverit, quod Sanctam Religionem a Majoribus suis ante tot sæcula susceptam sartam semper studuerit tectamque servare.

Concilia adversus hæreses, & libertatem conscientiæ habita.

Providæ Leges editæ ad comprimendam Judæorum licentiam.

§. 2. Cum multa eorum capita sint, de quibus dudum mentionem fecimus, de nullo, præter quam de novissimo, merito est, quod conqueri debeamus: adeo ut vel cum fletu illud exclamare cogamur: *Mutatus est color optimus.* Sanè tum ex iis, quæ per graves, ac fide dignas Personas, Polonicarum rerum peritas Nobis fuerunt exposita, tum ex querelis eorum, qui in Regno sunt, quique zelo ducti, ad Nos, atque ad hanc Sanctam Sedem recursum habuerunt, notum Nobis factum est, adeo isthic Judæorum numerum multiplicatum esse, ut aliquot Loca, Civitates, atque Oppida, quæ, ut ex ruinis constat, muro ante propè circummunita erant, quæque, ex antiquis Tabulis, sive Regestis, magno Incolarum Christianorum numero frequentata fuisse apparet, diruta modò, situ, & squallore fœda, ac magno Judæorum quidem numero referta, Christianorum autem quasi planè destituta reperiantur. Præterea esse aliquot in eodem Regno Paræcias, quarum Populus cum non leviter diminutus sit, ac proinde redditus earum minor effectus, prope jam in eo sint, ut ab eorum Parochis deserantur. Ad hæc omnem utiliorum mercium negotiationem, qualis liquorum, atque etiam vini est, ab eisdem Judæis teneri, ipsos ad exercendam publicorum reddituum procurationem admitti, conductas insuper ab eisdem Cauponas, Prædia, Pagos, Possessiones haberi, per quæ in miseros Christianos homines, qui in rustica arte censentur, herilem potestatem nacti, non modò eos immiti, & inhumano imperio ad labores, atque opera duriter exercent, atque ad immanium onerum vecturas compellunt; sed pœnas etiam imponunt, quibus ad verbera quoque, & plagas in corpore ferendas coguntur. Quo fit, ut illi infelices ab auctoritate hominis Judæi, tamquam subditi de nutu, & potestate Domini, dependeant. Qui licèt in hisce pœnis infligendis Christiani Administri operâ uti teneantur, penès quem facultas eosdem puniendi sit; cum tamen hic Viri Judæi, qui Dominus est, mandata exequi necesse habeat, eidem ne ab officio removeatur, tyrannica illius imperia adimplenda sunt.

Hi tamen paulatim ob-

Usuras in Christianos exercent, vel contra per earum penitationem, eos sibi addictos retinent.

Irem Christianorum famulatu uti conspiciuntur.

Ac etiam durioris imperii & jurisdictionis speciem ibidem in Christianos exercerent.

Utque utiliores per Poloniam negotiationes & procurationes ad se pertraherent.

Ut tinuerunt, ut pluribus in rebus supra Incolas Fideles se erigerent.

§. 3. Præter publicas autem procurationes, quæ, ut modo diximus, a Judæis habentur; Cauponarum, Pagorum, prædiorum conductiones, a quarum rerum exercitio tot ac tanta in Christianos homines præjudicia dimanant; alia insuper accedunt absurda, quæ si ritè expendantur, iis, quæ exposita fuere, majus damnum, ac perniciem afferre possunt. Quod enim gravissimum censendum est, ipsi Judæi in Magnatum domos ad domesticæ, sive œconomicæ rei gerendæ munus, quod Magisterii Domus nomine venit, admissi, in unius domus tamquam conturbernio cum Christianis versantes, imperii specimen super eosdem assiduè præferunt, atque ostentant. Jam verò in Urbibus, & Locis, non modò Judæos Christianis passim permixtos cernere est, sed illud absurdi adjungitur, quod iidem Christianos utriusque sexus etiam pro famulis servitio suo addictos domi retinere minimè vereantur. Porro autem ipsi Judæi cum exercendis mercaturis potissimùm occupentur, postquam eâ viâ grandem pecuniæ summam confecerunt, nimio usurarum excessu Christianorum census, ac patrimonia penitus exhauriunt: ac licèt ipsi etiam a Christianis hominibus cum gravi, & immodico fœnore pecunias cum suarum Synagogarum fidejussione mutuentur, facilè cuique attendenti patet, id eâ causâ ab eisdem fieri, ut copiâ nummorum a Christianis habitâ, eâque in mercaturis faciendis occupatâ, non solùm ex ea tantum lucri faciant, quantum pacto fœnori solvendo satis sit,

simul-

simulque proprias eâ ratione facultates amplificent; sed ut eodem tempore, quot sui creditores sunt, tot suarum Synagogarum, ac sui ipsius Patronos habeant.

Judæi persequendi non sunt, aut trucidandi; neque concesso legum præsidio spoliandi.

§. 4. Celebris ille Monachus Radulphus, immodico olim ductus zelo, adeo contra Judæos exarsit, ut sæculo duodecimo, quo vixit, Galliam, Germaniamque percurrerit, & contra eosdem Judæos, utpotè Sanctæ Religionis nostræ hostes, concionando, Christianos inflammaverit, ut ipsos ad internecionem delerent; quæ causa fuit, ut tam magnus Judæorum numerus interficeretur. Quidnam vero eum, si hodie in vivis ageret, facturum, aut dicturum putandum est, si, quæ in præsentia in Polonia contingunt, fieri videret? Nimio huic, & furenti Radulphi zelo magnus ille S. Bernardus sese opposuit, atque in Epistola sua 363., quam ad Clerum, & Populum Galliæ Orientalis dedit, ita scriptum reliquit: *Non sunt persequendi Judæi, non sunt trucidandi, sed nec effugandi quidem. Interrogate eos Divinas paginas. Novi quid in Psalmo legitur prophetatum de Judæis: Deus ostendit mihi, inquit Ecclesia, super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliviscantur Populi mei. Vivi quidem apices nobis sunt repræsentantes Dominicam Passionem. Propter hoc dispersi sunt in omnes Regiones, ut dum justas tanti facinoris pœnas luunt, testes sint nostræ Redemptionis.* In Epistola autem 365. ad Henricum Archiepiscopum Moguntinum ita ab eodem scriptum est: *Nonnè copiosiùs triumphat Ecclesia de Judæis per singulos dies, vel convincens, vel convertens eos, quàm si semel & simul consumeret eos in ore gladii? Numquid incassum constituta est illa universalis Oratio Ecclesiæ, quæ offertur pro perfidis Judæis a Solis ortu, usque ad occasum, ut Deus, & Dominus auferat velamen de cordibus eorum, ut ad lumen veritatis a suis tenebris eruantur? Nisi enim eos, qui increduli sunt, credituros speraret, superfluum, & vanum videretur orare pro eis.*

Indicantur justi limites, quibus coerceri debet eorum tolerantia.

§. 5. Contra Radulphum item Petrus Cluniacensis Abbas ad Ludovicum Francorum Regem dum scripsit, eumdem quidem hortatus est, ne Judæorum excidium fieri permitteret; verùm eodem tempore ipsum excitavit, ut pro excessibus eorum in illos animadverteret, eosque bonis iis expoliaret, quæ vel a Christianis abstulissent, vel per usuras accumulassent, atque eorum pretium in Sanctæ Religionis usum, utilitatemque converteret, quemadmodum in Annalibus Venerabilis Cardinalis Baronii *ad annum Christi* 1146. videre est. Nos quidem in hac re non minus, quàm in omnibus aliis, eamdem agendi normam suscipimus, quam Venerabiles Decessores nostri Romani Pontifices tenuerunt. Alexander III., gravibus propositis pœnis, Christianis interdixit, ne continuum apud Judæos servitium, aut famulatum susciperent: *Ne Judæorum servitio se assiduè pro aliqua mercede exponant;* cujus rei ratio hisce, quæ sequuntur, verbis ab eodem exponitur: *Quia Judæorum mores, & nostri in nullo concordant, & ipsi* (scilicet Judæi) *de facili ob continuam conversationem, & assiduam familiaritatem, ad suam superstitionem & perfidiam simplicium animos inclinarent;* quemadmodum in Decretali: *Ad hæc, de Judæis*, legitur. Innocentius III. postquam narravit, quod a Christianis intra Urbes eorum Judæi reciperentur, hujusmodi receptionis methodum & conditionem talem esse debere admonet, ne ipsi maleficium pro beneficio rependant: *Qui tamquam misericorditer in nostram familiaritatem admissi, nobis illam retributionem impendunt, quam, juxta vulgare proverbium, mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu suis consuevérunt hospitibus exhibere.* Idemque Pontifex asserens conveniens esse, Judæos Christianis, non autem hos illis inservire, addit: *Ne filii Liberæ filiis famulentur Ancillæ, sed tamquam servi a Domino reprobati, in cujus mortem nequiter conjurarunt, se saltem per effectum operis recognoscant servos illorum, quos Christi mors liberos, & illos servos effecit;* quæ verba in Decretali sua: *Etsi Judæos* reperiuntur. In alia item: *Cum sit nimis*, sub eodem Titulo *de Judæis, & Saracenis*, ne Judæi in publicis Officiis adhibeantur, interdicit: *Prohibentes, ne Judæi in publicis Officiis præferantur, cum sub tali prætextu Christianis plurimùm sint infensi.* Innocentius etiam IV. dum ad Sanctum Ludovicum Francorum Regem scriberet, cui Judæos è Regni sui finibus expellere in animo erat, consilium hujusmodi approbat, quoniam ipsi minimè illa observarent, quæ respectu ipsorum a Sede Apostolica præscripta essent: *Nos ad animarum salutem totis affectibus adspirantes, expellendi prædictos Judæos vel per Te, vel per alios, præsertim cum statuta contra eos a Sede prædicta edita, sicut accepimus, non observent, plenam Tibi, auctoritate præsentium, concedimus facultatem;* quemadmodum apud Raynaldum *ad annum Christi* 1253. *num.* 34. videre est.

Ne fraudibus, aut usuris fideles opprimant.

Ne Officia publica cum imperio in Christianos exerceant.

Utque omnia statuta observent circa ipsos edita.

§. 6. Si autem quæratur, quænam res illæ sint, quæ Judæis intra easdem Urbes, in quibus Christiani habitant, degentibus ab Apostolica Sede interdicuntur; ea ipsa omnia omninò esse dicemus, quæ hodie in Poloniæ Regno agendi facultas eisdem permittitur, & quæ superiùs a Nobis exposita sunt. Ad hujusce rei veritatem manifestò deprehendendam non multâ quidem librorum lectione opus fuerit. Titulum Decretalium *de Judæis, & Saracenis*, percurrere satis est; Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, Nicolai IV., Pauli IV., S. Pii V., Gregorii XIII., & Clementis VIII. Constitutiones in promptu sunt, atque in Bullario Romano habentur. Vos autem, Venerabiles Fratres, ut eadem illa clarissimè perspiciatis, ne ipsam quidem lectionis curam suscipere opus habetis. Omnia in Decessorum vestrorum Synodis statuta, atque præscripta vobis occurrunt; cum ipsi quidem minimè prætermiserint in suis Constitutionibus ea omnia inserere, quæ, quod ad præsentem materiam attinet, a Romanis Pontificibus sancita, atque ordinata fuerunt.

Hæc prostant in Jure Canonico, & in Pontificum Constitutionibus.

Ac etiam in Decretis Synodalibus Ecclesiarum Poloniæ.

§. 7. Summa autem difficultatis in eo sita est, quod Synodalium Sanctionum vel memoria excidit, vel executio negligitur. Vobis itaque, Venerabiles Fratres, onus incumbit, ut easdem renovetis. Vestri hoc officii ratio exposcit, ut earumdem executioni sedulò insistatis. In hoc autem ab Ecclesiasticis hominibus, sicut par, & æquum est, initium facite, quos in recta agendi ratione viam aliis commonstrare, & exemplo cæteris prælucere opus est. In Dei enim miseratione Nos sperare juvat, bonum Ecclesiasticorum hominum exemplum aberrantes Laicos in rectam semitam reducturum. Quæ quidem a vobis eo facilius, ac fidentiùs præcipi, & mandari poterunt, quod, (prout certis atque idoneis auctoribus allatum est) vestra neque bona, neque jura per vos Judæis locari, nullum cum eisdem mutuas pecunias dandi, atque accipiendi negotium intercedere, unoquoque verbo ab omni cum eisdem commertio liberos omninò Vos, atque immunes esse nobis innotuit.

Horum observantiam Episcopi procurare debent, & ab Ecclesiasticis primùm exigere.

Ne Christianos in famulatu habeant.

§. 8. Ratio, ac methodus a Sacris Canonibus ad debitam a contumacibus obedientiam exigendam præscripta, ea est, ut in maximi momenti causis, cujusmodi præsentes sunt, Censuræ adhibeantur, & ut inter casus reservatos illi

Contraventiones hac in re, utpote casus atrociores & graviores, censuris & reservationibus subjici possunt.

etiam adjungendi sint, a quibus discrimen Religioni, atque exitium imminere provideatur. Probè notum vobis est, Sacrum Tridentinum Concilium jurisdictionis vestræ firmitati consuluisse, tum cum vobismetipsis jus reservandi casus asseruit; neque eos ad publica tantum crimina restrinxit, verum etiam *ad atrociora & graviora*, dummodò merè interna non sint, extendit, atque ampliavit. Compluries autem ab hujusce Almæ Urbis nostræ Congregationibus in variis Decretis, & Encyclicis Epistolis decisum, ac pronunciatum fuit, atrociores inter, atque graviores casus, eos recenseri debere, ad quos procliviores homines sunt, & qui conjunctam Ecclesiasticæ Disciplinæ, sive salutis animarum, quæ Episcopali curæ commissæ sunt, perniciem habent; quemadmodum a Nobis in nostro Tractatu *de Synodo Diœcesana lib. 5. cap. 5. per totum*, fusè ostensum est.

Apostolicæ auctoritatis præsidia promittuntur etiam contra exemptos.

§. 9. Ad hanc autem rem nihil per vos auxilii a Nobis desiderari patiemur, ac pro expediendis difficultatibus, in quas procul dubio incideretis, si vobis contra eos Ecclesiasticos procedendum esset, qui a jurisdictione vestra exempti sunt, Nos Venerabili Fratri Archiepiscopo Nicæno nostro isthic Nuntio opportuna pro eodem negotio mandata præscribimus, ut ab eodem, juxta facultates sibi traditas, necessaria præstentur. Illud simul pro certo vobis pollicemur, Nos, tum cum opportunitas feret, exixè atque omni efficacia de hac re cum illis etiam agere non prætermissuros, opportunâ quorum auctoritate ac potentiâ adjunctâ, effici potest, ut a Nobili Poloniæ Regno hujusmodi labes, atque ignominia auferatur. Vos autem, Venerabiles Fratres, a Deo primùm, qui bonorum omnium auctor est, ferventiori cordis affectu opem exposcite. Ab eodem Nobis etiam, atque huic Apostolicæ Sedi auxilium precibus vestris implorate; & dum omni vos charitatis plenitudine complectimur, Fraternitatibus vestris, & Gregibus curæ vestræ commissis Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Cum invocatione auxilii Sæcularis Potestatis.

Dat. die 14. Junii 1751.

Datum ex Arce Gandulphi die 14. Junii 1751. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

LI.

Allocutio habita in Consistorio Secreto Feria II. die v. Julii MDCCLI. super suppressione Patriarchatus Aquilejensis, & duorum Archiepiscopatuum Utinensis, & Goritiensis erectionis.

VENERABILES FRATRES.

PERSPECTAM Vobis ex hoc ipso loco ante biennium, cognitamque fecimus mentem nostram deligendi Vicarium Apostolicum, qui administrandam susciperet eam partem Diœcesis Aquilejensis, quæ ad Venetæ Reipublicæ ditionem minimè pertinet. Cum verò Vicarium ipsum Apostolicum jam elapso anni spatio constituimus, aperte declaravimus, tum in Allocutione, quam in Consistorio pronunciavimus, tum in Litteris Apostolicis, quas super hoc negotio edidimus, ita Vicarium Apostolicum interea temporis a Nobis deputari, ut tamen firmiori remedio uti parati essemus, si Patres inter se dissidentes aliquando convenirent, initasque ab ipsis pactiones Nobis patefacerent, ut illas accurate perpenderemus, nostroque judicio probaremus.

§. 2. Interim Carissima in Christo Filia Nostra Maria Teresia Illustris Regina Bohemiæ & Hungariæ, & Imperatrix; Delecti quoque Filii Nobiles Viri Dux, & Senatores Reipublicæ Venetæ, unanimi consensu nonnulla inter se pacta statuerunt, quæ Nobis deinde proposita sunt, ac diligenter examinata, libentissime comprobanda judicavimus.

§. 3. Summa totius rei in eo posita est, ut Patriarchatus Aquilejensis perpetuò supprimatur, duoque erigantur Archiepiscopatus, quorum unus Utini, alter Goritiæ constituatur. Quapropter hujusmodi consilium amplectentes, quod magis consentaneum utiliusque ad animarum salutem administrandam, pacemque inter Catholicos Principes stabilius conservandam, peritissimis viris ultra citraque montes visum est; insuper inhærentes pactionibus communi Partium assensu firmatis; Apostolicam Constitutionem in lucem edituri sumus, qua de medio tollentes Patriarchatum Aquilejensem, duos Archiepiscopatus instituimus iis in locis, quos superius memoravimus, utrique suos limites tribuentes, quibus non solum ipsorum propria Diœcesis, sed etiam propria cujusque Provincia discernantur; omniaque partita, definita, ac distincta inter ipsos ita sint, ut in auctoritate exercenda nullum in posterum alter alteri inferre queat impedimentum; in quo publicæ pacis, & quietis stat etiam fundamentum.

§. 4. Sacrorum Canonum scientiâ, rerumque ad Ecclesiasticam historiam spectantium cognitione Vos ita præditos arbitramur, ut supervacaneum judicemus vestris oculis argumenta subjicere, quibus Pontificum auctoritas innititur in novis erigendis, vel abolendis Patriarchatibus, Archiepiscopatibus, & Episcopatibus, & in ipsis Diœcesibus dividendis, videlicet, cum uni Diœcesi partem attribuunt, quæ, reliquis partibus adjunctis, aliam Diœcesim integre constituebat. Vestram quoque eruditionem offenderemus, si Patriarchatus Aquilejensis initia Vobis in memoriam revocare vellemus, qui profectò a Schismate, quod Trium Capitulorum dictum est, sæculo sexto dimanavit; quod quidem magis præclari rerum Scriptores adfirmant, quique magis eidem Patriarchatui suffragantur. Silentio præteribimus exempla præteriti temporis, quibus Patriarchatus in duos Archiepiscopatus divisus, vel duo constituti Archiepiscopatus comprobantur, secretâ in duas partes Diœcesi, vel Provincia, quas unus tantum Archiepiscopus obtinebat. Nos quidem multum laboris insumpsimus in hujusmodi antiquitatis monumentis perquirendis; plura etiam congessimus, ut privato studio nostro indulgeremus, utque magis perspicue intelligeremus, quid consilii a Nobis capiendum esset, cum hujus generis negotia proponerentur. Verum, si hæc omnia in medium Vobis adduceremus (ut vulgato proverbio utamur), noctuas Athenas ferre videremur. Accedit etiam, quòd alienum prorsus est, nostram vestramque hujus diei lætitiam, memoriâ veterum dissidiorum, atque bellorum, quæ inter Principes exarserunt, perturbare, & gravissimas difficultates recensere, quæ ob temporum calamitates in cura animarum gerenda objectæ fuerunt. Quamobrem, ut hujusmodi impedimenta de medio tollerentur, iidem Principes nonnullas inter se pactiones statuerunt, quas deinde Nobis propositas, assensu nostro, uti dictum est, confirmavimus, easque mandandas executioni quamprimum censemus.

§. 5. Itaque Vos hortamur magnopere, ut animos vestros ad Deum, a quo bona universa descendunt, nobiscum convertatis; quem profecto tam magni singularisque beneficii solum auctorem dignoscimus, ac fatemur. Ipse

lumen

lumen suum Nobis impertivit. Ipse animum nostrum graviter afflictum, & perculsum erexit, ac virtute sua corroboravit, ut labores, contrarios eventus, mentis ægritudines, omnemque tristitiam libenter ac fortiter sustineremus. Denique Ipse gravissimum hoc negotium hoc potissimum tempore ad finem perduxit, quo Nos, licet immerentes, Summum Pontificatum gerimus; ut exploratum fieret omnibus, a Domino factum esse istud, quod est mirabile in oculis nostris: siquidem contingere id poterat, cum alii Romani Pontifices Prædecessores Nostri hanc Apostolicam Sedem tenerent, qui nos quidem pari auctoritate exæquabant, meritis tamen longe nobis præcellebant.

§. 6. Itaque Deo beneficentissimo singulares agimus gratias, & habebimus perpetuas. Sed, quoniam Ipse causis secundis, veluti quibusdam instrumentis, uti consuevit, ut ea perficiat, quibus hunc Orbem terrarum complere statuit; iisdem Nos quoque referre gratias debemus, & meritas laudes impertiri. Carissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ & Bohemiæ Reginæ Illustris & Imperatricis animum Deus Optimus Maximus spiritu pacis, ac veræ Religionis inflammavit, cui sane ipsa sine ulla cunctatione paruit, adducta potissimum pietatis studio, quo Principes Austriacæ Domus suæ præ cæteris semper commendati fuerunt. Dilectos quoque Filios Nobiles Viros Ducem, ac Senatores Venetæ Reipublicæ eodem spiritu pacis ac veræ Religionis Deus incendit, quem ipsi facili paratoque animo susceperunt, ut Prædecessorum suorum, qui, ob eximia facinora pro Christiana Fide toties peracta, maximis laudibus ubique celebrantur, præclara exempla sequerentur. His sane fundamentis excitatum, conditumque fuit universum ædificium, perfectumque negotium. Quam ob causam ipsos rei totius Artifices non modo debitis laudibus prosequimur, sed gratias quoque Nos habituros sincera mente fatemur.

§. 7. Eodem prorsus animi sensu commendamus, plurimasque rependimus gratias Dilectis Filiis Nostris hoc loco præsentibus, Carolo Cardinali Rezzonico, & Mario Cardinali Millino, qui in gerendo, ac demum in perficiendo tam gravi negotio, nihil omnino intentatum reliquerunt, ut illud ad suum finem perducerent, integramque servarent inter Principes concordiam, quorum causam ac rationes tuebantur. Siquidem nihil aliud sibi ante oculos propositum habebant, quàm animarum saluti prospicere, Deique gloriam amplificare; a quo procul dubio, dum in vivis agent, & postquam mortalitatem exuerint, mercedem meritis consentaneam assequentur.

Sequuntur Litteræ Apostolicæ, & Acta Consistorialia, spectantia ad temporaneam deputationem Vicarii Apostolici, de qua mentio fit in Bulla, & in præcedenti Allocutione.

Erectio Vicariatûs Apostolici in parte Diœcesis Aquilejensis, Austriacæ Familiæ Dominio subjecta.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. OMnium Ecclesiarum sollicitudinem, unà cum Apostolica Beati Petri Sede, & cum potestate Domini Nostri Jesu Christi in terris Vicaria, tenuitati nostræ impositam agnoscentes; quum Nobis ignorare non liceat, quantis jamdudum inordinationibus, cum animarum detrimento, subjaceat Ecclesiastici regiminis ratio in pluribus nec ignobilibus, nec infrequentibus Locis, temporali Austriacæ Familiæ dominio subjectis, quæ Aquilejensis Diœcesis partem constituunt; ob plures, graves atque notorias dissensiones, quibus adhuc nulla a Prædecessoribus nostris, aut a Nobis ipsis, remedia utiliter præstari potuerunt; cumque etiam experientia compertum sit, varia ad hunc diem excogitata consilia, & adhibita temperamenta, ad consulendum earum animarum gubernio pariter inutilia fuisse; jamque satis constet nihil ea in re profici posse, nisi in prædictis Locis Ecclesiasticus Superior constituatur, qui, ibi residendo, nostra & Apostolicæ hujus Sedis auctoritate, animarum regimen gerat, sine præjudicio jurium Partium dissentientium, tam quoad petitorium, quàm quoad possessorium; post diuturnum & maturum rei examen, omnibus rite perpensis, in hanc sententiam consiliumque devenimus, ut auctoritate Nobis a Deo concessa uteremur, ad removendum a nobis tantæ & tam enormis culpæ reatum, neglectæ scilicet curæ & regiminis tot millium animarum, quæ a tanto jam tempore veluti destitutæ sine Pastore vivere dignoscuntur. Quapropter usitatum in similibus remedium, sive temperamentum, & ad optatum finem satis efficax, & nullo contendentium juribus præjudicio futurum, eligentes, nostris motu proprio, & certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, statuimus atque decernimus, ut ea pars Diœcesis Aquilejensis, quæ temporali Austriacæ Domus ditioni subest, per unum Vicarium nostrum Apostolicum in spiritualibus gubernetur. Et quoniam licèt Nos ad impetrandum prædictarum dissensionum finem, enixas omnipotenti Deo preces fundere non omittamus, adhuc tamen veremur, ne, peccatis nostris obsistentibus, earum terminus longiùs protrahatur; ideo ea omnia, quæ hujusmodi Vicariatum in genere concernunt, præsentium Litterarum tenore constituere, necessarium & opportunum censemus; reliqua deinceps, quæ pertinent ad facultates ipsi Vicario a Nobis deputando, ejusque successoribus forsan in futurum similiter deputandis, impertiendas, distinctiùs exprimenda reservantes aliis nostris Apostolicis Litteris, quas super deputatione personæ ad ipsius Vicariatus exercitium a Nobis eligendæ edituri sumus.

§. 2. Quod itaque deliberato rerum ordini conveniens & congruum reputamus, omnia & singula præcedentibus temporibus capta temperamenta abrogantes & irritantes, decernimus *primò*, atque statuimus, eam Aquilejensis Diœcesis partem, quæ sub temporali Austriaca ditione constituta est, ab uno Apostolico Vicario, ut præfertur, in spiritualibus regendam & gubernandam fore: *Secundò*, volumus & statuimus, hujusmodi Vicarium ad tractûs prædicti regimen Apostolica auctoritate pro tempore deputandum, Episcopali charactere insignitum esse, cum Titulo alicujus Ecclesiæ in partibus Infidelium sitæ, & in singulis personarum mutationibus de more variandæ. *Tertiò*, eundem Vicarium in loco prædictæ ditionis, illius spirituali regimini committendæ, residere debere, ut ibi ea omnia, tam quæ ad Ordinem, quàm quæ ad Jurisdictionem pertinent, fructuose exequatur, quæ a Patriarcha Aquilejensi, tamquam prædictorum locorum Austriacæ ditioni subjectarum Ordinario, si ipsi in iisdem locis actu permissum esset jurisdictione sua uti, fierent, & exercerentur. *Quartò*, quæcumque per Vicarium hujusmodi circa præmissa fient, ea omnia, Nostro & Successorum nostrorum nomine, & hujus Apostolicæ Sedis auctoritate, facta intelligi debere. *Quintò*, deputationem hujusmodi Vicarii, tam per Nos, quàm per Successores nostros, quandocumque faciendam, semper fieri

de persona accepta, & minimè suspecta supremo Territoriali Principi eorum locorum, in quibus delegatam sibi jurisdictionem exercere debebit; quod quidem & a Nobis præstabitur, quoties hujusmodi Vicarii deputationem per Nos fieri continget; & ut a Successoribus nostris Romanis Pontificibus similiter fiat, Nos ipsis, præsentium tenore, quantum in Nobis est, magnopere suademus; quò scilicet Vicarius ipse pro tempore constitutus tranquilliore muneris sui administratione, cum populorum utilitate, potiatur. *Sextò*, volumus, atque statuimus, ejusdem Vicarii deputationem semper fieri cum consueta clausula: *ad Nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum*; ita tamen, ut, cessante Vicarii deputatione, sive per obitum, sive per cessionem, aut remotionem ipsius deputati, antequam terminus Vicariatui præstitutus advenerit; alter Vicarius similis, prædicto termino durante, in defuncti, aut cedentis, sive remoti locum subrogari debeat, servatis aliis omnibus, quæ suprà diximus in hujusmodi Vicarii Apostolici deputatione servanda fore. *Septimò*, statuimus atque decernimus, dictorum locorum regimen per Vicarium Apostolicum tamdiu administrari debere, seu tamdiu in iis partibus Vicariatum Apostolicum perdurare, donec vel Nostra aut Successorum nostrorum operâ finis impositus fuerit vigentibus dissensionibus, propter quas Aquilejensi Patriarchæ præpeditur jurisdictionis Ordinariæ exercitium in eam Diœcesis suæ partem, quæ Austriacæ ditioni subest; vel donec, eisdem etiam dissensionibus nequaquam extinctis, opportuna aliqua ratio, communi partium consensu, Nostrâque aut Successorum nostrorum approbatione, iniri valeat, per quam, Ecclesiastici Superioris ibidem residentis regimine, animarum Fidelium in præfatis locis existentium necessitatibus consulatur; quod unum nempe in hujusmodi Apostolico Vicariatu, ut præfertur, constituendo, Nobis propositum fuisse iterum profitemur. *Ultimo* loco decernimus & declaramus, quæcumque a Nobis de Apostolico Vicario & Vicariatu prædictis statuta sunt, & statuuntur, sine ullo, tam unius, quàm alterius Partis præjudicio, & salvis omnibus earum juribus, tam in petitorio, quàm in possessorio, statuta, & ordinata intelligi debere.

§. 3. Et quoniam præmissa omnia frustra statuta viderentur, nisi certus intra memoratum Regionis tractum præfigeretur locus, in quo Apostolicus Vicarius ad exequenda munera sibi demandata residere deberet; & nisi simul ipsius Vicarii pro tempore deputandi sustentationi consuleretur; Nos earumdem præsentium tenore, & auctoritate præfata, statuimus & mandamus, ut idem Vicarius, ejusque successores quandocumque deputandi, in Civitate Goritiæ præfatæ Aquilejensis Diœceſis residere debeant, & habitare in ædibus, quas pia liberalitas Augustini Codellii nuper defuncti, & quidem domestica supellectile instructas, unà cum adnexo viridario, & propinquo vineto sub arcem ipsius Civitatis posito, & cum Oratorio, seu Cappella eisdem ædibus adjacente, pro Vicarii Apostolici pro tempore futuri habitatione & commodo, obtulit. Pro ipsius autem Vicarii Apostolici sustentatione, certos fundos ab eodem ipso pio benefactore, prævio plenario assensu Charissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ & Bohemiæ Reginæ Illustris, in Romanorum Imperatricem electæ, cessos & elargitos, aliaque bona a quondam Vito Gulino relicta, attribuimus & assignamus; juxta ea, quæ in mandatis dabimus Apostolico Executori ad præmissorum effectum per Nos deputando; coram quo verificari, & in forma juris valida constabiliri debebunt, quæcumque pertinent ad designatam Vicarii prædicti habitationem, & reditus pro illius sustentatione attributos.

§. 4. Præsentes demum Litteras, & in eis contenta, & statuta quæcumque, etiam ex eo, quòd quilibet in præmissis, seu in eorum aliquo, jus aut interesse habentes, vel habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & Ecclesiasticæ, aut Mundanæ Dignitatis existant, etiam specifica & individua mentione digni, illis non consenserint, nec eorum aliquos ad ea vocatos & auditos, neque causas, propter quas præsentes emanaverint, satis verificatas aut justificatas fuisse dici possit, aut ex alia qualibet etiam juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo subreptionis aut obreptionis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet defectu notari, seu eorum obtentu impugnari, aut in controversiam vocari posse; sed tamquam pro nostri Apostolici muneris implemento, ad promovendam animarum salutem, & spiritualem Fidelium in prædictis locis degentium utilitatem, plurimosque & pernicioſos abusus removendos, ut præfertur, ac motu & auctoritate præmissis, factas & emanatas, omnimoda firmitate validas & efficaces existere & fore, suosque debitos effectus sortiri & obtinere, & illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, ac respectivè ab iis, ad quos pertinet, & in posterum pro tempore pertinebit, in omnibus & per omnia, inviolabiliter observari volumus, & auctoritate prædicta statuimus & decernimus.

§. 5. Sicque & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & quacumque etiam Apostolica auctoritate delegatos, etiam S. R. E. Cardinales de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosque quoslibet, sublata eis, & eorum cuilibet, aliter judicandi & statuendi auctoritate & facultate, judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, seu in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus; nec non quibusvis, etiam Apostolicæ Sedis tolerantia, seu expressa confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, aut Litteris Apostolicis, cuilibet Ecclesiæ, aut quibuscumque Personis, quacumque Ecclesiastica, vel Mundana Dignitate fulgentibus, etiam specifica & individua mentione dignis, sub quibuscumque formis, & verborum tenoribus, etiam motu simili, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter, ac aliàs quomodolibet, in contrarium præmissorum concessis, & emanatis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis; Quibus omnibus, ac singulis, etiamsi, pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & individua mentio habenda, seu quævis alia forma ad id servanda foret, illorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & exactissimè servatis, & specificatis respectivè habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, & ad præ-

missorum effectum, plenissimè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 29. Novembris 1749. Pontificatus Nostri Anno Decimo.

Allocutio habita in Consistorio Feria 2. die 1. Decembris 1749. post editionem præmissi Brevis.

VENERABILES FRATRES.

POstquam initio hujus Consistorii verba fecimus de proxima Anni Sancti celebritate, aliaque negotia expedivimus, molestum non sit vobis adhuc paululum immorari, donec vobis rem gravissimam exponamus.

§. 1. Nemini fortasse vestrum explorata non est misera conditio, in qua multo abhinc tempore versatur ea pars Diœcesis Aquilejensis, quæ Dominationi Austriacæ subjicitur, ubi nullam conceditur Patriarchæ exercere Jurisdictionem, nullumque regimen, ob eas causas, quas hoc loco recensere supervacaneum existimamus.

§. 2. Ut remedium aliquod huic incommodo afferretur, iis prætermissis, quæ antiquiora sunt, curæ, & labores plurimi fuerunt insumpti, cum Urbanus VIII. Prædecessor noster summum Pontificatum teneret; plurimum quoque quæsitum est de eodem negotio posteriori tempore, ita tamen ut omnis conatus vanus irritusque cesserit. Cum deinde ad hanc Apostolicam Sedem licet immerentes evecti fuimus, eadem Diœcesis Aquilejensis pars, quæ in Ditione Austriaca posita est, hac ratione, quam modo subjicimus, administrari consueverat: Diœcesani scilicet illi, siquid ipsis contingeret, ad Apostolicum Nuntium Viennæ commorantem confugiebant, qui rem totam, si proferri in tempus aliquod posset, Patriarchæ Aquilejensi exponebat, atque ad ejus consilium omnia exigebat. At, quemadmodum quisque facilè intelligit, satis id non erat, ut spiritualia illius Gentis negotia rectè gererentur; immo verò tractu temporis res in deterius prolapsæ sunt. Etenim cum Nuntius Viennensis pristinum institutum significandi ea, quæ accidebant, Patriarchæ Aquilejensi, retinere amplius non posset, neque ab illo expectare, quæ forent statuenda; Nos adducti fuimus ad decernendum, ut Diœcesani illi Nuntium Viennæ degentem adirent, qui negotiis eorum consuleret, Nosque omnium, quæ peragebat, participes redderet, ut auctoritate nostra probarentur. Porro id consilii cœpimus, eò quòd, novis in dies dissidiis interpositis, nullo pacto liceret Patriarchæ se immiscere negotiis suæ Diœcesis in ea parte, quam temporalis ditio Austriaca complectitur, & quæ cum ampla sit, non modo omni prorsus Ecclesiasticâ curâ caruisset, sed obnoxia quoque fuisset non vano discrimini, ne Religio ipsa Catholica maximum pateretur detrimentum, cum potissimum ad aures nostras pervenerit, hoc tempore latiùs in illis locis hæresis pestem esse propagatam. Equidem ab ipso nostri Pontificatus exordio constituimus vires omnes impendere, ut huic gravissimo malo mederemur. Animum quoque nostrum inflammavit pietas, ac religio Charissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ & Bohemiæ Reginæ Illustris, & Imperatricis, quæ pro re gerenda Virum certum & fidum ad Nos misit, ac deinde suis apud Sedem Apostolicam Ministris illam perficiendam mandavit. Quot somno & quieti ademimus horas, ut in id negotiis incumberemus, quot cordis mœroribus conflictati, quot conscientiæ aculeis fuerimus agitati, Deum O. M. Testem advocamus. Intelligebamus enim provinciam spiritualis regiminis Viennensi Nuntio nostro demandatam, ut de iis omnibus, quæ acciderent, certiores Nos redderet, exiguam utilitatem afferre, & parum esse consentaneam, cum & Nuntius longè moraretur ab illis locis per ipsum moderandis, & plura Nobis deessent, quæ sub oculis habenda erant, ut nostra auctoritate firmaremus ea, quæ ab ipso Nuntio gerebantur.

§. 3. Cum Urbanus VIII. Prædecessor noster hanc Sedem Apostolicam obtineret, propositum fuit ab Aquilejensi Patriarcha, eam Diœcesis partem divellere, quæ a parte Imperii nuncupabatur, & Austriacæ ditioni subjicitur, ibique novum Episcopum constituere. Idem tempore Pontificatus nostri, & modo potissimum in medium profertur; At verò, omissis difficultatibus, quæ, cum novi Episcopatus eriguntur, exoriri solent, illud præsertim adversari visum fuit, nempe Diœceses in partes secernere ob controversias, quæ ob eam causam excitantur, quod diversæ ejusdem Diœcesis partes diversis sæculi Principibus subjiciantur. Cum S. Pius V., & Gregorius XIII. Pontificatum gererent, Visitatores Apostolicos missos fuisse legimus in eam partem Diœcesis Aquilejensis, quæ pertinet ad Austriacam Dominationem, eò quòd turbæ concitatæ fuissent eo tempore in Patriarcham Aquilejensem, ne suam in eis locis jurisdictionem liberè exerceret. Attamen cum pernicies, ac detrimentum illius Diœcesis non in peculiaribus quibusdam perversitatibus, sed in eo potissimum sit, quod Patriarcha Aquilejensis ab assiduo, præsentaneo, & necessario regimine impediatur; ideo facilè dignosci potest, exiguam, & brevem utilitatem expectandam esse a Visitatore, qui fortasse alio tempore remedium sufficiens huic malo afferre potuisset. Postremo cum Urbanus VIII. in hac Apostolica Cathedra sederet, magno studio propositum fuit, in ea parte Diœcesis Aquilejensis, quæ Germaniæ finitima est, Episcopum Patriarchæ suffraganeum collocare, sed tot, ac tanta impedimenta occurrebant, ut ab eo consilio non sine gravi Pontificis molestia fuerit desistendum. Quamobrem Deo O. M. negotium imprimis commendantes, & rebus omnibus accuratè examinatis, decrevimus Vicarium Apostolicum constituere in ea parte Diœcesis Aquilejensis, quam jam toties nominavimus; quod & sacris Canonibus, & veteri recentique Ecclesiæ Disciplinæ accommodatum videtur. Sed ne Populus ille careat Ecclesiastico regimine, & ne Oves illæ Pastore destituantur, qui periclitantibus opem ferat, eumdem Vicarium Apostolicum Titulo Episcopi in partibus decorabimus, ut quoad Ordinem, & Jurisdictionem, exerceat, nomine nostro, ac Sedis Apostolicæ auctoritate, quæcumque a Patriarcha Aquilejensi, tamquam illius loci Ordinario, perficerentur, nisi a suæ jurisdictionis exercitio impediretur. Quare si animo libero, attentoque res perpendatur, dubitari nequit, quin Vicarius Apostolicus hoc pacto satisfacturus sit illis omnibus, in iisdem locis, quæ per Nuntium nostrum Viennensem agebantur; hoc tamen interposito discrimine, quod Vicarius Apostolicus præsens in illis locis demandatam provinciam utiliùs substinebit, quàm Nuntius noster Viennensis, qui absens eadem loca moderabatur.

§. 4. Neque omittendum est, Sedis Apostolicæ auctoritati in hoc Vicario constituendo a Nobis consultum esse, ea formula superaddita: *ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum;* Neque facultatem elargiti sumus supremo Territorii Domino hujus Vicarii nominandi, cum nullum inveniatur exemplum, quo facultas hujusmodi permissa unquam fuisse alicui demonstretur.

monstretur. Illud tamen polliciti sumus, quod a Successoribus nostris quoque præstandum non dubitamus, videlicet Apostolicum Vicariatum a Nobis conferendum illi, qui eidem Territorii Domino gratus fuerit, ejusque Successoribus; quod sanè necessarium putavimus, ut idem Vicarius suo feliciter munere perfungatur. Id etiam quodammodo debebatur pietati Charissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ & Bohemiæ Reginæ Illustris, & Imperatricis, cujus præsertim auctoritate locus idoneus atque stabilis pro Vicarii Apostolici Sede, & omnia pro decenti illius sustentatione necessaria, constituta fuerunt. Nullius omnino rationibus detrimentum inferimus, eò quod Vicariatum hujusmodi decernentes, hanc addidimus clausulam: *Citra præjudicium Partium tam in petitorio, quàm in possessorio.* Insuper eumdem Vicariatum tamdiu permansurum declaramus, quamdiu vel principalis causa absolvatur, vel ipsâ causâ nondum absolutâ, alia ratio deprehendatur, Partibus consentientibus, Nobisque aut Successoribus nostris probantibus, qua rectè possit administrari ea pars Diœcesis Aquilejensis, quæ ab Austriaca Dominatione dependet.

§. 5. Ecce quæ deliberavimus, & firmata Litteris Apostolicis in forma Brevis expedienda curavimus, quæ Vobis etiam significanda censuimus. Supereſt de Viro idoneo, qui Vicarius Apostolicus eligatur, cogitare; ac de facultatibus, quæ ipsi ejusque Successoribus tribuendæ videantur; quod quidem negotium, post accuratum examen, alio Brevi Apostolico peragetur. Sed quoniam præter Vicariatum, aliæ Controversiæ, quæ Canonicos, & Capitulum Aquilejense respiciunt, componendæ supersunt; si Deus incolumes, & sospites nos tuebitur, illas pro muneris nostri ratione minimè prætermittemus.

§. 6. Neque vos latere debet, concordem priùs animum, & consensum Carissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ, & Bohemiæ Reginæ Illustris, & Imperatricis, accessisse iis omnibus, quæ usque modo peracta sunt; Inclitâ quoque Venetorum Republica in genere nullatenus improbante. Pro certo pariter habemus, quod Dilectus Filius Noster Daniel Delphinus Patriarcha Aquilejensis, si calamitatem Diœcesis suæ, in ea parte, quæ Germaniæ finitima est, perpendet, & difficultates maximas, quibus ipse ob hanc causam implicabatur; insignes alios Episcopos imitabitur, qui cum nullo modo ob gravissima impedimenta partem suæ Diœcesis administrare liberè possent, Sedi Apostolicæ gratias habere non omiserunt, eò quòd Vicario Apostolico eam Provinciæ partem commiserit ipsius Sedis Apostolicæ nomine gubernandam, donec de medio auferrentur impedimenta. Nam id ipsorum Jurisdictionem non modo non imminuit, sed potius tuetur, & animarum saluti magnopere consulit, quam nobis ante oculos ab exordio ad finem usque hujus præsentis negotii unicè proposuisse profitemur.

§. 7. Antiqua rerum monumenta perquirentes, invenimus bonæ memoriæ Joannem Garziam Millinum, jussu Urbani VIII. Prædecessoris nostri, multum laboris insumpsisse in hoc Aquilejensi negotio, quod eo tempore propositum fuerat. Nos etiam commendare plurimum debemus Dilectum Filium Nostrum Card. Marium Millinum, qui hoc idem negotium Imperatricis nomine nobiscum examinandum suscepit, nec ullam diligentiam, ac laborem prætermisit, ut eò, quò jam pervenit, illud deduceret; ipse quidem ministerio sibi commisso virtutem optimi Cardinalis adjunxit, ut Catholicam Religionem juvaret.

Sequitur Deputatio in specie Vicarii Apostolici ad regimen illius partis Diœcesis Aquilejensis, quæ Austriaca Familiæ Dominio subjecta est.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Postquam per alias nostras Apostolicas Litteras, die 29. Novembris anni proximè præteriti in forma Brevis expeditas, quarum initium est: *Omnium Ecclesiarum*: statuimus atque decrevimus, eam partem Diœcesis Aquilejensis, quæ temporali Austriacæ Familiæ Principum Ditioni subjecta est, per unum Vicarium Apostolicum Episcopali charactere insignitum, ad nostrum & Sedis Apostolicæ beneplacitum per Nos deputandum, nostro nomine, nostràque Apostolicâ auctoritate, in spiritualibus regendam & gubernandam fore; adjecta declaratione, quod per id nullum præjudicium tam unius, quàm alterius dissentientis Partis juribus, sive quæ ad petitorium, sive quæ ad possessorium pertinent, irrogari censeatur; additoque Decreto, ut Apostolicus Vicariatus hujusmodi tamdiu in illis partibus perdurare debeat, donec vel primariæ vigenti controversiæ finis impositus fuerit, vel, eâ etiam minime sublatâ, alterius generis ratio, communi partium consensu, ac nostra, vel Successorum nostrorum approbatione, iniri valeat, per quam animarum Fidelium in iis locis existentium regimini, ac spiritualibus necessitatibus consulatur; quod unum nempe Nobis, & Prædecessoribus nostris propositum fuit, in hujus gravissimi negotii tractatione, tot annorum decursu, & tam studiosa maturitate discussâ; ut latiùs in dictis nostris Litteris continetur: Quum illud quoque in iisdem edixerimus, Nos aliis deinde Litteris super deputatione hujusmodi Vicarii Apostolici ad prædictam Diœcesis Aquilejensis partem in spiritualibus gubernandam edendis, distinctiùs expressuros esse facultates, quas eidem Vicario impertiri intendebamus, & reipsa ab eodem exerceri volebamus; Ideo, quum Nos nuper Dilectum Filium Carolum de Attembs Canonicum & Thesaurarium Ecclesiæ Basileensis, de cujus vitæ ac morum honestate, aliisque laudabilibus virtutum meritis, nec non de idoneitate ad Vicarii hujusmodi munus obeundum, per diligentem inquisitionem certiores facti sumus, & cujus personam Charissimæ in Christo Filiæ nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ & Bohemiæ nec non Romanorum Reginæ, Charissimi in Christo Filii nostri Francisci eorumdem Romanorum Regis in Imperatorem electi Conjugi, acceptam esse novimus, Ecclesiæ Episcopali Menniten. in partibus infidelium sitæ præficere proposuerimus, nunc ipsum Carolum per præsentes nostras Apostolicas Litteras, in ea parte Diœcesis Patriarchæ Aquilejen., quæ temporali Austriacorum Principum ditioni subest, Apostolicum in spiritualibus Vicarium, Officialem, & Commissarium, ad nostrum & ipsius Sedis Apostolicæ beneplacitum, constituimus & deputamus, sine præjudicio jurium tam unius, quam alterius partis, sive in petitorio, sive in possessorio; atque eâ lege, ut tamdiu Vicariatus hujusmodi perdurare debeat, donec vel primaria nunc vigens controversia sublata fuerit, vel, ea etiam permanente, alia aliqua ratio inveniatur, de utriusque partis consensu, a Nobis, seu a Successoribus nostris Romanis Pontificibus approbanda, per quam animarum Fidelium inibi commorantium spirituali regi-

mini provideatur; juxta ea, quæ in dictis aliis noſtris Apoſtolicis Litteris incipien. *Omnium Eccleſiarum*, quarum tenorem præſentibus haberi volumus pro inſerto, declaravimus atque decrevimus. Eidemque Vicario ſic deputato injungimus & mandamus, ut, ſimul ac Epiſcopalis Conſecrationis munus ſuſceperit ab eo Antiſtite, quem Nos ad illud, cum aliorum duorum Antiſtitum aſſiſtentia, ipſi conferendum delegabimus, prædictæ partis Diœceſis Aquilejen., quæ Auſtriacæ Familiæ dominio paret, ſpirituale regimen & gubernium aſſumat. Pro ipſius autem congrua habitatione, domum in civitate Goritiæ ſitam, cum adnexo viridario, & Cappella publica nec non pro ejuſdem ſuſtentatione totum id, quod bo. mem. Auguſtinus Codellius pro ipſo Vicario, ejuſque Succeſſoribus, cum prævio plenario aſſenſu dictæ Chariſſimæ in Chriſto Filiæ noſtræ Mariæ Thereſiæ Reginæ ac Imperatricis electæ, ex propriis bonis & juribus, donavit & ceſſit; cujus quidem ceſſionis validitatem, prout etiam fundorum realitatem & exigibilitatem, a Venerabile Fratre Herneſto Epiſcopo Labacenſi, de mandato noſtro, juridicè diligenterque recognitam, & reſpectivè admiſſam & acceptatam, Nos ipſi approbavimus & confirmavimus; accepta etiam legali deſcriptione bonorum omnium a prædicto Codellio, ut ſupra diximus, elargitorum, quam idem Herneſtus Epiſcopus ad Nos tranſmiſit, & cujus authenticum exemplum ipſi Vicario Apoſtolico traditurum ſe pollicitus eſt; repoſitis in ſuo Epiſcopali Archivo reliquis omnibus monumentis, quæcumque pertinent ad præfatam Domum & Cappellam, Goritiæ ſitas, alioſque fundos ab eodem pio benefactore datos; ipſi Carolo electo Menniten. quamdiu in officio Vicariatus hujuſmodi permanſerit, concedimus atque aſſignamus.

§. 2. Quia verò ex multorum fide dignis relationibus edocti ſumus, & ex ipſa humanarum rerum conſideratione perſuaſum habemus, poſtquam Patriarcha Aquilejen. tam longo temporis ſpatio, non ſuâ quidem culpâ, aut negligentiâ, ſed propter notas diſſenſiones, vigenteſque controverſias, impeditus fuit ab exercendo regimine illius Diœceſis ſuæ tractûs, qui ab Auſtriacæ Domus imperio pendet, atque hujus ſpirituale gubernium aliquandiu ſecretò geſtum fuit ab Apoſtolicæ Sedis Nuntio Viennæ in Auſtria commorante, cum aliquali ipſius Patriarchæ conſilio & ſcientia in iis rebus, quæ prompta ac præſenti providentia non indigerent; deinde verò, memoratis diſſenſionibus magis magiſque adauctis, hujuſmodi regimen ab eodem Nuntio Apoſtolico, Nobis dumtaxat immediatè conſultis, adminiſtratum fuit; quia, inquam, ſatis intelligimus, verendum eſſe, ne, tot annis labentibus, ac ſpiritalis vineæ cultoribus longè conſtitutis, vepres & ſpinæ in ea nimiùm excreverint, ita ut ſine magno ac diuturno labore ac ſtudio inde eradicari non valeant; Hinc eſt, quod Nos præſentibus noſtris Litteris ea primùm indicare ſtatuimus, quæ a prædicto Vicario Apoſtolico a Nobis, ut præfertur, deputato, ejuſque Succeſſoribus in futurum forſan deputandis, pro recto injuncti ſibi muneris implemento præſtari volumus atque requirimus; mox facultates recenſere, quas eidem Vicario ad effectum hujuſmodi duximus tribuendas, quæque pro norma erunt facultatum, quibus inſtrui debebunt alii Vicarii ſimiles, poſt ipſum forſan inibi deputandi; ac denique alia quædam ſtatuere & ordinare, quæ ad præcavendas cujuſque generis perturbationes & controverſias opportunè ſtabilienda judicavimus.

§. 3. Hoc igitur primùm hujuſmodi Vicario Apoſtolico diſtrictè injungimus & demandamus, ut omni cura ac ſollicitudine pro conſervanda Catholicæ Fidei puritate in Populo ipſius ſpeciali regimini concredito, ac propulſandis, longèque ab eo removendis quorumcumque errorum aut hæreſum tenebris, vigilare non deſinat; tum Eccleſiaſticæ Diſciplinæ leges, tam quæ ad Divinum cultum, quàm quæ ad vitæ & converſationis exempla pertinent, a Sacerdotibus, ac reliquis inferiorum Ordinum Clericis exactè obſervari curet; Chriſtianam pietatem ac morum ſanctitatem in omni Fidelium gradu promoveat; ideoque omni ſtudio det operam, ut pueri ac puellæ Catholicæ Fidei & Chriſtianæ Doctrinæ rudimentis diligenter imbuantur, non ſolùm per animarum Rectores, ſed etiam per Patres familias, eoſque omnes, quibus adoleſcentium inſtructio & educatio commendatur. Univerſo autem Populo, per eos, ad quos pertinet, publicè ab Altari, vel è ſuggeſtu, explicari & inculcari jubeat, quæcumque ad æternam ſalutem credenda ſunt, & agenda. Caveat inſuper, ne quis requiſitis qualitatibus deſtitutus ad Eccleſiaſtica Miniſteria & Sacros Ordines admittatur; neve Presbyteri ad Sacramentales Confeſſiones excipiendas deputentur, niſi qui, cum ſingulari vitæ probitate, neceſſariam quoque ſcientiam conjunctam habeant, qua valeant lepram a lepra diſcernere, & competentem animarum vulneribus medicinam adhibere. Et quoniam omnibus hiſce injunctis ſibi oneribus idem Vicarius Apoſtolicus plenè ſatisfacere non poſſet, niſi in locis ipſius regimini commendatis reſideret, ac perſonalem & localem viſitationem, juxta Tridentini Concilii leges, perageret; ideo diſtrictam ipſi obligationem imponimus ibi reſidendi, & univerſum Diœceſis prædictæ tractum Auſtriacæ Domus temporali dominio ſubjectum, perſonaſque in eo commorantes, ad normam Conciliarium Statutorum, viſitandi; volentes, ut, poſtquam viſitationem hujuſmodi expleverit, ac per eam, quæ ſibi erunt prudenter inveſtiganda, cognoverit; omnia, quæcumque ad ſpirituale regimen pertinent, quamprimum referat ad Nos, & ad Sedem Apoſtolicam, cujus nomine & auctoritate partem illam Diœceſis Aquilejenſis gubernabit; atque hinc opportuna ſibi conſilia, atque etiam auxilia requirat, quibus errores & ſcandala adverſus Religionis ac diſciplinæ integritatem inſurgentia evellat ac deſtruat.

§. 4. Sanè in Apoſtolicorum Vicariorum deputationibus, quæ ab hac Apoſtolica Sede, pro Eccleſiarum & Locorum neceſſitatibus, in dies fieri conſueverunt; ut omnibus colligere licet ex Conſtitutione rec. mem. Prædeceſſoris noſtri Sixti Papæ V., quæ incipit: *Immenſa æterni*; quâ ſcilicet S. R. E. Cardinalibus Congregationi Duodecimæ a ſe inſtitutæ præpoſitis, inter alia, committit, ut, *ubi neceſſitas exegerit, viros uſu & doctrinâ idoneos, rectos, & timentes Deum deligant, qui noſtrarum Litterarum auctoritate ſuffulti, Eccleſias, ut Vicarii Apoſtolici, regant*; Perſonis ad hoc munus electis concedi ſolent facultates viſitandi Eccleſias, & Loca pia, atque etiam Monialium Monaſteria, etiam exempta, quoad Clauſuram; celebrandi Synodum; Judices, Conſiliarios, omneſque alios neceſſarios Miniſtros & Officiales deputandi, eoſque revocandi, & alios in eorum locum ſubrogandi; mulctas & pœnas pecuniarias piis uſibus applicandas imponendi; Litteras Monitoriales in forma *ſignificavit*, pro rebus deperditis, ſeu furto ſublatis, concedendi; in Beneficiis de jure patronatus, eorumque erectione & conſtitutione, nec non locationibus emphyteuticis, alienationibus, & permutationibus bonorum Eccleſiaſticorum, auctò-

ritatem & consensum præstandi; Causas Matrimoniales, & Civiles ad Forum Ecclesiasticum spectantes, cognoscendi & decidendi; contra delinquentes per inquisitionem etiam ex officio procedendi; ac demum omnia & singula exercendi, quæ Ordinario Loci, ratione jurisdictionis, si is Ecclesiæ aut Diœcesis regimen actu exerceret, de jure & consuetudine competerent, non solùm circa præmissa, sed etiam circa alia, quæ magis specialem & expressam exigerent commissionem; ut latiùs exprimi solet in Litteris Apostolicis, quæ super hujusmodi Vicariorum deputationibus, expediuntur; & quarum formulæ apud diversos Scriptores de hac materia agentes typis impressæ leguntur. Itaque Nos Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis insistentes, præfato Carolo Vicario Apostolico in superiùs expressa parte Diœcesis Aquilejen. per Nos, ut præfertur, deputato, prædictas omnes facultates, quæ aliis Vicariis Apostolicis tribui solent, juxtà declarationes tamen, quæ inferiùs subjicientur, per ipsum, durante Vicariatu ac beneplacito prædictis, in eadem Diœcesis parte exercendas, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, concedimus & impertimur.

§. 5. Et hæc quidem communiter iis concedi solent, qui Sacerdotali dumtaxat, aut Clericali gradu insigniti, ad hujusmodi munus gerendum in locis atque Diœcesibus, quarum necessitates id exegerint, a Sede Apostolica deputantur. Verùm non rarò contingit, ut specialibus quibusdam necessitatibus id exigentibus, quales in præsenti casu concurrunt, & quoties Episcopi Locorum Ordinarii inevitabili aliqua causa ab exercendo regimine suarum Diœcesum, vel partis earum, nulla licèt ipsorum propria culpa, impediuntur, ad hujusmodi Vicarii Apostolici Officium deputentur Episcopi Titulares; cujus generis aliqui etiam hodierno tempore Vicarii Apostolici esse dignoscuntur; hisque non solùm facultates illæ, quæ ad jurisdictionem pertinent, ad quam videlicet præmissa referuntur, sed etiam aliæ quædam ad Ordinem pertinentes, pro pleniori sui muneris implemento, concedantur; cujusmodi sunt facultates administrandi Sacramentum Confirmationis in toto sui Vicariatus districtu, nisi alium Episcopum advocare maluerint, qui illud inibi administret; conferendi omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus, Ordines, ad sacrorum Canonum & Concilii Tridentini præscriptum, quibuslibet idoneis personis tam Sæcularibus quàm Regularibus, & tam ipsius Vicariatus subditis, quàm etiam extraneis, qui suorum Ordinariorum Litteras Testimoniales & Dimissorias exhibeant; item personas Vicariatûs sui subditas, per Litteras Dimissorias hujusmodi, ad alios Episcopos, tam minoribus, quàm majoribus Ordinibus initiandas dirigendi; Olea Sacra, & Sanctum Chrisma conficiendi; Ecclesias pollutas reconciliandi; consecrandi Altaria, atque etiam Ecclesias, nec non Calices & Patenas; benedicendi Campanas; & sacrarum suppellectilium benedictiones, in quibus sacra Unctio non requiritur, simplicibus Presbyteris delegandi; ejusdemque Vicariatûs subditos, certo temporis spatio durante, sive per se, sive per idoneos Confessarios a censuris propter hæresim externam incursis, pro foro conscientiæ, in actu sacramentalis Confessionis absolvendi. Nos itaque has etiam omnes facultates prædicto Carolo Vicario Apostolico in memorata Aquilejen. Diœcesis parte per Nos, ut præfertur, deputato, tribuere opportunum ducimus; & eam quidem absolvendi ab hæresi, ad triennium tantùm, quo elapso, ad hanc Sedem Apostolicam pro ulteriori prorogatione, si ita expediens visum fuerit, recursum habere potuerit; reliquas autem superiùs expressas, quoad in hujusmodi Vicariatus Officio permanserit, dicta auctoritate, & earundem præsentium tenore, concedimus, & impertimur.

§. 6. Et quoniam in præfatis Litteris Nostris super Constitutione hujus Vicariatûs in genere editis, inter alia, dictum per Nos fuit, quod is, qui ad hujusmodi munus deputandus foret, in vim auctoritatis a Nobis & ab Apostolica Sede sibi delegandæ, in locis hujusmodi Vicariatui subjiciendis, omnia illa exequi deberet, tam quæ ad Ordinem, quàm quæ ad jurisdictionem pertinent, quæcumque a Patriarcha Aquilejensi, tamquam Ordinario, in iisdem Diœcesis suæ locis Austriacæ ditioni subjectis, fierent, & exercerentur, nisi ipsi, ob vigentes dissensiones actu impeditum esset ibidem jurisdictione sua uti; per quæ sanè eam auctoritatem Vicario Apostolico in præfatis locis concedendam fore statuimus, quæ Patriarchæ Aquilejensi, uti Episcopo, & Ordinario locali dumtaxat, non verò quæ illi, tamquam Metropolitano, competere potest; Idipsum nunc, unà cum reliquis omnibus in dictis prioribus Litteris contentis, præsentium tenore confirmamus, atque iterum statuimus; decernentes tamen, ad evitandas, quantum fas est, cujuscumque generis perturbationes, circa infrascripta capita, sequentes nostras ordinationes, ac declarationes omnimodè servari, ac respectivè attendi debere.

§. 7. Primò videlicet, inhærentes stilo & consuetudini Sedis Apostolicæ, eidem Carolo Vicario Apostolico competere volumus facultatem instituendi in Beneficiis Ecclesiasticis de jure patronatus, quæ intra Vicariatus sui limites vacare contigerit, personas idoneas a legitimis eorum Patronis ad ea præsentatas. In vacationibus autem Ecclesiarum Parochialium, aliorumque Beneficiorum, & Præbendarum, quæ animarum curam adnexam habent, quæque non aliter, quàm concursum conferri debent, eidem Carolo Vicario committimus, & demandamus hujusmodi Concursum indicere, eoque juxta Tridentini Concilii, & Constitutionum Apostolicarum leges, habito atque concluso, illius acta ad Nos, & Successores nostros, transmittere; simulque proprium consilium & votum in favorem illius, quem hujusmodi Ecclesia, Beneficio, seu Præbenda magis dignum existimaverit, aperire; Nobis autem, & Successoribus nostris Romanis Pontificibus hujusmodi Ecclesiarum, Præbendarum, seu Beneficiorum, super quibus Concursus habitus fuerit, collationem & provisionem in personam eorum, quos ad gerendam animarum curam magis aptos & idoneos in Domino judicabimus, prædicta auctoritate, & earundem præsentium serie reservamus. Cum verò collatio Beneficiorum simplicium, sive residentialium, quibus animarum cura non imminet, hujusmodi Vicariis Apostolicis permitti non soleat, sed ipsi Apostolicæ Sedi reservari; Nos eam pariter, per easdem præsentes Litteras, Nobis & Sedi Apostolicæ reservamus: Declarantes tamen, sub hac reservatione minime comprehensa esse aut censeri Beneficia illa simplicia, aut residentialia non curata, quæ ad collationem, & provisionem dilectorum Filiorum Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Aquilejen. spectare dignoscuntur; sed ea, quatenus ex alio capite aut ratione, Apostolicis reservationibus, vel affectionibus subjecta non sint, ad liberam prædictorum collationem & dispositionem, ut antea, pertinere: Ac decernentes, hujusmodi reservationem per præsentes inductam, eo ipso cessare debere, ac penitùs

sublatam

sublatam censeri, quum Nobis, aut Successoribus nostris, Deo adjuvante, datum fuerit obstacula illa removere, per quæ Ordinariis Collationibus nunc locus esse non potest; quod ut quantociùs obtinere mereamur, Nos quidem, in quantum vires suppetent, omni studio, atque opera adlaborare non desistemus.

§. 8. Deinde quum, sicut accepimus, in ea parte Diœcesis Aquilejensis, quam a Vicario Apostolico regendam decrevimus, nonnullæ sint Parochiales Ecclesiæ Matrices aliarum Parochialium, quæ extra Vicariatûs prædicti fines sunt constitutæ; aliæ autem Matrices hujusmodi extra Vicariatum sitæ, Filiales Ecclesias habeant intra districtum ab Apostolico Vicario, ut præfertur, in spiritualibus gubernandum; volumus atque decernimus, ut quatenus ita se res habeant, nihil circa easdem Ecclesias, earumque respectivas superioritates, ac dependentias innovetur; nec ulla tam hujusmodi, quàm aliarum quarumcumque Parochiarum dismembratio fiat: prout etiam nihil de bonis immobilibus, seu mobilibus pretiosis ad easdem Parochiales, sive ad alias quascumque Ecclesias pertinentibus, alienetur; sed, salvis juribus enunciatæ Matricitatis pro iis Ecclesiis, quibus ea competere dignoscuntur, earum Ecclesiæ Filiales in diverso districtu constitutæ, pro eo quod pertinet ad jura Episcopalia in personas animarum curæ præpositas, ipsamque actualem curam, ab eo Superiore Ecclesiastico dependeant, qui in hujusmodi districtu jurisdictionem exercebit; nimirum a Vicario Apostolico, si Ecclesiæ ipsæ intra Vicariatûs limites existunt; si verò extra eos constitutæ sunt, ab Ordinario illius loci, in quo eædem sitæ comperiuntur.

§. 9. Præterea, cùm inter alias facultates prædicto Vicario Apostolico a Nobis superiùs concessas, atque tributas, ea etiam sit, ut Synodum Diœcesanam convocare, & celebrare valeat; cumque hujusmodi Synodi celebratio haberi non soleat, nisi post expletam Visitationem, in qua Ecclesiarum, & Cleri, Populique necessitates, sive defectus, quibus per Synodalia Decreta occurrendum, atque medendum est, agnoscuntur; quatenus prædictus Carolus Vicarius Apostolicus, peracta Visitatione prædicta, atque omnibus per commissum sibi regionis tractum diligenter animadversis, opportunum, aut necessarium duxerit hujusmodi Synodum congregare; sicuti plerisque Episcopis, ad evitanda controversiarum & offensionum pericula, prudenter in more positum est, Synodorum a se congregandarum specimen, & Constitutiones, quas in ipsis edere meditantur, Apostolicæ Sedis examini in antecessum subjicere; quamquam ipsi jure proprio, nec ullâ speciali ipsius Sedis licentia ad hoc indigentes, Synodum cogant; ita volumus ac præcipimus, ut ab eodem Carolo Vicario, ante Synodi convocationem, consulatur hæc ipsa Apostolica Sedes, cujus auctoritate ac delegatione hujusmodi Ecclesiastici regiminis munia ab ipso exercebuntur; ac tum Personas, quas ad Synodum evocare intendit, super quibus controversiæ plerumque non desunt, tum Decreta, quæ in eâdem edenda ac publicanda putabit, ne forte litium & perturbationum fomenta fiant, distincte repræsentet; id maxime cavendo, ne aut in Visitatione, aut in Synodo, Decretum ullum condat atque edat, in quo Personæ, Ecclesiæ, aut res, extra Vicariatus sui limites constitutæ, comprehendantur; aliudve quid faciat, ex quo dissensiones & controversiæ nunc nimiùm vigentes foveri aut augeri possint. Quapropter Constitutiones atque Decreta, quæcumque in Synodo a dicto Carolo Vicario Apostolico per præsentes deputato, vel ab ejus Successoribus fient, nullam vim aut efficaciam habere volumus atque decernimus, nisi postquam a Nobis, seu a Successoribus nostris Romanis Pontificibus, cognita, approbata, & confirmata fuerint.

§. 10. Insuper cùm in Civitate Aquilejæ quoddam Monialium Monasterium adsit, unius Apostolici Delegati gubernio subjectum, cujus quidem jurisdictionis exercitio in hujusmodi Monasterium atque Moniales nullum obstat impedimentum; ideo circa illud nihil innovari, sed omnia in eo statu, in quo nunc sunt, remanere volumus, & decernimus.

§. 11. Denique Patriarchalis Ecclesiæ Aquilejensis, ejusque Capituli, jura, prærogativas, præeminentias, libertates, exemptiones, immunitates, statuta, laudabilesque consuetudines, intacta & illæsa permanere volentes, nullum jurisdictionis actum in ipsius Capituli Dignitates, atque Canonicos, seu adversus ipsos, a sæpedicto Carolo Vicario Apostolico nunc deputato, aut ab ipsius Successoribus forsan deinceps deputandis, exerceri posse decernimus, atque statuimus; volentes dumtaxat, ut dum iidem Dignitates, atque Canonici in Civitate Aquelejæ residebunt, si quid forte ab eorum aliquo adversus Canonica statuta, & Tridentini Concilii decreta, quæ ad vitam & honestatem Clericorum, sive ad consuetum Ecclesiæ, & Chori servitium pertinent, ex humana fragilitate admitti contingat; qui talia egerit, fraternè admoneri debeat ab eodem Carolo Vicario Apostolico; qui si nihilominus eum, quem sic admonuerit, nequaquam se emendare conspexerit, vel etiam, ubi aliquem eorum ejusmodi excessus perpetrasse cognoverit, propter quos, ad aliorum exemplum, debitis animadversionibus coërceri mereatur; in hujusmodi casibus (quos Deus pro sua clementia dignetur avertere) volumus per eundem Carolum Vicarium Apostolicum quamprimùm omnia referri ad hanc Apostolicam Sedem; quæ, audito etiam ipsius Vicarii consilio ac voto, opportuna pro rerum circumstantiis remedia adhibere non omittet.

§. 12. Cæterùm omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in virtute Sanctæ Obedientiæ, & pro debita Sedi Apostolicæ reverentia, per easdem præsentes præcipimus & mandamus, ut dictum Carolum electum Menniten. ad demandatum sibi Vicarii Apostolici Officium in prædicta parte Diœcesis Aquilejensis Austriacæ Familiæ Principum temporali dominio subjecta, & ad ejusdem Officii liberum exercitium, juxta tenorem earundem præsentium, recipiant & admittant; eumque in nostrum & Sedis Apostolicæ Vicarium & Delegatum in præmissis, durante Vicariatu, deputatione, ac beneplacito hujusmodi, recognoscant; eique in omnibus, quæ ad idem Officium pertinent, respectivè pareant, faveant, & assistant; nec non ipsius mandata & salubria monita humiliter suscipiant, & efficaciter adimplere procurent; alioquin sententias & pœnas, quas ritè tulerit & statuerit in rebelles, ratas habebimus, & hujus Apostolicæ Sedis auctoritate faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam, inviolabiliter observari.

§. 13. Decernentes, easdem præsentes Litteras, & in eis contenta & statuta quæcumque, etiam ex eo, quòd quilibet in præmissis, seu in eorum aliquo, jus aut interesse habentes, vel habere prætendentes quomodolibet, cujusvis status, ordinis, præeminentiæ, & Ecclesiasticæ, aut Mundanæ Dignitatis existant, etiam specifica & individua mentione & expressione digni, illis non consenserint, nec eorum aliquos ad ea vocatos, vel etiam nullo modo, aut non satis auditos, dici, aut prætendi possit, aut ex alia qualibet etiam juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo

subreptionis aut obreptionis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensûs, aliove quolibet defectu notari, impugnari, aut in controversiam vocari posse; sed tamquam ex officii nostri debito, ac motu proprio, & certa scientia nostris, factas & emanatas, omnimoda firmitate validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, eidemque Carolo Vicario Apostolico, aliisque ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, pleniſſime suffragari, ac respectivè ab eodem, aliisque omnibus quos concernunt & concernent in futurum, in omnibus & per omnia inviolabiliter observari; sicque & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & quacumque etiam Apostolica auctoritate delegatos, etiam S. R. E. prædictæ Cardinales de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, alioſque quoslibet, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & definiri debere; irritum quoque & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 14. Non obstantibus de jure quæsito non tollendo, aliisque nostris & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, seu Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus; nec non quibusvis, etiam Apostolicæ Sedis scientia & tolerantia, vel ejusdem temporali provisioni inductis, aut etiam expressa & perpetua confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, aut Litteris Apostolicis, cuilibet Ecclesiæ, aut quibuscumque Personis, quacumque Ecclesiastica, aut Mundana Dignitate fulgentibus, etiam specifica & individua mentione dignis, sub quibuscumque formis, & verborum tenoribus, etiam motu simili, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter, in contrarium præmissorum concessis, & emanatis: Quibus omnibus, & singulis, etiamsi, pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa & individua mentio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, formas, causas, & occasiones, eisdem præsentibus, perindè ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, hic inserti forent, pro plene & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat pleniſſimè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 27. Junii 1750. Pontificatus Nostri Anno Decimo.

Similitudo argumenti facit, ut sequentes Litteras addamus non ita pridem editas, super temporanea pariter deputatione Episcopi Comaclensis in Vicarium Apostolicum Terrarum & Locorum, in quibus Præpositi Sanctæ Mariæ de Pomposa *jurisdictionem Ordinariam cum Territorio separato sibi competere asserunt.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Dum Apostolicæ sollicitudinis studia omnium per Orbem Ecclesiarum necessitatibus, quantùm Nobis ex alto conceditur, impendere non desistimus, ignorare Nobis, aut dissimulare non licet, quibus jamdudùm impedimentis, non sine spirituali animarum detrimento, subjaceat Ecclesiastici regiminis administratio, in quodam temporalis Pontificiæ Ditionis Nostræ tractu, quem ex una parte Comaclenses Episcopi, tamquam Diœcesis suæ portionem, suæ Ordinariæ Jurisdictioni subjectum esse debere asserunt; ex altera verò parte Præpositi, Præposituram Sæcularem a recol. mem. Prædecessore nostro Innocentio Papa VIII. in Ecclesia tunc existentis Monasterii *Sanctæ Mariæ de Pomposa* nuncupatæ Ordinis Sancti Benedicti olim erectam, pro tempore obtinentes, ab eorundem Episcoporum Comaclensium, & aliorum quorumcumque Ordinariorum jurisdictione totaliter exemptum, & tamquam separatum, & proprium dictæ Præposituræ Territorium, sibi, suæque jurisdictioni in Spiritualibus per omnia subjacere debere contendunt; in quo quidem Tractu quatuor Terræ, seu Loca, videlicet *Capitis Gaurii*, & *Lacus Sancti*, ac *Mediogaurii*, & *Massenzaticæ*, in quarum & quorum singulis propria Parochialis Ecclesia existit, & in quibus, earumque respectivè districtibus, seu Territoriis, ad quatuor mille & quingenti Habitatores numerantur, sitæ, seu sita reperiuntur.

§. 2. Porrò ad prospiciendum spiritualibus hujusmodi animarum indigentiis, olim quidem inter tunc & pro tempore existentes Episcopos Comaclenses ex una, & dictos Præpositos ex altera partibus, conventum fuit, ut Episcopi Comaclenses prædicti, quoscumque spiritualis jurisdictionis actus, exceptâ Beneficiorum collatione, in prædicta Loca, eorumque Incolas, nomine ac vice illius, ad quem de jure & juxta Sacrorum Canonum dispositionem spectaret, sine præjudicio jurium ambarum Partium tam in petitorio, quàm in possessorio, & per modum provisionis, exercerent. Verùm procedentibus temporibus, & antiquis controversiis revivisentibus, alia, quæ usque nunc obtinet, consuetudo inducta fuit; ut scilicet spirituale hujusmodi Locorum & Animarum gubernium a Romano Pontifice, per organum sui Auditoris, uni pro tempore Vicario Apostolico cum opportunis facultatibus committeretur; idque munus Brictinorienſi primùm Episcopo, aliàs verò Ravennatenſi Archiepiscopo, aut Cervienſi, vel Adrienſi Episcopis delegatum fuit; nunc autem a Venerabili Fratre Hippolyto Gratiadei Episcopo Civitatis Plebis, qui antea Metropolitanæ Ferrarienſis Ecclesiæ Archipresbyter, in ipsa Ferrarienſi Civitate residebat, obtineri pergit.

§. 3. Cum autem & dicta principalis controversia certis de causis adhùc pendeat indecisa, & præsens regiminis forma ad consulendum, quantum par est, earum animarum gubernio nequaquam sufficere dignoscatur; absentibus nimirùm ab ipsis Locis, de quorum regimine agitur, tam ipsis Præpositis activam sibi jurisdictionem in eorundem Locorum Clerum & Populum asserentibus, quàm etiam Apostolicis Vicariis ad eandem jurisdictionem exercendam deputatis; Idcirco Nos, post maturum rei examen, omnibus ritè perpensis, ad abusus omnes, si qui contra Dei cultum, aut in morum, ac vitæ tam Clericorum, quàm Laicorum illarum partium deturpationem irrepserunt, quamprimùm eradicandos, vel, quatenùs in futurum timeantur, opportunè præcavendos, in hanc sententiam, consiliumque devenimus, ut idem ferè remedium, seu temperamentum, Apostolica auctoritate interponeremus, quod olim mutuâ contendentium Partium consensione adhibitum, earumque judicio, velut omnium aptissimum, & nullum

earum juribus detrimentum allaturum, ut superiùs innuimus, delectum fuit: Ut scilicet, sine præjudicio quorumcumque hujusmodi jurium dictarum Partium dissentientium, tam quoad petitorium, quàm quoad possessorium, durante controversia hujusmodi, dictorum Locorum & Animarum inibi existentium Spirituale regimen, Apostolica auctoritate, ab Episcopo dictæ Civitatis nostræ Comaclensis exerceatur, utpote cujus ordinaria residentia iisdem Locis satis propinqua existit; siquidem ab ea Civitate, prædicta Terra Lacus Sancti *quinque*, altera verò Capitis Gaurii *septem*, alia verò Loca prædicta *novem*, aut *duodecim* passuum millibus ad summum distare dignoscuntur.

§. 4. Itaque motu proprio, ac certa scientia, & de Apostolicæ potestatis Nostræ plenitudine, omnes primùm & singulas provisiones, ordinationes, seu deputationes, pro prædictorum Locorum spirituali gubernio, tam ab ipsis contendentibus Partibus, quàm etiam ab hac Apostolica Sede, & a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, seu a Nobis ipsis, quandocumque captas, editas, factas, & emanatas, præsentium tenore abrogantes, irritantes, & revocantes; decernimus, atque statuimus, spirituale regimen atque gubernium totius & integri Tractûs prædicti, quem iidem Præpositi sibi in Spiritualibus subjectum esse contendunt, ac personarum Cleri & Populi inibi existentium, ab Episcopo Comaclensi, tamquam Vicario Apostolico, durante controversia hujusmodi, gerendum & exercendum fore. Quocirca Nos, earundem præsentium tenore, Venerabilem Fratrem modernum Episcopum Comaclensem in dicto Regionis Tractu, & Locis, ac Terris ibidem existentibus, Apostolicum in Spiritualibus Vicarium, & Commissarium, ad Nostrum, & ipsius Sedis Apostolicæ beneplacitum constituimus & deputamus; cum facultate Ecclesias, & Loca Pia omnia, ac etiam, si quæ inibi existant, aut deinceps erigantur, Monialium Monasteria, etiam exempta, quoad Clausuram, ad Sacri Tridentini Concilii præscriptum, visitandi, & reformandi, ac ad visitationem hujusmodi celerrimè & debita cum diligentia procedendi; nec non Presbyteros & Clericos dictorum Locorum ad suam Synodum Diœcesanam evocandi; & tam in dicta Synodo, quàm extra eam, quascumque opportunas Ordinationes, Statuta, & Edicta, pro dictorum Locorum Spirituali regimine, ad formam Sacrorum Canonum, ac Decretorum Apostolicæ Sedis, & dicti Tridentini Concilii, condendi, edendi, & promulgandi; Judices, & Vicarios Foraneos, ac Notarios, Promotores Fiscales, Executores, omnesque alios necessarios Officiales & Ministros ibidem deputandi, seu, pro rerum & casuum opportunitate, etiam a propria Episcopali Curia illùc mittendi; eosque removendi, & alios in eorum locum subrogandi; Quascumque Litteras & Commissiones Sedis Apostolicæ, circa res & personas dictorum Locorum, exequendi, & juxta eas procedendi: Litteras Monitoriales in forma *Significavit* pro rebus deperditis, seu furto sublatis, juxta præscriptum dicti Concilii Tridentini, & Bullæ felicis recordationis Sancti Pii Papæ V. Prædecessoris Nostri, concedendi; in Beneficiis de jure Patronatus, eorumque erectione & constitutione, nec non in Locationibus Emphyteuticis, alienationibus, & permutationibus bonorum Ecclesiasticorum, juxta formam Sacrorum Canonum, & Constitutionum Apostolicarum, auctoritatem & consensum præstandi; Causas Criminales, & Civiles ad Forum Ecclesiasticum spectantes, etiam Matrimoniales, & Beneficiales, tam per se, quàm per suum Vicarium in Spiritualibus Generalem Comacli residentem, cognoscendi, audiendi, committendi, ac decidendi, finemque debito terminandi. Personas quoque tam Laicas, quàm Ecclesiasticas, & præsertim Animarum curam gerentes, visitandi, reformandi, & corrigendi; ac contra delinquentes, etiam per inquisitionem, & ex officio, prout juris fuerit, procedendi; eosque puniendi, deponendi & excommunicandi, suspendendi, & interdicendi; mulctas, & pœnas pecuniarias, apud probum & idoneum Virum per ipsum de Clero eligendum, deponendas, & piis usibus ejusdem arbitrio applicandas, imponendi; pœnarumque & sententiarum earundem moderationem & mitigationem, & casuum ac censurarum absolutionem, & relaxationem sibi reservandi; nec non censuras & pœnas ipsas, in casibus a jure permissis, aggravandi & reaggravandi; & ab illis, nec non a casibus reservatis hujusmodi, prout sibi videbitur convenire, absolvendi, & absolvi faciendi; Confessarios, per se, vel per suos Examinatores Synodales, etiam in Civitate Comaclensi, si ita sibi videbitur, examinatos, & idoneos repertos, approbandi; & pro dictis Locis, cum facultatibus arbitrio suo definitis, deputandi, eosque revocandi: In Parochialibus Ecclesiis pro tempore vacantibus, idoneos Presbyteros Oeconomos & Administratores, usque ad novorum Parochorum electionem, seu Vicariorum deputationem, ad sui beneplacitum deputandi, & constituendi; item in singulis Terris & Locis prædictis unum aut plures Presbyteros cum facultate impertiendi Fidelibus in mortis articulo constitutis Benedictionem Apostolicâ auctoritate cum Indulgentia Plenaria, ad formam nostræ Constitutionis, quæ incipit *Pia Mater*, deputandi; aliaque omnia & singula, præterquam in Beneficiorum Collationibus, & Concionatorum deputationibus, de quibus infrà statuemus, faciendi & exercendi, sive per se, sive per suum Vicarium Generalem, aliosve a se deputatos, non solum quæ modernus & pro tempore existens Præpositus, si is Ordinariam jurisdictionem in prædicta Loca, & Personas, actu exerceret; sed etiam quæ ipse Comaclensis Episcopus, si eadem Loca ad ipsius Diœcesim spectare judicatum foret, jure Ordinario, ac etiam, vigore Decretorum Concilii Tridentini, Delegato, & ratione jurisdictionis etiam voluntariæ, ac etiam in vim peculiarium Indultorum sibi, intuitu prædictæ suæ Comaclensis Ecclesiæ, ab hac Apostolica Sede concessorum, facere & exercere posset, quæque etiam, pro tuenda Catholicæ Fidei, & Divini cultus puritate, ac morum & disciplinæ integritate, & pro promovenda animarum salute, curare & præstare deberet; non solum circa præmissa, sed etiam circa alia, quæ magis specialem & expressam commissionem exigerent; & cum facultate substituendi, in casu absentiæ ipsius Episcopi a sua Comaclensi Civitate & Diœcesi, seu alterius necessitatis causa, cum simili, vel limitata facultate.

§. 5. Præterea eidem Comaclensi Episcopo, tamquam Nostro, dictæque Apostolicæ Sedis Vicario, ut præfertur, ibidem in Spiritualibus constituto, Sacramentum Confirmationis in dictis Locis administrandi, seu personis eorundem Locorum, etiam in Comaclensi Civitate, aliisve Diœcesis suæ Locis, conferendi; nec non personas eorundem Locorum, tam Sæculares, quàm Regulares, a suis etiam Synodalibus Examinatoribus, etiam in dicta Civitate Comaclensi, arbitrio suo, ut præfertur, examinatas & idoneas repertas, aliisque servatis de jure servandis, ad Clericalem

Tonſuram, & omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, tam in dicta Civitate, quàm in aliis Diœceſis ſuæ, nec non prædicti tractûs Locis, promovendi; ſeu eaſdem perſonas, per ſuas Dimiſſorias Litteras, ad alios Epiſcopos, iiſdem Tonſura, & Ordinibus initiandas, dirigendi; iiſque ſic promotis, miniſtrandi, & celebrandi licentiam, arbitrio ſuo duraturam, concedendi: Item conſecrandi Eccleſias dictorum Locorum, & Altaria inibi exiſtentia, nec non Calices & Patenas, ac benedicendi Campanas; eaſdemque Eccleſias pollutas reconciliandi; aliaque Pontificalia munia ibidem exercendi; ac Populo benedicendi, & conſuetas Indulgentias concedendi: nec non ſacrarum ſupellectilium, aliaſque benedictiones, in quibus ſacra Unctio non requiritur, ſimplicibus Presbyteris delegandi, facultatem, & auctoritatem, earundem præſentium Litterarum tenore concedimus, & impertimur.

§. 6. Quod verò ſpectat ad Beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura, nihil volumus innovari; ſed illorum collationem & proviſionem, atque ad ea nominationem, & præſentationem, nec non Vicariorum Curatorum deputationem, ac reſpectivè approbationem, & inſtitutionem, eodem jure deinceps, & per eaſdem reſpectivè Perſonas fieri debere ſtatuimus, a quibus illas ad hunc diem factas fuiſſe dignoſcitur. Item Concionatorum Verbi Dei electionem pro Eccleſiis in dicto tractu exiſtentibus ad Præpoſitum, ut antea, ſpectare; ipſos verò Concionatores electos, antequam miniſterium ſibi demandatum aggrediantur, perſonaliter ſe coram Vicario Apoſtolico præſentare, & ab eo Benedictionem petere debere volumus & decernimus.

§. 7. Hanc autem providentiam a Nobis captam, & Vicariatus Apoſtolici hujuſmodi inſtitutionem, ejuſque formam, niſi aliter Nobis & Succeſſoribus noſtris placuerit, eò uſque durare debere ſtatuimus, donec controverſia principalis ſuper pertinentia Ordinariæ Spiritualis Juriſdictionis in prædicta Loca, eorumque Clerum & Populum, deciſa, ac terminata, ſeu aliàs extincta fuerit. Quapropter ſimili motu & auctoritate decernimus, præmiſſam deputationem, omneſque & ſingulas facultates ſuperiùs conceſſas, prædicta controverſia pendente, ac beneplacito hujuſmodi durante, ad futuros etiam Comaclenſes Epiſcopos dicti moderni Epiſcopi ſucceſſores, ipſo facto, & præſentium Litterarum vigore, tranſire; ac etiam, dicta Comaclenſi Epiſcopali Sede vacante, eaſdem facultates ab ipſius Eccleſiæ Vicario Capitulari pro tempore deputando, quatenus tamen a Vicariis Capitularibus hujuſmodi in Diœceſibus Paſtoris ſolatio deſtitutis exerceri poſſunt, ac ſolent, ſimili auctoritate Apoſtolica, in prædicta Loca, eorumque Habitatores, exerceri poſſe, ac etiam debere ſtatuimus.

§. 8. Volumus autem, ut tam modernus Comaclenſis Epiſcopus, ejuſque Succeſſores prædicti, quàm etiam Vicarii Capitulares hujuſmodi, in ſingulis actibus, quos circa res & perſonas dictorum Locorum, præſentium Litterarum noſtrarum auctoritate, ab ipſis fieri contigerit, expreſsè declarare debeant, ſub pœna nullitatis hujuſmodi actuum, ſe, tamquam Apoſtolicæ Sedis Vicarios, in ipſis procedere. Decernentes, per hæc a Nobis ſtatuta nullum omnino præjudicium quibuſcumque juribus dictarum Partium, tam ſcilicet dicti moderni & pro tempore exiſtentis Præpoſiti, Ordinariam ſpiritualem in prædicta Loca juriſdictionem, ſeu forſan magis amplam & liberam in præmiſſorum Vicariorum & Concionatorum deputatione, aliiſve præmiſſis, facultatem ſibi competere aſſerentis, quàm etiam ejuſdem moderni & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Comaclenſis, jus ſibi eſſe contendentis eadem Loca & Homines propria ſua Ordinaria auctoritate in ſpiritualibus regendi & gubernandi, ſeu forſan dictos Vicarios Curatos, atque Concionatores eligendi, aut Beneficia conferendi, aliaque præmiſſa, ſeu eorum aliqua, etiam pendente controverſia hujuſmodi, gerendi & exercendi; ac aliorum quorumcumque in præmiſſis, ſeu eorum aliquo, intereſſe habentium, ſive in petitorio, ſive in poſſeſſorio, inferri & irrogari, ſeu illatum unquam & irrogatum cenſeri poſſe; ſed eadem jura in eodem omnino ſtatu remanere, in quo ante præſentem providentiam noſtram reperiebantur; Ipſaſque præſentes Litteras, & in eis ſtatuta hujuſmodi, etiam ex eo, quod quilibet in præmiſſis, ſeu in eorum aliquo, jus aut intereſſe habentes, vel habere prætendentes quomodolibet, cujuſvis ſtatus, ordinis, præeminentiæ, & Eccleſiaſticæ, aut Mundanæ Dignitatis exiſtant, etiam ſpecifica & individua mentione & expreſſione digni, illis non conſenſerint, nec eorum aliquos ad ea vocatos, vel etiam nullo modo, aut non ſatis auditos, dici, aut prætendi poſſit, aut ex alia qualibet etiam juridica & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, nullo ſubreptionis, aut obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet defectu notari, impugnari, aut in controverſiam vocari poſſe; ſed, tamquam ex officii noſtri debito, ad promovendam animarum ſalutem, & ſpiritualem Fidelium in præmiſſis Locis degentium utilitatem, & ad graves ac pernicioſos abuſus removendos, ſeu præcavendos, ut præfertur, ac dictis motu, & auctoritatis plenitudine factas & emanatas, omnimoda firmitate validas & efficaces exiſtere & fore, & tam eidem moderno Epiſcopo Comaclenſi, ejuſque ſucceſſoribus, nec non Vicariis Capitularibus prædictis, quoad exercitium hujuſmodi Vicariatus Apoſtolici, & facultatum ſuperiùs conceſſarum, quàm etiam aliis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſſimè ſuffragari; ac reſpectivè ab omnibus, quos concernunt, ſeu concernent in futurum, in omnibus, & per omnia obſervari; Sicque & non aliter per quoſcumque Judices Ordinarios, & quacumque etiam Apoſtolica auctoritate Delegatos, & S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuntios, alioſque quoslibet, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere; irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Quocirca omnibus & ſingulis tam Eccleſiaſticis, quàm Laicis perſonis in dicto Regionis tractu commorantibus, aliiſque, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in virtute ſanctæ obedientiæ, dictaque auctoritate, & præſentium tenore, præcipimus & mandamus, ut præfatum modernum Epiſcopum Comaclenſem, ejuſque ſucceſſores Epiſcopos, ac etiam Vicarios Capitulares prædictos, in noſtros & Apoſtolicæ Sedis Vicarios, durante Vicariatu, deputatione, ac beneplacito prædictis, pro tempore recognoſcant, & ad præmiſſarum facultatum, ejuſdemque Vicariatus Officii liberum exercitium, recipiant & admittant; ac illi, & illis, in omnibus, quæ ad idem Officium pertinent, debitam ſubjectionem & obſervantiam exhibeant; alioquin ſententias & pœnas, quas ritè tulerint, & ſtatuerint in

rebelles, ratas habebimus, & hujus Apostolicæ Sedis auctoritate, faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam, inviolabiliter observari.

§. 10. Non obstantibus de jure quæsito non tollendo, aliisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, seu Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus; nec non quibusvis, etiam Apostolicæ Sedis scientia & tolerantia, vel ejusdem temporali provisione inductis, aut etiam expressa confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, aut Litteris Apostolicis prædictæ Ecclesiæ Comaclensi, ac Præposituræ S. Mariæ de Pomposia, ejusdemque Monasterio, aut quibuscumque personis, quacumque Ecclesiastica, aut Mundana Dignitate fulgentibus, etiam specifica & individua mentione dignis, sub quibuscumque formis & verborum tenoribus, etiam motu simili, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, in contrarium præmissorum concessis, & emanatis. Quibus omnibus & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua mentio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, formas, causas, & occasiones, eisdem præsentibus, perinde ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, hic inserti forent, pro plenè & sufficienter expressis & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, & ad præmissorum effectum, plenissimè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 8. Martii 1752. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

LII. Aquilejensis Patriarchatus & Sedis perpetua suppressio & extinctio; necnon Erectio duorum Archiepiscopatuum, *Utinensis*, & *Goritiensis*, cum aliis opportunis dispositionibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Pontifex ex pastoralis sollicitudinis officio Aquilejensis Ecclesiæ statum componere cupit.

INjuncta Nobis a Supremo Pastorum Principe, cujus vices in terris planè immerentes gerimus, Ecclesiarum omnium sollicitudo, Nos usque a primis Pontificatus nostri annis adduxit, ut gravissimum Aquilejensis Patriarchatus negotium a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus jampridem susceptum, & a pluribus eorum diù multumque agitatum prosequeremur; nil aliud Nobis in nostræ tractationis initio, progressu, fineque proponentes, quàm id, quod iisdem quoque Prædecessoribus nostris propositum semper fuisse non dubitamus; ut scilicet Aquilejensis Ecclesiæ status ita disponeretur, prout optimo regimini animarum eidem subjectarum, & libero spiritualis gubernii exercitio magis congruere, & opportunum fore dignosceretur.

Temperamenta capta pro meliori Animarum regimine, donec de firmo remedio inter Partes conveniret.

§. 1. Hunc unicè scopum præ oculis habentes, superioribus annis certam quamdam Ecclesiastici regiminis formam in ulteriori Aquilejensis Diœcesis parte interea observandam statuimus; sperantes gradum hinc factum iri, ad firmum, stabilemque rerum ordinem, per quem vigentes perturbationes perpetuò tollerentur, ibidem feliciter constituendum; quemadmodum colligere licet ex nostris Litteris Apostolicis incipientibus: *Omnium Ecclesiarum*, quas die XXIX. Novembris anni MDCCXLIX., & ex iis, quarum initium est: *Postquam per alias*, quasque die XXVII. Junii anni MDCCL. in forma Brevis edidimus; quibus nimirum, temporaneum urgentibus necessitatibus remedium aptantes, decrevimus, illud tamdiù duraturum fore, *donec aliqua ratio communi Partium consensu, nostraque, aut Successorum nostrorum approbatione, iniri valeret, per quam animarum Fidelium necessitatibus consuleretur.*

§. 2. Verùm scientes, omne datum optimum, & omne donum perfectum ab Omnipotente Deo petendum, & expectandum esse, nunquam omisimus in toto gravissimæ causæ decursu, Divinam Majestatem, interpositis etiam aliorum orationibus, enixè exorare, ut inter perturbationum procellas, & multiplicium difficultatum scopulos, trepidantem consilii nostri Navim in portum Nobis optatum, ad afferenda nimirum animabus Christi Sanguine redemptis necessaria salutis æternæ subsidia, afflante Spiritus sui aura, deducere dignaretur.

§. 3. Invocantes Nos exaudivit misericors Dominus, dumque maximarum tribulationum, & amaritudinum fluctibus jactaremur, misit ex alto adjutorium suum, factâque tranquillitate, Nos uberi consolationum suarum dulcedine recreavit. Ipse etenim, in cujus manu sunt Regum corda, uno eodemque tempore Charissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ & Bohemiæ Reginæ Illustris in Romanorum Imperatricem Electæ animum inclinavit, ut de proponendo stabili remedio pro Aquilejensibus rebus perpetuò componendis cogitaret; simulque effecit, ut Dilecti Filii Nobiles Viri Dux & Respublica Venetiarum concordi studio id ipsum optarent. Cujus rei indubium testimonium Nobis præbuerunt Epistolæ ad Nos conscriptæ tum a prædicta Maria Theresia Regina in Imperatricem Electa sub die XVII. Martii currentis anni MDCCLI., quas Nobis exhibuit Dilectus Filius noster Marius hujus S. R. E. Presbyter Cardinalis Millinus nuncupatus, tum a præfato Venetiarum Duce sub die XXXI. ejusdem mensis, & anni, quas dilectus quoque Filius noster Carolus ejusdem S. R. E. Presbyter Cardinalis Rezzonicus etiam nuncupatus Nobis exhibuit.

Supremi Principes concordi studio inter se conveniunt.

Conventionis approbationem, & rerum conventarum executionem a Pontifice requirunt.

§. 4. Qui sanè Marius, & Carolus Cardinales die VI. Aprilis ad audientiam nostram una simul se conferentes, memoratis respectivè Litteris Nobis redditis, non solùm flagrantia utriusque Partis desideria, ut hujusmodi perpetuo ac stabili remedio Aquilejensis Patriarchatus negocium terminaretur, unanimi Nobis voce repræsentarunt; sed etiam singillatim ea Nobis exposuerunt, de quibus Partes ipsæ olim dissentientes, nostris invitationibus, & hortationibus obsecundantes, diligentibus tractatibus & colloquiis habitis, convenerunt; cujus Conventionis exempla in scriptis redacta Nobis relinquentes, earumdem Partium nomine Nobis humiliter supplicarunt, ut illi, pro rerum conventarum subsistentia & observantia, approbationis nostræ robur adjicere, nec non pro earumdem rerum executione, Apostolicæ auctoritatis nostræ plenitudinem interponere dignaremur. Articuli autem conventionis inter prædictas Partes initæ, qui earumdem mandato subscripti, & respectivè ab ipsis approbati, & ratificati fuerunt, sunt tenoris sequentis, videlicet:

Articuli Conventionis.

§. 5. *Cum Sacra Cesarea Regiaque Hungariæ Bohemiæque Majestas Serenissimam Venetam Rempublicam sincero & singulari prorsus affectu prosequatur, ac proinde de illibata cum eadem servanda amicitia, bona vicinitate, ac unione, quàm maximè sit*

ſtudioſa, neque minus præfata Sereniſſima Reſpublica hanc ipſam amicitiam, bonam vicinitatem, ac unionem pari ſtudio exſolere ſatagat; hinc eſt, quod tam ex una, quàm ex altera parte enixo ſtudio eò fuerit allaboratum, ut quæ per aliquot ſæcula hucuſque ſubſtiterat, circa Aquilejenſem Patriarchatum controverſia, amicâ ac utrinque æquè decorâ viâ penitus ac radicitus terminetur.

Quem in finem, ad opus tam ſalutare tractandum ac peragendum, Sacra Cæſarea Regiaque Hungariæ & Bohemiæ Majeſtas Virum Illuſtriſſimum ac Excellentiſſimum Dominum Corficium Sacri Romani Imperii Comitem ab Ulfeld, ſuum Conſiliarium Status actualem intimum, nec non Aulæ & Status Cancellarium, Supremum Supellectili Argenteæ Regni Bohemiæ Hæreditarium Præfectum, Dominum Dynaſtiarum Hoſtaſcov, Prodliz, Ottaslavvitz, & Zultſch &c. Aurei Velleris Equitem;

Sereniſſima verò Veneta Reſpublica ſuum in Aula Cæſarea commorantem Oratorem Ordinarium Illuſtriſſimum & Excellentiſſimum Nobilem Dominum Andream Tronum Equitem &c. plenâ facultate muniverunt; qui, collatis prius inter ſe colloquiis, de ſequentibus conditionibus convenerunt.

Art. I. *Sacra Cæſarea Regiaque Majeſtas tum Sanctitati Suæ, tum Sereniſſimæ Venetæ Reipublicæ, optionem relinquit, num loco abolendi prorſus Aquilejenſis Patriarchatus, duo Epiſcopatus, aut Archiepiſcopatus, unus ex parte Imperii, & alter ex parte Ditionum præfatæ Reipublicæ Subditarum, inſtitui velint; quorum primus Goritienſis, alter Utinenſis in poſterum nuncupabitur; ea tamen ſub conditione, ut inter eamdem, & Sereniſſimam Venetam Rempublicam, quoad hanc novam inſtitutionem & erectionem, perfecta æqualitas obſervetur, & uterque ſeu Epiſcopus, ſeu Archiepiſcopus, iiſdem prorſus gaudeat facultatibus.*

Art. II. *Ne dubium ullum ſupereſſe queat, quid ſub omnimoda Aquilejenſis Patriarchatus abolitione, juxta mentem contrahentium Partium, prævio Sanctitatis Suæ in id ipſum conſenſu, intelligatur; diſertim inter eaſdem conventum eſt, ſub hac ipſa denominatione non ſaltem ipſius Patriarchatus abolitionem, ſed & abolitionem inde dependentium, Tituli, Dignitatum, Canonicatuum, & Beneficiorum intelligi debere, ita quidem, ut nullus in poſterum ſeu Canonicus, ſeu annexa quadam Aquilejenſi, qua Patriarchali, Eccleſiæ dignitate præditus, ſe talem nuncupare audeat, ſed qui ex parte Imperii ſunt, Goritienſes, & qui ex parte Venetæ Reipublicæ ſunt, Utinenſes in poſterum nuncupentur.*

Art. III. *Sacra Cæſarea Regiaque Majeſtas conſentit, ut Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Delfinus, quamdiù vixerit, Nomen, Titulum, & Honores Patriarchæ retineat; eo tamen pacto, ut ex conſenſu hocce ſuo, Auguſtæ Domus ſuæ, aut Sacri Romani Imperii juribus, prout illa ante præſentis concordiæ Articulos comparata fuerunt, nullum vel minimum præjudicium illatum, nec quicquam in ditionibus ſuis præfato Eminentiſſimo Domino Cardinali conceſſum cenſeri queat.*

Art. IV. *Mortuo autem eodem, Nomen quoque & Titulus Patriarchæ iis in Terris, quæ Aquilejenſi quondam Eccleſiæ ſuberant, ceſſare omninò debebit.*

Art. V. *Sacra Cæſarea Regiaque Majeſtas pro ſe ſuiſque Hæredibus & Succeſſoribus, & Sereniſſima Veneta Reſpublica ſeſe quàm validiſſimè æquali tam ex una quàm ex altera parte ratione obſtringunt, quod nullis unquam futuris temporibus, ultra ſupra memoratas concordiæ Leges, multò minus contra eaſdem, in iis, quæ Aquilejenſem quondam Patriarchatum quocumque demum modo, ſeu directè, ſeu indirectè concernunt, quicquam a Sancta Sede Pontificia expetere, aut ſi oblatum fuerit, accipere, ſed unicè præſentis concordiæ Legibus ſtare velint.*

Art. VI. *Sacra Cæſarea Regiaque Majeſtas pro ſe, ſuiſque Hæredibus, & Succeſſoribus, quo fieri poteſt meliore & firmiore modo, quæ jam in anteceſſum ſuo nomine toties declarata fuerunt, denuò confirmat: nempe quod nunquam ipſi in mentem venerit, ſub colore, prætextu, aut ex cauſa eorum, quæ circa Aquilejenſem Patriarchatum ventilata hucuſque fuerunt, vel unicam terræ palmam de territorio, quod Sereniſſimæ Venetæ Reipublicæ ſubeſt, ſibi aut in præſens, aut in poſterum arrogare; renuntiando diſertim iis, quæ inde deſumi poſſent, titulis aut prætenſionibus quibuſcumque.*

Art. VII. *Pro tollenda omni diſſidiorum anſa, redditus, qui ad Aquilejenſem Eccleſiam hactenus ſpectarunt, ita ſeparentur, ut qui ex terris Auſtriacis proveniunt, conſtituendo ibidem novo Epiſcopo, aut Archiepiſcopo, eique ſubjectis Canonicis; illi verò, qui ex Veneto territorio promanant, Utinenſi Epiſcopo, aut Archiepiſcopo, & ibidem degentibus Canonicis ex aſſe cedant. Et ſi quæ adhuc ſuperſunt alia rerum capita ad Aquilejenſem Patriarchatum ſeſe referentia, de iis ex æquo & bono inter Sacram Cæſaream Regiamque Majeſtatem, & Sereniſſimam Venetam Rempublicam, ad inſtar eorum, quæ quoad limites obſervata hucuſque fuerunt, quò citiùs, eò melius amicâ pariter viâ terminentur.*

Art. VIII. *Siquæ hinc inde, durante controverſia, ſpeciatim ex Aquilejenſi Eccleſia ablata fuerint, bona fide quantocyus reſtituantur, & ſuper iis ad ſenſum præcedentis Articuli ex æquo & bono omnia terminentur.*

Art. IX. *Ad normam præſentis conventionis, tam ex parte Sacræ Cæſareæ Regiæque Majeſtatis, quàm ex parte Sereniſſimæ Venetæ Reipublicæ, apud Sanctitatem Suam uſitato & decente modo inſtabitur, ut quemadmodum Eadem pronam ſe jam in anteceſſum, & propenſam declaravit, erectioni duorum Epiſcopatuum, ſeu Archiepiſcopatuum iiſdem utrinque facultatibus munitorum benignè annuere; ita Sanctitas Sua ultimum tam ſalutari ſcopo, communi ac concorde ſtudio utrinque promovendo, complementum quantocyus dare velit.*

Conventio communi plauſu excipitur.

§. 6. Sanè, ſi ex communi plauſu, quo hujus conventionis inter præfatos Supremos Dominantes feliciter initæ, necnon ſingulorum Capitum in ipſa Conventione contentorum notitia, tam citra, quàm ultra Montes, a Viris cordatis, & publicæ tranquillitatis, rectique rerum Ordinis amatoribus excepta fuit, de illa & illis judicandum ſimpliciter Nobis fuiſſe putaviſſemus; nil ultra laboris aut diligentiæ Nobis, aut illis, quorum conſiliis utimur, in eorumdem examine adhibendum fuiſſet.

Illiuſque executionem complures & graves cauſæ ſuadent.

§. 7. Sed quoniam nihil omittendum Nobis eſſe judicavimus, quod ad approbationem noſtram conſideratiùs, atque conſultiùs interponendam conducere valeret; quum ad memoriam noſtram revocaverimus tam ea, quæ in Eccleſiaſticis Annalibus habentur circa Patriarchatus Aquilejenſis exordia, graviſſimaſque perturbationes, quibus Eccleſia Dei propterea vexata fuit; quàm quæ in hiſtoriis ſecularibus relata ſunt, de multiplicibus diſſenſionibus, cruentiſque bellis, quæ inter Chriſtianos Principes, ejuſdem Patriarchatus occaſione, frequenter arſerunt; cujuſmodi periculis verendum erat, ne eorumdem Chriſtianorum Principum pax & concordia, donec Patriarchatus ipſe ſubſiſteret, perpetuò expoſita remaneret; ipſius quoque Civitatis Aquilejenſis præſentem ſtatum præ oculis habentes, & miſeram conditionem, ad quam a tanto jam tempore redacta eſſe dignoſcitur, ut in multorum Patriarcharum ſerie nullus inveniatur, qui in ipſa reſederit; nec ullum in poſterum in ea manſurum fore credendum eſſet. Conſiderantes præterea, quibus cautelis plurium ſæculorum ſpatio ab Apoſtolica Sede procedi opus fuerit in ejuſdem Patriarchatûs collatione & proviſione, ad evitandas offenſiones, ac diſſenſionum, bel-

lorumque tumultus, qui inter Supremos Principes eâ occasione accendi potuissent: Quodque jamdudum Pastoralem sollicitudinem nostram magis angebat, perpensis spiritualibus necessitatibus tot millium animarum, amplissimam partem Aquilejensis Diœcesis ultramodum extensæ incolentium, & a Veneto Dominio dissitarum, quarum regimen jamdudum, ob inextricabiles rerum secularium difficultates, haud feliciter procedebat: Qua de re quum plures recursus a Patriarchis pro tempore ad hanc Apostolicam Sedem facti fuerint, dum statum Ecclesiæ suæ eidem Apostolicæ Sedi statutis temporibus de more referrent; cumque piorum atque prudentium Virorum, gravissimas dictarum animarum calamitates deplorantium, relationes & querelæ, tum ad Prædecessores nostros Romanos Pontifices, tum ad Nos ipsos sæpè pervenerint; animo occurrebat, quàm frustra iidem Prædecessores nostri Pontificiæ sollicitudinis officia ad hujusmodi calamitates sublevandas pluries interposuerint; quot etiam ad hunc diem inutiliter excogitata fuerint remedia, quæ vel optatam executionem, vel speratum fructum nequaquam obtinere, vel plenam recti ordinis reintegrationem producere non potuerunt, vel denique temporaneam dumtaxat attulerunt utilitatem, quum scilicet ideo excogitata fuerint & adhibita, ut viam sternerent ad firmum tandem & stabile remedium memoratis deordinationibus perpetuò tollendis inveniendum.

Itaque Pontifex eam laudat & approbat, ac secundum illam statuere decernit.

§. 8. His omnibus maturâ consideratione pensatis, iisdemque conventionis Capitibus attentè perpensis, implorato sæpiùs Divini Luminis adjutorio, ac requisitis, auditisque super his nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sententiis, de eorum consilio & assensu, postulationibus hujusmodi pro parte dictæ Charissimæ in Christo Filiæ nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ & Bohemiæ Reginæ Illustris, in Romanorum Imperatricem Electæ, necnon Dilectorum Filiorum Nobilium Virorum Ducis & Reipublicæ Venetiarum, Nobis, ut præfertur, exhibitis, in omnibus & per omnia plenissimè annuentes; non modo præinserta omnia & singula Conventionis capita, utpote ad publicum bonum, & felix animarum regimen tendentia, præsentium Litterarum tenore laudamus & approbamus; verùm etiam per easdem præsentes ad ea exequenda & statuenda, quæ pertinent ad omnimodam, atque perpetuam suppressionem Patriarchatus Aquilejensis, necnon ad erectionem duorum Archiepiscopatuum æqualibus omninò juribus, præeminentiis, ac prærogativis præditorum, relicto, ut infra, Dilecto Filio nostro Danieli S. R. E. Presbytero Cardinali Delfino nuncupato, dum vixerit, Patriarchæ Titulo, procedere volentes; aliorum verò Capitum inter præfatas partes, ut supra dictum est, conventorum, ac respectivè a Nobis approbatorum executionem, per alias nostras Apostolicas Litteras implendam, statuendamque reservantes;

Aquilejensem Patriarchatum, & Sedem, Capitulum &c. supprimit & extinguit.

§. 9. De Apostolicæ potestatis nostræ plenitudine, qua Nobis datum est, justis concurrentibus causis, Ecclesias Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales erigere, transferre, supprimere, & extinguere, earumque Diœceses dividere ac separare, prout in Domino expedire noverimus; Motu proprio, & certâ scientiâ, ac præsentium Litterarum tenore, in dicta Aquilejensi Civitate & Ecclesia, Patriarchalem Cathedram, Dignitatem, & Sedem, Titulum, ac denominationem, atque omne Patriarchale, Metropoliticum, & Diœcesanum jus eidem Ecclesiæ ac Sedi hactenus adnexum, necnon ipsius Ecclesiæ Capitulum, Dignitates, Canonicatus, atque Præbendas; itaut deinceps Patriarchalis, Archiepiscopalis, aut Cathedralis Ecclesia Aquilejensis, illiusque Capitulum minimè existat, nec ullus Aquilejensis Patriarcha, Archiepiscopus, aut Episcopus, vel illius Ecclesiæ Dignitas, aut Canonicus denominari possit, penitus, omninò, ac perpetuò supprimimus & extinguimus.

Utinensem Archiepiscopatum erigit, eique Diœcesim & Suffraganeos assignat.

§. 10. Ut autem animabus Christifidelium in locis hactenus Aquilejensis Patriarchatus per Nos, ut præfertur, suppressi & extincti spirituali jurisdictioni subjectis, quæque in temporalibus tam Venetæ Reipublicæ, quàm Austriacæ Familiæ supremo parent dominio, degentium, Ecclesiastici regiminis subsidia non desint; simili motu, scientiâ, & potestatis plenitudine, per easdem præsentes, ex nunc in Civitate Utinensi unam Archiepiscopalem Cathedram & Sedem, Archiepiscopatum Utinensem nuncupandam, cum omnibus & singulis juribus, etiam Metropolitico, cæterisque præeminentiis & prærogativis, aliis Archiepiscopalibus Ecclesiis de jure, usu, ac consuetudine competentibus, perpetuò erigimus & constituimus; cui quidem Archiepiscopatui, pro peculiari ejus Diœcesi, totum illum Regionis tractum, qui temporali Reipublicæ Venetæ dominio subjectus est, & hactenus a pro tempore existente Patriarcha Ecclesiæ Patriarchalis Aquilejensis per Nos, ut præfertur, suppressæ & extinctæ, Diœcesano jure obtinebatur, & pacificè regebatur, tribuimus & assignamus; necnon in Suffraganeos eos omnes, & singulos Episcopos, quorum Cathedrales Ecclesiæ in præfatæ Reipublicæ Venetæ dominio consistunt, quique ad hunc diem eidem Patriarchatui Aquilejensi per Nos, ut præfertur, suppresso & extincto subjecti fuerunt, subjicimus atque supponimus; prout latiùs, atque distinctiùs per alias nostras Apostolicas Litteras super erectione hujusmodi Utinensis Ecclesiæ Archiepiscopalis, æqualibus, ut præfertur, juribus & prærogativis cum infrascripta Goritiensi Archiepiscopali pariter Ecclesia insigniendæ peculiariter expediendas, statuetur, & explicabitur.

Goritiensem pariter Archiepiscopatum erigit, eique Diœcesim & Suffraganeos attribuit.

§. 11. Simili quoque modo ex nunc in Civitate Goritiensi alteram Archiepiscopalem Cathedram & Sedem, Archiepiscopatum Goritiensem nuncupandam, cum omnibus & singulis prædictis juribus, etiam Metropolitico, cæterisque præeminentiis & prærogativis, aliis Archiepiscopalibus Ecclesiis de jure, usu, ac consuetudine competentibus, earumdem præsentium tenore, dictisque motu, scientia, & potestatis plenitudine, perpetuò pariter erigimus & constituimus; cui etiam Archiepiscopatui, pro ejus peculiari Diœcesi, alteram Patriarchalis hactenus Ecclesiæ Aquilejensis, per Nos, ut præfertur, suppressæ & extinctæ, Diœcesis partem, quæ Austriacorum Principum dominio subest, quæque novissimis temporibus per Vicarium Apostolicum Episcopali charactere præditum, a Nobis ad tempus, & ad nostrum, ac Sedis Apostolicæ beneplacitum inibi constitutum, in spiritualibus gubernata fuit, tribuimus & assignamus; ita ut, statim ac novæ Archiepiscopali Goritiensi Ecclesiæ hujusmodi, Apostolica auctoritate, futurus illius Archiepiscopus præficietur, prædicti Apostolici Vicarii gubernium, necnon omnes & singulæ providentiæ & ordinationes, sive a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive a Nobis ipsis, pro animarum regimine in dicta Aquilejensi quondam Diœcesis parte Austriacæ Ditioni subjecta, captæ, editæ, atque statutæ, exinde in posterum pro sublatis,

Vicarii Apostolici regimen, aliasque providentias, post Archiepiscopatus provisionem, cessare decernit.

irritis,

irritis, abrogatisque eò ipso habeantur; eidemque Goritiensi Archiepiscopatui in Suffraganeos, eos omnes & singulos Episcopos, quorum Ecclesiæ Cathedrales in temporali Austriaca Ditione consistunt, quique ad hunc diem Patriarchali Ecclesiæ Aquilejensi per Nos, ut præfertur, suppressæ & extinctæ, simili jure subjectæ fuerunt, supponimus, atque subjicimus; prout etiam in aliis nostris Apostolicis Litteris super erectione hujusmodi Goritiensis Ecclesiæ Archiepiscopalis, æqualibus pariter juribus & prærogativis cum supradicta Utinensi Archiepiscopali Ecclesia insigniendæ, peculiariter expediendis, plenius atque distinctius statuemus, & explicabimus.

Jus nominandi ad prædictas Ecclesias, Austriacis Principibus, ac Venetæ Reipublicæ, respectivè tribuit.

§. 12. Et quoniam illustria Religionis, ac Pietatis argumenta, quæ in tractatione hujus gravissimi negocii, ex quo Ecclesia Dei tot perturbationes, & anxietates aliquot jam Sæculorum decursu sustinuit, necnon in superiùs relata conventione inter prædictas Partes provide inita, & a Nobis per præsentes approbata, ex parte tam dictæ Mariæ Theresiæ Reginæ in Imperatricem Electæ, quàm prædictorum Ducis & Reipublicæ Venetiarum edita fuerunt, maximum utilitatis fructum eidem Ecclesiæ Dei in præsenti attulerunt, atque etiam in posterum allatura fore prospicimus; idcirco Nos, motu, scientiâ, & potestate paribus, ipsarum tenore præsentium, prædictæ Mariæ Theresiæ Reginæ in Imperatricem Electæ, ejusque successoribus in perpetuum, ad præfatum Goritiensem Archiepiscopatum per Nos, ut præfertur erectum, tam pro prima hac vice, quàm quoties perpetuis futuris temporibus ipsum vacare contigerit, jus nominandi Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti Personam idoneam, per Nos, & successores nostros ad eumdem Archiepiscopatum Goritiensem pro tempore promovendam, eique præficiendam; necnon prædictis Duci & Reipublicæ Venetiarum, ad alium Utinensem Archiepiscopatum, etiam per Nos, ut præfertur, erectum, quoties per liberam præfati Danielis Cardinalis dimissionem, sive per ejus decessum, ac etiam deinceps alio quovis modo, perpetuis futuris temporibus vacare contigerit, simile jus nominandi Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti Personam idoneam, etiam per Nos, & Romanos Pontifices successores nostros pro tempore ad eumdem Archiepiscopatum Utinensem promovendam, eique præficiendam, etiam perpetuò respectivè concedimus, & impertimur; prout per alias quoque Litteras in forma Brevis super utriusque juris nominandi hujusmodi concessione peculiariter respectivè expediendas id ipsum statuemus, ac indulgebimus.

Patriarchæ Titulum a moderno Card. Delfino retineri concedit.

§. 13. Præfato autem Dilecto Filio nostro Danieli Presbytero Cardinali Delfino nuncupato, ob personalium ipsius meritorum magnitudinem, ut, non obstante Patriarchatûs Aquilejensis suppressione & extinctione, per Nos, ut præfertur, factis, ipse nihilominus, quoad vixerit, absolutum & simplicem Patriarchæ Titulum & denominationem retinere & gerere possit & valeat; ita tamen ut ejusdem in dicto Archiepiscopatu Utinensi Successores, non alio, quàm Utinensium Archiepiscoporum Titulo denominari possint aut debeant, earumdem præsentium tenore concedimus & indulgemus.

In Civitate Aquilejensi, suppressa Parochialitate Ecclesiæ olim Patriarchalis, unam dumtaxat Animarum Curam fore statuit.

§. 14. Aquilejensis porro Civitas magnitudine quondam & populi frequentia insignis, quantum ab antiquo splendore prolapsa, quàmque ad deteriorem conditionem redacta sit, omnibus notum est atque compertum. Illius autem Incolarum Cura Parochialis inter duas Ecclesias divisa est, ab eisque dependet; quarum una est ipsa, quæ hactenus Patriarchalis etiam extitit, Ecclesia, in honorem Beatæ Mariæ Virginis in Cœlum Assumptæ, seu forsan Nativitatis ejusdem Beatæ Mariæ Virginis, Omnipotenti Deo dicata, cujus quidem Animarum Parochianorum cura per ipsius Ecclesiæ Sacristam pro tempore existentem exerceri consuevit; altera verò est Parochialis Ecclesia S. Joannis in Foro, seu in Platea nuncupata, cujus Rector, seu Presbyter Curatus, a Communitate, & Hominibus dictæ Civitatis, ut accepimus, eligi, nominari, ac Ordinario Loci præsentari solitus, erga Parochianos Ecclesiæ hujusmodi jura Parochialia exercet. Quum itaque Civitas Aquilejensis sub temporali Austriacorum Principum ditione constituta sit; ideoque illius spirituale regimen, juxta præmissa, ad futurum Goritiensem Archiepiscopum pertinere, idemque futurus Archiepiscopus, Ordinario, & Diœcesano jure, suam plenam jurisdictionem in eadem Civitate exercere debeat; Ne quid unquam libero hujusmodi jurisdictionis exercitio officere valeat, Nos in primodicta Ecclesia, cujus Patriarchalem qualitatem, necnon Cathedralitatis, aliaque prædicta jura jam suppressimus & extinximus, omnem etiam Parochialitatem, illiusque Curam Parochialem, harum quoque serie supprimimus & extinguimus; ac illius sic suppressæ & extinctæ animarum Parochianorum curam, ad dictam Parochialem Ecclesiam S. Joannis in Foro, seu in Platea nuncupatam transferimus, illique subjicimus, & cum omnibus & singulis Parochialibus juribus respectivè applicamus, appropriamus, & cum ea incorporamus: Ita ut illius Rector, seu Parochus, omnium animarum Christifidelium tam suæ hactenus Parochiæ, quàm etiam alteri in præfata Patriarchali olim Ecclesia ad hunc diem existenti subjectorum, curam & regimen gerat, idemque, unà cum omnibus suis Parochianis, hoc est, cum universo Aquilejensis Civitatis populo, prædicti futuri Goritiensis Archiepiscopi Ordinario juri subjectus existat.

Eandem Ecclesiam a cujusvis unquæ Ordinarii jurisdictione exemptam, Sedi Apostolicæ perpetuò subjicit.

§. 15. Cum verò Apostolica hæc Sancta Sedes insignioribus quibusdam Basilicis, libertatis, & exemptionis, ac immediatæ eidem Apostolicæ Sedi subjectionis privilegia impertiri consueverit; Nos dictam Aquilejensem quondam Patriarchalem Ecclesiam Pontificiæ liberalitatis muneribus decorare volentes, dictâ potestatis plenitudine, eamdem a futuri, & pro tempore existentis Archiepiscopi Goritiensis, & cujuscumque alterius Archiepiscopi, seu Episcopi jurisdictione, in omnibus, & per omnia per easdem præsentes eximimus & liberamus, ac perpetuis futuris temporibus exemptam, immunem & liberam, Nobisque, & Successoribus nostris Romanis Pontificibus, & huic Apostolicæ Sedi immediatè subjectam esse & fore decernimus. Ne autem ob nimiam prædictæ Civitatis Aquilejensis a Romana Urbe, & Curia distantiam, ipsa Basilica prædicta necessariæ assistentiæ præsidio careat; Apostolico Delegato in dicta Civitate constituto, cui ab aliquot retrò sæculis Monialium Monasterii Aquilejensis gubernium, Apostolicâ auctoritate, & independenter ab Ordinarii jurisdictione commissum dignoscitur, ejusque futuris Successoribus, quos quidem in posterum semper ex personis eorumdem Austriacorum Principum subditis eligendos fore statuimus, nostras, & Apostolicæ Sedis vices committimus ac demandamus, ut ipse nunc existens Delegatus, ejusque Successores hujusmodi, tanquam Apostolici ad hoc etiam Delegati, nostroque, & ejusdem Apostolicæ Sedis nomine, & auctoritate, cum debita a Nobis, & Successoribus

Apostolicum Delegatum ad illius curam deputat.

nostris

nostris dependentia, dictam Aquilejensem Basilicam olim Patriarchalem, ab Archiepiscopi Goritiensis, & alterius cujuscumque Archiepiscopi, sive Episcopi jurisdictione exemptam, Nobisque, & Apostolicæ Sedi, ut præfertur, immediatè subjectam, studeant salubriter regere, feliciter gubernare, & providè conservare.

Præmissorum omnium firmitati consulit per opportunas clausulas & Decreta.

§. 16. Præsentes autem Litteras, & in eis contenta, & statuta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis, seu in eorum aliquo, jus aut interesse habentes, vel habere prætendentes etiam quomodolibet in futurum, cujusvis status, ordinis, præeminentiæ, & Ecclesiasticæ vel Mundanæ Dignitatis sint, etiam specifica & individua mentione & expressione digni, illis non consenserint: seu, quod aliqui ex ipsis ad ea minimè vocati, vel etiam nullimodè, aut non satis auditi fuerint: Aut ex alia qualibet, etiam læsionis, vel aliàs juridica & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensûs, aliove quolibet defectu, quantumvis magno, inexcogitato & substantiali; sive etiam ex eo, quo in præmissis, solemnitates, & quæcumque alia forsan servanda & adimplenda, minimè servata & adimpleta, seu causæ, propter quas præsentes emanaverint, non satis adductæ, verificatæ, ac justificatæ fuerint; notari, impugnari, aut in controversiam vocari, seu adversus eas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel justitiæ remedium impetrari posse: Sed tanquam ex Pontificiæ providentiæ Officio, & Motu proprio, certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine Nostris, factas & emanatas, omnimoda firmitate perpetuò validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac per omnes & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari; omnibusque etiam & singulis, quorum favorem concernunt, plenissimè suffragari; & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & prorsus inane esse & fore, pari auctoritate volumus, atque decernimus.

Contrariis quibuscumque derogat.

§. 17. Non obstantibus, de jure quæsito non tollendo, de suppressionibus committendis ad Partes, vocatis, quorum interest, aliisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis; necnon dictæ Ecclesiæ olim Patriarchalis, per Nos, ut præfertur, suppressæ & extinctæ, erectione & fundatione: Omnibusque & singulis Apostolicis, ac in Synodalibus quoque, Provincialibus, & Universalibus Conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus: Necnon ejusdem Ecclesiæ olim Patriarchalis per Nos, ut præfertur, suppressæ & extinctæ, etiam confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: Privilegiis quoque, Indultis, Concessionibus, & Donationibus eidem Ecclesiæ, ut præfertur, suppressæ & extinctæ, aut quibuscumque personis, quacumque Ecclesiastica, aut Mundana dignitate fulgentibus, quantumvis specifica & individua mentione dignis, etiam Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, Imperatorum, Regum, Rerumpublicarum, & aliorum Supremorum Principum auctoritate, & liberalitate, seu ad alicujus ex supra expressis instantiam, intuitum, & contemplationem, sub quibuscumque formis, & verborum tenoribus, etiam Motu simili, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu Consistorialiter, in contrarium præmissorum concessis, & emanatis, & longissimi, ac immemorabilis temporis usu, possessione, seu quasi, exercitis, atque præscriptis: Quibus omnibus & singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, specifica, & individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret; illorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formâ in illis tradità observatâ, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, ad præmissorum omnium & singulorum effectum, latissimè & plenissimè, ac specialiter & expresè, ex certa scientia, motuque, & potestatis plenitudine paribus, derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumpti's fidem haberi jubet.

§. 18. Volumus etiam, ut ipsarum præsentium Transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo alicujus Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio.

§. 19. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, suppressionis, extinctionis, duplicis erectionis, constitutionis, concessionis, impertitionis, exemptionis, liberationis, subjectionis, commissionis, mandati, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. die 6. Julii 1751.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo primo, pridie nonas Julii, Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

✠ Ego Benedictus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.



† *Ego Thomas Episcopus Ostiensis Cardinalis Rufus Decanus S. R. E. Vice-Cancellarius.*
† *Ego Annibal Episcopus Portuen. Card. S. Clementis Albanus.*
† *Ego Petrus Aloysius Episcopus Albanen. Card. Carafa.*
† *Ego Antonius Xaverius Episcopus Prænestin. Card. Gentili.*
† *Ego Raynerius Episcopus Sabinen. Cardinalis de Ilcio.*
† *Ego Joannes Antonius Episcopus Tusculanus Card. Guadagni.*
†
†
†
†
† *Ego Nicolaus Maria Tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Card. Lercari.*

† *Ego*

† Ego Franciscus Tit. S. Mariæ Transtyberim Presbyter Card. Burghesius.
† Ego Dominicus Tit. SS. Duodecim Apostolorum Presbyter Card. Riviera.
†
† Ego Pompejus Tit. S. Eusebii Presbyter Card. Aldrovandus.
† Ego Joseph Tit. S. Pudentianæ Presbyter Cardinalis Spinellus.
†
†
† Ego Carolus Tit. S. Mariæ in Ara-Cœli Presbyter Card. Rezzonicus.
† Ego Dominicus Tit. S. Bernardi ad Thermas Presbyter Card. Passioneus.
† Ego Silvius Tit. S. Callisti Presbyter Card. Valenti S. R. E. Camerarius.
†
† Ego Carolus Tit. S. Anastasiæ Presbyter Card. Sacripantes.
†
† Ego Joachim Tit. S. Cæciliæ Presbyter Card. Portocarrero.
† Ego Camillus Tit. SS. Joannis, & Pauli Presbyter Card. Paulutius.
† Ego Carolus Albertus Tit. S. Mariæ de Pace Presbyter Card. Calvachinus.
†
† Ego Jacobus Tit. S. Hieronymi Illyricorum Presbyter Card. Oddi.
†
†
†
†
†
† Ego Franciscus Tit. S. Mariæ de Populo Presbyter Card. Riccius.
† Ego Antonius Tit. S. Silvestri in Capite Presbyter Card. Rufus.
† Ego Philippus Maria Tit. S. Stephani in Monte Cœlio Presbyter Card. de Montibus.
† Ego D. Fortunatus Tit. S. Matthæi in Merulana Presbyter Card. Tamburinus.
† Ego D. Joachim Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter Card. Besutius, Major Pœnitentiarius.
†
†
†
†
†
† Ego Joannes Baptista Tit. S. Honuphrii Presbyter Card. Mesmerus.
†
† Ego Marius Tit. S. Marcelli Presbyter Card. Millinus.
†
† Ego Henricus Tit. S. Mariæ in Porticu Presbyter Card. Dux Eboracensis.
†
†
†
†
†
†
†
† Ego Alexander S. Mariæ in Via-Lata Diaconus Card. Albanus.
† Ego Nerius S. Eustachii Diaconus Card. Corsinus.
†
†
†
† Ego Hieronymus S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Card. Columna.
† Ego Prosper S. Georgii in Velabro Diaconus Card. Columna de Sciarra.
† Ego Alexander S. Mariæ in Aquiro Diaconus Card. Tanarius.
† Ego Hieronymus S. Adriani Diaconus Card. Bardi.
† Ego Dominicus SS. Viti, & Modesti Diaconus Card. Ursinus.
†
†
†
†

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

Visa De Curia

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 17. ejusdem Mensis, & Anni.

Ecclesiæ Parochiales, aliaque Officia ad animarum curam spectantia, in Indiis Occidentalibus Hispaniarum Regi subjectis, etiam secularibus Clericis seu Presbyteris conferri posse, conceditur, contrariis non obstantibus. LIII.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Instantia Regis Catholici.

Cum nuper Charissimus in Christo Filius noster Ferdinandus Hispaniarum Rex Catholicus, per Dilectum Filium nostrum Joachimum S. R. E. Presbyterum Cardinalem Portocarrero nuncupatum, ad sua, suorumque Regnorum negocia apud Nos, & Apostolicam Sedem gerenda specialiter deputatum, & voce & scripto Nobis repræsentari curaverit, opportunâ aliquâ Apostolicæ auctoritatis nostræ providentiâ opus esse in Indiis Occidentalibus ipsius Regis Dominio subjectis, super hoc, quòd in iis Regionibus Parochiæ, Doctrinæ, aliaque Munia & Officia ad animarum curam pertinentia, per Regulares dumtaxat obtinentur, & administrantur, in vim quarundam Litterarum Apostolicarum a recolendæ memoriæ Prædecessore nostro Sancto Pio Papa V. die XXIV. Martii Anni MDLXII. editarum, & incipientium: *Exponi Nobis*; quibus aliorum etiam Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum confirmationes accesserunt; ex quo fit, ut universus Clerus Secularis illarum Partium, quantumvis a multo jam tempore, & numero frequens, & moribus, atque doctrina conspicuus esse dignoscatur, ab iisdem Parochiis, Doctrinis, cæterisque Officiis, atque muneribus animarum curam concernentibus, omninò excluſus remaneat; qua quidem de re quum Venerabiles Fratres nostri Archiepiscopi & Episcopi per easdem Indiarum Regiones constituti, non semel apud ipsum Ferdinandum Regem conquesti fuerint; idcirco ipse, pro sua prudentia, magnopere expediens in Domino fore judicaret, ut quamvis etiam eorumdem Antistitum votis, & Secularis Cleri rationibus, obstarent Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum Constitutiones, Nos, hodierni temporis circumstantias perpendendo ab illis longè diversas, quibus hujusmodi provisiones emanarunt, eisdemque Constitutionibus derogando, prædictis

Soli Regulares in Indiis Occid. animarum curam exercent, ex Privilegiis Apostolicis.

Clerus Secularis doctrina & numero auctus, non amplius ab ea excludendus videtur.

Episcopi idem sentiunt cum Rege Catholico.

Archiepis-

Archiepiscopis & Episcopis liberam facultatem concederemus, ut dictas Parochias, Doctrinas, aliaque munia, & Officia ad animarum curam spectantia, Regularibus Personis hucusque conferri solita, in posterum etiam Secularibus Clericis, seu Presbyteris conferre liberè & licitè possent: Nos, omnibus maturè perpensis, quum Regiam hanc petitionem non modo Sacris Canonibus, sed etiam prædicti Sancti Pii Pontificis menti, & dictorum Prædecessorum nostrorum, ac Sedis Apostolicæ Institutis conformem agnoverimus; hanc rem ejusmodi esse gaudemus, ut liceat Nobis ea verba usurpare, quibus olim Magnus Prædecessor noster Innocentius Papa III. Castellæ Regem est alloquutus: *Cum personam tuam, inter Christianissimos Reges, & Catholicos Principes, speciali dilectionis prærogativa in Domino amplexemur, preces ac petitiones tuas, in quibus possumus, libenti animo exaudimus, & ad ea gratanter intendimus, quæ Serenitati Regiæ novimus complacere*, ut videre est in ipsius Pontificis Epistolarum *Regest. XIII. lib. I. Epist. IV.*

Pontifex in eandem sententiam descendit.

§. 1. Sanè, quemadmodum negari nequit, ex veterum Canonum lege, Monachos & Regulares Ecclesiarum Parochialium regiminis capaces fuisse; de quo disertè pronunciat Innocentius III. in sua Decretali: *Quod Dei timorem. Tit. de Statu Monachor.* per hæc verba: *Et per antiquos Canones etiam Monachi possunt ad Ecclesiarum Parochialium regimen in Presbyteros ordinari, ex quo debent prædicationis Officium, quod privilegium est, exercere:* Ita certum nunc est, ex recentiori Canonica Disciplina, interdictum esse Regularibus Parochialem curam assumere sine dispensatione Apostolica; quæ dispensatio a Romano Pontifice non aliter concedi solet, quàm si pro ea instet Episcopus; ab Episcopo autem sollicitanda non est nisi Ecclesiæ necessitas, aut utilitas id suadeat: Qua de re Rescriptum adest Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, relatum a celeberrimo Scriptore Fagnano *in Commentar. ad cit. cap. Quod Dei timorem. num. 17. de Statu Monachor.* in hæc verba conceptum. *Cum fuerit requisitum, an Regularis possit præfici curæ animarum ab Episcopo, sine dispensatione Apostolica; Sacra Congregatio Concilii censuit, non posse; nisi accedente dispensatione; quæ non videtur concedenda, nisi instante Episcopo, pro necessitate, vel utilitate Ecclesiæ.* In eandem sententiam deinceps alia complura Decreta prodierunt a Summis Pontificibus confirmata. Quibus inter se collatis, nostroque diuturno studio & labore diligenter ponderatis, ad definiendam veterem controversiam super capacitate Canonicorum Regularium *Lateranensium, & Sanctissimi Salvatoris* nuncupatorum, ad obtinenda Beneficia Curata, & Residentialia, Apostolicam Constitutionem septimo Idus Julii Anno Domini MDCCXLV. edidimus, incipientem: *Quod inscrutabili*, quæ in Bullario nostro impressa est *Tomo I. num. CXXXV.*, atque etiam, unà cum Dissertatione super hoc a Nobis exarata, inserta fuit a diligentissimis Editoribus *in Commentariis Joannis Baptistæ Rigantii ad Regulas Cancellariæ Apostolicæ*: In qua nempè Constitutione decretum fuit, prædictos Canonicos, utpotè veros Regulares, Apostolica Dispensatione indigere, ut hujusmodi Beneficia assequantur; tametsi *a Sanctorum Monachorum consortio non sejuncti, regulæ inserviant laxiori*; ut de ipsis loquitur prædictus Innocentius Prædecessor, in citato *cap. Quod Dei timorem, de Statu Monachor.*

Regulares veteri jure animarum curæ capaces erant.

Sed nunc dispensatione ad id opus habent;

§. 2. Ab hac norma minimè recessisse putandus est laudatus Prædecessor Sanctus Pius V., dum, per suas allegatas Litteras: *Exponi Nobis*, Religiosos Viros ad Parochias assequendas in partibus Indiarum Maris Oceani, aliaque Parochialia munia exercenda, habiles reddidit; sed hanc suam concessionem ea ratione constabilivit, quod scilicet ipsi Regulares eò usque in dictis partibus Officio Parochi functi fuerant; additis sequentibus verbis; *propter Presbyterorum defectum.* Quibus nimirum verbis satis ostenditur, hujusmodi Litterarum dispositionem locum habere dumtaxat, ubi desint, nec haberi possint Presbyteri Seculares ad animarum curam exercendam idonei; juxtà declarationem editam a felicis recordationis Prædecessore nostro Innocentio Papa X. per Litteras Apostolicas datas die 14. Maji Anni MDCXLVII., & in Bullario Romano relatas *Tomo V.* inter ejus Pontificis Constitutiones *numero XXXII.*, quarum initium est: *Cum sicut accepimus*; ubi de hac ipsa Piana Constitutione loquendo, statuit, *illam non suffragari, nisi in locis, ubi est defectus Parochorum.*

Non concedenda, nisi ad instantiam Episcopi.

Privilegium Sancti Pii V. ob defectum Presbyterorum concessum fuit.

Eoque defectu permanente, vim suam retinere censendum est.

§. 3. Hæc olim per Nos ipsos, dum in minoribus constituti, Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum Secretarii munere fungebamur, latiùs deducta fuerunt, occasione propositionis cujusdam Causæ *Mexicanæ*, quæ diebus quarta Julii, & octava Augusti Anni MDCCXXII. in eadem Congregatione discussa fuit, ut videre est in *Tomo II. Thesauri Resolutionum dictæ Congregationis Concilii.* Et quamvis ad instantiam tunc existentis Archiepiscopi Mexicani, contendentis liberam sibi fieri facultatem, ut Parochiales Ecclesias, atque Doctrinas, quas Regulares privativo jure sibi vindicabant, conferre posset etiam Presbyteris Secularibus, quos magno numero, & requisitis qualitatibus præditos in sua Diœcesi adesse asserebat, nihil tunc definitivè rescriptum fuerit: Nihilominùs hanc generaliter sententiam ab ipsa Congregatione admissam, receptamque meminimus, ac pro certo testamur; quòd nempè, deficientibus tantummodò Presbyteris Secularibus, prædicta Piana Constitutio locum habere deberet. Ideo autem nullum in ea Causa Decretum tunc editum fuit, quia, quum prædicta Piana Constitutio ad instantiam Regis Catholici primùm emanaverit, & omnes Indiarum Occidentalium Regiones comprehendat; nihil prudenter decerni posse visum fuit, nisi & Decreta desuper edenda ad Catholicorum Regum notitiam deducerentur, & non solùm quid Mexicanæ Diœcesi, sed etiam quid aliis Indiarum Ecclesiis, atque Diœcesibus contingeret, & magis opportunum foret, certis relationibus innotesceret.

Instantia ex parte Episcoporum alias proposita, cur sine Rescripto dimissa fuerit.

§. 4. Quare, quum hodie ex parte ipsius Regis Catholici opportuna super hoc providentia requiratur; hanc verò Archiepiscoporum, Episcoporum, aliorumque Ordinariorum dictarum Regionum preces vehementer exposcant; Cumque hujusmodi preces, & Canonicis sanctionibus consentaneæ, & ipsius Sancti Pii Prædecessoris menti minimè adversantes, & hujus demum Apostolicæ Sedis sensui instituto-que conformes esse dignoscantur; cum denique æquum non sit, ut ejusmodi Privilegium, quod eo tempore concessum fuit, quum in Indiis Occidentalibus Presbyterorum Secularium copia non aderat, his etiam temporibus parem vim habeat, dum Cleri Secularis numerus satis amplus ibidem exiftit, pluresque Sacerdotes Seculares ad animarum curam idonei, cæterisque optimis dotibus instructi reperiuntur: Idcircò Nos, prædicti Charissimi in Christo Filii nostri Ferdinandi Hispaniarum Regis Catholici instantiæ libenter annuentes, ac etiam motu proprio, & certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, præsentium Litterarum tenore, prædictis Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis Dilectis Filiis, in Indiis

Eidem annuendum nunc plura suadent.

Episcopis & Locorum Ordinariis permittitur.

ut Beneficia & Officia Curata Secularibus Clericis, seu Presbyteris conferre possint, contrariis non obstantibus.

Occidentalibus constitutis, permittimus & concedimus, ut, non obstantibus præmissis Sancti Pii V. Prædecessoris Litteris, aliisque in earum confirmationem ab hac eadem Apostolica Sede emanatis, (quibus etiam, quatenus opus sit, earundem præsentium serie, ac dictis motu, scientia, & potestatis plenitudine derogamus,) Seculares Clericos, seu Presbyteros quoscumque, quos scilicet, prævio examine, juxta ea, quæ in Concilio Tridentino statuta sunt, idoneos & habiles repererint, ad Parochias, Doctrinas, & alia quæcumque munia & Officia ad animarum curam pertinentia, prout ipsis opportunum in Domino visum fuerit, admittere & assumere, eisque etiam Parochiales Ecclesias hujusmodi, aliaque Ecclesiastica perpetua Beneficia, quibus animarum cura imminet, in Titulum conferre, dictosque Presbyteros, seu Clericos, de illis providere possint & valeant; ad quem effectum Nos ipsis necessarias omnes & opportunas facultates concedimus & impertimur.

Regulares in hujusmodi Officiis perseverantes, vel ad ea deinceps assumendi, Canonicam subjectionem Ordinariis præstare debent.

§. 5. Quia verò ex hac concessione nostra minimè sequetur, quin Regulares prædicti plures adhuc Parochias, atque Doctrinas, in Indiarum Occidentalium Regionibus, & in præsens retinere, & in posterum adipisci valeant; aliunde autem Nobis relatum est, nonnullos hujusmodi Regulares animarum curam exercentes contendere, seu Episcopis, & Ordinariis Locorum, *in officio officiando* dumtaxat, ut ipsi loquuntur, subjectos esse; Ideo Nos ad quarumcumque inordinationum pericula avertenda, rectæque disciplinæ leges asserendas intenti, dicimus & declaramus, hujusmodi Regulares curam animarum gerentes, in iis quidem, quæ concernunt eorum Regularis Instituti observantiam, Episcopo nullatenùs subjectos esse, sed a suis Superioribus Regularibus quoad hæc privativè dependere; In his autem, quæ vel ad ipsum spectant exercitium curæ animarum, vel etiam ad eorum vitam & mores pertinent, Nos ipsarum præsentium tenore declaramus, eosdem Regulares etiam Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis subjectos esse, ideoque ab eisdem Episcopis, & Ordinariis, eorumque Visitatoribus, æquè ac a suis Regularibus Superioribus, in his omnibus corrigi posse; siquidem impossibile non est, ut alicujus ex ipsis vitæ ratio talis esse dignoscatur, quæ cum animarum regimine minimè conveniat, & Fidelibus Parochiæ subditis spirituale detrimentum & scandalum pariat. Hoc idem, Canonicis Sanctionibus, & Concilii Tridentini Decretis inhærentes, jamdudùm statuimus atque decrevimus, per nostras sub Plumbo Litteras datas duodecimo Kal. Decemb. Anno MDCCXLIV., quarum initium est: *Firmandis atque asserendis*, & impressæ sunt in Bullario Romano *Tomo XVI. nn. CIX.*, quæ, cum ad Indias etiam Occidentales se extendant, ibidem quoque executioni mandari debent, & inviolabiliter observari: Quod idem decernimus de duabus Regulis in eadem Constitutione nostra, ex Apostolicæ Sedis Decretorum auctoritate, constitutis; quarum una est, quod in omnibus rebus, in quibus Regulares animarum curæ præpositi Episcoporum simul, & Regularium Prælatorum jurisdictioni cumulativè subsunt, si aliter ab uno, aliter ab alio Superiore judicari contingat, Episcopi judicium Regularis Superioris judicio semper præferri debet: Altera verò est, quod, quum Regulares nonnisi cum amovibilitatis qualitate animarum curam exercere valeant, tam Episcopus, quàm Regularis Prælatus, quoties ita in Domino expedire judicaverint, Regularem Parochum ab hujusmodi cura valent removere; ita ut neque Regularis Superior compelli possit hujusmodi remotionis causas Episcopo significare; neque Episcopus ad similem remotionem procedens, Regulari Prælato notas facere teneatur causas, quibus ad id adductus fuerit.

Ad formam Litterarum, quas vide supra *Tom. XVI. nn.* 109.

Ordinarii quomodo præsenti concessione uti debeant.

§. 6. Quoniam verò fieri alicubi potest, maximè autem in novis Populorum ad Fidem reductionibus, ut Regulares Parochos mutare, etiam cum Seculares Sacerdotes non desint, minimè expediat; Idcirco Nos eorundem Episcoporum, aliorumque Ordinariorum Præsulum, prudentiam admonemus, ut in hujusmodi circumstantiis, & ubicumque res optimè constitutas invenerint, nec ullam eas immutandi necessitatem revera adesse compererint, ab innovationibus abstineant; & tam hoc jure, quod ipsis competere asseruimus, quàm ea facultate, quam Nos eisdem per has nostras Litteras impertiti sumus, ita utantur; quemadmodum æquitatis ratio, & animarum utilitas, ad quam unicè respicere debemus, requirent, ac suadebunt; super quo Nos eorundem Episcoporum, & Ordinariorum Præsulum, conscientiam oneramus.

Ordinariorum examen & approbatio necessaria in cujuslibet deputatione ad animarum curam.

§. 7. Denique ne quis unquam, aut ullibi, cujuslibet Ordinis, aut Instituti Regularis, ad animarum curam exercendam, sine prævio examine & approbatione Episcopi, seu Ordinarii Localis, assumi possit, earundem præsentium serie statuimus, atque decernimus; prout alias statutum, decretumque per Nos fuit, tam in præcitatis nostris Litteris, quàm in aliis quinto Kalendas Martii Anni ab Incarnatione Domini MDCCXLV. editis, & in Bullarii Romani *Tomo XVII. n.I.* impressis, quarum initium est: *Quamvis ad confirmandum*; quæque & iisdem Sacrorum Canonum, ac Tridentinæ Synodi, necnon Provincialium & Synodalium Conciliorum in ipsismet Indiarum Regionibus habitorum sanctionibus innixæ sunt, & tam ad Occidentales, quàm ad Orientales Indias se protendunt, ac utrobique inviolabilis legis vim obtinere debent.

Clausulæ salutares, & Decreta opportuna.

§. 8. Præsentes quoque Litteras, & in eis contenta quæcumque, nulla unquam ex causa, colore, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis jus vel interesse habentes, aut habere prætendentes, cujusvis status, aut Ordinis, Congregationis, & Instituti, etiam hic de necessitate specialiter exprimendi, existant, iisdem non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque causæ, propter quas præsentes emanaverint, satis adductæ, probatæ, aut verificatæ fuerint, de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut consensus interesse habentium, aliove quolibet defectu notari, impugnari, aut in controversiam & judicium vocari, etiam ad effectum obtinendæ aperitionis oris, aut restitutionis in integrum, adduci posse; sed semper & perpetuò firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios effectus sortiri & obtinere, ac illis, quorum favorem concernunt, plenissimè suffragari, atque etiam ab omnibus, ad quos respectivè pertinet, & pertinebit in posterum, inviolabiliter observari, volumus & decernimus: sicque, & non aliter, in præmissis judicari & censeri per quoscumque Ordinarios & Delegatos Judices, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, eorumque Congregationes, necnon Apostolicæ Sedis Legatos, seu Nuncios, aliosque quoslibet quacumque præeminentia & potestate fungentes & functuros; sublata eis, & eorum cuilibet, aliter judicandi & interpretandi facultate; ac etiam irritum & inane decernentes, quidquid ab eorum quolibet in contrarium judicari & decerni, seu scienter, vel ignoranter attentari contigerit.

§. 9. Non

Derogationes speciales, & generales.

§. 9. Non obstantibus prædictis Sancti Pii Papæ V., aliisque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum in eorundem confirmationem, etiam in forma specifica, editis Litteris, nostraque & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non tollendo jure quæsito, aliisque Apostolicis, seu in Universalibus, Provincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis generalibus aut specialibus Constitutionibus & Ordinationibus; necnon quarumcumque Ecclesiarum, seu Ordinum, Congregationum, & Institutorum, etiam specialiter exprimendorum, quantumvis juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, exemptionibus, & Indultis, etiam in corpore juris clausis, aut sub quibusvis formis, & verborum tenoribus, seu clausulis, & decretis, etiam derogatoriarum derogatoriis, & irritantibus in genere vel in specie, etiam motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter, aut ad Regum aliorumque supremorum Principum instantiam, vel peculiarium quorumcumque meritorum intuitu, aliove titulo, etiam oneroso, quibuscumque Personis, Collegiis, Locis, Ordinibus, etiam Militaribus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, etiam Societatis Jesu, vel Sancti Joannis Hierosolymitani, aliisve quibuslibet, in contrarium præmissorum concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis; Quibus omnibus & singulis, eorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro expressis, insertis, ac specificatis habentes, pari motu, & Apostolicæ auctoritatis plenitudine, ad præmissorum effectum, plenissimè derogamus, eaque respectivè, quatenùs præsentibus adversantur, de medio tollimus & abolemus per præsentes.

Exemplorum Fides.

Quarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eandem fidem ubique Locorum & gentium in Judicio & extra haberi volumus, quæ ipsis præsentibus haberetur, si originaliter exhiberentur.

Sanctio.

§. 10. Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc nostræ permissionis, concessionis, facultatum impertitionis, declarationis, innovationis, admonitionis, derogationum, decretorum, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. die 8. Novemb. 1751.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo primo, sexto Idus Novembris, Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

D. Card. Passionеus.

J. Datarius.

Visa De Curia

J. C. Boschi.

Loco ✠ Plumbi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Beatificatio B. Joannæ Franciscæ Fremiot de Chantal Ordinis Monialium a Visitatione Sanctæ Mariæ nuncupatarum Fundatricis.

LIV.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dei Providentia corruptis seculi moribus eximiam plurium electorum suorum sanctitatem opponit.

Cum sexto decimo salutis nostræ turbulentissimo seculo tot per universam Europam, tamque nefaria hæresum monstra longè, latèque omni impetu irruerent, & grassarentur; mœrentis Ecclesiæ lacrymas, & opprobrium Populi sui ut Pater misericordiarum abstergeret, fecit in bona voluntate sua, ut, cum abundaverit delictum, superabundaret & gratia. Per illa enim tempora, dum omnia maximis errorum, seditionum, & discordiarum fluctibus, & procellis jactabantur; ne contra summum angularem lapidem Portæ inferi prævalerent, in brachio extento suscitavit quamplurimos Electorum suorum, qui eximiis, clarissimisque virtutibus Orbi Terræ illucescerent, & per illustria veteris disciplinæ exempla, in quibus Christianæ legis partes omnes exprimerentur, nova Sanctitatis germina procrearent, quorum ope, & auctoritate, Fidelium pietate aucta, & Perduellium conatibus fractis atque compressis, inclinatis Ecclesiæ rebus opportunum adhiberetur auxilium, Sponsæque suæ acerbissimi luctus tanto in discrimine allevarentur.

Beatæ Joannæ Franciscæ virtutes præfulgent.

§. 1. Beneficentissimæ hujus Providentiæ præcipuum specimen, etiam in sexu fragili Pater Omnipotens, qui infirma mundi eligit, ut fortia quæque confundat, ostendere dignatus est, dum in Famulam suam Joannam Franciscam Fremiot de Chantal divitias bonitatis & gratiæ suæ uberrimè effudit. Hæc enim nobilissimis orta Parentibus, ea potissimùm tempestate in lucem prodiit, iisque in locis prope versata est, in quibus transfugarum finitimorum immanis rabies & furens audacia in Catholicam Fidem magis efferata videbatur; nihilominus Joanna Francisca a Deo sibi in hæreditatem electa, benedictionibus dulcedinis præventa, & luminosissima charitate efficaciter ditata, vel a primis temporibus contra Mundi, & Diaboli nequitias nomen Domini exaltavit, & per omnes ætates, variasque vitæ vicissitudines, adeo crevit in gratia & scientia Dei, ut Sanctus Franciscus Salesius spirituum probatione longè clarissimus pronunciare non dubitaverit, eò sanctitatis & virtutis processisse Ancillam Christi, ut pro ratione & modo gratiarum, quibus a Deo erat locupletata, nemini unquam assurgere altiùs liceret. Et sanè, quæ tum in virginitate, tum Viro conjuncta, egregia summæ perfectionis indicia præbuerat, in solitudine demum, ac viduitate posita, tanta spiritus alacritate arctissimum sanctitatis iter arripuit, & in via mandatorum cucurrit, ut præ cæteris Divinis Charismatibus, arduum illud emiserit Votum, semper faciendi quidquid perfectius, Deoque gratius & acceptius fore intelligeret.

Ordo Monialium Visitationis S. Mariæ ab ea instituitur.

§. 2. Hinc novas in corde suo ascensiones disponens, eodem Sancto Francisco Salesio optimo duce & auctore, novum instituit Sanctimonialium Ordinem a Visitatione Sanctæ Mariæ nuncupatarum, quas altè jactis omnium virtutum fundamentis, Castitatis, & Fidei hostibus impudentissimis, velut aciem ordinatam in conspectu inimicorum fortiter oppositi; ut, dum illi summa vi, impetuque contenderent,

quo Religiosum Christiani cœlibatus propositum funditùs everterent, & pœnitentiæ salubertimas leges penitus abrogarent, nova integritatis & innocentiæ prole, Deo afflante & incrementum præbente, Ecclesiam fœcundaret.

S. Francisci Salesii disciplinæ constanter adhæret.

§. 3. Quapropter præstantissimæ huic Viduæ satis convenire arbitrandum est, quod de Sanctis Olympiade, & Paulla veterum sacrarum rerum litteris tradita monumenta testantur. Quemadmodum enim Chrysostomo, & Hieronymo, sapientissimis & Sanctissimis Viris, nobilissimæ hujusmodi Fœminæ ad Fidei præsidium, & pietatis fructum & æmulationem instituendæ adhæserunt; sic Sancto Francisco Salesio augendæ & confirmandæ Religionis studiosissimo, JOANNA FRANCISCA precibus, vigiliis, & laboribus præsto fuit. Quidquid enim longo studio, & diuturna meditatione in Dei cultum, & Proximorum salutem complecti poterat, hoc illa libavit, didicit, atque perfecit. Facta igitur spectaculum Mundo, Angelis, & Hominibus, quæ, dum viveret, magnum sibi nomen comparaverat, postquam cessit è vita, singularem Sanctitatis famam undequaque est consecuta, universique hominum cœtus, qui Sancti Francisci Salesii doctrinam admirabantur, probatissimam hanc Viduam benedicentes benedicebant.

Ejus Causæ series innuitur.

§. 4. Verum, cum inani quorumdam opinione, diutius quàm par erat, ordinarii processus dilati essent, hinc quamplurimæ difficultates subortæ sunt, quæ Famulæ Dei Beatificationi maximè obsistebant, quæque ipsius causam per plures annos sunt remoratæ, ut in nostro Decreto, quod die XXI. Augusti proximè elapsi emisimus, latiùs apparet; nihilominus Divina tandem ope, quæ contra faciebant, accuratissimè enodatis, Famulæ Dei Virtutes in gradu heroico, & quatuor Miracula a Deo ipsius intercessione edita, in Sacrorum Rituum Congregatione pluries proposita, tum Cardinalium, tum Consultorum Suffragiis approbata fuerunt.

Beatæ nomen & honores eidem deferri, concedituR.

§. 5. Nos itaque, communibus, & peculiaribus Christianorum Principum, Episcoporum, Capitulorum, Civitatum, ac Sanctimonialium a Visitatione Beatæ Mariæ nuncupatarum precibus & votis annuentes, necnon de memoratorum Cardinalium consilio & assensu, auctoritate Apostolica, tenore præsentium indulgemus, ut eadem Serva Dei JOANNA FRANCISCA FREMIOT DE CHANTAL impositerum BEATÆ nomine nuncupetur, ejusque Corpus, & Reliquiæ venerationi Fidelium (non tamen in Processionibus circumferendæ) exponantur; Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de ea sub ritu Duplici recitetur Officium, & Missa celebretur nec Virginis, nec Martyris singulis annis, juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani die vigesima prima Augusti. Porrò recitationem Officii, ac Missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus in locis tantum infrascriptis, in Civitate Divione, in qua dicta Serva Dei ortum habuit, ac in Oppido Molinis, in quo efflavit Animam, necnon in Oppido Anecii, in quo ejus Corpus humatum remansit, ac in singulis Monasteriis Monialium dicti Ordinis; & quantum ad Missas attinet, etiam a Sacerdotibus confluentibus. Præterea primo dumtaxat anno, a datis hisce Litteris inchoando, in Ecclesiis Locorum, ac Monasteriorum prædictorum solemnia Beatificationis ejusdem, cum Officio, & Missa sub ritu Duplici Majori, die ab Ordinariis constituta, postquam tamen in Basilica Principis Apostolorum de Urbe celebrata fuerint ejusmodi solemnia, pro qua re diem XXI. mensis Novembris currentis assignamus, pariter celebrandi facimus potestatem. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Decretis de, & super non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Beatificationis solemnia.

§. 6. Volumus autem, ut ipsarum præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Secretarii supradictæ Congregationis Cardinalium subscriptis, & sigillo Præfecti, seu Pro-Præfecti ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsùs fides ab omnibus, & ubique, tam in judicio, quàm extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Fides habenda Transumptis.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIII. Novembris MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

Dat. die 13. Nov. 1751.

D. Card. Passionеus.

LV.

Congregationi Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe novus Cardinalis Præfectus deputatur, & Congregatio Particularis super rebus œconomicis ejusdem Fabricæ instituitur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Procemium ex cura Pontificum in extruenda, & conservanda Vaticana Basilica.

QUanta curarum & expensarum mole Prædecessores nostri Romani Pontifices, alii quidem ad reædificandam B. Petri Basilicam, alii verò ad eam perficiendam atque ornandam, alii demum ad eandem conservandam opportunèque restaurandam incubuerint, universus novit Terrarum Orbis, quem hujusce augusti & pulcherrimi templi, ac religiosæ eorundem Pontificum magnificentiæ fama pervasit. Ad quæ omnia in Dei honorem, ac Beatissimi Apostolorum Principis venerationem agenda, ac perficienda, necesse ipsis fuit, tam pro exactione reddituum ac proventuum in opus Fabricæ ejusdem Basilicæ assignatorum, quàm pro fideli ac provida eorundem erogatione in ipsum opus, ad quod unicè destinati sunt, pari diligentia ac studio advigilare. Et Nos quidem hoc toto Pontificatus nostri decursu minimè passi sumus nostram in his operam studiumque desiderari; probè noscentes, hujusmodi onus non solùm cum Romani Pontificis munere, quod pro virium nostrarum modulo gerimus, conjunctum esse, verum etiam ad Nosmetipsos peculiari ratione pertinere, qui, quum olim in eadem Vaticana Basilica Canonicatum & Præbendam per annos XIV. obtinuerimus, ad Nos transferre possumus verba illa, quæ magnus quondam prædecessor noster Innocentius Papa III. de se scripsit, videlicet: *Inter cæteras Ecclesias per universum Orbem diffusas, Basilicam Principis Apostolorum, utpote Sedem Nostram, specialius diligere ac honorare tenemur; sicut qui olim in ipsa Canonici Beneficium assecuti, nunc de filio in patrem ejus, Divina sumus miseratione promoti.*

Pontifex similе studium prosequutus est.

§. 1. Sanè quum rec. mem. prædecessor noster Julius Papa II. ingens hoc opus Vaticani Templi reædificandi magno animo conceptum vix aggredi potuerit, ejusque successoribus Leoni X., & Hadriano VI., ob temporum difficultates, parum adjumenti licuerit ad id conferre; satis constat, Pontifici Clementi VII. datum fuisse, ut & primus omnium incœptum opus magnopere promoveret, & quæ ad ipsam

Clemens VIII., qui Basilicæ Fabricam magnopere promovit, Collegium LX. Virorum super eadem Fabrica instituit.

Fabricæ constructionem, atque etiam ampliationem & conservationem, in posterum necessaria forent, certa ratione procuranda & administranda constitueret; quam ob rem Collegium unum LX. Virorum Curialium, ex omnibus Nationibus electorum, instituit ac deputavit, illudque, ac personas eidem adscriptas, quum a quorumvis, etiam Cardinalis ejusdem Basilicæ Archipresbyteri, jurisdictione ac superioritate, in his, quæ Fabricam ipsam concernerent, exemisset, sibi dumtaxat & Apostolicæ Sedi immediatè subjecit; prout in dicti Clementis Litteris incipientibus: *Admonet Nos*, Datis apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDXXIII., pridie Idus Novembris, latiùs & plenius continetur.

Clemens VIII. Congregationem Fabricæ ex S. R. E. Cardinalibus, & Prælatis compositam erexit.

§. 2. Hoc autem Collegium eò usque forsan permansit, donec opportunum fuit, ac ædificii moles ad designatam initio formam & amplitudinem perducta est. Verùm, immutatis rerum circumstantiis, fel. record. Prædecessor noster Clemens Papa VIII. (ut ab iis, qui Romanæ Curiæ res optimè callebant, assertum invenimus) in hujusmodi extincti Collegii locum, peculiarem Congregationem Fabricæ S. Petri nuncupatam instituit, in qua præter Cardinalem Præfectum, certosque Curiæ Prælatos & Officiales, nimirum Auditorem Generalem Causarum Cameræ Apostolicæ, necnon Thesaurarium pariter Generalem ejusdem Cameræ, atque Palatii Apostolici Præfectum, & Auditorem Decanum Causarum ejusdem Palatii Apostolici, ac unum ex Clericis Præsidentibus dictæ Cameræ, & Judicem Ordinarium ipsius Fabricæ, ac ejusdem Fabricæ Oeconomum Generalem, qui etiam hujusmodi Congregationis Secretarius existit, necnon ipsius Fabricæ Advocatum, quibus in hujusmodi Congregatione locum & suffragium perpetuò attribuit, plures quoque alios S. R. E. Cardinales, ejusdemque Curiæ Prælatos, arbitrio Romani pro tempore Pontificis eligendos, similem locum atque suffragium respectivè habere voluit & decrevit; dictorum verò Oeconomi, ac Judicis deputationem pro tempore, sibi & Successoribus Romanis Pontificibus reservavit.

Sixtus V. Archipresbytero Basilicæ Collegium LX. Virorum subjecerat.

§. 3. Quamvis autem supradictus Prædecessor noster Clemens VII. primodictum Collegium LX. Deputatorum Fabricæ S. Petri, a jurisdictione & superioritate Archipresbyteri Basilicæ Vaticanæ, ut etiam innuimus, nominatim exemptum esse & fore decreverit; Quum tamen alter deinde prædecessor noster Sixtus Papa V. hujusmodi jus & superioritatem in ipsum Deputatorum Collegium bo. mem. Evangelistæ Cardinali Pallottæ nuncupato Archiepiscopo Consentino, & dictæ Basilicæ Archipresbytero concesserit; ut videre est in ipsius Litteris incipientibus: *Cum ex debito*: Datis apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDXC., quarto nonas Martii, ejusdem Pontificatus Anno V.; ubi legitur: *Nihilominus valde expedit, ut Tu Fabricæ prædictæ tua auctoritate, consilio, & laudabili studio incumbas*, ideoque prosequitur: *te, quamdiù vixeris, & Archipresbyteratum prædictum obtinueris, Fabricæ & ejus Collegii prædicti Protectorem & Superiorem auctoritate Apostolica tenore præsentium committimus & deputamus*: Cumque ididsum deinceps usque ad hæc nostra tempora factum fuerit, etiam postquam Collegio dictorum LX. Deputatorum, a Clemente VIII., ut præfertur, subrogata fuit Congregatio ex pluribus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac Romanæ Curiæ Prælatis composita, itaut iidem semper hujusmodi Congregationis & Fabricæ prædictæ Præfecti constituti fuerint, qui Vaticanæ Basilicæ Archipresbyteratum pro tempore obtinuerunt; quemadmodum ex rerum gestarum monumentis nostro jussu conquisitis recognitum est, atque etiam animadversum fuit ab iis, qui citatas Sixti V. Litteras in Bullario Basilicæ Vaticanæ editas diligentibus Notis illustrarunt, quorum hæc verba sunt: *Exempla tamen Sixti V. quotquot illum secuti sunt Romani Pontifices Collegii Rev. Fabricæ Præfecturam in Cardinales Archipresbyteros contulere*; Hinc est quod quum bon. mem. Annibal dum viveret S. R. E. Cardinalis Albanus nuncupatus, qui dictæ Basilicæ Vaticanæ Archipresbyteratum in Commendam ad sui vitam ex concessione & dispensatione Apostolica obtinebat, simulque Præfectus Fabricæ & Congregationis prædictæ existebat, superiori mense Octobris ex hac vita migraverit, Nosque nuper dictum Archipresbyteratum Dilecto Filio nostro Henrico Benedicto Mariæ Clementi ejusdem S. R. E. Presbytero Cardinali Duci Eboracensi nuncupato, quo ad vixerit obtinendum, Apostolica auctoritate per Litteras Apostolicas commendaverimus, nunc eundem Henricum Benedictum Mariam Clementem Cardinalem Fabricæ prædictæ, & Congregationis ejusdem Fabricæ Præfectum, quamdiu etiam vixerit, & Archipresbyteratus prædicti Commendam obtinuerit, cum omnibus juribus & honoribus hujusmodi Præfecturæ adnexis, quibus dictus Annibal, dum viveret, gavisus fuit, eadem Apostolica auctoritate, ac præsentium Litterarum tenore, constituimus & deputamus.

Exinde omnes Archipresbyteri Basilicæ simul fuerunt Congregationis Fabricæ Præfecti.

Ideo Pontifex, qui Archipresbyteratum Basilicæ Cardinali Duci Eboracensi commendavit, eundem in Congregationis Fabricæ Præfectum constituit.

Congregationem Generalem Fabricæ super Causis contentiosis, bis quolibet Anno haberi mandat.

§. 4. Porrò duplicis generis negocia sunt, circa quæ hujusmodi Congregatio Fabricæ primodicto LX. Deputatorum Collegio jamdudum, ut præfertur, subrogata versatur. Alia siquidem judicialem respiciunt cursum causarum & litium, in quibus ipsius Fabricæ Judex Ordinarius sententiam tulit, aut definitivè decrevit, quoties pars in priori instantia succumbens, adversus sententiam aut decretum definitivum hujusmodi reclamat; circa quæ nihil invenimus, quod nova aliqua ordinatione indigeret. Quare illud idem in Causis contentiosis hujusmodi a Generali Congregatione Fabricæ prædictæ præstandum erit in posterum, quod superioribus temporibus ab ipsa præstari consuevit. Sed quia nonnunquam evenisse accepimus, ut hujusmodi Congregatio Generalis per integrum aliquot annorum decursum coacta non fuerit; volumus & decernimus, ut a prædicto Cardinali Præfecto, per Nos, ut præfertur, deputato, ejusque successoribus in futurum, duabus saltem vicibus in singulos annos hujusmodi Congregatio Generalis convocetur, atque in ea videatur, &, prout juris erit, rescribatur in Causis ad ipsius jurisdictionem spectantibus; servatis tamen legibus aliàs per Nos, in confirmationem Decretorum per prædecessores nostros Romanos Pontifices, eorumve auctoritate editorum, statutis & promulgatis per Nostras Litteras, quorum initium est: *Romanæ Curiæ*, datas apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLIV. duodecimo Kalendas Januarii, Pontificatus Nostri Anno V.

Quoad Oeconomicum Fabricæ regimen, veterem morem & agendi methodum innovari statuit.

§. 5. Alterius verò generis negocia, quæ spectant ad Oeconomicum ipsius Fabricæ regimen, visa sunt providentiæ nostræ curas requirere. Quum enim satis appareat, hujusmodi res in Congregatione Generali commodè ac diligenter, ut par est, tractari non posse; ac propterea aliquo ab hinc tempore usus inoleverit, ut vel a Cardinali Præfecto, vel ab Oeconomo prædictæ Fabricæ, cum Pontifice

immediatè ageretur de expensis etiam majoris momenti, & ingentes pecuniarum summas requirentibus, quæ pro ipsius Basilicæ necessitatibus, aut ornamentis faciendæ occurrerent; contra quàm antiquitùs fieri consueverat, dum graviora hujusmodi negocia, ante quam ad Pontificem deferrentur, ab ipso prius Cardinali Præfecto, unà cum aliis aliquot Cardinalibus atque Ministris, ex his, qui in Generali prædicta Congregatione locum habent, diligenter ac maturè discutiebantur; antiquiorem hujusmodi consuetudinem in posterum observari volumus; idque non solùm Oeconomicis ipsius Fabricæ rationibus proficuum, verùm etiam ad reprimendas magna ex parte censuras & oblocutiones, quibus plerumque notari contingit eos sumptus, qui pro Vaticani Templi conservatione, aut ornatu fiunt, opportunum fore confidimus.

Ideo Congregationem particularem ex quatuor S. R. E. Cardinalibus instituit.

§. 6. Itaque ad hujusmodi œconomica Fabricæ S. Petri negocia cognoscenda ac dirigenda, Congregationem Particularem ex uno Cardinali Præfecto, ac tribus aliis S. R. E. Cardinalibus supradictæ Congregationis Generalis, & ex ea selectis, compositam, erigimus & deputamus; Hujus autem Congregationis Particularis Præfectum eundem esse volumus, quem superius, ipsarum præsentium tenore, primodictæ Congregationis Generalis, ipsiusque Fabricæ Præfectum constituimus; eidemque Congregationi Particulari infrascriptos tres alios Dilectos pariter Filios nostros, videlicet Silvium Tituli S. Callisti Presbyterum Cardinalem Valenti, & Hieronymum S. Angeli in Foro Piscium Diaconum Cardinalem Columna, quem, licèt is, pro munere Præfecti Palatii nostri Apostolici, tum ante, tum post suam ad Cardinalatus assumptionem, in dicta Generali Congregatione Fabricæ sessionem habuerit, nihilominus, quatenus opus sit, inter Cardinales eidem Congregationi Generali præpositos, per easdem præsentes accensemus, ac Prosperum S. Georgii in Velabro Diaconum Cardinalem Columna de Sciarra, respectivè nuncupatos, de quorum idoneitate & experientia in ejus generis rebus, quæ hujusmodi Congregationis Particularis a Nobis per præsentes erectæ cognitioni & directioni committimus, ac demandamus, Nobis plenè constat, etiam per præsentes adscribimus, eosque ad supradicta œconomica negocia in eadem Congregatione communiter consultanda & tractanda, cum pleno suffragii jure, eligimus & deputamus.

Huic Congregationi Oeconomum & Judicem Fabricæ interesse jubet.

§. 7. Hujus autem Congregationis Particularis Secretarium cum voto consultivo eligimus pariter & deputamus dilectum Filium Magistrum Franciscum de Abbatibus Oliverium, qui etiam ejusdem Fabricæ Oeconomus Generalis, dictæque Congregationis Generalis Secretarius existit; ac præterea eidem Congregationi Particulari cum consultivo similiter voto interesse volumus Dilectum quoque Filium Magistrum Ludovicum de Constantio sæpedictæ Fabricæ Judicem Ordinarium; decernentes, utriusque eorum in Oeconomi ac Secretarii, & Judicis Officiis respectivè successores, in hujusmodi Congregatione Particulari futuris temporibus similem locum & voti jus obtinere debere.

Facultates hujus Congregationis designat.

§. 8. Volumus autem, ut a prædicto & pro tempore existente Cardinali Præfecto, una cum dictæ Fabricæ Oeconomo, occurrentes sumptus pro sartis tectis, aliisque Vaticanæ Basilicæ opportunitatibus, quingentorum scutorum monetæ currentis summam non excedentes, etiam sine hujusmodi Congregationis Particularis, aut Romani pro tempore Pontificis assensu, fieri possint; Ubi verò opus faciendum hujusmodi quingentorum scutorum summam excedere dignoscatur, nihil ab ipsis fieri volumus sine prædictæ Congregationis Particularis examine; in qua videlicet consultandum erit, tum super propositi operis necessitate aut congruentia, tum super executionis modo & conditionibus, aliisque omnibus, quæ ad ipsius operis perfectionem, & ad œconomicas Fabricæ rationes opportunè advertenda videbuntur. Omnia verò ad Romanum pro tempore Pontificem, sive a Cardinali Præfecto, sive a Secretario referri debebunt; non sine indicatione differentiæ ac numeri suffragiorum, atque etiam rationum, quas unusquisque ad confirmandam sententiam suam attulit: Ut is nimirum, omnibus cognitis atque perpensis, resolutionem in Congregatione captam, nisi aliter ipsi videatur, approbare & confirmare, ejusque executionis incessanter promovendæ ac providè dirigendæ curam uni vel alteri ex quatuor Cardinalibus, sive ex duobus Prælatis dictam peculiarem Congregationem constituentibus, pro suo arbitrio, demandare valeat.

Computa Generalia eidem exhiberi mandat singulis quatuor Mensibus.

§. 9. Huic ipsi Congregationi Particulari, rationes, & computa generalia Fabricæ, eorumque summaria, singulis quatuor Mensibus exhibenda statuimus & mandamus; ut eadem Congregatio, habito præ oculis universo statu œconomico ipsius Fabricæ, de propositis sumptibus opportuna consilia capere possit. Dumque Cardinales & Prælati ad consultandum convenient, quod quatuor saltem vicibus in anno fieri debebit, ad Aulæ limen adstare volumus ipsius Fabricæ Ratiocinatorem, & Architectos, atque Pictorem operibus tessellatis præpositum, necnon ipsius Fabricæ promptuarii Custodem vulgò *Fattore Generale* nuncupatum, ut præsto sint ad omnia, quæ ipsa Congregatio ab iis requirenda, vel iisdem demandanda judicabit.

Interim Visitationem Status activi & passivi haberi jubet, ut Relatio Pont. fiat.

§. 10. Denique, quum Nobis omnia comperta esse nequeant, quæcumque ad rectum œconomicum regimen ejusdem Fabricæ opportuna forsan existant, volumus etiam, ac præsentium Litterarum tenore decernimus & mandamus, ut a prædicto Cardinali Præfecto, unà cum tribus præfatis aliis Cardinalibus, ac duobus Prælatis prædictæ Congregationi Particulari per Nos adscriptis, cum primùm fieri poterit, non intermisso interim cursu Congregationum Generalium, & Particularium a Nobis etiam superiùs præscripto, accurata instituatur & peragatur visitatio ipsius Fabricæ, ejusque status œconomici activi & passivi; conditisque Decretis, quæ ipsis opportuna videbuntur, eorum relatio ad Nos fiat: Nos enim quæcumque ab ipsis ritè statuta & ordinata noverimus, Apostolica confirmatione roborare, atque Auctoritatis nostræ præsidio juvare parati sumus; certam habentes fiduciam, nihil ab ipsis decernendum fore, quod consentaneum non sit menti ac proposito nostro, rectæ nimirum atque fideli administrationi reddituum ac proventuum ipsius Fabricæ, eorumque opportunæ erogationi, resecatis abusibus, si qui fortè elapsi temporis decursu circa hæc invecti fuisse dignoscantur, certisque rationibus constitutis, per quas optimo rerum ordini in futurum etiam consulatur.

Clausulæ etiam derogatoriæ contrariis.

§. 11. Atque ita & non aliter in præmissis omnibus agendum & procedendum decernimus & statuimus; Non obstantibus contrariis forsan Apostolicis Constitutionibus & Ordinationibus, seu ejusdem Fabricæ & Congregationis Generalis erectione, statutis, usibus, stilis, & consuetudinibus, etiam immemorabili-

bus,

bus, aliisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Sanctio. §. 2. Nulli ergo omninò hominum liceat, paginam hanc nostrarum constitutionis, deputationis, erectionis, electionis, adscriptionis, mandatorum, voluntatum, ac decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. die 15. Nov. 1751. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLI. decimo septimo Kalendas Decembris, Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

Visa de Curia

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 28. ejusdem mensis & anni.

LVI. Aviæ Neophitæ asseritur jus offerendi ad Baptismum infantes Judæos ex Filio præmortuo Nepotes.

Epistola ad R. P. Petrum Hieronymum Guglielmi Congregationis S. Officii Assessorem.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Pontifex aliàs docuit, quinam jus habeant offerendi infantes ad Baptismum. §. 1. PRobe te meminisse arbitramur, Nos in Epistola nostra *die 28. Mensis Februarii Anni* 1747. ad Venerabil. Fratrem Vicarii Urbis Vicesgerentem, Tarsensem tunc temporis Archiepiscopum, nunc autem Constantinopolitanum Patriarcham conscripta, quæ typis excusa, deinde in decimum-septimum Bullarii Tomum inserta fuit, definiisse, patrem, qui ex Judaica perfidia, ad Christianam Fidem conversus sit, posse filium suum infantem vel impuberem, Judæa Matre licet dissentiente, Sanctæ Religioni nostræ initiandum offerre; Matri etiam Christi Fidem amplexæ hanc eamdem potestatem inesse, quantumvis Pater in Judaismo perseverans contradicat; præterea hujusmodi offerendi jus ad Tutores pertransire; illiusque paternum quoque Avum participem esse, qui, secundum opinionem, quæ Tribunalium decretis pluries rata habita, & confirmata est, Nepotem infantem vel impuberem Sanctæ Religioni Christianæ validè offert, etiamsi vel Pater, vel Mater, aut etiam utrique in Judaismo permanentes contradicant. Qua quidem de re omnia in eadem Epistola nostra plenè discussa & comprobata reperiuntur. Verum quia nulla ibidem Paternæ Aviæ facta mentio est, num videlicet hæc Nepotem infantem, vel impuberem, Parentibus etiam illius, ac Tutoribus contradicentibus, Sanctæ Religioni nostræ offerendi jus haberet; eventus nuperrimè contigit, qui de hac quoque re Nobis agendi occasionem præberet. Judæus etenim cum decesserit, ac filios duos uxoremque gravidam reliquerit, eamdemque uxorem tutricem constituerit, aliis etiam Judæis tutoribus, tam filiorum, qui nati, quàm qui nascituri essent, nominatis; superstes Avia paterna erat, Christianam Fidem jamdudum amplexa, quæ Sanctæ Religioni nepotes offerre volebat, & cujus pio proposito ac studio, tam patrui, quàm paternæ amitæ, Judæi scilicet prius defuncti fratres, & sorores, qui antea pariter Sanctum Baptismum receperant, adhærebant. Cum itaque controverti cœptum sit, num hujusmodi oblatio acceptari possit ac debeat; ea in præsens quæstio necessariò instituenda est, quæ in altera Epistola planè prætermissa fuit; exactèque discutiendum, num Avia nepotes offerendi potestatem habeat, & num ea oblatio acceptanda, quamvis tam Mater tutrix, quàm

Nunc definiendum, an Avia Neophyta Nepotes infantes validè offerat, dissentiente Matre, & Tutoribus Judæis.

LVI. Sopra l'Offerta fatta dall' Avia Neofita di alcuni suoi Nipoti infanti Ebrei alla Fede Cristiana.

Lettera a Monsignor Pier Girolamo Guglielmi Assessore del Sant' Officio.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Il Pontefice ha altrove trattato di quelli, che hanno diritto di offrir i bambini al Battesimo. §. 1. AVra ella la bontà di ricordarsi, essere stato da Noi stabilito nella nostra Lettera scritta *ai 28. di Febbrajo* 1747. a Monsignor Vice-Gerente, allora Arcivescovo di Tarso, ed ora Patriarca di Costantinopoli, che fu data alle stampe, e di poi inserita nel decimo-settimo tomo del Bollario, potere il Padre Neofito offerire alla Santa Fede il Figlio infante, o impubere, ancorchè dissenta la Madre Ebrea; potersi ciò fare dalla Madre Neofita, benchè il Padre Ebreo contraddica; passare questo diritto d'offerire anche a' Tutori; e finalmente esserne partecipe l'Avo paterno, che, giusta l'opinione più volte canonizzata ne' Tribunali, validamente offre il Nipote infante, o impubere alla Santa Cristiana Religione, ancorchè dissentano o il Padre, o la Madre, o pure ambidue restati nell' Ebraismo. Tutto nella Lettera fu pienamente discusso, e comprovato. Nulla però in essa si parlò dell' Ava Paterna; cioè, se questa avesse il diritto di offerire il Nipote infante, o impubere alla nostra Santa Fede, ancorchè contraddicano i di lui Genitori, e Tutori Ebrei; ma essendo poco tempo fa succeduto il caso, che essendo morto un Ebreo, ed avendo lasciati due Figli, e la Moglie gravida, con averla fatta tutrice, ed unitamente coll' aver nominati altri Ebrei tutori de' Figli nati, e che erano per nascere, ed essendo viva l'Ava paterna, gia fatta Cristiana, e volendo questa offerire i Nipoti alla Fede Cristiana, ed aderendo alle di lei pie premure gli Zii, e le Zie paterne, cioè i fratelli, e sorelle del predefonto, che tempo fa ricevettero il Santo Battesimo; nata controversia, se tale oblazione possa, e debba accettarsi, è ora preciso l' entrare nella questione, di cui l' altra volta non si trattò; strettamente esaminando, se possa l' Ava offerire i Nipoti, e se l' offerta debba accettarsi, ancorchè contraddica la Madre tutrice, e contraddicano ancora i Tutori Ebrei; ed a questo punto è ristretta la presente nostra Lettera, che scriviamo a lei, giacchè nel Tribunale della Santissima Inquisizione, in cui ella lodevolmente adempie l' officio di Assessore, si è questo punto prima esaminato frà i Consultori, e di poi frà i Cardinali alla nostra presenza, dopo aver lette, e considerate le Scritture fatte da' bravi Professori per l' una, e l' altra parte.

Ora si deve esaminare, se l' Ava possa validamente offrire i Nipoti infanti, contradicendo la Madre, e i Tutori Ebrei.

alii tutores Judæi contradicant. Hoc controversiæ caput argumentum erit præsentis Epistolæ nostræ, quam Tibi, Dilecte Fili, directam volumus, quoniam in Sanctissimæ Inquisitionis Tribunali, in quo Assessoris Officium laudabiliter sustines, eadem res inter Consultores primum, tum inter Cardinales coram Nobis examinata est, omnibus ante perlectis, quæ a Viris expertissimis pro utraque parte scripto deducta fuerunt.

Dubitatur præcipuè propter defectum patriæ potestatis.

§. 2. In hujus autem quæstionis examine occurrit statim Nobis difficultas hujusmodi. Nemini, quod suum non sit, licitè offerendi potestas est; neque eam oblationem, si fiat, recipere ullo modo licet; non igitur ea oblatio recipienda est, per quam infans in Judaismo natus Sanctæ Religioni initiandus offertur, nisi ab eo fiat, qui eam in ipsum auctoritatem habeat, quæ patria potestas appellatur. Quare cum paterna Avia in filios filii sui patria potestate minimè prædita sit, primo statim intuitu visum est Nobis legitimè inferri posse, neque illi potestatem esse Nepotes infantes aut impuberes licitè offerendi, neque oblationem ab ea factam licitè acceptari posse, præsertim cum Mater tutrix contradicat, eique assentiantur Tutores eidem matri a Genitore adjuncti.

§. 2. Nell' esame di questo punto abbiamo incontrata la seguente difficoltà. Non può veruno lecitamente offerire ciò, che non è suo; nè la di lui offerta può in veruna maniera accettarsi; e però non può farsi, nè accettarsi l' offerta alla Santa Fede d'un infante nato nell' Ebraismo, se non è fatta da chi ha l' autorità, che dicesi patria podestà, sopra lo stesso. Non avendo dunque l'Ava paterna patria podestà sopra i figli del figlio, ci è sembrata, a prima vista, legittima la conseguenza, nè poter essa lecitamente offerire i nipoti infanti, o impuberi, nè potersi lecitamente accettare l' offerta, contraddicendo particolarmente la Madre tutrice, e stando uniti colla Madre pure i Tutori dati in compagnia d' essa dal Padre.

Di ciò principalmente si dubita per la mancanza della patria potestà.

Parentes olim filios impuberes tam in Clerum, quàm in statum Regularem adscribendos offerebant.

§. 3. Neminem sanè, nisi Ecclesiasticæ Historiæ admodum imperitum, ignorare arbitramur, per plura sæcula eam in Ecclesia disciplinam viguisse, qua Genitores proprios filios impuberes non modo Ecclesiasticæ vitæ, adeoque Clericali statui, sed etiam Monasticæ disciplinæ offerebant: quibus proinde filiis, etiam cum ad eam pervenerant ætatem, in qua bonum a malo discernendi facultas est, interdictum erat ab ea vitæ conditione resilire, cui adhuc infantes vel impuberes a Parentibus destinati fuerant; hujusmodi autem disciplinæ moderationem paucis ab hinc sæculis inductam esse.

§. 3. Sarebbe troppo rude, e poco pratico delle Storie Ecclesiastiche, chi non sapesse, essere stata per più secoli vigente nella Chiesa la disciplina, giusta la quale i Genitori offerivano alla vita Ecclesiastica, e così al Chericato, ed anche al Monacato, i proprj figli impuberi; ai quali veniva, ancorchè giunti all' età, in cui si discerne il bene dal male, vietato il recedere dalla vita, a cui erano ne' loro primi anni stati destinati dai loro Genitori; e che tal disciplina fu moderata ne' secoli da noi non tanto remoti.

Anticamente i Genitori offerivano i proprj figli impuberi al Chericato, ed anche al Monacato.

Monumenta de Clericis factis ex oblatione parentum.

§. 4. Et quidem, quod ad eam spectat oblationem, qua infantes in Clerum recipiendi, ac Tonsura, & Lectoratu initiandi offerebantur, complura videre licet apud Morinum *de Sacris Ordinationibus part. 3. exercit. 5. de Tonsura Clericor. cap. 3.*, apud Martene *de antiquis Ecclesiæ ritibus tom. 2. lib. 1. cap. 3. num. 3.*, Bosquetum *in Notis ad Epistolam Innocentii III. 136. lib. 2. regesto 14. pag. 151.*; Nuperrimè verò aureus annulus repertus est, quem, ut ejus capacitas indicat, pro duorum, aut trium mensium infante confectum fuisse oportet. In eo aliquot litteræ impressæ erant, quibus infantem illum *Levitam* esse innuebatur; quod tamen non ita intelligendum est, ut illum Diaconum fuisse credamus, verum tantummodo in Clerum cooptatum fuisse, quemadmodum a viro erudito Patre Baldino in suis notis ad Anastasium Bibliothecarium *tom.* 4. ad Vitam Sancti Eugenii Papæ *ad pag. 61. & seqq.* valde appositè demonstratur.

§. 4. Dell' offerta, che facevasi degl'infanti alla Chiesa, acciò fossero ricevuti nel Clero, ed ammessi alla Tonsura, ed al Lettorato, discorre diffusamente il Morino *de Sacris Ordinationibus alla part. 3. exercit. 5. de Tonsura Clericor. cap. 3.*, il Martene *de antiquis Ecclesiæ Ritibus tom. 2. lib. 1. cap. 3. num. 3.*, il Bosqueto *nelle Note alla Lettera d' Innocenzo III. 136. lib. 2. regesto 14. pag. 151.*, ed ultimamente si è ritrovato un Anello d' oro, dal di cui cerchio si comprende, essere stato per un infante di due o tre mesi. Nel cerchio d' esso erano alcune lettere impresse, che additavano, che il Fanciullino era *Levita;* il che non significa già, che fosse Diacono, ma che era semplicemente ammesso nel Clero, come molto bene dimostra l' erudito Padre Baldini nelle sue Note ad Anastasio Bibliotecario *tomo* 4. sopra la Vita di Sant' Eugenio Papa *alla pagina 61. e seguenti.*

Prove dell' oblazione de' Chierici.

Item de Monachis.

§. 5. De illa autem oblatione, per quam pueri Monasterio dicabantur, inter cæteros Pater Mabillonius *in sua Præfatione ad sæculum sextum Benedictinum num. 36.* quamplurima edisserit, item Muratorius *tom. 5. Antiquitatum Italiæ medii ævi dissertatione 65. col. 380. & seqq.* Alia, quæ ad hujusmodi rem pertinent monumenta a Gratiano *ad Causam 20. quæst. 1.* collecta habentur. Idem autem antiquo etiam Concilii Toletani adagio comprobatur, quod a Clemente III. in Decretali sua: *Cum Virum, de Regularibus*, pariter usurpatum invenitur, quod scilicet *Monachum aut paterna devotio, aut propria facit professio.* Dartis *in Commentariis ad Decretum Gratiani part. 2. Caus. 20. quæst. 1.* omnia, quæ ibi continentur ita in

§. 5. Dell' offerta poi, che facevasi de' Fanciulli al Monacato, trattano fra gli altri diffusamente il Padre Mabillon *nella sua Prefazione al secolo sesto Benedettino num. 36.*, il Muratori *nel tom. 5. Antiquit. Italic. medii ævi alla dissertazione 65. col. 380. & seq.* Altri monumenti, che appartengono a questo proposito, sono radunati dal Graziano *alla Causa 20. quæst. 1.*, il che anche resta comprovato dall' antico Adagio del Concilio Toletano, riassunto da Clemente III. nella sua Decretale: *Cum Virum, de Regularibus*, che, *Monachum aut paterna devotio, aut propria facit professio.* Il Dartis *ne' Commenti al Decreto di Graziano part. 2. Caus. 20. quæst. 1.* fa in questo modo il compendio di quanto ivi si contiene: *Olim pater poterat filium*

Altre della oblazione de' Monaci.

compen- *suum*

compendium redigit: *Olim pater poterat filium suum impuberem Monasterio delegare & tradere, nec liberum illi reverti ad sæculum.* Si quis autem super hujusmodi re plenius omnia cognoscere cupiat, consulere poterit Calmetum *super cap. 59. Regulæ Sancti Benedicti*, & Haestenum *in part. 2. Disquisitionum Monasticarum lib. 4. tract. 2. disquisit. 5.*

Quo tempore, & quatenus hujus disciplinæ modus impositus.

§. 6. Disciplina hujusmodi ad usque Cœlestinum III. permansit, qui Pontifex eidem moderamine adhibito, decrevit, puerum Monasterio oblatum, cum ad discretionis annos pervenerit, interrogari debere, num illi remanendi, an abeundi voluntas sit; eumque, quoties abeundi animum habeat, nullatenus ad remanendum cogi debere. Ita in Decretali ipsius *in Cap. Cum simus, de Regularibus*, videre est, cum qua Innocentius III. *lib. 15. epist. 116.* ad Episcopum Lugdunensem conscripta etiam concordat. Cœlestinum III. disciplinæ illi modum imposuisse dictum a Nobis est; eo quod non omnino ac penitus eamdem sustulerit aut abrogaverit; quin immo hodiernis etiam temporibus, quoties non obstent peculiares Regularium Ordinum, sive Institutorum Constitutiones, de quibus agit Fagnanus *in Cap. Cum Virum, de Regularibus*, aut recentiores Pontificiæ Constitutiones, quæ certam ætatem præstituunt pro illis, quibus intra Monasterii septa pernoctandum sit; quod spectat ad Jus Canonicum Decretalium, nequaquam vetita est (salva semper Concilii Tridentini observantia quantum ad ætatem, ac tempus Tyrocinii, & Professionis) ea oblatio, qua filii impuberes Monasticæ vitæ offeruntur. Ex hujusmodi autem oblatione tres effectus existunt; primò, quod filius impubes a Religione recipi potest; deinde quod parenti patria uti potestate, ut eumdem ad secularem statum revocet, amplius integrum non est; denique quod etiamsi filio impuberi ante pubertatis annos Religiosa Claustra deserere minimè permissum est, quod ipsi tamen facere licet, ubi eam attigerit ætatem, in qua potestatem habet, ut de seipso disponat, potest nihilominus Religio proprio jure uti, ut etiam ante pubertatis annos eumdem dimittat, dummodo in eo recipiendo ea se obligatione non obstrinxerit, ut usque ad dictum tempus eumdem retineret, quemadmodum valde appositè Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 5. cap. 1. num. 13.* edisserit. Eadem de sponsalibus dicenda, quæ pro filiis impuberibus ab eorum parentibus fiunt. Secundum veterum Canonum præscriptum, filii, etiam postquam ad puberem ætatem pervenerant, ea servare tenebantur, quemadmodum colligitur ex Decretali, quæ Pontifici Hormisdæ attribuitur, & quæ *in cap. Tua Fraternitas sub tit. de Desponsatione impuberum* refertur: *Potest autem filium nondum adultum (voluntas cujus discerni non potest) pater, cui vult, matrimonio tradere; & postquam filius pervenerit ad perfectam ætatem, omnino debet hoc adimplere.* Verum Pontifex Bonifacius VIII. in sua Decretali, cujus initium: *Infantes*, & quæ in titulo *de Desponsatione impuberum, lib. 6.* unica est, antiquas Canonicas dispositiones moderatus est, statuitque, impuberes postquam ad pubertatem pervenerint, nequaquam obligari ad ea adimplenda sponsalia, quæ a parentibus eorum facta sint, nisi eadem, postquam puberes evaserint, aliqua ratione approbent: *Nisi per cohabitationem eorum mutuam, seu alias verbo, vel facto ipsorum, liquido appareat, eosdem in eadem voluntate, factos majores septennio, perdurare.*

Idem jus ferè obtinet in Sponsalibus impuberum.

§. 7. Tam antiquis autem, quàm hodiernis temporibus non defuere, qui disciplinam illam auderent improbare, secundum quam, ut

Jus prædictarum oblationum in patria potestate fundatur.

suum impuberem Monastero delegare, & tradere, nec liberum illi reverti ad sæculum; e chi sopra questo punto volesse pienamente soddisfarsi, basta, che legga il Calmet *sopra il cap. 59. della Regola di S. Benedetto*, e l'Haesteno *nella part. 2. delle disquisizioni Monastiche lib. 4. tract. 2. disquisit. 5.*

In qual tempo, e fino a qual segno fosse moderata questa disciplina.

§. 6. Durò questa disciplina fino al Pontefice Celestino III., che fu quello, che la moderò; avendo determinato, che il fanciullo offerto al Monachismo, giunto agli anni della discrezione, debba interrogarsi, se vuol restare, o partire, e che volendo partire, non debba in verun modo esser forzato a restare. Così si legge nella sua Decretale *nel cap. Cum simus, de Regularibus*, colla quale anche concorda il Pontefice Innocenzo III. *al lib. 15. lett. 116.* scritta al Vescovo di Lione. Si è detto, che il Pontefice Celestino III. la moderò; non avendola in tutto, e per tutto levata, o sia abrogata: imperocchè ancora oggidì, quando non ostino le Costituzioni particolari delle Religioni, o sia degli Istituti Regolari, de' quali parla il Fagnano *nel cap. Cum Virum, de Regularibus*, o quando non ostino le più recenti Costituzioni Pontificie, che prefiggono una certa età a quelli, che debbono pernottare ne' Chiostri; in ciò che risguarda il diritto Canonico delle Decretali, non è vietata (salva sempre l'osservanza del Concilio di Trento quanto all'età, ed al tempo del Noviziato, e della Professione) l'offerta, che si fa dai Genitori de' figli impuberi al Monacato: Nascendo da questa offerta tre effetti; uno, che il figlio impubere può riceversi dalla Religione; l'altro, che il Padre non si può poi più servire della patria podestà per richiamarlo al secolo; l'ultimo, che quantunque prima degli anni della pubertà il figlio impubere non può abbandonare i Chiostri, essendogli ciò permesso, giunto che sarà all' età, in cui può disporre di se stesso, può però la Religione servirsi del proprio diritto di cacciarlo anche prima degli anni della pubertà, quando, ricevendolo, non si fosse obligata a ritenerlo fino al detto tempo, come molto bene la discorre il Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 5. cap. 1. num. 13.* Simile è il caso degli Sponsali, che si fanno pe' figli impuberi dai loro Padri. Giusta gli antichi Canoni, erano i figli obligati a mantenerli ancor dopo, che erano giunti all' età pubere, come si deduce da una Decretale attribuita al Pontefice Ormisda, e riferita *nel cap. Tua Fraternitas, sotto il tit. de Desponsatione impuberum: Potest autem filium nondum adultum (voluntas cujus discerni non potest) pater, cui vult, matrimonio tradere; & postquam filius pervenerit ad perfectam ætatem, omnino debet hoc adimplere.* Ma il Pontefice Bonifacio VIII. nella sua Decretale, che incomincia: *Infantes*, ed è l'unica nel titolo *de Desponsatione impuberum, al lib. 6.* moderò le antiche Canoniche disposizioni, determinando, non essere obligati gl'impuberi, fatti puberi, a mantenere gli sponsali fatti dai lor genitori, se giunti alla pubertà, in qualche maniera non li approvano: *Nisi per cohabitationem eorum mutuam, seu aliàs verbo, vel facto ipsorum, liquidò appareat, eosdem in eadem voluntate, factos majores septennio, perdurare.*

Le istesse regole procedono in materia di Sponsali.

§. 7. Ne' tempi antichi, ed anche ne' nostri, non è mancato chi ha avuto l'ardire di disapprovare la predetta disciplina, secondo la

Tal sorta d'oblazioni proviene dalla patria podestà.

dictum paulo ante est, impuberi filio Monasticæ vitæ a parentibus oblato, amplius illam deserere interdictum erat. Rhabanus in libro ad Ludovicum Imperatorem conscripto invehitur in eos, a quibus id affirmabatur, contenditque, eos id asserere, quod sit *contra superiorum sæculorum sententiam, immo etiam contra Conciliorum, & Pontificum decreta.* Idem argumentum hac nostra ætate a Joanne Petro Gibert *tom. 2. sui Corporis Juris Canonici tit. 23. de Ecclesia ad sect. 4.* pertractatum est. Hanc eamdem causam Ugo Menardus *cap. 66. Concord. Reg.* agendam suscipit, statuendo jus illud, per quod filiorum ad Monasticam vitam oblatio fit, in effrœnata patria potestate fundatum esse: *Dico hoc jus esse a naturali potestate, quam habent parentes in liberos, qui possunt eos etiam vendere necessitatis causa; ergo etiam devotionis causa Deo offerre in perpetuum ejus obsequium, tam pro salute sua, quàm liberorum, modo id fiat pura intentione, & devotione.* Quæ quidem ratio admitti posse videtur, dummodo veteri illi patriæ potestati non innitatur, adeo effrœnatæ, ut ejus vigore licitum esset patri non modo filium venumdare, sed etiam occidere, si ita ei collibuisset, quemadmodum apud Sigonium *de Jure antiquo Civium Romanorum ad cap. 10.* videre est; sed alteri potius mitiori patriæ potestati, quam Romani adoptarunt, postquam a Græcis, cum bonarum artium disciplina, morum etiam humanitatem & cultum didicerunt, quæ potestas restricta fuit ad moderatam in filios coërcitionem, reservata Magistratibus severiori, quando ea opus foret, & ad omnimodam dispositionem status filiorum, & vitæ generis, atque conditionis, quam usque ad exitum servare, & profiteri deberent. His eisdem limitibus definita fuit apud Judæos patria potestas super filios ac filias; cum *cap. 11. lib. Judicum* legatur, Jephte votum Domino vovisse, si eidem datum esset superare filios Ammon, quicumque primus de Domo ipsius egrediens sibi redeunti occurrisset, eum se holocaustum Domino oblaturum; cum autem prima eidem occurrisset unigenita ipsius filia, votum adimplere non omisisse, atque eam Deo immolasse. Sanè inter sacros Interpretes disputatio & controversia est, num Jephte, hujusmodi votum faciendo, & adimplendo, peccatum commiserit, necne. S. Thomas *in 2. 2. quæst. 88. art. 2. ad secundum* considerans, Jephte in Epistola ad Hebræos *cap. 11.* in Sanctorum Catalogo poni, probabile esse ait, Jephte peccati sui pœnitentiam egisse: *Probabile est, eum pœnituisse de facto iniquo.* Eisdem vestigiis insistit Suarez *tom. 2. de Religione ad lib. 2. cap. 10. num. 12.: Factum illud contra legem naturalem erat, & contra legem scriptam Exodi 20. de non interficiendo innocente, quæ procedit, & obligat etiam titulo Religionis, & voti, quia pater non est dominus vitæ filiæ, ut illam vovere, aut sacrificare possit.* Atque hisce quidem comprobatum videmus, patriæ auctoritati ac potestati apud Judæos jus vitæ, & necis supra filios nequaquam adnexum fuisse. Alii porro sunt, qui Jephte a peccato excusant, vel quod eumdem Spiritus Sancti instinctu, qui præcepto æquipolleat, votum fecisse, atque adimplevisse dicant (quod nihil facit ad rem, de qua hic agitur;) vel quod is filiæ suæ non naturalem mortem, sed civilem dederit, eamdem ab hominum commercio segregatam Deo consecrando, ac perpetuæ virginitati destinando. Quidquid sit de hac opinione, Nos eam in medio relinquimus, utpote quam communi Patrum, & Interpretum sententia improbari videamus, quemadmodum tum in Dissertatione Calmeti super hac materia, tum in Suarez *loco citato*, tum doctè admodum in Sylvio *in Commentariis supra 2. 2.*

Patria potestas justis limitibus definita apud Hebræos viguisse probatur.

Factum Jephte, quoquo modo accipiatur, hoc indicat.

quale, come poc' anzi si è detto, il figlio impubere offerto dai genitori al Chiostro, non poteva più abbandonarlo. Rabano in un libro scritto a Lodovico Imperadore impugnò quelli, che ciò asserivano, sostenendo, che la loro asserzione era *contra superiorum sæculorum sententiam, immo etiam contra Conciliorum & Pontificum decreta.* Ne' nostri tempi questo stesso argomento è stato ben trattato da Giovanni Pietro Gibert *nel tom. 2. del suo Corpo del Jus Canonico tit. 23. de Ecclesia alla sez. 4.* Entra in questo stesso arringo Ugone Menardo *nel cap. 66. Concord. Reg.* ponendo il fondamento per l' offerta de' figli al Chiostro nella effrenata podestà paterna: *Dico hoc jus esse a naturali potestate, quam habent parentes in liberos, qui possunt etiam eos vendere necessitatis causâ; ergo etiam devotionis causâ Deo offerre in perpetuum ejus obsequium, tam pro salute suâ, quàm liberorum; modo id fiat pura intentione, & devotione.* E questo discorso è plausibile, ogni volta che non si riconosca per di lui base quell' antica effrenata podestà paterna, con cui non solo era permesso al padre vendere il figlio, ma ancora privarlo di vita, se così gli fosse piacciuto, come può vedersi appresso il Sigonio *de Jure antiquo Civium Romanorum al cap. 10.*, ma quella più moderata podestà paterna, che adottarono i Romani dopo aver appresa dai Greci la disciplina delle buone lettere, ed anche la piacevolezza ed umanità del costume; qual podestà era ristretta ad un moderato gastigo de' figli, riservato il più severo ai Magistrati, quando ve ne fosse stato di bisogno, e ad una dispotica disposizione dello stato de' figli, e di quel tenore di vita, che dovevano mantenere, e professare fino alla morte. Dentro questi stessi confini fu ristretta l' autorità paterna sopra i figli, e le figlie dagli Ebrei; leggendosi *nel cap. 11. del Libro de' Giudici*, che Jefte fece voto a Dio di sagrificargli il primo, che dai confini della sua Casa gli fosse venuto incontro dopo aver ottenuta la grazia di vincere e superare i figli d' Ammon; e che essendo stata la prima ad incontrarlo la sua unigenita figlia, non lasciò d' adempire il voto, e la sagrificò a Dio. Si discorre, e si controverte fra i sagri Interpetri, se Jefte nel fare, e nell' eseguire il voto, commettesse, o non commettesse peccato. S. Tommaso *nella 2. 2. quæst. 88. art. 2. ad secundum*, considerando, che Jefte è posto nel Catalogo de' Santi nella lettera agli Ebrei *al cap. 11.* dice, esser probabile, che Jefte facesse penitenza del suo peccato: *Probabile est, eum pœnituisse de facto iniquo.* Per la stessa strada cammina il Suarez *nel tom. 2. de Religione al lib. 2. cap. 10. num. 12.: Factum illud contra legem naturalem erat, & contra legem scriptam Exodi 20. de non interficiendo innocente; quæ procedit, & obligat etiam titulo religionis, & voti, quia pater non est dominus vitæ filiæ, ut illam vovere, aut sacrificare possit.* Ed ecco provato, che all' autorità, e podestà paterna presso gli Ebrei non era annesso il diritto della vita e morte del figlio. Altri poi scusano Jefte dal peccato, o per aver fatto ed eseguito il voto per istinto dello Spirito Santo, equipollente ad un precetto (il che non ha che fare col nostro proposito); o per non aver data la morte naturale alla sua figlia, ma una morte civile, consecrandola a Dio, separandola dal commercio degli uomini, e destinandola ad una perpetua verginità. Noi non entriamo nel merito di questa opinione, vedendola riprovata dal comune sentimento de' Padri, e degl' Interpetri, come può vedersi in una Dissertazione del Calmet sopra questa materia, nel Suarez *nel luogo citato*, e ben dottamente nel Silvio *ne' Commenti sopra la*

La Patria podestà dentro i giusti confini ristretta era in vigore anche appresso i Giudei. Ciò dimostra il fatto di Jefte.

quæst. 88. *art.* 2. *concluſ.* 7. videre eſt. Verum ex eadem ipſa opinione comprobare poſſe videmur, etiam apud Hebræos liberam fuiſſe patri facultatem, ut filium certæ vivendi rationi deſtinaret, in qua eidem uſque ad vitæ finem permanendum foret; cum neminem deprehendimus, qui ideo opinioni illi refragetur, properea quod pater apud Judæos talem auctoritatem minimè haberet; ſed quod illiuſmodi interpretatio litterali Divinæ Scripturæ ſenſui contraria videatur.

Oblatio ad Monaſterium fieri debet ab eo, in quo reſidet patria poteſtas, aut ejus exercitium.

§. 8. Jus igitur filios impuberes Clauſtro ſive Monaſterio offerendi, vel cum obligatione perpetuò ibi manendi, vel cum facultate abeundi, ſi, cum ad pubertatem pervenerint, oblationem de ſe factam minimè confirment, patriæ poteſtati, atque auctoritati innixum eſt, quemadmodum appoſitè a S. Thoma *in quodlibet.* 4. *quæſt.* 12. *art.* 33. §. *Primò ergo* indicatur: *Pueri ante annos pubertatis ex naturali jure ſunt ſub cura parentum, propter hoc quòd patiuntur diſcretionis defectum, ſecundùm quem poſſint benè regere ſeipſos; ideo in hac ætate poſſunt quidem Religioni tradi, ſi a parentibus offerantur, & erit rata traditio, præcipuè ſi, cum ad annos pubertatis pervenerint, ratam habuerint paternam oblationem.* Huic diſſerendi rationi prædeceſſoris quoque noſtri Clementis IV. Decretalis Epiſtola cohæret, *die* 27. *Aprilis* 1267. Viterbii data, & Abbatibus, Abbatiſſis, Prioribus, & Guardianis Prædicatorum, Minorum, Ciſtercienſium, & Præmonſtratenſium de Montepeſſulano, & illius ſuburbiis directa, quæ inter ejuſdem Pontificis Epiſtolas 452. numeratur *tom.* 2. *Theſauri Anecdotorum* a Martene collecti *col.* 459. Nihil ſanè pro recto moderamine rerum tam benè, atque utiliter poteſt eſſe proviſum, quod tractu temporis malitia hominum pervertere conetur. Perlatum ad dicti Pontificis aures eſt, eum tunc temporis abuſum invaluiſſe, ut oblationes impuberum ad Monaſteria, a quacumque perſona fierent, promiſcuè acceptarentur, idque privati commodi, & emolumenti gratia, ut ſcilicet Monaſteria bonis illis potirentur, quæ ad impuberem oblatum ſpectabant. Apoſtolicus Pontificis zelus tam gravi incommodo obviam ire non prætermiſit, edixitque, ut impuberes nequaquam reciperentur, niſi oblatio a patre, & matre fieret, aut a tutoribus, qui in iis, quæ pertinent ad pupillorum curam aut diſpoſitionem, in jus paternum ſuccedunt: *Abſque voluntate parentum, & tutorum ſuorum.* Ab hoc etiam propoſito non aliena ea quæſtio eſt, quæ a Pontificii Juris peritis diſcutitur, utrum ſcilicet, ſi filius a patre ſine conſenſu matris, vel ſi a matre ſine patris conſenſu offeratur, talis oblatio legitima ſit, atque acceptari poſſit: in qua quæſtione, quamquam ſunt, qui neutram harum oblationum legitimam eſſe contendunt, ex legalis adagii vi, quod *in re communi melior eſt conditio prohibentis*; magis tamen probanda eſt ea opinio, quæ paterno juri omnimode favet, cum in patre, non autem in matre, patria poteſtas reſideat; quemadmodum videre eſt apud Cardinalem de Turrecremata *in Commentariis ſuper Can. Addidiſtis nu.* 2., 20. *quæſt.* 1. Quod ſi quis illud objiceret, Annam Elcanæ uxorem obtuliſſe Deo in Templo inter manus Sacerdotis Heli Samuelem filium ſuum, poſtquam ablactatus fuit, eò quod de ipſo ita Domino ſpopondiſſet: *Dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus*, quemadmodum *in lib.* 1. *Regum cap.* 1. habetur; facilè eſſet reſpondere, id quidem ab Anna, ſed cum Elcanæ viri ſui ac reſpectivè patris conſenſu factum fuiſſe, juxta id, quod a Toſtato *ad quæſt.* 22. pluribus comprobatur: *ſi autem ſola fuiſſet in voto, non tenuiſſet;* quod etiam Calmetus confirmat.

Ideo ab Auctoribus præcipua patris ratio habetur; matris vero vix ulla.

2. 2. *queſt.* 88. *art.* 2. *concluſ.* 7. Ma con eſſa ci ſembra poter comprovare, aver anche il padre appreſſo gli Ebrei potuto deſtinare liberamente il figlio ad una certa maniera di vivere, da continuarſi da eſſo ſino alla morte: non avendo veduto chi l'impugni, pel motivo che il padre appreſſo gli Ebrei non aveſſe la detta autorità; ma perchè l'interpretazione ſembra contraria alla lettera della Divina Scrittura.

L'oblazione al Monaſtero deve farſi da quello, che ha o la patria podeſtà, o che ne eſercita i diritti.

§. 8. Appoggiaſi dunque il jus di offerire i figli impuberi al Chioſtro, o ſia al Monaſtero, o per dovervi reſtar ſempre, o per poterne partire, ſe giunti alla pubertà non confermano l'offerta fatta d'eſſi loro, all'autorità e patria podeſtà, conforme ben addita S. Tommaſo *nel quodlibet.* 4. *queſt.* 12. *art.* 33. *Primò ergo: Pueri ante annos pubertatis ex naturali jure ſunt ſub cura parentum, propter hoc quòd patiuntur diſcretionis defectum, ſecundùm quem poſſint benè regere ſeipſos; ideo in hac ætate poſſunt quidem Religioni tradi, ſi a parentibus offerantur, & erit rata traditio, præcipuè ſi, cum ad annos pubertatis pervenerint, ratam habuerint paternam oblationem.* Coerente a queſto diſcorſo è anche una Decretale del Pontefice Clemente IV. ſcritta da Viterbo *ai* 27. *d'Aprile* 1267. agli Abbati, Abbadeſſe, Priori, e Guardiani de' Predicatori, Minori, Ciſtercienſi, e Premoſtratenſi della Città di Mompellier, e luoghi vicini, che è *la* 452. fra quelle del detto Pontefice *nel tomo* 2. *del Teſoro degli Anecdoti* raccolto dal Martene *col.* 459. Non v'è ſiſtema, per buono ed utile che ſia, che col tratto del tempo la malizia degli uomini non s'ingegni di guaſtare. Giunſe a notizia del detto Pontefice, che indifferentemente ſi accettava l'offerta degl' impuberi al Monaſtero, da qualunque perſona foſſe fatta, e ciò per puro intereſſe, che è lo ſteſſo che dire, per acquiſtare i beni, che erano di ragione dell' impubere offerto. L'Apoſtolico zelo ſi oppoſe al grave inconveniente, comandando, che non foſſero ricevuti gl'impuberi, ſe l'offerta non foſſe ſtata fatta dal padre e dalla madre, o pure dai tutori, che ſubentrano nel diritto paterno in ciò, che appartiene alla cura o diſpoſizione de' pupilli: *Abſque voluntate parentum & tutorum ſuorum.* Fa anche a propoſito la queſtione promoſſa dai Canoniſti, ſe, offerendoſi dal padre il figlio ſenza il conſenſo della madre, o offerendoſi dalla madre ſenza il conſenſo del padre, ſia legittima l'offerta, e poſſa accettarſi: nella qual queſtione ſebbene alcuni ſoſtengono, non eſſer legittima nè l'una nè l'altra offerta, per l'adagio legale, che *in re communi melior eſt conditio prohibentis:* plauſibile però è l'opinione favorevole in tutto e per tutto al padre, eſſendo in eſſo la patria podeſtà, e non nella madre; come può vederſi nel Cardinale Turrecremata *ne' Commenti ſopra il Can. Addidiſtis, num.* 2., 20. *queſt.* 1. E quando mai ſi opponeſſe, aver Anna moglie di Elcana offerto a Dio benedetto nel Tempio, nelle mani del Sacerdote Heli, il ſuo figlio Samuele, dopo averlo ſlattato, avendogli così promeſſo: *Dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus*, come ſi legge *nel lib.* 1. *de' Rè al cap.* 1.; non mancherebbe la riſpoſta, che il paſſo fu fatto da Anna, ma col conſenſo di Elcana marito, e padre riſpettivamente; altrimenti non ſarebbe ſtato valido, giuſta ciò, che diffuſamente comprova il Toſtato *alla queſt.* 22.: *ſi autem ſola fuiſſet in voto, non tenuiſſet;* il che pure vien confermato dal Calmet.

Dagli Autori perciò faſſi conto del Padre, ma poco o nulla della Madre.

Hinc Avia ab eo jure excluſa multo minus videri poſſet nepotes ad Baptiſmum validè obtuliſſe.

§. 9. Quorſum noſtra hæc omnis pertineat ratiocinatio, minimè tibi obſcurum eſſe poteſt; cum enim ex ea colligi poſſit, legitimam impuberum oblationem patriæ poteſtatis ſequelam eſſe; cumque paterna avia eâ poteſtate minimè prædita ſit, jus offerendi nepotem ex filio numquam ad eam pertinere poteſt; ſi autem id paternæ aviæ, cum de nepote ad Clauſtrum, ſive Monaſterium offerendo agitur, interdictum eſt; potiori ratione interdictum illi eſſe debebit hujuſmodi nepotem ad Baptiſmum offerre; etenim, ſecundum recentiorem diſciplinam, ut ſupra dictum eſt, impubes, qui Monaſticæ vitæ oblatus eſt, cum ad pubertatem pervenerit, Religioſum Inſtitutum deſerendi libertatem habet; ſed infanti aut impuberi Judæo ad Baptiſmum oblato, & baptizato, in Chriſtiana Fide permanendum omninò eſt, &, ſi cum ad pubertatem pervenerit, contra facere præſumat, Canonicis pœnis punietur, ſecundum Bonifacii VIII. Decretalem, cujus initium *Contra*, ſub titulo *de hæreticis, in ſexto.* Verum quia hujuſmodi argumentationi illud valide opponendum occurrit, permultum ſcilicet diſcriminis inter Clauſtrum, ac Baptiſmum intercedere, cum ſine priori æterna ſalus obtineri poſſit, quæ ſine altero neutiquam ſperari poteſt; de Baptiſmo diſpiciendum Nobis hoc loco eſt, ac demonſtrandum, omnia, quæcumque dicta ſunt de oblatione ad Monaſterium, habere locum, etiam cum agitur de oblatione ad Baptiſmum.

§. 9. Ella già vede lo ſcopo di tutto queſto ragionamento, dal quale potendoſi inferire che l'offerta legittima degl'impuberi, è una ſequela della patria podeſtà; ſiccome l'ava paterna di tal podeſtà non è riveſtita, così a eſſa non può mai appartenere il jus d'offerir il Figlio del Figlio, o ſia il nipote; e che a ciò all' ava paterna vien proibito, trattandoſi d'offerire il nipote al Chioſtro, o ſia al Monaſtero; con più forte ragione dovrà eſſere proibito offerirlo al Batteſimo; imperocchè, ſecondo la più recente diſciplina, come di ſopra ſi è detto, l'impubere offerto al Chioſtro, giunto alla pubertà, può abbandonare la via religioſa; quando l'infante e l'impubere Ebre, offerti al Batteſimo, e battezzati, debbono proſeguire nella Fede di Criſto, e giunti alla pubertà, contravvenendo, ſono puniti con le pene Canoniche, ſecondo la Decretale di Bonifazio VIII., che incomincia *Contra*, nel titolo *de hæreticis, in ſexto.* Ma, perchè alla ſuprad-detta rifleſſione ſi può validamente opporre, che corre una gran differenza fra il Chioſtro, ed il Batteſimo, potendoſi ſenza quello conſeguire l'eterna ſalute, che ſenza queſto non ſi può ottenere; ci ritroviamo nella neceſſità di aſſumere l'iſpezione del Batteſimo, e dimoſtrare, che quanto ſi è detto nell'offerta al Chioſtro, deve aver il ſuo luogo nell' offerta al Batteſimo.

Infidelium filii infantes invitis parentibus baptizari non debent.

§. 10. Res hæc, de qua quærimus, tam a Theologis, quàm a Pontificii Juris peritis pertractatur, quinam videlicet ſint, qui filios infantes, vel impuberes Chriſtianæ Religioni, & Sancto Baptiſmati offerendi jus habeant. Primo igitur loco, hujuſmodi jus penes parentes eſſe affirmant, ſive ii Neophyti ſint, ſive etiam Ethnici, vel Judæi; dummodo, ſi tales ſint, fide bona ab eis oblatio hujuſmodi fiat, & infantes baptizati apud Chriſtianos remaneant, neque illis, propter perverſionis periculum, reſtituantur, quemadmodum a Nobis in ſupracitata Epiſtola ad Urbis Vices-Gerentem conſcripta plurimis probatum eſt. Concordat S. Thomæ doctrina *in quodlibet. 2. art. 7., in 2. 2. quæſt. 10. art. 12., & in 3. part. quæſt. 68. art. 10.*, ubi docet, infantes Infidelium ſine parentum conſenſu nequaquam baptizari poſſe; eaque doctrina & ab aliis communiter recepta, & cum aliorum Tribunalium Eccleſiaſticorum, tum etiam Supremæ hujus Inquiſitionis ſententiis atque judiciis roborata & confirmata eſt, ut etiam a Nobis in eadem Epiſtola deſuper citata *num. 4. & ſeq.* demonſtratum eſt.

§. 10. Trattano gli Autori, e Teologi, e Canoniſti, la materia, che è in queſtione, di quelli, che hanno il diritto d'offerire i figli infanti, ed impuberi alla Criſtiana Religione, e così al Batteſimo. Dicono dunque in primo luogo, che il jus d'offerire è ne'loro genitori; o ſiano eſſi Neofiti, o ſiano anche Gentili, o Ebrei; purchè, eſſendo tali, facciano l'offerta con buona fede, e gl'infanti battezzati reſtino appreſſo i Criſtiani, e non ſiano loro reſtituiti, pel pericolo della perverſione, come da Noi diffuſamente ſi è dimoſtrato nella noſtra Lettera a Monſignor Vice-Gerente. Coerente a queſto diritto è la dottrina di S. Tommaſo *nel quodlibet. 2. art. 7., nella 2. 2. queſt. 10. art. 12., e nella 3. part. queſt. 68. art. 10.*, ove inſegna, che regolarmente parlando, non ſi poſſono gl'infanti degl'infedeli battezzare ſenza il conſenſo de' loro genitori: dottrina ricevuta comunemente dagli altri, e ſoſtenuta, ed eſeguita ne' Tribunali Eccleſiaſtici, ed in queſto ancora della Suprema Inquiſizione, come da Noi fu dimoſtrato nella noſtra Lettera ſopracitata, indirizzata a Monſignor Vice-Gerente *al num. 4. e ſeg.*

Gl'infanti degl'infedeli non ſi poſſono battezzare ſenza il conſenſo de' loro genitori.

Pater filios baptizandos offerre poteſt, etiamſi mater diſſentiat.

§. 11. Secundo loco iidem Auctores docent, quoties maritus Chriſti fidem amplectatur, uxore in Judaiſmo remanente, ſi hæc oblationi communis prolis ad Baptiſmum repugnet, jus offerendi penes ſolum patrem remanere, cum non in matris, ſed in patris poteſtate, ſecundum civiles leges, filius ſit; quam rationem etiam Pontifex Gregorius IX. adduxit in celebri ſua Decretali: *Ex litteris, de converſione Infidelium: Cum autem filius in patris poteſtate conſiſtat, cujus ſequitur familiam &c. reſpondemus, patri eumdem puerum aſſignandum.*

§. 11. Inſegnano in ſecondo luogo, che convertendoſi il marito Ebreo, e reſtando la moglie nell' Ebraiſmo, e ripugnando queſta all' offerta del figlio al Batteſimo, reſta il jus d'offerirlo nel ſolo padre; non eſſendo, ſecondo le Leggi Civili, il figlio in podeſtà della madre, ma bensì in quella del padre: della qual ragione ſi prevalſe il Pontefice Gregorio IX. nella ſua celebre Decretale: *Ex litteris, de converſione infidelium: Cum autem filius in patris poteſtate conſiſtat, cujus ſequitur familiam &c. reſpondemus, patri eumdem puerum aſſignandum.*

Il padre può da ſe ſolo, benchè la madre diſſenta, offerir i figli al Batteſimo.

Idem definitum eſt de avo paterno, qui nepotes habet in poteſtate.

§. 12. Tertio loco, cum, Gregorio XIII. ſummum Pontificatum tenente, controverſia exorta fuiſſet, utrum paternus avus, qui Chriſtianam Religionem amplexus, nepotem ex filio, diſſentiente matre Judæa, baptizandum offerre volebat, id faciendi jus haberet; reſponſum, decretumque eſt, avum, matre etiam diſſentiente, offerre poſſe, adeoque oblationem illam admittendam eſſe, quemadmodum

§. 12. In terzo luogo, eſſendoſi nel Pontificato di Gregorio XIII. eccitata una queſtione, ſe volendo l'avo paterno, fatto Criſtiano, offerire al Batteſimo il nipote, cioè il figlio del figlio, ripugnando la madre Ebrea, poteſſe farlo; fù riſoluto, che l'avo poteſſe offerire, ancorchè diſſentiſſe la madre, e che l'offerta ſi doveſſe accettare, come in fatti fù accettata. Il tutto è riferito e comprovato da

Lo ſteſſo decreſi dell'avo paterno, ch' ha in ſua poteſtà i nipoti.

admissa fuit. Quæ a Nobis in citata Epistola nostra *num.* 17. relata & comprobata habentur. Hujus quoque rei mentionem factam a Sylvio *in tom.* 4. *super* 3. *part. S. Thomæ quæst.* 68. *art.* 10. *concluſ.* 6. deprehendere licet, cujus verba hujusmodi sunt: *Gregorius XIII. dicitur statuisse, ut parvulus, quem avus paternus baptizari volebat, baptizaretur, invita matre Judæa, quæ defuncto patri superstes erat; quia scilicet avus tamquam pater curam Nepotum habet.* Neque vero desunt judiciales sententiæ a Tribunalibus prolatæ, quæ a Nobis *loco citato* indicatæ sunt, per quas avo jus offerendi nepotes permittitur, non solum si, defuncto patre, mater repugnet, verum etiamsi utrique parentes superstites contradicerent; idque propter eam rationem, quod leges non tantum filium, sed & filii filium patriæ potestati subjiciunt: *Qui igitur ex te & uxore tua nascitur, in tua potestate est: item qui ex filio tuo & uxore ejus nascitur, ideſt nepos tuus & neptis, æque in tua sunt potestate, & pronepos & proneptis, & deinceps cæteri*, ut habetur in Institutionibus Imperialibus, & *in l.* 4. *de his, qui sui, vel alieni juris;* & qui in familia nascitur, illius capiti, qui avus paternus est, subjectus remanet; filius verò, qui avi potestati subjectus est, alios in potestate habere non potest, quemadmodum *l.* 5. *eodem titulo* prosequitur.

Tutores etiam jus habent assentiendi, & dissentiendi quoad baptismum pupilli.

§. 13. Quarto loco Auctores prædicti jus offerendi tutoribus attribuunt, sub quorum cura infantes & impuberes vivunt, cum pro eo, quod pertinet ad illorum educationem, patria potestas in ipsos transfusa sit; quare quemadmodum de jure non licet, ut supra dictum est, infantes infidelium sine parentum consensu baptizare; ita neque sine tutorum consensu eosdem baptizandos offerre permissum est, ut etiam in citata Epistola nostra §. 14. habetur; quod tamen a Soto *in* 4. *sententiarum distinct.* 5. *quæst. unica art.* 10. *in* 2. *concluſ. ad* §. *Addit* non libenter admittitur, cujus hìc verba subjicimus: *Addit idem Paludanus, idem esse de puero utroque orbato parente, qui, renuentibus tutoribus, non est baptizandus: sed arbitror, non esse tam atrocem injuriam, ac si parentes contradicerent.*

Hebræorum infantes in mortis periculo constituti, aut a parentibus abjecti, possunt a quocumque baptizari.

§. 14. Omittimus hìc verba facere de eo casu, quum scilicet Judæi filius in extremo mortis discrimine constitutus sit, quo nempe casu, repugnantibus etiam parentibus, a quolibet ad Baptismum offerri, & baptismalibus aquis ablui potest; idque ratione modici damni, quod ad parentes inde provenit, gravissimi autem æternique præjudicii, quod in prolem redundaret, nisi salutari lavacro regeneraretur, ut in citata Epistola nostra *ad nu.* 8. disseruimus. Nec etiam hìc agendum censemus de altero casu, si fortè videlicet evenerit, ut Judæi filius a patre relictus ac destitutus sit; quem, invitis etiam parentibus, baptizandum offerre cuilibet permissum est, eo quod ipsi, propter destitutionem ejusmodi, patria potestate ceciderint, juxta responsum prædecessoris nostri Gregorii IX. *in cap.* 1. *de infantibus, & languidis expositis*, ubi ita legitur: *Si a patre, vel ab alio, sciente ipso, aut ratum habente (relegato pietatis officio) infans expositus extitit, hoc ipso a potestate fuit patria liberatus*: cum iis, quæ insuper a Nobis in citata Epistola *num.* 9. deducta reperiuntur.

Domini filios servorum infidelium ad Baptismum valide offerunt.

§. 15. Ex Auctorum sententia, nequaquam denegatum Dominis jus est offerendi filios mancipiorum suorum infidelium ad sacrum Baptismatis fontem; qua de re licèt S. Thomas expresè verba non fecerit; cum tamen idem *citatis locis* docuerit, filios eorum, qui apud Christianos Principes servitutem civilem serviunt, invitis parentibus, baptizari non posse, satis

Noi nella citata nostra Lettera *al num.* 17. Di ciò fa anche menzione il Silvio *nel tom.* 4. *sopra la* 3. *part. di S. Tommaso quest.* 68. *art.* 10. *concluſ.* 6. ed ecco le di lui parole: *Gregorius XIII. dicitur statuisse, ut parvulus, quem avus paternus baptizari volebat, baptizaretur invita matre Judæa, quæ defuncto patri superstes erat; quia scilicet avus, tamquam pater, curam nepotum habet.* Nè mancano giudicati de' Tribunali, da Noi indicati *nel luogo citato*, giusta i quali si dà all'avo paterno il jus d'offerire i nipoti, non solo, se, morto il padre, la madre contradica, ma ancora, se, videndo l'uno e l'altra, ambidue contradicessero; e ciò per la ragione, che le Leggi non solo sottopongono alla podestà paterna il figlio, ma anche il figlio del figlio: *Qui igitur ex te & uxore tua nascitur, in tua potestate est: item qui ex filio tuo & uxore ejus nascitur, ideſt nepos tuus, & neptis, æquè in tua sunt potestate; & pronepos, & proneptis, & deinceps cæteri*, come si legge nelle Istituzioni Cesaree, e *nella l.* 4. *de his, qui sui vel alieni juris;* e chi nasce nella famiglia, resta soggetto al capo d'essa, che è l'avo paterno; ed il figlio, che è soggetto alla podestà dell'avo, non può aver altri sottoposti alla sua, come prosiegue *la l.* 5. *nello stesso titolo.*

Anche i tutori hanno jus di consentire, o ripugnare nel Battesimo de' Pupilli.

§. 13. Danno gli Autori in quarto luogo il jus di offerire ai tutori, sotto la cura de' quali vivono gl'infanti, e gl'impuberi; essendo in essi trasfusa la podestà de' genitori in ciò, che risguarda la loro educazione; per lo che siccome, regolarmente parlando, come si è detto, non è lecito battezzare gl'infanti degl' infedeli senza il consenso de' loro genitori, così tampoco non è lecito offerirli al Battesimo senza il consenso de' loro tutori, come può vedersi nella citata nostra Lettera *al* §. 14.; il che però non è di buona voglia ammesso dal Soto *nel* 4. *delle sentenze dist.* 5. *quest. unic. art.* 10. *nella* 2. *concluſ. al §. Addit*, ed ecco le di lui parole: *Addit idem Paludanus, idem esse de puero utroque orbato parente, qui, renuentibus tutoribus, non est baptizandus: sed arbitror, non esse tam atrocem injuriam, ac si parentes contradicerent.*

I figli degl' Ebrei o ridotti in pericolo di morte, o abbandonati dal padre; possono da chiunque offrirsi al Battesimo.

§. 14. E lasciando da parte il caso del figlio Ebreo ridotto in pericolo di morte, che può da ognuno offerirsi al Battesimo, e battezzarsi, ancorchè dissentano i genitori, e ciò pel poco danno, che essi ne risentono, e pel gravissimo ed eterno pregiudizio, che proverrebbe alla prole, se non fosse battezzata; come da Noi fu ragionato nella citata Lettera *al num.* 8. Come pure, lasciando da parte l'altro del figlio Ebreo abbandonato dal padre, che ognuno può offerire al Battesimo, ancorchè i di lui genitori dissentissero, avendo pel loro abbandono perduta la patria podestà, giusta la risposta del Pontefice Gregorio IX. *nel cap.* 1. *de infantibus & languidis expositis*, ove così si legge: *Si a patre vel ab alio, sciente ipso, aut ratum habente (relegato pietatis officio) infans expositus extitit, hoc ipso a potestate fuit patria liberatus*: con quello di più, che da Noi si vede dedotto nella citata Lettera *al num.* 9.

I padroni hanno il jus d'offerire al Battesimo i figli de' loro servi infedeli.

§. 15. Ammettono gl' Autori ne' padroni il jus d'offerire al Battesimo i figli de' loro mancipj infedeli; del che benchè non abbia S. Tommaso espressamente parlato, avendo però *ne' luogi citati* insegnato, non potersi battezzare a dispetto de' loro genitori i figli de' servi de' Principi Cristiani, ma servi di servitù civile, ha detto quanto basta per inferire,

quidem dixisse putandus est, ut inferre liceat, ejusdem doctrinam esse, quod filii servorum, qui servi sint servitute pœnali, possint a dominis ad Baptismum offerri; quemadmodum appositè a Sylvio *loco citato ad conclus. 7.* animadversum fuit, atque ante eum a Suarez *tom. 3. super 3. part. S. Thomæ quæst. 68. art. 10. disput. 25. sect. 4. §. Dico secundo* indicatum fuerat. Porro Judæi Christianorum servi sunt, sed civili servitute, ut docet S. Thomas; & licèt Innocentius III. *in cap. Etsi Judæos, de Judæis*, de eisdem affirmet, quod eos *propria culpa submisit perpetuæ servituti*, cum tamen idem Pontifex subjungat, quod *pietas Christiana eos receptat, & sustinet cohabitationem illorum*, satis indicat se Judæorum servitutem civilem innuere voluisse; quod etiam Vasquez *tom. 2. super 3. part. S. Thomæ, quæst. 68. art. 10. disput. 154. cap. 5. in fine* probè animadvertit. Servi autem servitute pœnali Turcarum filii sunt, bello capti, non autem filii Christianorum; nam in bellis, quæ Christianos inter geruntur, Juris Gentium rigor in eo dumtaxat, quod spectat ad res, non autem in eo, quod ad homines attinet, observatur; neque hominès bello capti capientium servi fiunt, licet hostium res in hostis dominium transeant, qui eisdem potitur; ita in monumentis a Vinnio collectis *tom. 1. suarum Institutionum Civilium lib. 1. tit. 3. pag. 35.* novissimæ editionis Venetæ habetur. Neque verò juri illi, per quod domino licet filios servi sui, qui servitute pœnali servus sit, ad Baptismum offerre, patria genitoris potestas ullo modo officit: *Nam qui serviliter domino subjicitur, est in potestate domini, tam ratione sui, quàm aliarum personarum sibi conjunctarum, puta uxoris aut filiorum, nec amplius in res suas dominium retinet; quin & potest a domino divendi. Loquimur hìc de servitute propriè dicta, vi cujus dominus potestatem habet vendendi servum, ut fit apud Turcas*: hisce verbis Hon. Tournely *in suis Prælectionibus Theologicis de Sacramento Baptismi* edisserit, *pag. 328.* editionis Parisiensis *Anni 1727.*

Hebræi servitutem civilem serviunt apud Christianos non verò pœnalem.

Hìc tantum subjecti sunt infideles in bello capti, non autem Christiani.

§. 16. Probè intelligimus, dilecte Fili, nonnullos ex præcedentibus Epistolæ hujus Paragraphis prætermitti per Nos potuisse, alterius Epistolæ nostræ ad Urbis Vices-Gerentem conscriptæ, lectionem tibi proponendo, in qua ea omnia, quæ in præmissis Paragraphis summatim indicavimus, exposita plenissimè sunt; verum ita faciendum existimavimus, tum majoris ordinis & claritatis gratia, tum ut uno aspectu legentibus tria exhiberentur: Primum quidem, quod jus ad Baptismum offerendi ex patria potestate, tamquam ex origine, consequatur; alterum, quod cum avia paterna patriæ potestatis expers sit, non ita facile sustineri posse videatur, eandem habere jus offerendi nepotem, dum maxime Judæa mater tutrix, aliique pariter tutores dissentiant; postremum autem, quod sicut ob patriæ potestatis defectum avia nequaquam jus habet nepotem ad Monasterium offerendi, ita ex ejusdem patriæ potestatis defectu, ne illud quidem jus habere potest, ut eumdem offerat baptizandum.

Summa difficultatis capita, quæ ex præmissis oriuntur.

§. 17. Atque hæc ea difficultas est, quæ Nos non modo aliquandiu hærentes atque suspensos tenuit, verum etiam in eam partem proclives, ut paternæ aviæ oblationem repudiaremus. Verùm cum deinde animadversum a Nobis sit, fieri aliquando posse, ut etiam extra circumstantias paulò ante indicatas, vel scilicet infantis in extremo mortis discrimine positi, vel ejusdem a parentibus deserti ac destituti, vel denique pœnalis servitutis, liceat infantem & impuberem Judæos baptizandos offerri ab eo, qui

Ex iis tamen non evincitur, jus offerendi unicè provenire a patria potestate.

che, anche giusta la sua dottrina, possono i padroni offerire al Battesimo i figli de' loro servi, quando sono servi di servitù penale; come ben riflette il Silvio *nel luogo citato alla conclus. 7.*, e prima di lui aveva additato il Suarez *nel tom. 3. sopra la 3. part. di S. Tommaso quest. 68. art. 10. disput. 25. sect. 4. §. Dico secundo.* Sono gli Ebrei servi de' Cristiani, ma di servitù civile, come ben insegna S. Tommaso; e benchè il Pontefice Innocenzo III. *nel cap. Etsi Judæos, de Judæis*, dica degli Ebrei, che *propria culpa submisit perpetuæ servituti*, soggiugnendo però, che *pietas Christiana eos receptat, & sustinet cohabitationem illorum*, dà abbastanza a divedere, aver esso inteso essere la servitù degli Ebrei, servitù civile; come ben osserva il Vasquez *nel tom. 2. sopra la 3. part. di S. Tommaso quest. 68. art. 10. disput. 154. cap. 5. in fine.* Servi poi di servitù penale sono i figli de' Turchi presi in guerra, ma non già i figli de' Cristiani; imperocchè nelle guerre fra i Cristiani non si osserva il jus delle Genti in ciò, che appartiene agli uomini, ma in ciò solo, che risguarda la roba; non diventando gli uomini presi in guerra, servi di chi li prende, quantunque la roba degl'inimici passi nel dominio dell'inimico, che se ne impossessa, come può vedersi ne' monumenti raccolti dal Vinnio *nel tom. 1. delle sue Istituzioni Civili al lib. 1. tit. 3. pag. 35.* dell' ultima stampa di Venezia. E nulla ostando al jus, che ha il padrone d' offerire al Battesimo i figli del suo servo di servitù penale, la patria podestà del genitore: *Nam qui serviliter domino subjicitur, est in potestate domini, tam ratione sui, quàm aliarum personarum sibi conjunctarum, puta uxoris aut filiorum, nec amplius in res suas dominium retinet; quin & potest a domino divendi. Loquimur hìc de servitute propriè dicta, vi cujus dominus potestatem habet vendendi servum, ut fit apud Turcas*: sono parole del Tournely *nelle sue Prelezioni Teologiche del Sagramento del Battesimo pag. 328.* della stampa di Parigi *del 1727.*

Gli Ebrei sono servi de' Cristiani di servitù civile, ma non penale.

A questa sono soggetti gl' infedeli presi in guerra, non i Cristiani.

§. 16. Riconosciamo, Monsignor nostro, che le avremmo potuto risparmiare il tedio di leggere alcuno dei sopradetti Paragrafi di questa nostra Lettera, col rimettere lei all' altra nostra Lettera scritta a Monsignor Vice-Gerente, essendo in essa diffusamente riferito tutto ciò, che ne' detti Paragrafi compendiosamente si è accennato; ma abbiamo creduto di fare quanto abbiamo fatto, per maggior chiarezza ed ordine, ed acciò chi legge, in un colpo d' occhio possa vedere tre cose: una, che il jus d' offerire al Battesimo, è una sequela della patria podestà; l'altra, che, non avendo l'ava paterna la patria podestà, non sembra facile il sostenere, che abbia il jus d'offerire il nipote, contradicendo particolarmente la madre Ebrea tutrice, unitamente con gli altri tutori; e l' ultima, che siccome per difetto della stessa patria podestà non ha l'ava il diritto d' offerire il nipote al Chiostro, così nemmeno per difetto della stessa patria podestà può avere il diritto d'offerirlo al Battesimo.

Difficoltà, che dalle premesse cose nascono.

§. 17. Questa è la difficoltà, che ci ha per qualche tempo tenuti perplessi, e diremo anche inclinati a rigettare l'offerta dell'ava paterna. Ma avendo poi considerato, esservi qualche caso, in cui, senza che vi siano le circostanze poc' anzi accennate o dell' infante ridotto in punto di morte, o del di lui abbandonamento fatto da' genitori, o pure l'altra della servitù penale, possono l'infante, e l'impubere Ebrei esser offerti al Battesimo anche da chi non ha sopra d'essi la patria podestà; ci siamo persuasi, che,

Da esse però non ricavasi, che il jus di offerire unicamente provenga dalla patria podestà.

patriam super ipsos potestatem minimè habeat; id tandem Nobis persuasum remansit, quod, licèt jus offerendi competat unicuique patriam potestatem habenti (quod argumentis desuper adductis satis comprobatum est); non tamen omnino alteri cuicumque, qui patriam potestatem non habeat, præclusa remanet via, quo minus oblationem hujusmodi in aliquo peculiari casu facere possit.

benchè ad ognuno, che ha la patria podestà, competa il jus d'offerire; il che resta ben comprovato dalle prove di sopra esposte, non resta però affatto precluſa la strada di fare l'offerta in qualche caso particolare a chi anche non è rivestito della patria podestà.

Prælatio a jure concessa oblationi patris contra voluntatem matris.

§. 18. Gregorius IX., sicut antea memoratum est, *in citato cap. Ex litteris, de conversione infidelium*, decrevit, quod cum pater ad Christianam Fidem conversus esset, mater autem in Judaismo remansisset, filius patri assignari deberet, non autem penes matrem relinqui, propterea quod in illo, non vero in hac, patria potestas sita esset; idque eo vel magis, quod ita Sanctæ Religionis favor exigeret: *Cum autem filius in patris potestate consistat, cujus sequitur familiam, & non matris &c. in favorem maximè Fidei Christianæ respondemus, patri eumdem puerum assignandum.* Cum autem ibi nulla a Gregorio mentio habeatur de altero casu, cum scilicet mater ad Christi fidem conversa foret, pater verò in Judaismo permaneret; non tamen ea res ab Auctoribus prætermissa est, iique omnes, debere tunc filium apud matrem remanere, atque huic jus ad Baptismum offerendi competere affirmant, licet ipsa potestate patria nequaquam prædita sit; idque tanta concordia inter se, ut omni diligentia adhibita, neminem Nobis reperire contigerit, a quo contrarium asseratur. Cardinalis Ostiensis *in Commentariis super memorata Decretali: Ex litteris, num.* 13. usque eo progreditur, ut Pontificem Gregorium dicat in Decretali sua minus plenè rem explicuisse: *Potuisset ergo Dominus Gregorius hanc materiam plenius, brevius, & planius expedire, ut sic dixisset, si quis duorum conjugum infidelium ad fidem conversus fuerit, in infidelitate alio remanente, liberi infantes converso adjudicentur.* Quod quidem Cardinalis Ostiensis dictum, tum ab Abbate *in Commentariis super eamdem Decretalem ad nu.* 6., tum a Petro de Archarano *ad num.* 17., aliisque compluribus celebratur. Nobis verò, quod a Cardinali Ostiensi nimis fidenter dictum est, minimè probari potest; sed duo hic dicenda occurrunt: primum, quod cum ibi ageretur de patre ad Christianam Fidem converso, & matre in infidelitate remanente, eaque res ad Pontificis Judicium delata fuisset, non aliæ Gregorii partes erant, quàm ut ad rem propositam responderet; alterum quod, cum ipse pro ratione definitionis suæ favorem Fidei adduxerit, jurè ac merito responsum ab Auctoribus est, quod a Gregorio in casu patris ad Christi Fidem conversi, matre in Judaismo remanente, dictum fuerat, id ipsum in casu etiam matris conversæ, & patris in Judaica perfidia hærentis, locum habere debere, cum in utraque facti specie idem Religionis favor ita suadeat; idque eo vel magis quod in Concilio Toletano IV., quod *anno* 633. sub S. Isidoro celebratum fuit *ad Can.* 63. in Collectione Conciliorum Hispaniæ Cardinalis de Aguirre *tom.* 2. *pag.* 489. expressè statutum decretumque reperitur, filium quidem sequi debere matris Religionem, quoties ipsa ex Judæa, patre Judæo remanente, Christiana facta sit; contra verò patris Religioni adhærere debere, si matre in Judaismo remanente, pater ad Christianam Fidem transierit: *Filii, qui ex talibus nati existiunt*, ideſt ex Matrimonio inter eas personas, quarum altera in Judaismo permanserit, altera autem Christianam deinceps Religionem amplexa fuerit, *Fidem ac conditionem matris sequantur, quæ jam in Christianam translata est Fidem; similiter & ii, qui procreati sunt de infidelibus mulieribus & fidelibus viris, Christianam sequantur Religionem, non Judaicam superstitionem.*

Il Jus Canonico dà la preferenza all'oblazione del Padre contro la volontà della madre.

§. 18. Conforme di sopra si è detto, il Pontefice Gregorio IX. *nell' allegato cap. Ex litteris, de conversione infidelium*, determinò, ch' essendosi il padre convertito alla Fede Cristiana, ed essendo la madre restata nel Ebraismo, doveva il figlio consegnarsi al padre, e non lasciarsi in mano della madre, competendo al primo la patria podestà, e non alla seconda; tanto più, che così esiggeva il favore della Santa Religione: *Cum autem filius in patris potestate consistat, cujus sequitur familiam, & non matris &c. in favorem maximè Fidei Christianæ respondemus, patri eumdem puerum assignandum.* Non parla ivi Gregorio dell'altro caso, in cui la madre si fosse convertita, ed il padre fosse restato Ebreo; ma, se esso non ne ha parlato, ne hanno però parlato gli Autori, che insegnano, con tanta concordia fra di loro, che dopo esatte diligenze a Noi non è riuscito di ritrovare chi dica il contrario, dover il figlio restare appresso la madre, e ad essa competere il jus d'offerire al Battesimo, benchè essa non abbia la patria podestà. Il Cardinale Ostiense *ne' Commenti sopra la detta Decretale: Ex litteris, al num.* 13. passa tant' oltre, che dice, non essersi il Pontefice Gregorio bene spiegato nella sua Decretale; *Potuisset ergo Dominus Gregorius hanc materiam plenius, brevius, & planius expedire, ut sic dixisset, siquis duorum conjugum infidelium ad Fidem conversus fuerit, in infidelitate alio remanente, liberi infantes converso adjudicentur.* Ed il detto del Cardinal Ostiense è esaltato dall'Abbate *ne' Commenti sopra la stessa Decretale al num.* 6.: e da Pietro de Ancharano *al num.* 17., e da molti altri. Noi non approviamo l'espressione troppo forte del Cardinale Ostiense, ma diciamo due cose; una ch' essendo stato proposto al Pontefice Gregorio il caso del padre convertito, e della madre restata nell' infedeltà, non gli correva altro impegno, che di rispondere al caso proposto; la seconda, che avendo esso dato per motivo della sua risoluzione il favore della Fede, hanno molto bene gli Autori concordemente risposto, che quanto ha detto Gregorio nel caso del padre convertito, restando la madre nell'Ebraismo, deve aver luogo nel caso della madre convertita, e del padre restato Ebreo; militando nell' uno e nell'altro caso lo stesso motivo della Religione; tanto più che nel quarto Concilio Toletano tenuto sotto S. Isidoro *l'anno* 633. *al Can.* 63. *nel tom.* 2. della Collezione de'Concilj della Spagna del fu Cardinale de Aguirre *pag.* 489. vien chiaramente determinato e stabilito, che il figlio siegua la Religione della madre, se essa d'Ebrea si è fatta Cristiana, restando il padre Ebreo; o quella del padre, se il padre si è fatto Cristiano, e la madre è restata Ebrea: *Filii, qui ex talibus nati existiunt*, cioè da un matrimonio contratto fra una parte Ebrea, e l'altra poi fatta Cristiana, *Fidem ac conditionem matris sequantur, quæ jam in Christianam translata est Fidem; similiter & ii, qui procreati sunt de infidelibus mulieribus & fidelibus viris, Christianam sequantur Religionem, non Judaicam superstitionem.*

Extensa est communiter favore matris offerentis invito patre.

La commune degli Autori ha estesa tal preferenza all'offerta fatta dalla madre, ripugnando il padre.

Legis ratio, id est favor Fidei, utrique casui aperitur.

Il motivo della legge, che è il favore della Fede, milita in ambidue i casi.

similiter & ii, qui procreati sunt de infidelibus mulieribus, & fidelibus viris, Christianam sequantur Religionem, non Judaicam superstitionem.

Favor Fidei junctus legitimo juri cujusvis generis prævalet etiam juribus patriæ potestatis.

§. 19. En igitur casum, quo, in Religionis favorem, oblatio ad Baptismum admittitur, etiamsi ab illo facta sit, qui patriæ potestatis expers est; etenim patria potestas, ut dictum superius est, in patre, non autem in matre consistit: En, inquam, casum, ubi posita in altera trutinæ lance tum patria naturali potestate, quam pater filium generando acquirit, tum etiam illa, quæ eidem tanta amplitudine a Jure Civili attributa est, ex altera verò parte posita dumtaxat aliquali illa potestate, quam mater ex naturæ lege in filii generatione acquirit sine alio quopiam Juris Civilis præsidio, hæc trutinæ pars alteri prævalet, propter illud ponderis, quod ex favore Religionis eidem accedit. Porrò hæc ratio ab antiquis peritissimis Decretalium interpretibus & ritè æstimata, & magni, ut par erat, momenti habita est; nam Pontifex Innocentius IV. *in suis Observationibus in citatam Decretalem, Ex litteris*, scribit, quod tam ubi judicium patris pro Baptismo filii matris voluntati præfertur, quàm ubi matris oblatio patris dissensui prævalet, ratio, quæ contraria omnia exsuperat, in favore Fidei posita est; Antonius verò à Budrio *super idem cap. Ex litteris, num.* 7. eò usque progreditur, ut vehementiori quadam emphasi dicat, quod cum Judæa mater ad Christianam Fidem conversa filium ad Baptismum offert, dissentiente patre, qui in Judaismo remansit, dici ob favorem Fidei potest, quod mulier vir evaserit, & ex matre pater effecta sit.

Il favore della Fede congiunto a qualunque altro legittimo diritto prevale alla patria podestà.

§. 19. Ed ecco il caso, in cui pel favore della Religione si ammette l'offerta al Battesimo fatta da chi non ha la patria podestà; stando, come di sopra si è detto, la patria podestà nel padre, e non nella madre: Ed ecco il caso, in cui, posta in una parte della bilancia la patria naturale podestà, che acquista il padre generando il figlio, unitamente con quella patria podestà, che gli compete, datagli con tanta ampiezza dal Diritto Civile; e posta sopra l'altra parte della bilancia quella tal quale podestà, che la madre nella generazione del figlio acquista per natura senza verun altro presidio del Diritto Civile; prevale questa parte della bilancia all'altra, pel sopraccarico, che se le aggiugne, che è il favore della Religione: motivo ben considerato, e molto, come dovevasi, valutato dagli antichi peritissimi Commentatori delle Decretali, scrivendo il Pontefice Innocenzo IV. *nelle sue Osservazioni sopra la citata Decretale, Ex litteris*, che tanto nel caso, in cui in ordine al Battesimo prevale il padre alla madre, quanto nel caso, in cui la madre prevale al padre, la ragione assorbente è quella del favor della Fede; ed arrivando Antonio da Budrio *sopra lo stesso cap. Ex litteris, al num.* 7. a dire con enfasi alquanto gagliarda, che offerendo la madre Ebrea, fatta Cristiana, il figlio al battesimo, contradicendo il padre restato nell'Ebraismo, per favor della Fede la donna può dirsi diventata uomo, e la madre diventata padre.

Potestas offerendi filios ad vitam Regularem etiam in matre residet.

§. 20. Quoniam verò, dum superiùs de filii ad Monasterium oblatione a Nobis dictum fuit, tamquam plausu dignam reputavimus eam opinionem, quod parva aut nulla ratio habenda esset consensûs matris, sed totum ex patris consensu, qui patriam potestatem habet, dependere deberet; ex quo deduximus, idem respectu oblationis ad Baptismum dicendum esse; illud hoc loco subdere necesse habemus, quod prædictæ opinionis plausu nequaquam obstante, communior sententia est, jus ad Monasterium offerendi penes parentes esse, idque, non minus a patre quàm a matre exerceri posse: *Si pater, vel mater, filium, filiamve intra septa Monasterii in infantiæ annis sub regulari tradiderunt disciplina, utrum liceat eis, postquam ad pubertatis annos devenerint, egredi, & matrimonio copulari; hoc omnino devitamus, quia nefas est, ut oblatis a parentibus Deo filiis voluntatis fræna relaxentur*: verba sunt S. Gregorii in Epistola ad Bonifacium, quæ *in Can. Addidistis* 20. *quæst.* 1. relata habentur; & in Textus hujus sequelam Gibertus *in Corpore Juris Canonici tom.* 2. *tit.* 23. *de Ecclesia sect.* 3. *regula* 14. ita scribit: *Offerendi filios potestas tam ad matrem, quàm ad patrem pertinet.*

Ancor la madre ha podestà d'offrir i figli alla vita regolare.

§. 20. E perchè quando di sopra discorremmo dell'offerta del figlio al Chiostro, valutammo per plausibile l'opinione, che poco o nulla doveva attendersi il consenso della madre, e che tutto doveva dipendere da quello del padre, che ha la patria podestà; dal che inferimmo, doversi anche dire lo stesso, rispetto all'offerta al Battesimo; ci ritroviamo ora obligati a soggiugnere, che non ostante il plauso dell'opinione sopraddetta, la più comune è, essere l'offerta al Chiostro diritto de' genitori, quale non meno può esercitarsi dal padre, che dalla madre: *Si pater, vel mater, filium, filiamve intra septa Monasterii in infantiæ annis sub regulari tradiderunt disciplina, utrum liceat eis, postquam ad pubertatis annos devenerint, egredi, & matrimonio copulari; hoc omnino devitamus, quia nefas est, ut oblatis a parentibus Deo filiis voluntatis fræna relaxentur*: sono parole di S. Gregorio nella lettera a Bonifazio, riferite *nel Can. Addidistis* 20. *quest.* 1., ed in sequela di questo testo il Giberto *nel Corpo del Jus Canonico al tom.* 2. *tit.* 23. *de Ecclesia sect.* 3. *regul.* 14. così scrive: *Offerendi filios potestas tam ad matrem, quàm ad patrem pertinet.*

Casus Aviæ offerentis distingui debet ab extranei cujusque temeritate.

§. 21. Feliciter Nobis patriæ potestatis obstaculum superasse videmur, quod Nobis aliquam difficultatem ingerebat, in eoque superando ratione validissima nixos fuisse, quæ in Religionis favore posita est; ingenuè tamen omnino agnoscimus, aliquid præterea adhuc desiderari, ut statuere possimus, oblationem ad Baptismum ab Avia factam, tam Judæa matre, quàm Tutoribus Judæis repugnantibus, licitam validamque esse, adeoque admittendam. Nam si in solo favore Fidei omnia posita ac fundata essent, exinde consequeretur, ut a quacumque persona, licet externa, fieret oblatio infantis Judæi ad Baptismum, parentibus licèt ipsius reluctantibus, eadem admittenda esset; contra quam docet Sanctus Thomas,

Il caso dell'Ava, che offerisce, è diverso da quello di qualunque estraneo.

§. 21. Ci sembra d'aver felicemente superato l'ostacolo della patria podestà, che era quello, che ci dava imbarazzo, e di averlo superato col gran motivo del favore della Religione. Riconosciamo però con tutta buona fede, esservi bisogno di qualche altra cosa di più, per arrivare a stabilire, esser valida, lecita, e doversi accettare l'offerta dell'Ava al Battesimo, ancorchè contradica la madre Ebrea tutrice, unitamente coi tutori Ebrei. Imperocchè, quando tutto il sistema unicamente si appoggiasse al favore della Fede, ne seguirebbe, che facendosi da qualsivoglia persona, benchè esterna, l'offerta dell'infante Ebreo al Battesimo, contradicendo i di lui genitori, dovrebbe l'offerta accettarsi; il che è

quem cæteri Theologi communiter sequuntur, Infantes ex infidelibus natos, sine parentum consensu minimè baptizandos esse; atque illud etiam fortasse eveniret, ut Christianorum cuilibet permissum in posterum videretur, in Hebræorum Vicum penetrare, atque alicujus Judæi infantem, utroque parente invito, vel ibidem baptizare, vel foras asportando baptizandum offerre, quod hodierno tempore non solùm improbatur, sed etiam a Tribunalibus Ecclesiasticis vindicatur.

Avia *sub appellatione Parentum* comprehenditur.

§. 22. Verùm, si casus hic, qui in quæstione versatur, unà cum adjunctis circumstantiis consideretur, haud facilè quidem demonstrari poterit, ex eo quod aviæ oblatio admittatur, vel communem lædi Theologorum sententiam, quam supra exposuimus, vel violentiis aut dolis aditum aperiri ad Hebræorum infantes invitis eorum parentibus Baptismati offerendos, aut re ipsa baptizandos; tum quia communis Theologorum sententia nihil aliud docet, nisi quod minimè licet infantes infidelium, *invitis parentibus*, baptizare; cumque iidem nequaquam ulterius procedant ad explicandum, quinam illi sint, qui sub appellatione parendum veniant, locum excipit legalis dispositio, quæ docet, *sub appellatione parentum* aviam comprehendi; quam ad rem verba Textus in promptu sunt *in L. Appellatione ff. de verbor. significat. Appellatione parentum non tantùm pater, sed etiam avus, & proavus, & deinceps omnes superiores continentur, sed & mater, & avia, & proavia*: tum quia hoc ipso in casu non improvisa aliqua vis, aut impetus intercedit, nec talis oblatio fit a persona penitus extranea, cum paterna avia sit, quæ ad Christi Fidem conversa nepotem ad Baptismum sponte offerat; ac præter id, quod jam dictum est, videlicet *appellatione parentum* paternam quoque aviam comprehendi, observandum etiam occurrit, quod Romanis legibus a tutela mulieres omnes excludebantur: *Tutelam administrare virile munus est, & ultra sexum fœmineæ infirmitatis tale officium est*, quemadmodum legitur *in L. Tutelam C. Quando mulier tutelæ officio fungi potest.* Quum tamen deinde rigorem hujusmodi mitigari placuisset, & mulieres etiam ad tutelam exercendam idoneas declarari; id ad solam aviam, solamque matrem restrictum fuit, ut *in Auth. Matri & Aviæ*, eodem titulo, videre est; quod quidem signum evidens, imo argumentum satis clarum est, paternam aviam minimè extraneam dicendam esse, etiam in eo, quod pertinet ad nepotum seu filiorum filii sui educationem; maximè vero ubi, velut in præsenti casu, cum avia ipsa consentiunt patrui; quorum quidem in Judaica lege tanta ratio habetur, ut matri in proprii filii successione præferantur, quemadmodum *in cap. 27. libri Numerorum* præscriptum habetur, ac super ipso observant expositores Tostatus *quæst.* 33. Calmetus *ad vers.* 11., & du Hamel *ad vers.* 9.

Et ad nepotum tutelam admittitur, exclusis ab hoc officio, præter matrem, aliis mulieribus.

Duplex objectum contra hæc insurgens.

§. 23. Hic verò novimus dictum iri, aviam ad legitimam nepotis tutelam habilem quidem reddita esse, verum secundo loco, ideſt post matrem; ac præterea locum non esse loquendi de Tutoribus legitimis, quoties, ut in re præsenti accidit, testamentarii adsunt a patre dati. Veruntamen utrique responsionis parti non deest, quod denuo reponi possit. Verum quidem est, secundum jam citatam authenticam *Matri & Aviæ*, in tutela legitima matrem aviæ præferri: *Matri & Aviæ secundum ordinem tutelam subire permittimus*: quo loco Glossa ad verba *secundum ordinem* notat: *Cum primò Mater, secundò Avia admittatur*: at saltem extra controversiam non est, & valde incertum videtur, utrum prælatio matris

Legis ordo matrem aviæ in tutela præfert.

contrario alla dottrina di S. Tommaso, a cui gli altri Teologi comunemente aderiscono, non doversi regolarmente battezzare i figli infanti degl'infedeli senza il consenso de' loro genitori; e forse anche ne seguirebbe, che potrebbe in avvenire ogni Cristiano entrare nel Ghetto, battezzare l'infante di qualche Ebreo a dispetto del padre, e della madre, o portarlo fuori del Ghetto, ed offerirlo al Battesimo, il che oggidì non è approvato, anzi punito dai Tribunali Ecclesiastici.

L'Ava vien compresa *sub appellatione Parentum.*

§. 22. Considerando però il caso presente con tutte le sue circostanze, sarà difficile il poter dimostrare, che, accettandosi l'offerta dell'Ava, si offenda la sentenza comune de' Teologi poc'anzi memorata, o che si dia campo alle violenze, o alle sorprese d'offerire al Battesimo, o di battezzare gl'infanti degli Ebrei a dispetto de' loro genitori, si perchè la sentenza comune de' Teologi altro non insegna, se non che non è lecito il battezzare gl'infanti degl'infedeli *invitis parentibus*, nè dipoi innoltrandosi ad ispiegare chi venga *sub appellatione parentum*, subentra la disposizione legale, che insegna esser compresa l'Avia *sub appellatione parentum*; ed ecco il testo puntuale *nella L. Appellatione ff. de verbor. significat. Appellatione parentum non tantùm pater, sed etiam avus, & proavus, & deinceps omnes superiores continentur, sed & mater, & avia, & proavia*: sì perchè il caso presente non è o d'una violente sorpresa, o d'un'offerta, che si faccia da una persona totalmente estranea, essendo l'Ava paterna quella, che fatta Christiana, offre il nipote volontariamente al Battesimo. Oltre al già detto, che l'Ava paterna viene *sub appellatione parentum*, escludevano le Leggi tutte le donne: *Tutelam administrare virile munus est, & ultra sexum fœmineæ infirmitatis tale officium est*, come si legge *nella L. Tutelam C. Quando mulier tutelæ officio fungi potest.* Si volle di poi mitigare questo rigore, e dovendosi abilitare le donne alla tutela, ciò fu ristretto alla sola ava, ed alla sola madre, come può vedersi *nell' Auth. Matri & Aviæ*, sotto lo stesso titolo; segno evidente, anzi prova assai chiara, non potersi dire l'ava persona estranea in ciò ancora, che appartiene all'educazione de' nipoti, o sia de' figli del figlio; tanto più, quando, come nel caso presente, sono concordi coll'ava gli zii paterni, che nella Legge Ebrea sono tanto valutari, che vengono preferiti alla madre nella successione del proprio figlio, come può vedersi *nel cap. 27. del Libro de' Numeri*, e sopra esso vanno divisando il Tostato *alla quest. 33.*, il Calmet *vers. 11.*, ed il du Hamel *vers. 9.*

E si ammette alla tutela de' nipoti in esclusione dell' altre donne, eccettuatane solo la madre.

§. 23. Dirassi, e bene lo conosciamo, esser l'ava abilitata alla tutela legittima del nipote, ma in secondo luogo, cioè dopo la madre; ed in oltre dirassi, non esser luogo a discorrere de' tutori legittimi, quando vi sono, come nel caso nostro, i testamentarj dati dal padre: ma non manca la replica a ciascheduna parte della risposta. Secondo l'Autentica *Matri & Aviæ* di già citata, è vero, preferirsi nella tutela legittima la madre all'ava: *Matri & Aviæ secundùm ordinem tutelam etiam ante agnatos subire permittimus*: ove la Chiosa alle parole *secundum ordinem*, nota: *Cum primò mater, secundò avia admittatur*: ma per lo meno è disputabile, ed è assai incerto, se la prelazione della madre all'ava competa alla madre, quando

§Due obbiezioni nascono contro le dette cose.

La legge preferisce la madre all'ava nella tutela.

respectu aviæ, matri competat quando ipsa Judæa sit; cum complures, iique graves Auctores doceant, matrem in tutela filii aviæ præferendam esse, cum ipsa Christiana est, non autem cum Judæa. Etenim Authentica *Matri & Aviæ* desumpta est ex Novella 118. *de hæredibus ab intestato venientibus.* In hac Novella Legislator ordinem successionum constituit; ac deinde ad tutelarum ordinem gradum faciens, parem hunc successionum ordini fore statuit, ideoque matri prælationem in tutelis supra aviam tribuit: Ad extremum autem totam suam dispositionem iterum complectens, verbis hujusmodi eamdem concludit: *Hæc autem omnia, quæ de successione sancimus, obtinere in iis volumus, qui Catholicæ Fidei sunt.* Ex quo plausu dignum & probabile argumentum illis suppeditatur, qui contendunt ac docent, in tutela legitima minimè matri supra aviam prælationem deberi, cum mater Judæa est, sed tutelam Christianæ aviæ deferendam esse, quòd ita favor exigat Religionis; cujus quidem ratio a Legislatore habita est in re minoris momenti; cum statuerit, quod licet mater filiam dotare teneatur, quando pater id faciendi de suo facultatem non habet, id tamen a matre omnino præstandum sit, etiamsi patri divitiæ suppetant, quoties hic Christianus, & proles Christiana sit, mater vero in infidelitate, aut in Judaismo remanserit; quemadmodum, Legum Civilium dispositiones referendo, pluribus ostendunt Bossius *de Dote ad cap. 5. §. 2. num. 26. & seq.*, & Cardinalis de Luca *de Dote discurs. 142. num. 54.*

Hic tamen ordo ratione infidelitatis immutatur in variis casibus.

Tutores testamentarii legitimos a tutela repellunt.

Sed & illi suspicionis exceptione repelluntur.

§. 24. Non inficiamur item, quod minimè dubium est, legitimis Tutoribus nequaquam locum esse, ubi Testamentarii adsunt; verum illud videndum restat, num id admittendum sit, quando Testamentarii suspecti sunt, cum, secundum Romanas leges, Testamentariis etiam suspicionis exceptio detur, ipsæque Leges in Urbe quidem Prætori, in Provinciis autem Præsidibus onus injunxerint, suspectos tutores removendi, & in eorum locum alios non suspectos substituendi, ut in Institutionibus Justiniani, & in titulo Codicis: *de suspectis tutoribus vel curatoribus*, videri potest. Pontifex Gregorius IX. in controversiâ, quæ per ipsum soluta fuit in pluries laudato *cap. Ex litteris, de conversione infidelium*, utrum videlicet filius apud Judæam matrem remanere, an Christiano patri tradi deberet, supradictam legum dispositionem præ oculis habuit, ut ex subjectis ejusdem verbis colligitur: *Non debet apud eas remanere personas, de quibus possit esse suspicio, quod saluti vel vitæ insidientur illius;* & contra Judæam matrem pronunciavit, propter periculum perversionis: *Materque pueri, si cum remanere contingeret apud eam, posset illum adducere ad infidelitatis errorem, in favorem maximè Fidei Christianæ respondemus, patri eumdem puerum assignandum.* Hoc autem responsioni illi fundamentum præbet, non loquendum scilicet de Tutoribus legitimis, ubi Testamentarii adsunt, si Testamentarii ab exceptione immunes sint; secus verò quando iidem exceptionem patiuntur præjudicii, damnique notabilis, quod pupillo afferrent, cum Religionis offensa; quemadmodum omnino contingeret, si nunc Christianæ aviæ oblatio rejiceretur, ne jus impediretur eorum Judæorum, qui Tutores Testamentarii existunt.

Nil obstat, quod hujus rei exempla non adsint.

§. 25. Nonnullos fortasse audieris dicentes, quod si oblatio aviæ admittatur, res fiet, quæ antea nunquam facta fuisse memoretur. Hoc idem Nobis objectum fuit; sed nihil planè ea res Nos commovit, cum ne casus quidem ullus allatus fuerit, quo aviæ oblatio repudiata sit. Cum autem res, quæ in quæstionem

essa è Ebrea; insegnando molti e gravi Autori, competere alla madre la prelazione sopra l'ava nella tutela del figlio, quando essa è Cristiana, ma non quando è Ebrea. L'Autentica *Matri & Aviæ* è ricavata dalla Novella 118. *de hæredibus ab intestato venientibus.* In questa Novella il Legislatore stabilisce l'ordine delle successioni; fa dipoi passaggio all'ordine delle tutele, e vuole, che questo sia eguale a quello delle successioni, dando nelle tutele la prelazione alla madre sopra l'ava: Riassume nel fine tutta la sua disposizione, conchiudendola colle seguenti parole: *Hæc autem omnia, quæ de successione sancimus, obtinere in iis volumus, qui Catholicæ Fidei sunt.* Ciò somministra un plausibile, e probabile argomento a chi sostiene, ed insegna, non doversi la prelazione nella tutela legittima alla madre sopra l'ava, quando la madre è Ebrea, ma doversi la tutela all'ava Cristiana; così esigendo il favore della Religione, considerato ancora dal Legislatore in un caso d'assai minore importanza; avendo stabilito, che quantunque la madre sia obligata a dotare la figlia, quando il padre non ha modo di farlo del suo, ciò però si faccia a dirittura dalla madre, ancorchè il padre sia ricco, quando questi sia Cristiano, la prole sia Cristiana, e la madre sia restata nell'infedeltà, o nell'Ebraismo; come ampiamente, riferendo le disposizioni delle Leggi Civili, dimostrano il Bossio *de Dote al cap. 5. §. 2. num. 26. e seg.*, il Cardinal de Luca *de Dote discurs. 142. nu. 54.*

Quest'ordine muta in certi casi per ragione dell'infedeltà.

I Tutori testamentarj escludono dalla tutela i legittimi. Non è così quando sono sospetti i Tutori Testamentarj.

§. 24. Si ammette pure, come si deve ammettere, che generalmente parlando, non hanno luogo i Tutori legittimi, quando vi sono i Testamentarj: ma il punto consiste nel vedere, se ciò possa ammettersi, quando i Testamentarj sono sospetti; dandosi anche ai Testamentarj, secondo le Leggi Romane, l'eccezione di sospetto, ed avendo esse incaricato in Roma al Pretore, e nelle Provincie ai Presidi l'obbligo di rimovere i tutori sospetti, come può vedersi nelle Istituzioni di Giustiniano, e nel titolo del Codice: *de suspectis tutoribus vel curatoribus.* Il Pontefice Gregorio IX. nella controversia da esso risoluta nel più volte citato *cap. Ex litteris, de conversione infidelium*, se il figlio dovesse restare nelle mani della madre Ebrea, o consegnarsi al padre Cristiano, ebbe avanti gli occhi la sopraddetta disposizione delle leggi, come si raccoglie dalle seguenti di lui parole: *Non debet apud eas remanere personas, de quibus possit esse suspicio, quod saluti vel vitæ insidientur illius;* ed avendo sentenziato contra la madre Ebrea, pel pericolo della perversione: *Materque pueri, si cum remanere contingeret apud eam, posset illum adducere ad infidelitatis errorem, in favorem maximè Fidei Christianæ respondemus, patri eumdem puerum assignandum:* ciò dà fondamento alla risposta, non potersi parlare de' Tutori legittimi, quando vi sono i Testamentarj, se i Testamentarj sono senza eccezione; ma non quando patiscono l'eccezione del pregiudizio, e sono di danno notabile al pupillo, ed offendono la Religione: come per appunto succederebbe, se oggi si ricusasse l'offerta dell'Ava Cristiana per non impedire il diritto degli Ebrei Tutori testamentarj.

Non osta, che non vi sia esempio alcuno sopra ciò.

§. 25. Avrà ella forse inteso motivarsi da taluno, che, ammettendosi l'offerta dell'ava, si farebbe un passo non mai fatto per l'addietro. Noi pure abbiamo intesa la stessa cosa; ma questa non ci ha fatta veruna breccia, non essendosi nemmeno portato verun caso, in cui sia stata rigettata l'offerta dell'ava: E non

cadit, non quidem tantummodò ratione diſpicienda, ſed quoquo modo executioni mandanda ſit, & poſitiva neceſſitas adſit de ipſa in alterutram partem decernendi; nullus relictus locus eſt illius negligendæ, aut in aliud tempus differendæ; ſed videndum omnino eſt, quid ſecundum juſtitiam fieri oporteat. Idem planè contigit Gregorii XIII. tempore, quum ſcilicet ipſe decrevit, ut Avi ad Chriſti Fidem converſi oblatio reciperetur, etiamſi mater diſſentiret, quemadmodum a Nobis plenè expoſitum fuit in alia Epiſtola noſtra ad Urbis Vices-Gerentem conſcripta; & relatum habetur, ut ſupra innuimus, apud Sylvium, cui nunc adjungimus Valentiam *tom. 4. Commentariorum Theologicorum diſputat. 4. quæſt. 3. punct. 3. §. Quartò dico*: Etenim ne tunc quidem ante ejuſmodi ſententiam a Pontifice prolatam contigerat, ut oblatio avi, diſſentiente matre, recepta umquam fuiſſet. Ergo & ſententia illa nova extitit, & tamen executioni demandata, & cum plauſu excepta fuit: Eademque dici poteſt aditum iis aperuiſſe, qui in præſentia ad recipiendam aviæ oblationem propenſi ſunt, quum pari jure cenſeri debeant avus & avia in eo, quod pertinet ad curam non minus filii, quam filiorum ipſius; cum hæc a familia ſua per matrimonium in viri familiam translata, primas in hac partes unà cum illo obtinuerit. Et quoniam avi mentione redeunte, objectum illud iterum redit, patriam poteſtatem penes eumdem, non autem penes aviam reſidere; non mirum videri debet, ſi & Nos reſponſione illa denuo occurramus, videlicet favorem Religionis id præſtare, ut patriæ poteſtatis defectus illi non officiat, qui alio cæteroquin legitimo titulo infantis oblationem facit; ad ea autem, quæ ſupra dicta ſunt de communi opinione, qua mater filium, diſſentiente patre, validè ac licitè baptizandum offert, etiamſi patria poteſtas in patre non autem in matre ſita ſit; non injucundum fore arbitramur, ſi id adjungamus, quod ad rem hanc ſcribit Vaſquez *tom. 2. ſuper 3. part. S. Thomæ quæſt. 68. artic. 10. diſput. 155. cap. 3. num. 35. Licet Jure Civili ſoli patri conceſſa ſit patria poteſtas in filium, quod attinet ad aliquos effectus in ipſo Jure peculiares, nempe ut pater uſumfructum habeat in bonis filii, non autem mater, & ut ſuus hæres dicatur, ac proinde jure (ut dicunt) ſuitatis gaudeat, quod reſpectu matris non conceditur; tamen, quod ſpectat ad retinendum filium in ſuo conſortio, & ſocietate, ut illum nutriat, æquale videtur jus matris cum jure patris; ac proinde ſi alter conſentiat, etiamſi ſit mater, quia nimirum videtur ex conſortio filii cum altero, nempe cum patre, ei damnum ſpirituale ſequi, ratione commodi ſpiritualis, quod filio ex ſeparatione provenit, conſenſus illius repugnantiæ alterius prævalere debet.*

Exemplum Avi in paribus circumſtantiis.

Hujus patriæ poteſtati æquivalet favor Religionis in Avia junctus alteri legitimo titulo.

Jus naturale matris in filiorum educatione non undequaque inſuperabile oſtenditur.

§. 26. Niſi Nos memoria fallit, nihil aliud modo reliquum eſt, quam ut quæſtioni illi reſpondeamus, quomodo ſcilicet fieri poſſit, ut mater, quæ ſuper educatione filii infantis jus habet ipſa natura derivatum, quod ideo naturale Jus appellatur, eo jure privari poſſit ab avia, quæ aliam auctoritatem in nepotem habere nequit, quàm quæ ipſi a Jure Civili tribuitur. In quo illud forſan ſatis eſſet reſpondere, præcipuum fundamentum illius præponderantiæ, quæ Aviæ facto tribuitur, in Religionis favore ſitum eſſe; quod autem hic quæritur, jam antea quæſitum fuiſſe in altero caſu, quum ſcilicet Gregorius XIII. Avi factum diſſenſui matris prævalere debere judicavit; nec ullam de hujuſmodi quæſito rationem habitam fuiſſe. Sed ut ad propoſitæ interrogationis nodum propiùs accedamus, quærimus, utrum filii mancipiorum & eorum, qui pleno jure ſervi ſunt, diſſentientibus eorum parentibus, baptizari eſſendo il punto, che dee riſolverſi, ideale, ma pratico, e concorrendo la poſitiva neceſſità di dover riſolverlo o in un modo o in un altro, ceſſa ogni arbitrio di traſcurarne, o differirne la riſoluzione, ed è d' uopo vedere ciò, che eſigge la giuſtizia. Lo ſteſſo per appunto ſucceſſe nel tempo di Gregorio XIII. quando eſſo giudicò, che ſi accettaſſe l' offerta dell' avo neofito, ancorchè diſſentiſſe la madre, come da Noi fu pienamente dedotto nell' altra noſtra Lettera ſcritta a Monſignor Vice-Gerente; caſo memorato, come poc' anzi abbiamo detto dal Silvio, a cui ora aggiungiamo il Valenza *nel tom. 4. de' ſuoi Commenti Teologici diſput. 4. queſt. 3. punct. 3. §. Quartò dico*; imperocchè nemmeno allora verificoſſi, che prima della riſoluzione del Pontefice ſi foſſe mai accettata l' offerta dell' avo, diſſenziente la madre. Eſſa dunque fu nuova, fu eſeguita, e fu ricevuta con applauſo; ed eſſa pure può dirſi, che abbia aperto l' adito a chi inclina ad accettare oggidì l' offerta dell' ava; dovendo eſſer uguali l' avo, e l' ava in ciò, che appartiene alla cura non meno del figlio, che dei figli del figlio, eſſendo eſſa paſſata dalla ſua famiglia, mediante il matrimonio, in quella del marito, ed avendo fatto con lui nella famiglia la prima figura. E perchè, facendoſi menzione dell' avo, ritorna ſul tavoliere la riſpoſta, che la paterna podeſtà riſiede nell' avo, e non nell' ava; non dee poi parere ſtrano, ſe ſul tavoliere ſi rimette la replica, non oſtare, pel favore della Religione, il difetto della patria podeſtà a chi per altro legittimo titolo fa l' offerta dell' infante. Poc' anzi ſi è riferita, ed eſpoſta la comune opinione, della madre, che, diſſenziente il padre, offre validamente, e lecitamente il figlio al Batteſimo, ancorchè la patria podeſtà ſia nel padre, e non nella madre; ed ora penſiamo non dover eſſer diſcaro l' aggiungere ciò, che ſcrive in queſto propoſito il Vaſquez *nel tom. 2. ſopra la 3. part. di S. Tommaſo queſt. 68. art. 10. diſput. 155. cap. 3. num. 35. Licèt Jure Civili ſoli patri conceſſa ſit patria poteſtas in filium, quod attinet ad aliquos effectus in ipſo Jure peculiares, nempe ut pater uſumfructum habeat in bonis filii, non autem mater, & ut ſuus hæres dicatur, ac proinde jure (ut dicunt) ſuitatis gaudeat, quod reſpectu matris non conceditur; tamen, quod ſpectat ad retinendum filium in ſuo conſortio & ſocietate, ut illum nutriat, æquale videtur jus matris cum jure patris; ac proinde ſi alter conſentiat, etiamſi ſit mater, quia nimirum videtur ex conſortio filii cum altero, nempe cum patre, ei damnum ſpirituale ſequi, ratione commodi ſpiritualis, quod filio ex ſeparatione provenit, conſenſus illius repugnantiæ alterius prævalere debet.*

Vi è l' eſempio dell' Avo in ſimili circoſtanze.

Alla patria podeſtà di queſto equivale il favore della Religione, congiunto con altro legittimo diritto, che ha l' ava.

§. 26. Se la memoria non ci tradiſce, ora altro non reſta, che riſpondere al queſito, che ſi fa, come avendo la madre un diritto derivante dalla natura, e che perciò diceſi jus naturale, ſopra l' educazione del figlio infante, poſſa eſſa reſtarne ſpogliata per fatto dell' ava, che ſopra il nipote non può avere altra autorità, che quella, che le proviene dal Jus Civile. Baſterebbe forſe il riſpondere, che la preponderanza del fatto dell' ava ha il ſuo principal fondamento nel favore della Religione; e che l' interrogazione ora promoſſa fu anche promoſſa nell' altro caſo dell' avo, il di cui fatto, ſecondo la riſoluzione di Gregorio XIII. prevalſe al diſſenſo della madre, e che dell' interrogazione non fu fatto verun conto. Ma per entrare nelle viſcere del queſito, domandiamo, ſe i figli dei mancipj, o veri ſchiavi, ſi poſſano battezzare diſſentienti i loro genitori; e volendoſi riſpondere ſecondo la comune opinione, è d' uopo

La difficoltà, che deriva dal diritto naturale della madre ſopra l' educazione de' Figli non è inſuperabile.

Exemplum de parentibus in ſervitute pœnali conſtitutis.

Evvi l' eſempio de' Genitori, che ſono in ſervitù penale.

tizzari possint; Et quidem, si secundum communem opinionem responsum dandum sit, respondendum erit, posse. Iterum igitur quærimus, num hujusmodi parentibus faveret, nec ne, jus naturale pro educatione filiorum suorum infantium; neque responderi posse arbitramur, eosdem naturali eorum jure in proprios filios caruisse. Quærimus denique, quomodo filii prædicti baptizari possint, sine consensu parentum, pro quibus stat jus naturale, quod immutabile dicitur: Verum, ut hujusmodi interrogationi responsum dari possit, ad Theologos recurrendum est. Respondent ipsi, jus patrum in filios infantes, pro eo, quod ad educationem pertinet, naturale dici posse duplici ratione; vel scilicet quia a natura originem habeat, vel quia lex naturæ jubeat, ut nemo alius eorum educationi, exclusis parentibus, se immiscere possit. Admittunt Theologi, jus illud primo sensu naturale esse, non autem secundo; ideoque concludunt, quod cum dominium mancipii seu servi, ejusque filiorum, jure gentium in Dominum transferatur, potest Dominus filios infantes a parentibus separare, eosque baptizandos jubere, etiamsi parentes dissentiant. Ita edisserit Sylvius *tom. 4. sup. 3. part. S. Thomæ quæst. 68. art. 10. concluſ. 7.*, & ante eum satis solidè Suarez *tom. 3. super 3. parte S. Thomæ quæst. 68. art. 10. disputat. 25. sect. 4. §. Quocirca.* Jam verò nihil præter jus & fas postulare Nobis videmur, dum contendimus, quod quemadmodum naturæ jus non læditur, ubi, repugnantibus parentibus, captivorum filiis Baptismus confertur, ita neque idem naturæ jus violari dicatur, quoties, nulla vi adhibita, ac petente persona, quæ id faciendi jus habeat, infans Hebræus, dissentiente matre, aut sacro Fonte abluitur, aut baptizandus offertur; sicut enim pro primo casu militat Jus Gentium, ita pro altero favor Religionis, cujus vis eam Nobis obligationem imponit, ut eamdem promoveamus, quantum, secluſa cujuslibet injuria, Nobis facere permissum est; veluti in præsentia contingit, si oblatio Hebræi infantis, quæ ab Avia sponte fit, recipiatur.

Aliud est jus a natura originem ducens, aliud lex naturæ aliquid præcipiens, aut vetans.

Jus a natura tributum, quod jure gentium superatur, multo magis cedere debet favori Religionis, & animarum saluti.

Præmissa omnia simul juncta oblationem acceptandam suadent.

§. 27. Habes igitur, dilecte Fili, eas omnes rationes, quibus adducti sumus, ut eam, de qua quæstio est, oblationem recipiendam judicaremus, quemadmodum recipiendam judicamus; quæ rationes & causæ, sive per se singulæ considerentur, sive, ut in casibus practicis fieri consuevit, conjunctim accipiantur, magni procul dubio ponderis, atque momenti sunt. Quod si in re dubia in favorem Fidei pronunciandum esse constans regula est, quisnam erit, qui, perpensis tot propositis rationibus, materiam hanc saltem pro dubia habendam, adeoque in favorem aviæ, quod idem est in casu, ac in favorem Religionis, decernendum non existimet? Novimus, dilectos Filios Sanctæ Inquisitionis Consultores, tum sacræ Theologiæ, tum Canonici Juris peritos, quorum suffragia validis rationibus innixa perlegimus, pro avia communiter censuisse. His concordes audivimus in Congregatione coram Nobis habita Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sententias pro admittenda aviæ oblatione. Quare tam sapientibus consiliis inhærendo, huic Epistolæ nostræ finem imponimus, oblationem aviæ recipiendam esse decernentes, tibique impertinentes Apostolicam Benedictionem.

Aut saltem probant rem dubiam esse, & ob id ipsum favore Religionis pronunciari debere.

In hanc sententiam tum Consultores S. Officii, tum Cardinales Inquisitores Generales convenerunt.

Pontifex jubet oblationem Aviæ acceptari.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die xv. Decemb. MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

Dat. die 15. Dec. 1751.

d' uopo risponder di sì. Domandiamo, se ai predetti genitori assisteva il jus naturale dell' educazione de' loro figli nell' infantile età; nè vediamo come possa risponderſi, che i predetti genitori fossero privi del loro diritto naturale sopra i proprj figli. Domandiamo finalmente, come possano i figli predetti esser battezzati senza il consenso de' genitori assistiti dal jus naturale, che si dice immutabile; e per rispondere a quest' interrogazione fa di mestieri il ricorrere ai Teologi. Rispondono essi, che il jus de' padri sopra i figli infanti in ordine all' educazione può dirsi naturale in due maniere, o perchè ha l' origine dalla natura, o perchè il jus della natura obbliga, che niun altro possa porre mano nell' educazione, privandosene i genitori. Ammettono i Teologi, che il jus sia naturale nel primo senso, e non nel secondo; e però conchiudono, che trasportando il jus delle Genti nel padrone del mancipio, o sia dello schiavo, il dominio d' esso, e de' suoi figli, può il padrone separare i figli infanti dai genitori, e farli battezzare, ancorchè i genitori dissentano. Così la discorre il Silvio *nel tom. 4. sopra la 3. parte di S. Tommaso quest. 68. art. 10. concluſ. 7.*, e prima di lui assai profondamente il Suarez *nel tom. 3. sopra la 3. parte di S. Tommaso quest. 68. art. 10. disput. 25. sect. 4. §. Quo circa.* Non ci pare di pretender molto, quando pretendiamo, che, siccome non è offeso il jus naturale, quando, dissenzienti i genitori, si dà il Battesimo agl' infanti de' schiavi, così nemmeno debba dirsi offeso lo stesso jus della natura, ogni volta che senza veruna violenza, ed a petizione di chi ha jus di farla, o si battezza, o si offre al Battesimo l' infante Ebreo dissenziente la madre: assistendo al secondo il favore della Religione, fondato sull' obbligo, che abbiamo, di promoverla, ogni volta che ciò si può fare senza veruna ingiustizia, come per appunto presentemente succede, accettandosi l'offerta dell'infante Ebreo, che si fa volontariamente dall'Ava.

Altro è il diritto, che hà l' origine dalla natura, altro è il jus naturale, che commanda, o proibisce.

Il diritto naturale, se si supera dal diritto delle genti, molto più può superarsi dal favore della Religione, e della salute dell' anime.

§. 27. Ed ecco esposti a lei i motivi, pe' quali abbiamo creduto, e crediamo doversi accettare l' offerta, che è in questione, motivi senza dubbio rilevanti, o ciascheduno d' essi si consideri a parte, o si prendano tutti insieme, come suol farsi giudicando de' casi pratici. E se è massima ben fondata, che in dubbio dee pronunziarsi a pro della Religione, e chi mai sarà, che a vista di tante ragioni non debba almeno ammettere la materia per dubbia, e così conchiudere a pro dell' Ava, ch' è lo stesso, che dire della Religione? Sappiamo, che i Consultori del Sant' Officio, e Teologi, e Canonisti, hanno comunemente opinato per l' Ava, avendo letti i loro ben fondati Voti. Abbiamo nella Congregazione tenuta avanti di Noi inteso uniforme il parere de' Cardinali, acciò si accetti l' offerta dell' Ava. Ed inerendo a' così savj sentimenti, imponiamo fine a questa Lettera, ordinando, che si accetti l' offerta; e dando a lei l' Apostolica Benedizione.

I motivi fin qui esposti dimostrano, che debba accettarsi l' obblazione dell' Ava.

O almeno provano, che la cosa è dubbia, e perciò dee risolversi a favore della Religione.

Quello è stato il parere de' Consultori, e de' Cardinali del S. Offizio.

Comanda il Pontefice s' accetti l' offerta dell' Ava.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die xv. Decemb. MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

Dat. die 15. Dec. 1751.

LVII. Sacræ Congregationis Rituum Decreta super modo utendi Indulto Pontificalium Capitulo & Canonicis Ecclesiæ Archiepiscopalis Urbinaten. olim a Sede Apostolica concesso, approbantur, & confirmantur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Procœmium. IN Throno justitiæ super omnes Gentes Divina dispositione collocati, ad ea potissimum, quæ ab Ecclesiarum Præsulibus pro extirpandis in Ecclesia Dei exortis abusibus, utiliorique commissi Gregis gubernio, provida ratione priùs ordinata, & postea a Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Almæ Urbis Congregationibus, quæ vocis nostræ organa sunt, decreta fuerunt, sollicitudinis, & vigilantiæ nostræ curas libenter convertimus; Illaque, dum Divino cultui, Pastoraliqueque dignitati prodesse comperimus, Apostolicæ nostræ confirmationis robore communimus, prout arbitramur in Domino salubriter expedire.

Indultum a Benedicto XIII. Urbinaten. Capitulo, & Canonicis concessum. §. 1. Sanè pro parte Venerabilis Fratris nostri Antonii Guglielmi moderni Archiepiscopi Urbinaten. exhibita Nobis nuper petitio continebat, quod aliàs, & postquàm fel. rec. Benedictus Papa XIII. Prædecessor noster, per suas Litteras Apostolicas, tunc existentibus Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Urbinaten. ac Dignitates in ea obtinentibus, ut ipsi tàm in Civitate, quàm in Diœcesi Urbinaten., absente, vel præsente Archiepiscopo, sive interveniente Legationis Urbinatensis S. R. E. præfatæ Cardinali Legato de Latere, in Missis, Vesperis, ac Laudibus solemniter decantandis, ac etiam in Processionibus, Benedictionibus Candelarum, Cinerum, Palmarum, & Fontis Baptismalis, ac in reliquis Ecclesiasticis functionibus, in quibus sacra adhibentur Paramenta, Mitra, aliisque Indumentis, & Paramentis tantùm ad instar Abbatum usum Mitræ habentium, uti liberè, & licitè possent, & valerent, Apostolica auctoritate perpetuò concesserat, & indulserat; eisque, ut in eorum Armis, & Insigniis Mitram apponi facere, & addere etiam valerent, licentiam, & facultatem dicta Apostolica auctoritate tribuerat, & impartitus fuerat; bon. mem. Thomas Maria Marelli, dum viveret, primum Archiepiscopus Urbinaten., & deinde Imolen. Episcopus, tempore, quo ipse dictæ Ecclesiæ Urbinaten. præsidebat, modum, & tenorem dictarum litterarum, tam in illarum interpretatione, quàm in decernenda earum executione, prætereundo, easdem litteras, plura, licèt in eis non expressa, continere, & comprehendere declaravit in gravissimum dignitatis Archiepiscopalis præjudicium.

Ejus Indulti intelligentia ultra debitos fines extenditur.

Lis, & controversia inter modernum Archiepiscopum, & Capitulum agitata coram Congreg. Sac. Rituum. §. 2. Quapropter, ubi primùm dictus Antonius Archiepiscopus præfatæ Ecclesiæ Urbinaten., certo tunc expresso modo Pastoris solatio destitutæ, eadem Apostolica auctoritate in Archiepiscopum præfectus fuit, sublatis priùs per eum nonnullis abusibus in celebratione Divinorum Officiorum inventis, animum suum ad alios abusus, qui respiciebant usum Pontificalium, aliarumque prærogativarum exercitium, quas tunc existentes Capitulum, & Canonici dictæ Ecclesiæ, ac Dignitates in ea obtinentes sibi indebitè arrogaverant, removendos convertit. Idcircò dilecto Filio moderno dictæ Ecclesiæ Præposito significavit, quod ad judicium Congregationis ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super Ritibus Ecclesiasticis præpositorum deferri poterat, quænam prærogativæ dilectis quoque Filiis Capitulo, & Canonicis dictæ Ecclesiæ, ac Dignitates in ea obtinentibus prædictis, vigore dicti Indulti, competerent. Sed perspiciens ipse Antonius Archiepiscopus, quod Capitulum, & Canonici ejusdem Ecclesiæ, ac Dignitates in ea obtinentes præfati, moras nectendo, nil aliud cupiebant, quàm in possessione prætensarum prærogativarum se confovere, censuit, pro muneris sui debito, ac Archiepiscopalis Dignitatis defensione, singula controversiarum Capita, in infrascriptis XIII. Dubiis disposita, & inter partes concordata, ac a dilecto similiter Filio nostro Prospero Sancti Georgii ad Velum aureum ejusdem S. R. E. Diacono Cardinali Columna de Sciarra nuncupato, in controversia hujusmodi Ponente, subscripta, eidem Congregationi proponere.

Dubia in Congregatione proposita. §. 3. Quorum Dubiorum tenor est, qui sequitur, videlicet.

Primo: *An Dignitates, & Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ Urbinaten. uti possint Annulo, Cruce pectorali cum gemmis, Caligis, Sandaliis, & Chyrothecis, præsertim auro ornatis, in casu &c.*

II. *An eædem Dignitates, & Canonici Pontificaliter celebrantes uti queant Faldistorio, & quatenus negativè, quomodo sedere debeant?*

III. *An Faldistorium debeat esse coopertum oloserico coloris currentis, seu simplici panno?*

IV. *An uti valeant Palmatoria, seu Bugia in Pontificalibus, & an in Missis lectis, seu privatis?*

V. *An liceat eisdem in Missa Pontificali Populum salutare, dicendo*: Pax vobis: *loco dicendi*: Dominus vobiscum?

VI. *An post Missas, Vesperas, aut Matutinum in Pontificalibus celebratum, possint ipsi solemnem dare Benedictionem, dicendo*: Sit nomen Domini benedictum: *seu potius simplicem Benedictionem tantùm post Missam, dicendo*: Benedicat vos Omnipotens Deus, *cum unico, seu cum trino signo Crucis?*

VII. *An Dignitates, & Canonici in Missis, aut Vesperis in Pontificalibus celebratis, benedicendo populum cum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, dare possint trinam Benedictionem, vel unicam tantùm dare debeant?*

VIII. *An eædem Dignitates, & Canonici induti Mitra, aliisque Paramentis ad instar Abbatum, etiamsi Missas, aut Vesperas in Pontificalibus non celebraverint, dare possint trinam Benedictionem?*

IX. *An possint Pontificaliter celebrare Missas in Ecclesiis Monialium absque consensu Archiepiscopi?*

X. *An in vestitionibus, & velationibus Monialium factis de commissione Archiepiscopi, uti possint Mitra?*

XI. *An in Metropolitana Ecclesia uti possint Mitra, & Pontificaliter celebrare, in Missis Defunctorum?*

XII. *An in Insigniis, & Armis suæ Familiæ, appositis, vel apponendis in Paramentis sacris, aliisque rebus Ecclesiam concernentibus, loco Mitræ, vel una cum ipsa, Pileum apponere valeant?*

XIII. *An dictæ Dignitates, & Canonici in Processionibus Sanctissimi Corporis Christi incedere possint capite Mitra cooperto?*

Rescripta super singulis præmissis dubiis edita. §. 4. *Et Sacra eadem Congregatio, utraque Parte scripto & voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem prædicti Cardinalis Ponentis, rescribendum censuit.*

Ad

Ad primum : *Affirmativè juxta modum : modus est, quod in Missis solemniter decantandis solus Celebrans uti possit enunciatis Indumentis auro non ornatis, nec non anulo cum unica gemma, & Cruce pectorali sine gemmis, & ampliùs.*

Ad II. *Negativè, & sedere debeant in scamno cooperto tapete, vel panno currentis coloris, & ampliùs.*

Ad III. *Provisum in secundo, & ampliùs.*
Ad IV. *Negativè, & ampliùs.*
Ad V. *Negativè, & ampliùs.*
Ad VI. *Negativè ad primam partem, affirmativè ad secundam, cum unico signo, & ampliùs.*
Ad VII. *Negativè ad primam partem, affirmativè ad secundam, cum unica tantùm, & ampliùs.*
Ad VIII. *Negativè, & ampliùs.*
Ad IX. *Negativè, & ampliùs.*
Ad X. *Negativè, & ampliùs.*
Ad XI. *Negativè, & ampliùs.*
Ad XII. *Affirmativè quoad Mitram tantùm, & ampliùs.*
Ad XIII. *Negativè, & ampliùs.*

Et ita decrevit, ac servari mandavit die 29. Januarii 1752.

M. Marefuscus Sac. Rituum Congr. Secretarius.

Archiepiscopus supplicat pro confirmatione Apostolica.

§. 5. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, ea, quæ Sedis Apostolicæ munimine roborantur, firmiùs subsistant, & exactiùs ab omnibus observari soleant; propterea quod dictus Antonius Archiepiscopus, ne adversus decretum, & mandatum ab eadem Congregatione super præmissis, ut præfertur, edita, quidquam unquam sub quovis prætextu a modernis, & pro tempore existentibus Capitulo, & Canonicis dictæ Ecclesiæ, ac Dignitates in ea obtinentibus, opponi, seu illa impugnari, aut eis contradici queat, plurimum cupiat, decretum, & mandatum hujusmodi, pro majori illorum validitate, & subsistentia, ac inviolabili observantia, per Nos, & Sedem Apostolicam præfatam perpetuò, ut infra, opportunè approbari, & confirmari : quare pro parte prædicti Antonii Archiepiscopi Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ei in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Pontifex præmissa approbat & confirmat, ac perpetuò servari mandat.

§. 6. Nos igitur, qui dignum & rationi consonum arbitramur, honestis votis, & petitionibus hujusmodi annuere, & abusus prædictos, potiùs a vanitate, quàm a pietate Ministrorum introductos, removere sinceris desideramus affectibus, eidem Antonio Archiepiscopo specialem gratiam facere volentes, illiusque zelum, & pietatem debitis laudibus commendantes, ipsumque a quibusvis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequen., harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, decretum, & mandatum hujusmodi ab eadem Congregatione super præmissis, ut præfertur, edita, tanquam Dignitatis Archiepiscopalis respicientia, ac ad abusus in Ecclesia Dei removendos tendentia, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, inviolabilis, & irrefragabilis Apostolicæ firmitatis robur, vim, & efficaciam adjicimus, illaque a præfatis modernis, & pro tempore existentibus Capitulo, & Canonicis dictæ Ecclesiæ, ac Dignitates in ea obtinentibus, aliisque omnibus, & singulis, ad quos nunc spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit in futurum, firmiter, & inviolabiliter observari, & adimpleri, nec ab illorum observantia, & adimplemento hujusmodi, ullo unquam tempore resiliri, aut recedi debere :

Clausulæ pro perpetuo præsentium Litterarum vigore.

§. 7. Easdemque præsentes semper, & perpetuò validas, & efficaces existere, & fore, ac nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, aut in jus, vel controversiam vocari; nec sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per Nos, & Sedem Apostolicam prædictam sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam Motu proprio factis, & faciendis comprehendi, vel confundi, sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per præfatum Antonium Archiepiscopum, & successores suos dictæ Ecclesiæ Urbinaten. Præsules pro tempore existentes, quandocumque eligendos, concessas fore, & esse, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere :

Aliter judicari prohibetur.

§. 8. Sicque, & non aliàs per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac præfatæ Sanctæ R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios, judicari, & definiri debere; & quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

Contrariis derogatur.

§. 9. Non obstantibus quibusvis, etiam in Synodalibus, Provincialibus, Generalibus, Universalibusque Conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit, dictæ Ecclesiæ Urbinaten. etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis, quibusvis personis in genere, vel in specie, aut aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis specialis, specifica, & expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, latissimè, & plenissimè, ac specialiter, & expressè, necnon opportunè, & validè, ad præmissorum validissimum effectum, hac vice dumtaxat, harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio.

§. 10. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, roboris adjectionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. 18 Februarii 1752.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septin-

septingentesimo quinquagesimo secundo, tertio Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

I. C. Travagli.

X

I. Miliatus.

I. Smachers.

Loco ✠ Plumbi.

L. Eugenius.

LVIII. De Ritu, & usu Cerearum Formarum, quæ benedici, & consecrari solent a Romano Pontifice.

Formula impressa de mandato Sanctissimi Domini Nostri, Anno MDCCLII.

PErvetustus in Ecclesia Romana ritus est ille, quo Summi Pontifices benedicere, & consecrare solent Cereas Formas, quæ *Agnus Dei* vulgò appellantur. In Ordine Romano, qui Eruditorum judicio antiquior est Seculo octavo, innuitur præfatus Ritus; In Cæremoniali verò ejusdem Romanæ Ecclesiæ designantur materia, forma, & preces in hujusmodi consecratione adhibendæ, quæ sacras continent, mysticasque significationes.

Conficiuntur hi *Agnus Dei* ex Cera alba, pura, virginea, quo Humana denotatur natura a Christo, virtute Divina, sine ulla mixtione, aut contagione culpæ, in purissimo Mariæ Virginis Utero assumpta. Agni imago in illis imprimitur, Agni illius immaculati symbolum, qui pro humana reparatione in Ara Crucis immolatus est. Adhibetur Aqua benedicta, quo nimirum elemento, tum in novo Fœdere, præclara Sacramenta, & prodigia a Deo effecta sunt. Miscetur in ea Balsamum, quo bonus Christi odor significetur, quem in omni actu, & conversatione redolere debent Christi fideles. Superinfunditur Chrisma, quo res aliæ Divino cultui specialiter addictæ, veluti Templa, Altaria, Sacerdotes, præparari solent, ac consecrari, atque in eo præstantissima virtutum omnium Charitas figuratur.

In Aqua igitur prius benedicta, ac Balsamo, & Crismate mixta, Cerei illi *Agnus Dei* immerguntur, & Summus Pontifex tam ante, quàm post mersionem, sanctissimis precibus Deum exorat, ut eas Formas benedicere, sanctificare, & consecrare dignetur, iisque tantam impertiat virtutem, ut quicumque recta fide, ac vera pietate iisdem usus fuerit, hæc dona, ac beneficia consequatur.

I. Ut aspectu, vel contactu Agni in cereis illis formis impressi, excitentur Fideles ad memoranda sub eo symbolo Redemptionis nostræ mysteria, conceptisque grati animi sensibus, Divinam in nos Bonitatem benedicant, venerentur, ac diligant; fidentes fore, ut per eam, peccatorum veniam obtineant, & maculas omnes abstergant.

II. Ut ad vivificæ Crucis signum in iisdem Cereis impressum maligni Spiritus contremiscant, & fugiant, faceſſant grandines, subsidant venti, dissipentur tonitrua, abigantur turbines, fulgura, & tempestates.

III. Ut Divinæ benedictionis virtute, non prævaleant diabolicæ fraudes, insidiæ, & tentationes.

IV. Ut Parturientes cum fœtu incolumes serventur, eumque feliciter in lucem emittant.

V. Ut iisdem devote utenti nulla dominetur adversitas, nulla noceat pestilentia, aërisve corruptio, nullus comitialis morbus eum corripiat; nulla maris tempestas, nullum incendium, nulla innundatio, nulla adversus eum prævaleat malignitas.

VI. Ut in prosperis, adversisque casibus Divina protectione muniatur; ab humanis, vel diabolicis insidiis, a subitanea, & improvisa morte, a cunctis denique malis, & periculis liberetur, per Vitæ, ac Passionis Jesu Christi mysteria.

Mirabiles hujus Sacri virtutes explicatæ jam olim fuere, atque his versibus comprehensæ.

Pellitur hoc signo tentatio Dæmonis atri,
Et pietas animo surgit, abitque tepor.
Hoc aconita fugat, subitæque pericula mortis,
Hoc & ab insidiis vindice, tutus eris.
Fulmina ne feriant, ne sæva tonitrua lædant,
Ne mala tempestas obruat, istud habe.
Undarum discrimen idem propulsat, & ignis,
Ullaque ne noceat vis inimica valet.
Hoc facilem partum tribuente, puerpera fœtum
Incolumem mundo proferet, atque Deo.
Unde, rogas, mi tam magna potentia signo?
Ex Agni meritis, haud aliunde fluit.

Quæ quidem beneficia, & gratiarum dona a bonorum omnium Largitore Deo Fidelibus tribui ac concedi, virtute hisce Sacris Cereis communicata per benedictionem, ac precationes in primis, quas Christi Vicarius Romanus Pontifex universæ Ecclesiæ nomine in eorum consecratione fundere solet, res est firmiter omnino credenda, ac variis, eximiisque miraculis sæpissimè confirmata. Quod si optatus non semper obtineatur effectus, id non defectui virtutis rei sacræ, sed vel infirmæ exiguæque utentium Fidei ac Devotioni, vel alteri occultæ causæ Deo compertæ ac probatæ, tribuendum est.

LIX. Indulgentiarum nova concessio, pro Personis Sæcularibus utriusque Sexus, tam Tertio Ordini S. Francisci de Paula adscriptis, quàm Chordigeris ejusdem Sancti Funiculum benedictum deferentibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. INexhausti Ecclesiæ Thesauri administrationem & dispensationem, Dei voluntate Nobis commissam, summâ, qua decet, fide, ac diligentia gerere satagentes, dubia quæque, & incertitudines circa Indulgentias, & spirituales Gratias a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, piis maximè Personarum cœtibus concessas, ne Christifidelium animi nutantes in incerta ferantur, ac ob id eorum languescat charitas & fides, declarare, ac etiam quandoque, novis ex integro factis concessionibus, de medio tollere non omisimus; & quoties id ipsum similes causæ Nobis fidenter expositæ suadere dignoscuntur, eamdem viam insistentes, spiritualibus piorum Institutorum profectibus,

fectibus, & Christifidelium devotioni consulere non recusamus.

Instantia facta Pontifici pro nova concessione Indulgentiarum Tertiariis S. Francisci de Paula, & illius Chordigeris.

§. 1. Cum itaque dilectus Filius Julius Malmusius Presbyter Ordinis Sancti Francisci de Paula Minimorum nuncupatorum expresse Professus, ejusdemque Ordinis modernus Procurator Generalis, seu Zelosus nuncupatus, Nobis nuper suplicaverit, ut Indulgentias, & peccatorum remissiones Personis utriusque sexus Sæcularibus, tam *Tertiariis* nuncupatis, quàm aliis Cingulum laneum dicti S. Francisci gerentibus, *Chordigeris* nuncupatis, competentes, quemadmodum Nos ipsi superiori anno ad præsiniendas Indulgentias Fratrum, & Sororum Tertii etiam Ordinis Sæcularis S. Francisci de Assisio nuncupati peculiaribus nostris Litteris incipientibus: *Ad Romanum Pontificem*: sub datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Idibus Martii, Pontificatus Nostri Anno undecimo præstitimus, præsinire etiam & edicere dignaremur; Nos dicti Julii supplicationem non modò congruam, sed etiam necessariam quodammodo agnoscentes, ex quo videlicet Ven. Dei Famulus Innocentius Papa XI. Prædecessor noster in generali Decreto super Indulgentiis die VII. Martii Anni Domini MDCLXXVIII. per ipsum edito, inter apocriphas Indulgentias, nonnullas etiam recensendas judicavit, quæ in aliquibus tunc impressis Foliis asserebantur iis concessæ, qui Cingulum prædicti S. Francisci de Paula gerentes, *Chordigeri* dicuntur; ipsius Julii precibus annuentes, Tertiariorum tamen seorsim a Chordigeris hujusmodi ratione habita, circa Indulgentias, tam illis, quàm hisce deinceps competituras, harum nostrarum Litterarum tenore, ut infra, stabilire in Domino judicavimus.

Pontifex agnoscit hujus instantiæ necessitatem, & precibus annuit, Tertiariorum a Chordigeris seorsim habita ratione.

De Regula Tertiariis a S. Francisco de Paula proposita.

§. 2. Sanè præter Regulam Fratribus sui Ordinis, Minimis nuncupatis, nec non Monialibus, præstitutam, idem Sanctus Franciscus de Paula, exemplum forsan prædicti Sancti Francisci de Assisio præ oculis habens, aliam quoque utriusque sexus Sæcularibus Personis, Tertiariis, ut præfertur, nuncupatis, aptatam edidit Regulam, ab Alexandro VI., & Julio II. Romanis Pontificibus etiam Prædecessoribus nostris, ut accepimus, approbatam. Cui quidem Regulæ, ac Tertio Ordini Sancti Francisci de Paula, omissis iis, quæ de aliis illustribus Personis enarrantur, adscriptum olim & aggregatum fuisse novimus S. Franciscum Salesium Episcopum Genevensem, de quo hæc habentur in ejus Vita per Augustum etiam Salesium illius ex Fratre Nepotem conscripta Lib. IX. pag. 405. *Cinctus est igitur in Monasterio Divi Andreæ ab Antonio Biliaco Superiore, & in Fratrum numerum relatus &c. Deinceps cum ex Minimis aliquos inter eundum offenderet, Cingulum illud trahens ex perula: Videte, inquiebat, num ego Frater vester sim; atque re vera, non solo nomine, sum Minimus.*

Tertiariis utriusque sexus Sæcularibus Indulgentias indulget, id est Plenariam in ingressu, & quater in anno, ac in mortis articulo.

§. 3. Hisce igitur utriusque sexus Sæcularibus Personis prædictam Regulam S. Francisci de Paula pro Tertiariis conditam professuris, & in Tertium Ordinem hujusmodi ingressuris, die eorum & earum ingressus, si verè pœnitentes, & confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, Plenariam; nec non iisdem nunc & pro tempore existentibus ejusdem Tertii Ordinis Fratribus, & Sororibus, verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui in Dedicationis S. Michaëlis Archangeli, ac in ejusdem S. Francisci de Paula, & dicti S. Francisci Salesii, nec non Commemorationis Sanctorum Omnium die prima Novembris Festis diebus, a primis Vesperis usque ad occasum Solis dierum hujusmodi, Ecclesiam aliquam Ordinis Fratrum Minimorum prædictorum, vel in ejus defectum, in Civitate vel loco, ubi ipsi tunc degent, aliam quamcumque hujusmodi Civitatis, vel loci Ecclesiam devotè visitaverint, & inibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, & Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint; singulis præfatis diebus, quibus id egerint, etiam Plenariam; in cujuslibet verò eorum mortis articulo, si verè pariter pœnitentes, & confessi, ac sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti, Sanctissimum Jesu Nomen, ore, si potuerint, sin minus corde, devotè invocaverint, Plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & impertimur.

Et Indulgentias Stationum Urbis.

§. 4. Iisdemque tam in Civitatibus, & locis, ubi dictæ Ecclesiæ Fratrum Ordinis Minimorum existunt, quàm alibi ubivis commorantibus, qui singulis Quadragesimalibus, & aliis Anni diebus, in quibus Stationes Ecclesiarum Urbis & extra illius muros sitarum occurrunt, prout in Missali Romano descriptæ sunt, aliquam primodicti Ordinis, si ibi fuerit, alioquin aliam ejusdem Civitatis, vel loci, ubi eos pro tempore residere, vel morari contigerit, Ecclesiam devotè visitaverint, &, ut præfertur, oraverint, ut easdem Indulgentias consequantur, quas consequerentur, si iisdem Sationum temporibus & diebus, singulas Ecclesias dictæ Urbis, & extra illius muros hujusmodi, pro iisdem Stationibus, & Indulgentiis consequendis destinatas, personaliter visitarent, concedimus, & indulgemus.

Ac in aliis 18. diebus 7. annorum &c.

§. 5. Ipsis quoque verè pœnitentibus, & confessis, sacraque Communione refectis, qui in Festis Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Resurrectionis Dominicæ, & Pentecostes, ac Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis, & Assumptionis Beatissimæ Virginis Mariæ, Apparitionis S. Michaëlis Archangeli, nec non Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Philippi & Jacobi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Judæ, & Mathiæ, aliquam Ecclesiam, ut supra, visitaverint, ibique, ut præfertur, oraverint, quo die præfatorum id egerint, septem annos & totidem Quadragenas de injunctis eis, vel aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

De *Chordigerorum* institutione.

§. 6. Quo verò ad alios supradictos ejusdem S. Francisci de Paula *Chordigeros* nuncupatos, qui non quidem Regulam Tertii Ordinis ipsius S. Francisci profitentur, sed Cingulum, seu Funiculum laneum ab aliquo ex Fratribus primodicti Ordinis Professis, seu alio quocumque, ad id a Superioribus Regularibus deputato, benedictum, sibique cinctum deferunt: Etsi de hac Institutione nullum extet authenticum monumentum, & piè solummodò credatur, prædictum Sanctum Fundatorem adhuc in humanis agentem, Personis utriusque sexus, devota ad eum affectione & obsequio recurrentibus, licèt in prædicto Tertio Ordine nequaquam professis, Cingulum seu Funiculum laneum a se benedictum, ac illi similem, quem ipse deferebat, dare solitum fuisse; Certum porrò est, subsequentibus temporibus pium hunc morem magis magisque invaluisse; Cumque Romani Pontifices prædecessores nostri hac de re edocti, ac Ecclesiarum Præsules id ipsum in suis Civitatibus & Diœcesibus factitari non ignorantes, nunquam piæ huic Institutioni obsistendum, aut adversandum judicaverint; Nos sanè nullum eidem obstaculum aut impedimen-

tum afferre intendimus; sed ad omnem tollendam confusionis occasionem, quemadmodum iis, qui supradictum Tertium Ordinem Sancti Francisci de Paula profitentur, proprias Indulgentias harum serie impertiti fuimus; ita & alterius Instituti Personis, quæ simpliciter Cingulum seu Funiculum prædictum deferunt, Chordigerique nuncupantur, ipsarum præsentium tenore, proprias quoque, ac certas ab ipsis lucrandas Indulgentias assignare decrevimus.

Eis proprias Indulgentias impertitur: videlicet Plenariam in actu susceptionis Cinguli & in Festo S. Francisci, ac in articulo mortis.

§. 7. Cæteris igitur utriusque sexus Christifidelibus, etiamsi Tertium Ordinem prædictum professi non fuerint, qui Cingulum seu Funiculum laneum, quem vocant S. Francisci de Paula, a modernis & pro tempore existentibus Ordinis Minimorum Superioribus, vel al alio Presbytero ejusdem Ordinis Professore, seu alio quocumque ab iisdem Superioribus deputato benedictum, & ab eis susceperint, ea die, qua verè pœnitentes & confessi, ac Sacra Communione refecti, primò id egerint, Plenariam: Præterea eisdem utriusque sexus Chordigeris verè quoque pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui in Festo prædicti S. Francisci de Paula, a primis Vesperis usque ad occasum Solis, Ecclesiam aliquam Fratrum Ordinis Minimorum, vel in ejus defectum aliam quamcumque Civitatis vel Loci, ubi eos pro tempore degere contigerit, devotè visitaverint, ibique, ut præfertur, oraverint, etiam Plenariam: Item eisdem, dum in articulo mortis constituti, verè pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, vel, quatenus id facere nequiverint, saltem contriti, Sanctissimum JESU Nomen corde, si ore non potuerint, devotè invocaverint, itidem Plenariam omnium peccatorum suorum remissionem & Indulgentiam concedimus & impertimur: Nec non, ut quisquis eorum & earum, præfatum Cingulum seu Funiculum benedictum deferens, semel in die, si in honorem Domini Nostri JESU CHRISTI, & Sanctorum Apostolorum ejus, pias, ut præfertur, preces effuderint, quo die id egerint, Centum dierum Indulgentiam consequatur, concedimus pariter & indulgemus.

Et pro aliquibus precibus Centum dierum quotidianam.

Indulgentias item communiter Tertiariis & Chordigeris concedit, ideſt LX. dierum pro singulis operibus piis.

§. 8. Denique tam primodicti Tertii Ordinis, quàm alterius pii Instituti prædicti Personis Sæcularibus utriusque sexus, quoties ipsi, & quilibet eorum Missis & aliis Divinis Officiis in Ecclesiis celebrandis & recitandis devotè interfuerint, ac pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, vel etiam, qui corpora Defunctorum ad sepulturam associaverint, aut quascumque Processiones de licentia Ordinarii faciendas, Sanctissimumque Eucharistiæ Sacramentum, tam in Processionibus, quàm cum ad infirmos, vel aliàs quocumque & quandocumque pro tempore deferetur, comitati fuerint, vel impediti, Campanæ ad id signo dato, semel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut quinquies Orationem & Salutationem eandem pro necessitatibus Sanctæ Matris Ecclesiæ, sive pro Animabus Defunctorum, tam ejusdem Tertii Ordinis, quàm Chordigerorum præfatorum recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, & ignorantes præcepta Dei, & quæ ad salutem sunt, docuerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint; Toties, pro quolibet prædictorum operum exercitio, sexaginta dies de injunctis eis, seu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Omnes Indulgentias, ut supra, concessas applicari posse Animabus Purgatorii permittit.

§. 9. Eisdemque non solùm Tertiariis, sed etiam Chordigeris, ut omnes & singulas Indulgentias, & peccatorum seu pœnarum remissiones & relaxatioes hujusmodi, ab ipsis, ut præfertur, respectivè consequendas, etiam pro Animabus Christifidelium Defunctorum, quæ Deo in charitate conjunctæ ex hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, misericorditer in Domino concedimus & indulgemus.

Revocat omnes alias Indulgentias Tertiariis & Chordigeris concessas.

§. 10. Cæterum alias omnes & singulas Indulgentias & peccatorum remissiones Personis utriusque sexus tam prædicto Tertio Ordini Sancti Francisci de Paula adscriptis, quàm Chordigeris præfatis, sive directè & immediatè, sive promiscuè, aut alio quocumque modo, etiam per communicationem cum Minimorum prædictorum, & aliorum Mendicantium Fratrum Ordinibus, tam vigore Privilegiorum, & Litterarum Apostolicarum, quàm vivæ vocis oraculo, aut aliàs quovis modo per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & Apostolicam Sedem hactenus concessas, confirmatas, approbatas, & innovatas, eisque hucusque competentes, seu per eos prætensas, earundem præsentium tenore revocamus, cassamus, abolemus, annullamus, & abrogamus.

Clausulæ.

§. 11. Præsentes autem Litteras, tam quoad concessiones superius factas, quàm quoad revocationem, & abolitionem hujusmodi, etiamsi eidem Tertio Ordini S. Francisci de Paula adscripti, & Chordigeri præfati, seu alii quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere quomodolibet prætendentes, eisdem non consenserint, nec ad ea vocati aut auditi fuerint, nullo unquam tempore impugnari, seu de voluntatis nostræ defectu, aut subreptionis, obreptionis, aliove quolibet vitio notari, vel adversus eas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve juris vel facti remedium impetrari posse: sed semper & perpetuò firmas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac iis, quorum favorem concernunt, in omnibus & per omnia pleniſſimè suffragari, & respectivè ab iis, ad quos pertinet, inviolabiliter observari; sicque, & non aliter, per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam S. R. E. Cardinales Indulgentiis & Sacris Reliquiis præpositos, aliosque etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuntios, de præmissis judicari, interpretari, ac definiri debere decernimus, atque irritum & inane si secus a quoquam cujuslibet auctoritatis præsidio scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Committitur Episcopis &c., ut pro præsentium observantia invigilent.

§. 12. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Ecclesiarum Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis, nec non prædictæ Apostolicæ Sedis Nuntiis, & S. Officii Inquisitoribus, harum quoque serie, & dicta auctoritate committimus & mandamus, ut nullas alias Indulgentias, seu peccatorum remissiones, præter præmissas, per quoscumque, tamquam prædicto Tertio Ordini S. Francisci de Paula, & Chordigeris hujusmodi, specialiter, & intuitu eorum Instituti, competentes, vulgari, nunciari, aut proponi permittant: Sed ipsarum præsentium tenorem per ipsos fideliter, ut par est, observari faciant; Et siqui forte contumaces, vel rebelles fuerint, aut quovis modo præsentibus contradixerint, omnibus juris remediis, appellatione postposita, compescant.

Derogatio contrariis.

§. 13. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, nec non Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, ac ejusdem Tertii Ordinis S. Francisci de Paula, ac, si quæ sint, prædictorum Chordigerorum, etiam juramento, confir-

confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus: Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis prædicto Tertio Ordini S. Francisci de Paula, & Personis ei adscriptis in contrarium præmissorum forsan concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides præstanda transumptis.

§. 14. Volumus autem, ut præsentium Transumptis, etiam impressis, ac pro tempore existentis Procuratoris Generalis seu Zelosi dicti Ordinis, vel alicujus Notarii publici manu subscriptis, & alicujus Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel pro tempore etiam existentis Correctoris Generalis ejusdem Ordinis sigillo munitis, eadem fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis haberetur, si forent ostensæ.

§. 15. Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis, impertitionis, indulti, relaxationis, revocationis, abolitionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Sanctio penalis.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo, tertio Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

Dat. die 28. Februarii 1752.

D. Card. Passionei.

J. Datarius.

VISA DE CURIA

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

LXI. De Bonis Ecclesiarum, quæ semel ab Infidelibus occupata, deinde in Christianorum potestatem devenerunt.

LXI. Sopra i Beni delle Chiese, occupati già dagl' Infedeli, e poi venuti in potere de' Cristiani.

Epistola ad R. P. Nicolaum Lercari Sac. Congregationis de Propaganda Fide Secretarium conscripta, occasione Postulatorum a R. P. Archiepiscopo Antibarensi eidem Congregationi propositorum.

Lettera scritta da N. S. a Monsig. Niccolò Lercari Segretario della Congregazione di Propaganda Fide, a motivo d' alcuni Quesiti proposti da Monsignor Arcivescovo d' Antivari alla stessa Congregazione.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Antibarensis Civitatis constitutio, & status civilis & Ecclesiasticus.

URBEM Antibarum, italicè *Antivari*, eo nomine appellatam, propterea quod in ora illius regionis, quæ nunc *Albania* dicitur, contra Barium Apuliæ civitatem constituta sit, jamdudum, ut nosti, Othomanicæ Dominationis jugum premit, ab anno scilicet 1571. ut testatur Reipublicæ Venetæ Senator Jacobus Diedo in nitida, quam nuper edidit, Historia ejusdem Reipublicæ *tom. 2. lib. 7. pag. 261.* Neque Venetis datum est, illius possessionem recuperare, magno licèt virtutis conatu, tum anno 1648., tum etiam anno 1717. in id incubuerint, ut idem Historicus prosequitur. De hac Urbe P. Daniel Farlatus *tom. 1. Illyrici Sacri, in Prolegomenis part. 2. cap. 5. §. 3. pag.* 150. ita scribit: *Antibarium Urbs priscis ignota, quod sæculis posterioribus condita fuit, e regione Barii civitatis Apuliæ, a qua denominata est, quasi contra Barium;* idemque Auctor subdit, Dioclea urbe in ruinis jacente Archiepiscopalem illius titulum translatum fuisse Antibarum; & nomina Episcoporum suffraganeorum, qui novo Archiepiscopo assignati fuerunt, descripta legi in Bulla Alexandri Papæ II.; Ut autem Sedes Archiepiscopalis in præfata civitate collocaretur, occasionem desumptam fuisse ex infortunio, quod accidit quatuor Episcopis, Antibarensi, Cattarensi, Olchinensi, & Suacensi, qui, dum Spalatrum petebant, ut Provinciali Concilio interessent, naufragio perierunt; ut videre est *in laudatis Prolegomenis part. 3. sect. 2. §. 5. pag.* 308.

Della situazione della Città di Antivari, e suo stato civile ed Ecclesiastico.

LA Città d'Antivari, che in latino dicesi *Antibarum*, per esser situata di rimpetto alla Città di Bari, Città della Puglia, si ritrova, come bene Ella sa, da molto tempo in qua, cioè dal 1571. sotto il giogo della Potenza Ottomana, come espone il moderno Senatore Giacomo Diedo nella sua bella Storia della Republica di Venezia *al tom. 2. lib. 7. pag. 261.*, non essendo riuscito ai Veneziani nel 1648. e nemmeno nel 1717. di poterla ricuperare, ancorchè con molto valore ne tentassero l'impresa, come prosiegue lo stesso Storico. Il Padre Daniele Farlato *nel tom. 1. del suo Illirico Sacro nei Prolegomeni part. 2. cap. 5. §. 3. pag.* 150. così scrive: *Antibarium Urbs priscis ignota, quòd sæculis posterioribus condita fuit e regione Barii Civitatis Apuliæ, a qua denominata est, quasi contra Barium;* e lo stesso Autore aggiugne, essere stato trasferito da Dioclea, Città rovinata, ad Antivari il titolo Arcivescovile, e leggersi ancora in una Bolla d'Alessandro II. i Vescovi suffraganei assegnati al nuovo Arcivescovo; essendosi presa la congiuntura di piantare nella detta Città la Sede Arcivescovile, per la disgrazia seguita ai quattro Vescovi Antibarense, Cattarense, Olchinense, e Suacense, che naufragarono nel mare, nel mentre che andavano a Spalatro, per assistere ad un Concilio Provinciale; come può vedersi *nella terza parte de' citati Prolegomeni sect. 2. §. 5. pag.* 308.

Dubia ab Archiepiscopo proposita.

§. 2. Venerabilis Frater hodiernus Archiepiscopus Antibarensis, pastoralis zeli laude

Dubbj proposti dall' Arcivescovo.

§. 2. Il Prelato odierno Arcivescovo è un Ecclesiastico di molto zelo; ed avendo fatta

magno-

la

magnopere commendandus, quum Diœceſim ſuam viſitaſſet, & acta Viſitationis ad Congregationem de Propaganda Fide miſiſſet, ſuper duobus ſequentibus capitibus opportunum ſibi lumen ab eadem præberi, & adjumenta præſtari poſtulavit. In primo capite exponit, Turcas Albania potitos, magnam partem bonorum ad Eccleſias pertinentium occupaſſe, quorum nonnulla deinde Chriſtifidelibus divendita, alia vero eiſdem ad colendum tradita fuerunt. In ſecundo autem refert, nonnullos ex Chriſtianis, domos habentes proximas Eccleſiis everſis, & prædia prædiis Eccleſiarum contigua, areas & terras ad eaſdem Eccleſias olim pertinentes uſurpaſſe. Quærit propterea quomodo in his ſe gerere debeat; & an hujuſmodi malis remedium ullum, & quodnam ſit adhibendum; declarans ſe lumine ſibi præſtito uſurum, ut opportunis documentis inſtruat Confeſſarios, qui ea vehementer exoptant; quum aliqui ſint ex hujuſmodi poſſeſſoribus, qui nihil penſi habeant, alii verò propriæ conſcientiæ ſtimulos cohibere cupiant, atque a cenſuris abſolvi, quas contra detinentes Eccleſiarum bona ſtatutas & latas eſſe non ignorant. Addit præterea Archiepiſcopus, hoc idem, quod in præfata viſitatione peragenda, in ſua Diœceſi evenire comperit, in aliis quoque Albaniæ Diœceſibus contingere; itaut, manibus magno operi admotis, tumultus, atque diſcordias ſuſcitatum iri valde pertimeſcat.

De bonis Eccleſiarum, quæ Chriſtiani de manibus Infidelium acquiſiverunt. De iis, quæ Chriſtiani ipſi occuparunt.

§. 3. Utroque capite hujuſmodi in Congregatione de Propaganda Fide mature diſcuſſo, exiſtimavit ipſa, debere Archiepiſcopum, accitis ad ſe Miſſionariis, Parochis, & Confeſſariis, eiſdem injungere, ut pœnitentibus demonſtrent, non poſſe eos ſine propriæ conſcientiæ damno detinere bona, quæ olim ad Eccleſias pertinentia, deinde a Turcis occupata, in eorum manus devenerunt, ſive ea a Turcis ipſis emerint, ſive tamquam derelicta ſibi uſurpaverint; ideoque neceſſarium omnino eſſe, ut aliquem legitimum titulum habeant, quo ſe in eorum bonorum poſſeſſione confovere poſſint; totamque difficultatem in novo hujuſmodi legitimo titulo adinveniendo verſari. Quamobrem ipſa Congregatio propoſuit, ut poſſeſſores Archiepiſcopum adire debeant, eique diſtinctam exhibere indicationem quantitatis, qualitatiſque bonorum, quæ ex antiquo Eccleſiarum cenſu ad eos ita pervenerunt. Ipſius autem Archiepiſcopi æquitati & prudentiæ permittendum, ut & Eccleſiarum utilitati, quantum fas eſt, providere, & poſſeſſoribus novum legitimum titulum procurare ſtudeat, eos admittendo ad novos contractus, puta, emphyteuticos, tenuiſſimis etiam canonibus impoſitis, juxta facultates, quæ a Nobis præfato Archiepiſcopo concedi poterant. Concluſit denique, hac facilitate dumtaxat erga illos agendum, qui invitati ad præmiſſa præſtanda acceſſerint, contumacibus in propria perditione derelictis. Quum verò hæc omnia a te, Dilecte Fili, juxta tui miniſterii debitum, Nobis diligenter relata fuerint, & pro opportuna facultatum conceſſione ſupplicatum; Nos verò ad rem accurate inſpiciendam & perpendendam, nonnihil temporis ſumpſerimus; nunc tandem decrevimus ſententiam noſtram hac ſuper re, quæ magni momenti effectus parere poteſt, in ſcriptis redigere.

Congregationis de Propaganda Fide ſententia & conſilium.

Pont. rem examinat, & in hac epiſtola pertractandam ſuſcipit.

§. 4. Sanè a nemine in dubium revocatur, quidquid in bello juſto capitur, quod ad hoſtem pertinebat, in victoris dominium tranſire; mobilia ſcilicet in illius poteſtatem, qui primus ea occupaverit, immobilia verò in dominium ſupremi Principis, qui bellum intulit, ut ſibi pro ipſius belli expenſis ſatisfaciat, aliquando etiam, ut majores ad defenſionem vires ſu-

Acquirendi rerum dominii titulus ex bello juſto oritur.

la Viſita della ſua Dioceſi, ed avendone traſmeſſi gli Atti alla Congregazione di Propaganda, ha chieſto i lumi opportuni, e gli ajuti ſopra i due ſeguenti punti. Nel primo eſpone, che, impadronitiſi i Turchi dell' Albania, occuparono gran parte de' beni appartenenti alle Chieſe, e che alcuni di queſti furono di poi venduti ai Criſtiani, ed altri dati pure a lavorare a' Criſtiani. Nel ſecondo rappreſenta, che avendo alcuni Criſtiani le loro caſe vicine alle Chieſe rovinate, e godendo i beni contigui a quelli delle dette Chieſe, hanno occupati i terreni, che ad eſſe appartenevano: Cercando, come debba contenerſi, e ſe, e qual rimedio poſſa applicarſi, per riparare i detti diſordini; volendo prevalerſi de' lumi, che a lui ſaranno ſomminiſtrati, per dare le opportune iſtruzioni ai Confeſſori, che ne ſono anſioſi, eſſendovi alcuni, che poſſiedono, e a null' altro penſano; ed eſſendovi altri, che vorrebbero quietare le loro coſcienze, ed eſſere proſciolti dalle cenſure fulminate contra quelli, che ritengono i beni delle Chieſe: Nè laſcia l'Arciveſcovo d'aggiungere nella predetta ſua Viſita, che quanto ſuccede nella ſua Dioceſi, ſuccede ancora nell' altre dell' Albania; e che pur troppo, mettendoſi mano alla grand'opera, teme di tumulti, e di diſcordie.

De' beni delle Chieſe acquiſtati da' Criſtiani dalle mani degl' Infedeli.

Di quelli, che i Criſtiani medeſimi hanno occupati.

§. 3. Eſaminatoſi l'uno e l'altro punto nella Congregazione di Propaganda, ha eſſa creduto dovere l'Arciveſcovo chiamare a ſe i Miſſionarj, i Parochi, ed i Confeſſori, ingiugnendo loro di far comprendere ai penitenti, che ſenza aggravio delle loro coſcienze non poſſono ritenere i beni, che anticamente appartenevano alle Chieſe, e che poi, eſſendo ſtati occupati da' Turchi, ſono paſſati nelle loro mani, o per averli comprati dagli ſteſſi Turchi, o pure per averli uſurpati, come derelitti; ed eſſere perciò neceſſario, che abbiano un titolo legitimo di continuare nel poſſeſſo; e che la difficoltà conſiſteva nel nuovo titolo legitimo poc'anzi accennato: Onde la ſteſſa Congreg. ha ſuggerito doverſi i Poſſeſſori preſentare all'Arciveſcovo colla diſtinta nota della quantità, e qualità de' beni, che hanno le dette provenienze, laſciando poi alla ſua equità è prudenza il procurare non meno il vantaggio poſſibile per le Chieſe, che il nuovo legittimo titolo per i poſſeſſori, ammettendoli a' nuovi contratti, per eſempio enfiteuſi, anche con tenuiſſimi Canoni, a tenore delle facoltà, che da Noi al detto Arciveſcovo potevanſi concedere; conchiudendo, che queſta benignità doveſſe aver luogo per quelli, che invitati, foſſero comparſi, laſciando i contumaci abbandonati nella loro perdizione. Ed avendoci Ella, ſecondo l'obbligo del ſuo miniſtero, fatta relazione eſattamente del tutto, pregandoci delle opportune facoltà; ed avendo Noi preſo tempo per vedere, ed eſaminare la materia, ci ſiamo finalmente riſoluti d'eſporre in carta i noſtri penſieri, in una materia, che può portar ſeco conſequenze di gran rilievo.

Parere e ſuggerimento della Sac. Congregazione di Propaganda Fide.

N. S. eſamina la materia, e prende a trattarla nella preſente Lettera.

§. 4. E principio non controverſo da veruno, che nella guerra giuſta, quanto ſi prende, che era dell' inimico, paſſa nel dominio del vincitore, cioè i mobili nel dominio di chi li prende, e gli ſtabili o ſiano immobili nel dominio del Principe, che ha moſſa la guerra, per le ſpeſe fatte, ed alle volte ancora per ſempre più metterſi in difeſa, e reſtar ſicuro

Nella guerra giuſta, i beni dell'inimico paſſano in dominio del Vincitore.

mat, ac se a futuris eventibus tueatur. Sylvius *in* 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 1. *quæsit.* 6. *concluſ.* 6. *& concluſ.* 7. Covarruvias *in* 2. *part. Relect. Regul. Poſſeſſor malæ fidei §.* 11. *ſub num.* 6. Similiter extra controverſiam eſt, in bello injuſto, totum id, quod capitur, reſtituendum; quum occupatio hujuſmodi nihil aliud ſit, quàm formalis rapina. Ita docet S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 66. *art.* 8. *ad primum:* en ejus verba: *Circa quædam diſtinguendum eſt: quia ſi illi, qui prædantur hoſtes, habeant bellum juſtum, ea, quæ per violentiam in bello acquirunt, eorum efficiuntur; & hoc non habet rationem rapinæ; unde nec ad reſtitutionem tenentur &c. Si verò illi, qui prædam accipiunt, habeant bellum injuſtum, rapinam committunt, & ad reſtitutionem tenentur.* Illuſtria ſunt exempla veterum Romanorum, qui quum injuſtitiam belli ſuſcepti agnoverunt, quicquid abſtulerant, promptè reſtituerunt, ac detrimenta, quæcumque victis & debellatis populis præliando intulerant, ſumma fide reparaunt. Hæc in Livii Hiſtoriis occurrunt; ac duo hujuſmodi exempla a Valerio Maximo referuntur, alterum, quod pertinet ad Faliſcos a Quinto Lutatio domitos, alterum ad Camarinos a Publio Claudio devictos, atque per varias Orbis plagas diſperſos. *Cum Publius Claudius Camarinos ductu atque auſpiciis ſuis captos animadvertebat; tamen quia parum liquida fide id geſtum ab Imperatore videbatur*; (Senatus) *maxima cura conquiſitos redemit, iiſque habitandi gratia locum in Aventino aſſignavit, & prædia reſtituit &c. juſtitiæque promptiſſimo tenore effecit, ut exitio ſuo lætari poſſent, quia ſic renati erant.*

Non item ex bello injuſto.

§. 5. Hinc patet, quum bellum, quo Turcæ Antibarum occuparunt, omni procul dubio fuerit injuſtum, quicquid ea occaſione ab ipſis captum & occupatum fuit, ſive mobile ſive immobile fuerit, id eos injuſtè uſurpaſſe, veramque in eo rapinam commiſiſſe; quare omnis juſtitiæ ratio poſtularet, ut ab ipſis cuncta reſtituerentur Chriſtifidelibus, quos fortunis ſuis injuſtè ſpoliarunt, vel, illis vita functis, eorum hæredibus & ſucceſſoribus. Sed hoc non eſt præſentis quæſtionis ſubjectum; & ſi eſſet, fruſtra de eo ageretur, quod in perditis & deſperatis rebus habendum eſt. Quæſtionis cardo vertitur circa bona, quæ Turcæ Chriſtianis vendiderunt, & nunc ab emptoribus detinentur; quæriturque utrum, qui ea emerint, quique emptorum hæredes aut legitimi ſucceſſores ſunt, tuta conſcientia retinere illa poſſint, an verò eadem legitimis dominis reſtituere teneantur; idque eò magis, quòd agitur de bonis ad Eccleſias & Monaſteria pertinentibus, quorum injuſta detentio cenſurarum pœna mulctatur; quodque, quum Eccleſiaſtici, non ſecus ac Peregrini, in bellis, minimè ſint partes Reipublicæ nocentis, efflagitat ipſa ratio, ut nec illorum, nec iſtorum perſonæ lædantur, neque bonis ſuis exturbentur, ut legitur in Decretali: *Innovamus, de Treuga & Pace*; ubi, neceſſitatis publicæ cauſa, hoc ipſum Privilegium ad mercatores etiam & agricolas extenditur, ut optimè ad citatum Textum perpendunt Repetentes. Quamquam autem id ſæpe ſæpius re ipſa non obſervetur: *Quos Canones rationabiles ac ſanctos, quantum ad id, quod poſitivi juris pertinet, an abuſus deleverit, neſcio*: verba ſunt Cardinalis Cajetani *in ejus Summa, verbo: Belli damna §.* 4. *de damnis*; illud tamen non obſtat, quominus prædictorum Canonum ratio habenda ſit, quoties de animarum directione in foro conſcientiæ agatur.

Chriſtiani a Turcis injuſto bello ſubacti, jus ſuum, licet inexercibile, retinuerunt ſupra bona ſibi erepta, adverſus invaſores.

Quæritur an hujuſmodi jus perſequi poſſint Eccleſiæ adverſus Chriſtianos, qui earum bona, a Turcis occupata, acquiſiverunt.

Privilegia Eccleſiarum, Peregrinorum, Colonorum, & Mercatorum in bellis.

Canonicarum Legum vigor in foro conſcientiæ.

§. 6. De Peregrinis, Clericis, & Eccleſiis, ad ſenſum laudatæ Decretalis, loquitur Sylvius *loco citato concluſ.* 5. *Spoliare peregrinos & hoſpites, qui ſunt in urbe hoſtili, non licet, niſi*

Præmiſſa auctoritatibus confirmantur.

contra i futuri eventi; Sylvio *in* 2. 2. *quæſt.* 40. *art.* 1. *quæſit.* 6. *concluſ.* 6. *& concluſ.* 7., Covarruvias *in* 2. *part. Relect. Regul. Poſſeſſor malæ fidei §.* 11. *ſub num.* 6. Ed è anche principio non controverſo da veruno, che nella guerra ingiuſta quanto ſi prende, tanto ſi dee reſtituire; riducendoſi il preſo ad una formale rapina. Così inſegna S. Tommaſo *nella* 2. 2. *quæſt.* 66. *art.* 8. *Ad primum*; ed ecco le ſue parole: *Circa quædam diſtinguendum eſt: quia ſi illi, qui prædantur hoſtes, habeant bellum juſtum, ea, quæ per violentiam in bello acquirunt, eorum efficiuntur, & hoc non habet rationem rapinæ: unde nec ad reſtitutionem tenentur &c. Si verò illi, qui prædam accipiunt, habeant bellum injuſtum; rapinam committunt, & ad reſtitutionem tenentur.* Illuſtri ſono gli eſempj degli antichi Romani, che, avendo conoſciuta per ingiuſta la guerra, che avevano intrapreſa, reſtituirono prontamente, quanto avevano occupato, rifacendo con ogni puntualità i danni, che, guerreggiando, avevano dati ai popoli vinti e ſuperati da eſſi. Si leggono queſti eſempj nelle Storie di Livio, e due ne ſono in Valerio Maſſimo *al lib.* 6. *cap.* 5. uno riſpetto ai Faliſci debellati da Quinto Luttazio, e l'altro riſpetto ai Camarini ſoggiogati da Publio Claudio, e diſperſi in varie parti del Mondo: *Cum Publius Claudius Camarinos ductu atque auſpiciis ſuis captos animadvertebat, tamen quia parùm liquida fide id geſtum ab Imperatore videbatur, il Senato, maximâ curâ conquiſitos redemit, iiſque habitandi gratiâ locum in Aventino aſſignavit, & prædia reſtituit &c. juſtitiæque promptiſſimo tenore effecit, ut exitio ſuo lætari poſſent, quia ſic renati erant.*

Non così nella guerra ingiuſta.

§. 22. Itaque Decretis anni 1630. nullo modo contraire nobis videmur, si asseramus, satis fundatam esse opinionem illam, quæ immobilium domino jus tribuit, ut sine ulla pretii restitutione recuperare valeat bona sua, cum omnibus fructibus inde perceptis, ab illo, qui numeratâ pecuniâ ea ipsa ab invasoribus emit. Id enim exigit natura belli injusti, in quo hujusmodi bona occupata fuerunt: Id expetit eorum Auctorum sententia, qui optima ratione docent, eum, qui furtivam rem se emere dubitat, aut suspicatur, non posse deinde a domino repetere pretium, quod furi numeravit: *Emptor malæ fidei si sibi emit rem, quam vel sciebat, vel dubitabat, seu suspicabatur esse furtivam, non potest a domino illius rei repetere pretium, quod numeravit furi venditori, quoniam talis repetitionis nullum habet justum titulum*: verba sunt Sylvii *in 2. 2. S. Thomæ quæst. 62. quæsit. 6. art. 6. concluf. 3. pag. 361.* ultimæ editionis Antuerpiæ: Id exigit opinio communis eorum, qui docent, etiam illum, qui rem furto sublatam, bona fide, vel ab ipso fure, vel ab alio, mercatus fuit, teneri eandem domino reddere, nec solutum pretium ab eo repetere posse; ut videre est apud Sanchez *in Summa lib. 2. cap. 23. num. 2.* & apud Bonacinam *tom. 2. de restitutione in genere, disput. 1. quæst. 2. punct. 1. propos. 1. num. 4.* Id ipsum deducitur ex regula, quam sequuntur majora Tribunalia; quorum videlicet auctoritate decernitur, bona immobilia Ecclesiarum ab Hæreticis occupata, statim ac ab ipsorum manibus elapsa fuerint, ipso jure redire ad Ecclesias, ad quas pertinebant:

rem alienam, eo modo quo discurrimus de mentibus a fure, quotiescumque ab ipso repetere pretium minimè possint.

Difetti del di lui discorso.

§. 21. Si è accennato, che distrugge quanto ha detto; perchè volendo, che il compratore ricuperi dal vero padrone il prezzo, ogni volta che rimette all' arbitrio del padrone restituire o non restituire il prezzo, questo è lo stesso che dire, che renda la roba senza ricuperare il prezzo. Si è detto, che non discorre coerentemente; perchè avendo stabilito, che il dominio degli stabili resta sempre appresso l' antico padrone, senza essere mai passato nel compratore; tanto basta per inferire, non già che il legitimo padrone debba sborsare il prezzo per riavere la roba, ma bensì che deve riavere la roba senza pagare cosa veruna, e senza restituire il prezzo, altrimente sarebbe forzato a comprare quel che è suo. O quando mai si rispondesse, non essere ciò cosa tanto stravagante, giacchè secondo i Decreti del 1630. lo stesso per appunto succede ne' mobili, non potendo il padrone riaverli, se non sborsa il prezzo; si risponde, che il dominio de' mobili, ma resolubile, passa nel compratore, che poi è obbligato a restituirli al padrone, quando gli offre il prezzo; il che non succede nel compratore degli stabili, il dominio de' quali sempre resta appresso il legitimo padrone. Non passa il dominio della roba dal padrone in altra persona, se non quando o la legge così comanda, o la volontà dell'uomo così prescrive. Sono il compratore de' mobili, ed il compratore degli stabili, uguali fra di loro in tutto quello, che concerne la Legge: non essendovi Legge, che trasferisca dal vero padrone il dominio, o de' mobili, o degli stabili, in chi li compra dagli usurpatori. La disuguaglianza del compratore de' mobili da quello degli stabili, deriva dalla disposizione dell'uomo; militando a pro del primo la presunta volontà del padrone, e non a pro del secondo, come si è detto.

Il motivo, per cui s' intende trasferirsi nel compratore il dominio de' mobili, non si può applicare agli stabili.

Si conchiude, doversi restituire i beni stabili, con tutti i frutti percetti, senza poterne ripetere il prezzo.

§. 22. Per lo che, senza punto offendere i Decreti del 1630. ci sembra poter asserire, essere ben fondata l' opinione, che il padrone degli stabili, che taluno, sborsando il prezzo, ha comprati dagli usurpatori, e riavere i suoi beni con tutti i frutti percetti, senza sborsare cosa veruna; così esigendo l' ingiustizia della guerra, in cui gli stabili sono stati occupati; così esigendo l' opinione ben fondata degli Autori, che insegnano, che chi dubita, o sospetta, che la roba, che compra, sia furtiva, non può dal padrone ripetere il prezzo, che ha pagato al ladro: *Emptor malæ fidei si sibi emit rem, quam vel sciebat, vel dubitabat, seu suspicabatur esse furtivam, non potest a domino illius rei repetere pretium, quod numeravit furi venditori, quoniam talis repetitionis nullum habet justum titulum*; sono parole del Silvio *nella 2. 2. di S. Tommaso quæst. 62. quæsit. 6. art. 6. concluf. 3. pag. 361.* dell' ultima stampa d'Anversa: Così esigendo la comune opinione degli Autori, che anche insegnano, che chi con buona fede ha comprata o dal ladro, o da un altro, la roba rubata, dee restituirla al padrone senz'aver jus di ripetere da esso il prezzo sborsato; come può vedersi appresso il Sanchez *nella Somma lib. 2. cap. 23. num. 2.*, e nel Bonaccina *tom. 2. de restitutione in genere, disput. 1. quæst. 2. punct 1. propos. 1. num. 4.* Così esigendo la massima de' maggiori Tribunali, giusta la quale resta stabilito, che i beni stabili appartenenti alla Chiesa, ed occupati dagli eretici, se escono dalle loro mani, ritornino a dirittura alle Chiese, alle quali appartenevano; come può vedersi

bant : uti videre est in Decisionibus *Herbipolen. Monasterii 10. Junii 1707. & 17. ejusdem mensis* coram bon. mem. Caffarellio, confirmatis *in decis. 562. num. 1. tom. 5.* coram bon. mem. Lancetta Decano. Ita præscribit famigeratus Textus Innocentii III. *in cap. Sæpè, de restitutione spoliatorum.* Quum enim Jus Civile beneficium interdicti *Unde vi*, sive restitutionis, concessisset dumtaxat adversus illum, qui per vim alium de possessione dejecerat, & contra ejus hæredem universalem; ut habent *Lex 1. §. ult., & Lex 2. ff. Unde vi;* minime verò contra illum, in cujus potestatem res furto ablata devenerat; ut patet ex *L. 7. ff. eod. tit.;* etiamsi ille, dum rem emit, furtivam eam esse non ignorasset; idque ea ratione, quod interdictum *Unde vi* directe propositum fuerat adversus eum, qui vim intulisset : *Unde tu illum vi dejecisti :* Magno illi Pontifici parum tuta visa est hæc Juris Civilis dispositio; ideoque decrevit, ut remedium Possessorii *Unde vi* locum etiam haberet adversus illum, qui spolium quidem non commiserat, sed rem, quam alienam ac furto sublatam esse non ignorabat, a spoliatore mercatus fuerat : *non obstante Juris Civilis rigore, sancimus, ut si quis de cætero scienter rem talem acceperit; quum spoliatori quasi succedat in vitium &c., contra possessorem & hujusmodi spoliato per restitutionis beneficium succurratur* : Atque sequentem Decreti sui attulit rationem : *Eò quod multum interfit, quoad periculum animæ, injuste detinere aut invadere alienum.* Hoc denique postulat Canonici Juris Adagium, quod est *in Can. Rapinam 14. quæst. 5.* ubi sic legitur : *Rapinam emere non licet, nisi ea intentione, ut, cui est ablata, reddatur.*

Purgationi spolii jure canonico subjicitur etiam successor particularis.

nelle decisioni *Herbipolen. Monasterii 12. Junii 1707. & 17. ejusdem mensis 1709.* avanti la buona memoria di Monsignor Caffarelli, confermate *nella decis. 562. num. 1. tom. 5.* avanti la buona memoria di Monsignor Lancetta Decano : E così ancora esigendo il celebre testo d'Innocenzo III. *nel cap. Sæpè, de restitutione spoliatorum.* Il Jus Civile non aveva dato il benefizio dell'interdetto *Unde vi*, o sia della restituzione, se non contra quello, che colla forza aveva cacciato taluno di possesso, e contra il di lui erede universale; come si vede *nella L. 1. §. e nella L. 2. ff. Unde vi;* ma non contra quello, nel potere del quale era venuta la roba rubbata ad altri, come può vedersi *nella L. 7. ff. eod. tit.* ancorchè questi l'avesse comprata, sapendo, ch'era roba rapita; e ciò perchè l'interdetto *Unde vi*, era indirizzato contra la persona, che aveva usata la violenza : *Unde tu illum vi dejecisti.* Parve a quel gran Pontefice pericolosa la disposizione del Jus Civile : e però volle, che avesse luogo il rimedio del possessorio *Unde vi* anche contra quello, che non aveva spogliato, ma l'aveva acquistato dallo spogliatore, sapendo il vizio dello spoglio, e che la roba era d'altri : *Non obstante Juris Civilis rigore, sancimus, ut si quis de cætero scienter rem talem acceperit; cum spoliatori quasi succedat in vitium &c. contra possessorem & hujusmodi spoliato per restitutionis beneficium succurratur* : adiegando la seguente validissima ragione : *eò quòd multum interfit, quoad periculum animæ, injustè detinere, aut invadere alienum :* Così finalmente esigendo l'Adagio Canonico *nel Can. Rapinam 14. quæst. 5.* ove così si legge : *Rapinam emere non licet, nisi ea intentione, ut, cui est ablata, reddatur.*

La purgazione dello spoglio, secondo il jus Canonico, deve farsi anche dal successore particolare.

Præmissa multo magis procedunt contra furtivos occupatores bonorum Eccles.

§. 23. Si autem ea, quæ hactenus dicta sunt, locum habent in casu eorum, qui fundos ab injustis invasoribus occupatos emerunt; & hi quidem illos, nullo recepto pretio, restituere tenentur; quanam excusatione tueri se poterunt alii illi, qui, ut refert Archiepiscopus Antibarensis, agros & fundos ad Ecclesias & Monasteria spectantes, ipsi furtim invaserunt, & per occasionem adjacentiæ aut vicinitatis usurparunt? Quomodo hi ab obligatione restitutionis, qua manifeste tenentur, se eximere poterunt? Leges Civiles usucapionem longi temporis in rebus furtivis, ob malæ fidei vitium, nequaquam admittunt. Cum autem inter antiquos Prudentes orta esset quæstio, an furtum in solis rebus mobilibus, an verò etiam in rebus immobilibus locum haberet; cumque eorum valuisset opinio, qui asserebant, furtum de mobilibus tantummodo intelligendum esse; ulteriùs deinde progressi, in eo convenerunt, ut si quis, absque vi, licet mala fide, alicujus rei immobilis possessionem usurpasset, non ipse quidem posset hujusmodi rem usucapione suam facere, posset tamen alius, qui ab ipso rem illam bona fide accepisset : ut videre est *in L. furtum 37. §. 1. ac in L. sequ. ff. de Usucap.* atque in Institutionibus Justiniani *eodem titulo.* Sed neque hic substitit immoderata laxitas auctorum Juris Civilis, qui, ad inducendum usucapionis jus, satis habuerunt, bonam fidem initio adeptæ possessionis adfuisse; parum sollicite si mala fides deinde supervenisset; ut videre licet *in L. 48. §. 1. ff. de acquirendo rerum dominio, & in L. unic. C. de usucap.* At Sacri Ecclesiæ Canones, nil aliud, quàm æquitatem, animarumque salutem respicientes, tot inutiles subtilitates sustulerunt, statuentes, nullam præscriptionem induci, nisi bona fides & initium possessionis, & medium, & finem comitetur : *Quoniam omne, quod non est ex fide, peccatum*

Nihil usucapi aut præscribi potest, jure Canonico, ubi adsit malæ fidei vitium in quacumque temporis parte.

§. 23. E se il detto fin ora ha luogo nel caso di quelli, che hanno comprato gli stabili dagli usurpatori, e se debbono essi restituire senza poter esigere il prezzo; quale scusa potrà mai suffragari a quegli altri, che, come scrive Monsignor Arcivescovo d'Antivari, si sono posti in possesso de' campi, e possessioni appartenenti alle Chiese, ed ai Monasterj, di soppiatto, e per avere i loro beni contigui o vicini agli altri predetti? E come mai potranno questi tali esentarsi dall' obbligo evidente di dover restituire? Giusta anche il Jus Civile, non ha luogo l' usucapione di lungo tempo nelle cose furtive, e ciò per la cattiva fede. Essendo poi nata fra gli antichi Prudenti la questione, se il furto avesse luogo nelle sole cose mobili, o pure si estendesse anche alle immobili, ed essendo prevaluta l'opinione, che il furto s'intendesse ristretto alle cose mobili; si passò più oltre, e fu ammesso, che quando taluno senza forza si fosse intruso anche con cattiva fede nel possesso di qualche effetto immobile, se a pro di lui non poteva aver luogo l'usucapione, potesse però aver luogo a pro di quello, che da lui l'avesse ricevuta con buona fede; come si può vedere *nella L. Furtum 37. §. 1., e nella L. seq. ff. de usucap.*, e nelle Istituzioni di Giustiniano *al detto titolo.* Nè contento il Jus Civile di un passo tanto esorbitante, volle, che per l'usucapione bastasse la buona fede nel principio del possesso, senza punto curarsi della cattiva fede, che di poi sopraggiugnesse; come si vede *nella Leg. 48. §. 1. ff. de acquirendo rerum dominio, e nella L. unic. C. de usucap.* Ma i sacri Canoni della Chiesa, non avendo altr'oggetto, che l' equità, e la salute delle anime, hanno tolte di mezzo tante inutili sottigliezze; volendo, che non si dia prescrizione senza buona fede nel principio, nel mezzo, e nel fine : *Quoniam omne, quod non est ex fide, peccatum est; synodali*

Lo stesso con più ragione deve dirsi di quelli, che furtivamente hanno occupato i beni delle Chiese.

Secondo il jus Canonico non si dà prescrizione, ove manca in qualunque parte la buona fede.

est; judicio

est; synodali judicio definimus, ut nulla valeat absque bona fide præscriptio tam canonica, quàm civilis: quum generaliter sit omni constitutioni, atque consuetudini derogandum, quæ absque mortali peccato non potest observari. Unde oportet, ut qui præscribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienæ: Verba sunt Innocentii III. *in cap. ult. de præscriptionibus.* Hæc autem bona fides in nemine sanè eorum, de quibus nunc sermo est, admitti potest; quum incredibile sit, in toto assertæ usucapionis decursu, nullam eis suppetiisse notitiam, quod bona occupata ad Ecclesiam pertinuerint.

Pro derelictis haberi nequeunt bona, quæ ab Ecclesia, ob impotentiam, non recuperantur.

§. 24. Quod si prædicti possessores hoc saltem contenderent, se bona hujusmodi retinere posse tamquam a dominis, nimirum ab Ecclesiis & Monasteriis, derelicta, quo casu bona fiunt occupantis, juxta §. *penult. & ult. Institutionum de rerum divisione, & L. 1. & sequ. ff. pro derelicto*; in magno quidem errore versarentur. Etenim inter bona derelicta numerari non possunt illa, quæ dominus ob impotentiam non recuperat, ut accidit in casu nostro; sed illa dumtaxat, quæ quis sponte deserit ac derelinquit, propterea quod eorum possessionem detinere nihili pendit: *Pro derelicto autem habetur, quod dominus ea mente abjecerit, ut id in numero rerum suarum esse nolit, ideoque statim dominus ejus esse desinit.* Quocirca derelictæ nequaquam censentur res, quæ a domino navis, ut naufragium effugiat, in mare projiciuntur; & si quis illas lucri causa recuperat, furtum committit. *Alia sanè causa est earum rerum, quæ in tempestate, levandæ navis causa, ejiciuntur: hæ enim dominorum permanent; quia palàm est, eas non eo animo ejici, quod quis eas habere nolit, sed quò magis cum ipsa navi maris periculum effugiat. Qua de causa si quis eas fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furtum committit.* Hæc omnia verba sunt Textus Civilis in citatis duobus ultimis paragraphis Tituli Institut. *de rerum divisione.*

In casu, de quo agitur, cautissime procedendum.

§. 25. En tibi, Dil. Fili, quicquid in unum congerere Nobis datum est, ut quæstionibus ab Archiepiscopo Antibarensi propositis responderemus; quod quidem in summa, sententiæ Congregationis de Propaganda Fide, quam Nobis retulisti, consentaneum dici potest; Verùm non ideo Nobis plane satis factum esse profitemur. Innuit in suis litteris Archiepiscopus, id quod Antibari accidit, in aliis quoque Albaniæ Civitatibus contingere, ubi complures sunt Christiani, qui bona immobilia Ecclesiarum aut empta de Turcis, aut de facto occupata possident. Ulterius itaque progreditur prudens ille Præsul; cumque magnopere cupiat aliquam sibi viam patefieri ad pacandas conscientias, illasque a censuris, quibus propter injustam Ecclesiasticarum possessionum detentionem adstrictæ sunt, absolvendas; nihilominus æque vereri se ostendit, ne turbæ excitentur, si hodiernis possessoribus, ut justitiæ ratio postularet, injungeretur aut fundorum, aut fructuum, vel alicujus portionis eorum restituio. Animadvertendum quoque est, Antibarum, aliasque Albaniæ Civitates, de quibus nunc agitur, sub temporali Othomanica ditione consistere; unde minimum quod metuere possemus, aliqua exoriente perturbatione, id esset, ut prodiret decretum: *uti possidetis, ita possideatis*, quod ad pacandas conscientias nihili valeret; nisi etiam deterius aliquid in Christianorum, Sanctæque nostræ Religionis perniciem contingeret. Hoc illud est, quod animum nostrum commovet, atque perturbat; nosque eo adducit, ut nisi nova, & certiora nobis suppeditentur indicia, ex quibus intelligamus, quid

judicio definimus, ut nulla valeat absque bona fide præscriptio tam Canonica, quam Civilis: cum generaliter sit omni constitutioni, atque consuetudini derogandum, quæ absque mortali peccato non potest observari: unde oportet, ut qui præscribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienæ: sono parole d'Innocenzo III. *nel cap. ult. de præscriptionibus*: qual buona fede non può certamente esser ammessa in veruno di quelli, de' quali presentemente si parla, essendo impercettibile, che nel decorso della pretesa usucapione non siavi stata la notizia della pertinenza de' beni occupati alla Chiesa.

Non debbono considerarsi per abbandonati dalle Chiese que' beni, che esse non ricuperano, perchè non puonno.

§. 24. Che se mai dai sopraddetti si eccitasse la pretensione di poter godere i beni, avvegnachè abbandonati da' padroni, o sia dalle Chiese, o dai Monasterj, nel qual caso i beni diventano dell' occupante, secondo i §§. *penult. ed ult. delle Istituzioni de rerum divisione, e la L. 1. e seg. ff. pro derelicto*; resterebbero ingannati a partito: non potendosi riporre nella classe di beni derelitti quelli, che, come succede nel caso nostro, il padrone non ricupera per impotenza, ma quelli, che lascia ed abbandona volontariamente, perchè nulla stima il ritenerli: *Pro derelicto autem habetur, quod dominus eâ mente abjecerit, ut id in numero rerum suarum esse nolit, ideoque statim dominus ejus esse desinit*: pel qual motivo non si danno per derelitte le robe, che si gettano in mare dal padrone della barca, per isfuggire il naufragio; e chi le ricupera, se le ricupera per farci guadagno, commette furto: *Alia sanè causa est earum rerum, quæ in tempestate, levandæ navis causa, ejiciuntur; hæ enim dominorum permanent; quia palàm est, eas non eo animo ejici, quod quis eas habere nolit, sed quò magis cum ipsa navi maris periculum effugiat. Qua de causa si quis eas fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furtum committit:* sono tutte parole del Testo Civile nelli sopraccitati due ultimi paragrafi delle Istituzioni *tit. de rerum divisione.*

Motivi di caminar con cautela nel caso presente.

§. 25. Ed ecco, Monsignore, quanto ci è riuscito di poter unire, per rispondere ai quesiti proposti da Monsignor Arcivescovo d'Antivari; il che può dirsi che in sostanza concorda col sentimento della Congregazione di Propaganda, ch'Ella ci ha esposto. Ma non perciò siamo pienamente appagati. Monsignor Arcivescovo nelle sue lettere accenna, che quanto succede in Antivari, succede ancora nelle altre Città dell'Albania, ove i Cristiani pur troppo possiedono beni stabili delle Chiese, o acquistati, avendoli comprati dai Turchi, o essendosene impossessati a dirittura. Passa più oltre il degno Prelato, e quanto si mostra desideroso, che se gli dia il modo di quietare le coscienze, e di liberarle dalle censure incorse per la detenzione de' beni delle Chiese, altrettanto si dimostra timoroso di qualche tumulto, quando o si ordinasse, come sarebbe del dovere, la restituzione de' capitali, o quando si volesse che i presenti possessori restituissero o tutti i frutti, o anche parte di essi. E degna pure di considerazione la circostanza, che Antivari, e le altre Città dell'Albania, delle quali oggi si tratta, sono sottoposte al dominio temporale della potenza Ottomanna, dalla quale il meno che si possa temere, nascendo qualche scompiglio, sarebbe un Decreto: *Uti possidetis, ita possideatis*, che a nulla servirebbe per la quiete delle coscienze; quand'anche pur troppo non seguisse qualche cosa di peggio in pregiudizio de' Cristiani, e della nostra santa Religione. Questo è quello, che ci eccita, e ci conturba, e senza nuove, e più precise notizie in ordine a ciò, che movendo questa pietra, potrebbe in que' paesi

Pont., si ita res ferent, Apostolica auctoritate ad indulgendum uti non dubitabit.

maxime in prædictis regionibus timeri posset, si huic negocio manus admoveantur, nihil nos statuere posse existimemus de institutionibus, aut facultatibus circa hæc Antibarensi Archiepiscopo communicandis. Quod nunc tibi significare possumus, & de quo tibi mandamus, ut ipsam Congregationem certiorem facias, illud est, Nos ita animo esse comparatos, ut suprema qua fungimur auctoritate, pro Generalis bonorum Ecclesiasticorum Administratoris officio, hujusmodi bonorum possessoribus perceptos fructus condonemus, eosque ad retinendam possessionem fundorum, quamvis injuste occupatorum & detentorum, idoneos reddamus, & ab incursis censuris absolvamus; ne forte Christianæ Religionis eversionem intueri in illis regionibus, in quibus, licet sub Turcarum dominatione degentibus, eadem adhuc Deo miserante viget, neve Episcoporum ejectiones, aut innocuorum Christifidelium persecutiones, & vexationes audire cogamur; nobisque tot mala imputari, propterea quod auctoritatem illam in his interponere neglexerimus, quam nobis Deus *in ædificationem, & non in destructionem* largitus est, quaque Prædecessores nostri similibus in casibus uti non dubitarunt.

Nostro Signore è disposto ad usare ogni facilità, se così esigeranno le circostanze.

Facultates olim a Sede Apost. tributæ Cardinali Polo super bonis Ecclesiarum Angliæ.

§. 26. Quum tempore Mariæ Angliæ Reginæ, bo. mem. Reginaldo Cardinali Polo gravissima demandata fuisset Provincia, Angliam ipsam Ecclesiæ Romanæ reconciliandi, Pontifex Julius III. in Brevi expedito *die* 8. *Martii* 1554. facultatem ei concessit, cum his qui Ecclesiasticorum bonorum possessionem injuste occupaverant, quique ad Ecclesiæ Romanæ sinum redirent, concordandi & transigendi super fructibus male perceptis, & super mobilibus consumptis: *restitutis prius, si tibi expedire videbitur, immobilibus per eos indebite detentis*; uti videre est *in tom.* 4. Conciliorum magnæ Britanniæ. At quia in rei executione fortasse compertum est, ejusmodi facultates nimis angustas esse, in alio Brevi expedito *die* 28. *Junii ejusdem anni*, præfato Cardinali plenam ac liberam largitus est potestatem *cum quibuscumque bonorum Ecclesiasticorum tam mobilium, quàm immobilium in præfato Regno possessoribus, seu detentoribus, pro quibus ipsa Serenissima Regina Maria intercesserit, de bonis per eos indebite detentis, arbitrio tuo, auctoritate nostra tractandi, concordandi, transigendi, componendi, & cum eis, ut præfata sine ullo scrupulo in posterum retinere possint, dispensandi, omnia & singula alia, quæ in his & circa ea quomodolibet necessaria & opportuna fuerint, consulendi & faciendi; salvo tamen in his, in quibus propter rerum magnitudinem & gravitatem hæc Sancta Sedes merito tibi videretur consulenda, nostro & præfatæ Sedis beneplacito & confirmatione.* Breve hoc editum est *in citato tom.* 4. *pag.* 102. *&* 103. & in Annalibus Raynaldi *ad Annum Christi* 1554. *num.* 8. Prædictus verò Cardinalis, *ne novæ inde turbæ concitarentur, Ordinibus postulantibus, & urgentibus, adactus est publico instrumento, Pontificis nomine & auctoritate, omnes de ejusmodi bonis & possessionibus, quoad pœnas & censuras canonicas, in perpetuum securos & absolutos declarare*: verba sunt Spondani *ad eundem annum* 1554. *num.* 4. Hisque consentiunt Sanderus *de Schismate Anglicano lib.* 2. *pag.* 349. *edit. Rom. ann.* 1586. Davanzatus *in sua Historia Schismatis Anglicani* edita Florentiæ *anno* 1628. *pag.* 91., qui omnes pariter conveniunt in celebranda præfati Cardinalis prudentia, qua difficillimum negocium, servata Ecclesiæ dignitate, transegit.

Facoltà già concesse dalla Santa Sede al Cardinal Polo sopra i beni delle Chiese d'Inghilterra.

§. 26. Nel gravissimo affare incaricato al Cardinal Polo di riunire, nel tempo del governo della Regina Maria, l'Inghilterra alla Chiesa Romana, il Pontefice Giulio III. con suo Breve spedito *agli* 8. *di Marzo* 1554. gli diede la facoltà di concordare, e transigere coi possessori intrusi ne' beni ecclesiastici, e che si riunissero colla Chiesa Romana, sopra i frutti malamente percetti, e sopra i mobili consunti: *restitutis prius, si tibi expedire videbitur, immobilibus per eos indebitè detentis*; come può vedersi *nel tom.* 4. de' Concilj della gran Brettania *pag* 42. *colum.* 2.: E perchè forse in atto pratico si vide, che simili facoltà erano troppo ristrette, in un altro Breve spedito *ai* 28. *di Giugno dell' anno stesso* diede al predetto Cardinale piena e libera facoltà *cum quibuscumque bonorum Ecclesiasticorum tam mobilium, quàm immobilium in præfato Regno possessoribus, seu detentoribus, pro quibus ipsa Serenissima Regina Maria intercesserit, de bonis per eos indebitè detentis, arbitrio tuo, auctoritate nostra tractandi, concordandi, transigendi, componendi, & cum eis, ut præfata sine ullo scrupulo imposterum retinere possint, dispensandi; omnia & singula alia, quæ in his & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna fuerint, consulendi & faciendi; salvo tamen in his, in quibus propter rerum magnitudinem & gravitatem hæc Sancta Sedes meritò tibi videretur consulenda, nostro & præfatæ Sedis beneplacito & confirmatione.* Il Breve è stampato *nel citato tom.* 4. *pag.* 102. *&* 103., e nel Rainaldi *all' anno di Cristo* 1554. *num.* 8., ed il Cardinale, *ne novæ inde turbæ concitarentur, Ordinibus postulantibus & urgentibus, adactus est publico instrumento, Pontificis nomine & auctoritate, omnes de ejusmodi bonis & possessionibus, quoad pœnas & censuras canonicas, in perpetuum securos & absolutos declarare*: sono parole dello Spondano *all' anno stesso* 1554. *num.* 4. colle quali concordano il Sandero *de Schismate Anglicano lib.* 2. *pag.* 349. dell' edizione Romana *dell' anno* 1586. il Davanzati *nella sua Storia dello scisma d'Inghilterra*, stampata in Firenze *l'anno* 1628. *pag.* 91., quali tutti pure concordano nell' esaltare la decorosa condotta di quel Cardinale in quel gravissimo emergente.

Aliæ dispensationes ab eadem concessæ in hac materia.

§. 27. P. Schmalzgrueber *in suo citato consilio* 15. *tom.* 2. casum perpendit hæretici Principis, qui Augustanam Confessionem deserens,

§. 27. Il Padre Schmalzgrueber *nel suo già citato consiglio* 15. *tom.* 2. esamina il punto del Principe eretico, che abbandonando la Con-

Altri esempj di dispense date sopra di ciò dalla Sede Apostolica.

Catho-

fessione

Catholicam amplectitur Religionem; ac quærit, quomodo gerere se debeat quoad bona Ecclesiastica, quæ auctoritate pacis Westfaliæ ab Ecclesia reprobatæ possidet; & quidem *ejusdem consilii quæsit. 2. num. 22.* concludit, quod *vel restituere illa tenetur, vel ad ea retinenda Apostolicæ Sedis dispensationem sollicitare*, exemplum afferens Ducis Neuburgi Wolphangi Willhelmi, ac ejus filii Electoris Palatini Willhelmi; & asserens, quod erga conversos ad Fidem Catholicam *adeo benigna esse solet Sedes Apostolica, ut etiamsi justa sit causa, retentionem illorum*, ideſt immobilium Ecclesiæ bonorum, *ipsis dispensativè concedat.*

Quid Clemens XI. edixerit de bonis Ecclesiarum Saxoniæ.

§. 28. Denique Prædecessor noster Clemens Papa XI. ad Augustum II. Poloniæ Regem in Litteris datis *die 10. Novembris anni 1712. in tom. 2. illius Brevium editorum pag. 243.*, ut eum ad promovendam Fidei Catholicæ propagationem in suis Saxoniæ ditionibus excitaret, ita scripsit: *Certam reddimus Majestatem tuam, quod neque a te, neque a tuis Successoribus Catholicis, aut ab aliquo alio, qui sanctam ibi Religionem nostram amplexurus sit, Nos unquam illorum bonorum, quæ per Saxoniam antiquitus ad Ecclesias pertinebant, restitutionem postulaturi sumus: quinimmo ad pacandas conscientias eorum, qui illa occupant, si hæresi ejurata ad Catholicam Fidem redire constituant, nos ipsis præfata bona omnia in perpetuum condonabimus; idque ea ratione ac forma exequemur, ut ne a nostris quidem Successoribus in posterum quicquam adversus hæc postulari queat.* Atque hoc promissum adimplens Clemens XII. in sua Constitutione, quæ incipit *Sedes Apostolica, nu. 67. in Tom. XIV. Bullarii Romani, Luxemburgi editi pag. 223.* illis Saxoniæ incolis, qui bona ad Ecclesias antiquitus pertinentia possidentes, hæresim aut ejurassent, aut ejuraturi forent, concessit, ut bona, quæ possidebant, retinere, ac de illis, tamquam de rebus suis, disponere liberè possent; omnesque præterea fructus ex ipsis antea perceptos illis condonavit.

Quid Clemens XII. super iisdem statuerit.

Quod ad errantes reducendos præstitum fuit, id ipsum ad nutantes retinendos fieri potest.

§. 29. Allata hæc exempla nostro sanè casui per omnia nequaquam similia esse cognoscimus; ibi enim agebatur de impedimento removendo ab illis, qui Sanctæ Romanæ Ecclesiæ gremium ingredi cupiebant, hic autem sermo est de hominibus, qui nostrarum partium sunt, quique Christiana & Catholica professione censentur. Veruntamen rationis fundamentum idem omnino in allatis exemplis, ac in nostra facti specie, Nobis esse videtur; ut scilicet suprema Apostolica auctoritas adhibenda sit in gravibus, publicis, ac urgentibus casibus, quibus per ordinariæ auctoritatis usum satis provideri nequit. Eos verò, qui recedendi a Nobis tentatione sollicitari possent, a præcipiti casu, quantum fas est, remorari, si non idem est, ac viam sternere illis, qui ad Nos accedere cupiunt, non multum sanè ab eo differre Nobis videtur. Hæc habebamus Tibi significanda: Tibique, dilecte Fili, Apostolicam Benedictionem impertimur.

Dat. die 19. Martii 1752.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XIX. Martii MDCCLII. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

fessione Augustana, passa alla Religione Cattolica; e cerca, come debba regolarsi rispetto ai beni Ecclesiastici, de' quali è in possesso in vigore della riprovata Pace di Westfalia; e *nel quesit. 2. dello stesso consiglio al num. 22.* conchiude, che *vel restituere illa tenetur, vel ad ea retinenda Apostolicæ Sedis dispensationem sollicitare*, allegando l'esempio del Duca di Neuburgo Wolfango Wilelmo, e del di lui figlio Elettore Palatino Filippo Wilelmo, e dicendo, che verso de' convertiti *adeò benigna esse solet Sedes Apostolica, ut etiamsi justa sit causa, retentionem illorum*, cioè de' beni stabili delle Chiese, *ipsis dispensativè concedat.*

Dichiarazione di Clemente XI. cerca i beni delle Chiese di Sassonia.

§. 28. Finalmente il Pontefice Clemente XI. al Rè Augusto di Polonia in un suo Breve *dei 10. di Novembre 1712. nel tom. 2. de' Brevi stampati pag. 243.* per animarlo a promuovere ne' suoi Stati della Sassonia la propagazione della Fede Cattolica, così scrisse: *Assicuriamo la M. V., che nè da Lei, nè da' suoi Successori Cattolici, nè da qualunque altro che ivi fosse per abbracciare la nostra santa Religione, pretenderemo mai la restituzione di quei beni della Sassonia, che anticamente appartenevano alle Chiese; anzi per quiete delle coscienze di quei, che gli occupano, ove essi si risolvano, abjurata l'eresìa, di farsi Cattolici, glie ne faremo amplissima e perpetua condonazione; e tutto ciò faremo in maniera, che neppure da' nostri Successori possa mai pretendersi in avvenire cosa alcuna in contrario.* Ed in esecuzione di questa promessa, il Pontefice Clemente XII. in una sua Costituzione, che incomincia *Sedes Apostolica*, e che è *la 67. nel Tom. XIV. del Bollario Romano generale, stampato in Luxemburgo pag. 223.* fece la grazia a quelli della Sassonia, che possedevano beni, che una volta erano delle Chiese, e che avevano abjurata, o erano per abjurare l' eresìa, di poter ritenere i beni, de' quali erano in possesso, e poterne disporre liberamente, come se fossero propri, condonando loro in oltre tutti i frutti percetti.

Bolla di Clemente XII. sopra i medesimi.

Quel che si è fatto per richiamare i traviati, può farsi per trattenere i pericolanti.

§. 29. Conosciamo, che gli addotti esempj non sono in tutto e per tutto simili al caso nostro, perchè in quelli trattavasi di torre un impedimento a chi voleva entrare nel grembo della Santa Romana Chiesa, quando ora si discorre di persone, che sono fra Noi, sono Cristiane, e sono Cattoliche; ma ci sembra, che il motivo predominante sia lo stesso ne' casi addotti, e nel nostro; consistendo esso nell' uso dell' Apostolica suprema autorità ne' casi gravi, pubblici, ed urgenti, ed ai quali non si può prowedere coll' uso dell'autorità ordinaria; e sembrandoci, che, se non è uguale, sia quasi uguale il caso di trattenere con ogni possibile maniera chi potrebbe esser tentato di partire da noi, all' altro di aprire la strada a chi desidera di venire fra noi: Che è quanto dovevano significarle, dandole l'Apostolica Benedizione.

Dat. die 19. Martii 1752.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XIX. Martii MDCCLII. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

LXII. Damnatio, & Prohibitio cujuſdam Folii continentis Theſes, quas in Sorbona defendendas propoſuit Joannes Martinus de Prades Sacerdos Moltalbanenſis ſub titulo: *Hieruſalem Cœleſti. Quæſtio Theologica: Quis eſt ille, cujus in faciem Deus inſpiravit ſpiraculum vitæ? Gen. 27.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procœmium. COMMISSA Nobis a Salvatore Noſtro JESU CHRISTO Gregis ſui cura exigit, ut Animarum periculis & detrimentis, quæ ex pravæ doctrinæ conatibus ad labefactandam Chriſtianam Fidem pertinentibus oriuntur, Paſtorali ſollicitudine, quantum cum Domino poſſumus, occurramus.

Folii cenſura, damnatio, & prohibitio. §. 1. Cum itaque, ſicut ad aures noſtras pervenit, in lucem prodierit Folium quoddam quamplures continens Theſes, quas in Sorbona defendendas propoſuit Joannes Martinus de Prades Sacerdos Moltalbanenſis, ſub titulo: *Hieruſalem Cœleſti. Quæſtio Theologica: Quis eſt ille, cujus in faciem Deus inſpiravit ſpiraculum vitæ? Gen. 27.* Nos Folium hujuſmodi nonnullis Venerabilibus Fratribus Noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, aliiſque in Sacra Theologia Magiſtris examinandum commiſimus; quorum cenſura audita atque perpenſa, Folium prædictum tanquam continens propoſitiones reſpectivè falſas, piarum aurium offenſivas, malè ſonantes, temerarias, erroneas, blaſphemas, impias, hæreſi proximas, hæreticas, ac faventes Deiſtarum, ac Materialiſtarum erroribus, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium damnamus, & prohibemus: ita ut nemo deinceps, cujuſcumque gradus, & conditionis exiſtat, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignus, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ, illud legere, retinere, vendere, aut imprimere, vel imprimi facere audeat, ſeu præſumat; ſed ſub eadem pœna quicumque illud habent, Locorum Ordinariis, ſeu Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, ſtatim atque præſentis prohibitionis notitiam habuerint, exhibere teneantur; Hi verò exemplaria ſibi ſic tradita, illicò flammis aboleri curent. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

Publicationis effectus, & fides habenda præſentium Tranſumptis. §. 2. Ut autem eædem præſentes Litteræ ad omnium notitiam faciliùs perducantur, nec quiſquam illorum ignorantiam allegare poſſit; Volumus, & auctoritate prædicta decernimus, illas ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, nec non Curiæ Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curſoribus noſtris, ut moris eſt, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui; Sic verò publicatas, omnes, & ſingulos, quos concernunt, perinde afficere, ac arctare, acſi unicuique illorum perſonaliter notificatæ, ac intimatæ fuiſſent; & ipſarum præſentium Litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eamdem prorſus fidem tam in Judicio, quàm extra illud ubique Locorum haberi, quæ haberetur eiſdem præſentibus, ſi exhibitæ forent, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXII. Martii MDCCLII., Pontificatus Noſtri Anno Duodecimo.

D. Card. Paſſioneus.

Publicat. eodem die, menſe, & anno.

Vaticanæ Baſilicæ, & illius Archipresbyteri, Capituli, & Cleri præcipua Privilegia & Jura recenſentur, inſtaurantur, & Apoſtolica auctoritate confirmantur; Iiſdemque nova Privilegia & gratiæ conceduntur. LXIII.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Præcipua Romæ laus ab Apoſtolorum Principe. AD honorandam memoriam Beatiſſimi Apoſtolorum Principis, cujus prædicatione Urbs hæc ad Chriſti fidem converſa, Martyrio conſecrata, Sepulcro illuſtrata eſt, cujus patrocinio ſtabilitatem, cujus auctoritate in univerſa Eccleſia primatum obtinet, incenſo jampridem animo ferebamur; non ſolùm ob debitum glorioſiſſimo Eccleſiæ Principi venerationis obſequium, quo permoti plerique Prædeceſſores Noſtri Romani Pontifices, ad tuendum augendumque Vaticanæ Baſilicæ ſplendorem ac decus, ejuſdemque jura & ornamenta amplificanda, operam auctoritatemque ſuam, quadam veluti pietatis & munificentiæ contentione, conferre certarunt; verum etiam peculiari devotionis noſtræ ſtudio impulſi, & jucundiſſima illius temporis recordatione, quo, inter ejuſdem Baſilicæ Canonicos adſcripti, coram Beati Apoſtoli Confeſſione, Omnipotenti Deo in Hymnis & Canticis Matutinum Veſpertinumque Sacrificium labiorum noſtrorum ineffabili affectu ſuavitatis obtulimus. Et quamvis hujuſce animi noſtri erga Beati Petri Apoſtoli honorem & cultum, ipſiuſque Eccleſiæ decorem atque utilitates magnopere propenſi, plures atque perſpicuas jam ediderimus ſignificationes: quum tamen eas probè noſceremus cum ampliſſimis beneficiis a pleriſque Prædeceſſoribus noſtris in eamdem Baſilicam effuſe congeſtis, nullo modo eſſe comparandas; vehementer optabamus aliquam Nobis occaſionem præberi, qua Nobis liceret illuſtre aliquod amoris ſtudiique noſtri in ea ſtatuere monumentum, ſuprema dignum auctoritate, quam inſcrutabilis Dei providentia Nobis cum Apoſtolici culminis hæreditate conceſſit: ut ſicuti aſſidua quondam erga B. Apoſtolorum Principem miniſterii noſtri extiterunt obſequia; ita, dum ad ipſius ſucceſſionis faſtigium, meritis licèt imparibus, evecti ſumus, collata Nobis poteſtas in ejuſdem honorem aliqua ſaltem ex parte referretur: ipſiuſque Eccleſia, quæ olim officioſam filii pietatem in Nobis experta fuit, paternæ nunc charitatis noſtræ fructus in ſe derivari ſentiret.

Gratus Pontificis animus erga Baſilicam D. Petri.

Jura & privilegia Baſilicæ memoria repetit & expendit. §. 2. Itaque memoria repetentes, pro ea notitia, quam de Vaticanæ Baſilicæ rebus, ex diuturna munerum ab ejus Capitulo Nobis injunctorum adminiſtratione, olim acquiſivimus, complura ipſius jura & privilegia exiſtere, diverſis temporibus & titulis, jure meritoque ipſi tributa; quorum aliqua, ad ipſius Baſilicæ decus, clariori in luce collocanda, aliqua verò nonnunquam aliorum controverſiis, fruſtra licèt, impetita, novo tandem Apoſtolicæ

confir-

confirmationis robore conſtabilienda viderentur; Idcirco pleraſque & illuſtriores ejuſdem Baſilicæ prærogativas Nobis ob oculos repræſentari juſſimus, earumque origine, uſu, & poſſeſſione maturè perpenſis, nec non ipſarum cum juſtitia & Canonicis legibus conſonantia penitus perſpecta, plures ex illis, licèt firmiſſimis titulis, & non interrupta poſſeſſione fundatas, hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione expreſsè complecti; nonnullas verò, quas aliquando in dubium revocari contigerat, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine aſſerere & confirmare; alias demum Motu proprio, non ad alicujus oblatæ Nobis petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra liberalitate, & certa ſcientia, ac voluntate, eidem Baſilicæ, ejuſque Archipresbytero, Capitulo, & Clero, ex integro tribuere, & concedere decrevimus, prout in Domino judicavimus ſalubriter expedire.

Ea partim auct. Apoſt. confirmatus, partim conceſſurus ex integro.

§. 3. Et quoniam ampliſſima honoris præconia, quibus complures ex Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Vaticanam Beati Petri Baſilicam, tanquam dilectam Sponſam, ac ſplendiſſimam Apoſtolicæ dignitatis Sedem, cumularunt, eorum Apoſtolicis litteris ac perennibus monumentis conſignata reperiuntur; præcipua verò ipſius Baſilicæ jura, privilegia, atque ſtatuta, quorum complexu ejuſdem ſtatus, dignitas, & regimen conſiſtit, plurium quoque Romanorum Pontificum cura & ſollicitudine jamdudum conſtituta & coordinata noſcuntur; noviſſimè verò a fel. rec. Deceſſore noſtro Clemente Papa XI. per Apoſtolicas litteras ſub Annulo Piſcatoris die v. Septembris Anno MDCCI. datas, in genere confirmata fuerunt; Nos quoque generaliter prædicta omnia jura, privilegia, exemptiones, prærogativas, gratias, & indulta quæcumque, memoratæ Baſilicæ, ejuſque Capitulo & Canonicis, a præfatis Prædeceſſoribus noſtris quomodolibet conceſſa, & reſpectivè confirmata, conſuetudines quoque, atque ſtatuta, dummodo ſint in uſu, nec ſint revocata, aut ſub aliqua revocatione comprehenſa, neque poſterioribus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, aut ſacris Canonibus, vel Concilii Tridentini Decretis adverſentur, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus; ſalva tamen auctoritate Archipresbyteri, & Capituli, in his, quæ ab ipſorum arbitrio & facultatibus pendere dignoſcuntur; eademque jura, privilegia, gratias, & indulta hujuſmodi ſemper firma, valida, & efficacia exiſtere & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & quandocumque ſpectabit, perpetuis futuris temporibus, in omnibus & per omnia volumus ſuffragari.

Præconia Baſilicæ a ſuis Prædeceſſoribus uſurpata innituit.

Jura, privilegia, & conſuetudines a Clemente XI. confirmata in genere, pari modo confirmat.

§. 4. Ac perpendentes cum recolendæ mem. Prædeceſſoribus noſtris Innocentio III., Gregorio IX., ac Innocentio VI., minimè conveniens eſſe, ut in prædicta Vaticana Baſilica, quæ ſpeciale Sedis Apoſtolicæ membrum, ac Pontificiæ dignitatis ornamentum & domicilium exiſtit, *ullus omnino, præter auctoritatem Romani Pontificis, aliquam ſibi vindicet poteſtatem*, propterea ipſam Baſilicam, ejuſque Ædificia, ac Seminarium, nec non pro tempore exiſtentes illius Capitulum & Canonicos, Beneficiatos, Clericos, Miniſtros, & Seminarii prædicti Alumnos, aliaſque perſonas ejuſdem Baſilicæ ſervitio pro tempore addictas, durante ſervitio hujuſmodi, & in his, quæ ad prædictum ſervitium pertinent, ab omni & quacumque ſuperioritate, obedientia, correctione, viſitatione, gubernio, aut alia quavis ſpirituali juriſdictione tam ordinaria, quàm delegata cujuſcumque Superioris, ac etiam pro tempore exiſtentis noſtri & Romanorum Pontificum Succeſſorum noſtrorum in Urbe ejuſque Diſtrictu Vicarii in ſpiritualibus Generalis, auctoritate & tenore prædictis eximimus, & perpetuò exemptos eſſe & fore decernimus; Illoſque ſic exemptos, Nobiſque & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectos, ſub ſpeciali noſtra, & prædictorum Succeſſorum noſtrorum tutela & protectione recipimus, & immutabiliter conſtituimus.

Subjectionem Baſilicæ immediatam S. Sedi præcipuè adſtruit.

Una cum perſonis omnibus ejus ſervitio addictis.

§. 5. Juriſdictionem autem quoad præmiſſa in ſpiritualibus Ordinariam in eamdem Baſilicam, ejuſque Seminarium, Canonicos, Beneficiatos, Clericos, Alumnos, Miniſtros, alioſque omnes ipſi quomodolibet inſervientes, unà cum omnibus & ſingulis juriſdictionibus, poteſtatibus, & privilegiis, exemptionibus, libertatibus, prærogativis, antelationibus, indultis, auctoritatibus, & facultatibus, quæ aliàs per ſel. record. Paulum III., Pium IV., Sixtum V., Paulum etiam V., Urbanum VIII., Clementem IX., Clementem XI., & alios quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, bo. mem. Alexandro Cardinali Farneſio, & ſucceſſivè Evangeliſtæ Cardinali Conſentino, ac Scipioni Cardinali Burgheſio, & Franciſco Cardinali Barberino, ac Carolo Cardinali etiam Barberino, & Franciſco Cardinali Nerlio, ac Hannibali Cardinali Albano S. Clementis, reſpectivè nuncupatis, dum viverent, dictæ Vaticanæ Baſilicæ Archipresbyteris, nuper verò per Nos ipſos dilecto Filio noſtro Henrico Tituli Sanctæ Mariæ in Porticu nuncupatæ, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali, Duci Eboracen. nuncupato, Archipresbyteratum ejuſdem Baſilicæ ex conceſſione & diſpenſatione noſtris in Commendam ad ſui vitam obtinenti, ac eorum ſingulis, tanquam dictæ Baſilicæ Archipresbyteris, & quoad Baſilicam & Eccleſiam prædictam, etiam illorum perſonæ intuitu, vel ad eorum vitam dumtaxat, in genere vel in ſpecie conceſſa ſunt, & concedi conſueverunt; volumus in poſterum ipſius Archipresbytero prædicto nunc exiſtenti, ejuſque in perpetuum in Archipresbyteratus dignitate Succeſſoribus, tam per ſe ipſos, quàm per ſuos reſpectivè Vicarios ab illis pro tempore deputandos, auctoritate Apoſtolica exercenda, præſentium litterarum manſuro vigore competere; itaut futuri pro tempore Vaticanæ Baſilicæ Archipresbyteri, vigore litterarum Apoſtolicarum ſuper conceſſione Commendæ dicti Archipresbyteratus, ſeu illius collatione & proviſione, expeditarum, ſtatim poſt adeptam pacificam ejuſdem Archipresbyteratus poſſeſſionem, hujuſmodi ſpiritualem juriſdictionem, tanquam Archipresbyterali Dignitati perpetuò adnexam, quoad præmiſſas res atque perſonas exercere; ſervata tamen forma Conſtitutionis piæ mem. Innocentii Papæ XII. etiam Prædeceſſoris noſtri ſuper ſuppreſſione, abolitione, & abrogatione Tribunalium & Judicum particularium Urbis, ac reductione privilegiorum, & eorumdem Tribunalium ad jus commune, ſive ad Judices Ordinarios Romanæ Curiæ, editæ de anno MDCXCII., quàm Nos per aliam noſtram Conſtitutionem xv. Kalendas Martii Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLI. Pontificatus Noſtri Anno II. datam expreſsè confirmavimus, atque innovavimus; eiſdemque juribus, privilegiis, & facultatibus uti & frui liberè & licitè poſſint & valeant; abſque eo quod alias peculiares litteras, ſeu conceſſiones a Nobis aut a Succeſſoribus noſtris, ſuper his petere & impetrare, ſeu deſuper expedire teneantur.

Juriſdictionem ſpiritualem Archipresbytero antiquam confirmat.

Ac dignitati, non perſonæ, adnexam vult in poſterum.

Ordinationes ad quosvis Ordines minores & majores privativè, & liberè illi asserit pro omnibus Basilicæ addictis.

§. 6. Proindeque, ut iidem Canonici, Beneficiati, Clerici, Alumni, & Ministri prædicti, ab eodem Archipresbytero, ejusque in Archipresbyteratus dignitate pro tempore Successoribus quibuscumque, quatenus Episcopali charactere præditi sint, vel de ipsorum licentia tantum, nec aliàs, a quocumque Catholico Antistite gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habente, per eum, eosque deputando, ad omnes, etiam sacros, & Presbyteratus Ordines promoveri, & tam ipse Archipresbyter, ejusque in Archipresbyteratus dignitate Successores, quàm Antistites ab eo deputati, eosdem Canonicos, Beneficiatos, Clericos, Alumnos, & Ministros, re ipsa actu inservientes, ut supra, absque nostra, vel Successorum nostrorum, aut nostri in Urbe, ejusque districtu Vicarii in Spiritualibus Generalis, vel cujusvis alterius, etiam eorum originis, Ordinarii licentia, dimissoriis, aut examine; Convictores verò Seminarii prædicti, accedentibus ipsorum respectivè Ordinariorum licentia, ac dimissorialibus litteris, ad præmissos omnes Ordines, servatis de jure servandis, promovere licitè possint ac debeant, præsentium tenore perpetuò concedimus & indulgemus.

Ac etiam pro Seminarii Convictoribus, accedente eorum Ordinariorum licentia, & dimissoriis.

Examinatores e gremio Capituli deputandos de more constituit.

§. 7. Idcirco idem Archipresbyter ejusque Successores Archipresbyteri præfati, ex ejusdem Capituli gremio tres aut plures pro tempore Examinatores, in Sacra Theologia, vel in Jure Canonico Magistros, sive Doctores, deputare possint, ac debeant, quorum munus sit, prædictos Canonicos, Beneficiatos, Clericos, Alumnos, sive Convictores, ut supra, atque Ministros, ad quemcumque, etiam Sacrum & Presbyteratus Ordinem promovendos, sive ordinandos, juxta Concilii Tridentini Decreta, examinare, atque probare; prout hactenus laudabiliter factum esse novimus, & Nos ipsi, dum ejusdem Basilicæ Canonicatum obtinebamus, plures annos hujusmodi Examinatoris officium sustinuimus. Idemque pro tempore Archipresbyter possit cum prædictis Canonicis, Beneficiatis, Clericis, Alumnis, aliisque prædictæ Basilicæ Inservientibus, super observantia interstitiorum ad Ordines prædictos suscipiendos, justis de causis, dispensare; atque ipsis in quolibet Ordine constitutis, ministrandi, celebrandique licentiam tam in prædicta Basilica, quàm in quibuslibet aliis Sæcularium, aut Regularium Ecclesiis in Urbe & extra Urbem, per Litteras Dimissoriales, quas quidem tam ab ipsis Archipresbyteris, quàm ab eorum pro tempore Vicariis confectas atque subscriptas, ubique admittendas fore decernimus, valeat impertiri.

Altarium Consecrationes, benedictiones, aliaque Pontificalia, Archipresb. & Capitulo confirmat.

§. 8. Item Consecrationes Altarium ejusdem Basilicæ, nec non Ecclesiarum, quæ inter ipsius Basilicæ membra connumerantur, & Altarium in ipsis existentium, sacrorum quoque utensilium ac vestimentorum benedictiones, ab eisdem Archipresbyteris, sive ab eorum Vicariis Episcopis, aut aliis Antistitibus, vel etiam, quoad ea, in quibus Sacra Olea non adhibentur, ab aliquo ex Canonicis prædictæ Basilicæ Presbytero, de ipsorum tamen Archipresbyterorum mandato & delegatione, fieri possint; ac demum tam Ordinationes prædictas, quàm cætera Pontificalia munia sive functiones, ab eodem Archipresbytero nunc existente, ejusque in Archipresbyterali dignitate Successoribus quibuscumque, sive per se ipsos, sive per suos respectivè Vicarios, qui Episcopali charactere sint insigniti, ac etiam per alios Episcopos, Archiepiscopos, aut Patriarchas de gremio Capituli, vel, his deficientibus, etiam per alios extraneos Antistites quoscumque, de licentia tamen ipsius Archipresbyteri, in præfata Basilica tantùm exerceri posse, perpetuò statuimus, atque decernimus. Quin etiam, vacante hujusmodi Archipresbyteratus dignitate, omnia Pontificalia munia hujusmodi, sive functiones, exceptis Ordinationibus prædictis, & excepta collatione Sacramenti Confirmationis, de quo inferiùs agemus, pro rerum & temporis opportunitate, de Capituli dumtaxat licentia, ab aliquo Antistite, ut præfertur, de ejusdem Capituli gremio, atque etiam ab extraneo, si ab Episcopo de ipsius Capituli gremio impleri nequeant, in eadem Basilica pariter exerciri posse concedimus: Innovantes insuper, & perpetuò confirmantes Prædecessorum nostrorum Innocentii VI., & Urbani V. Privilegium, quo eamdem Basilicam sanguinis aut seminis effusione forte violatam, a Canonico Altarista, seu antiquiori Canonico in Presbyteratus Ordine constituto, cum aqua tamen ab aliquo Antistite ritè benedicta, reconciliari posse indulserunt.

Eadem vacante Archipr. concedit Capitulo, præter Ordinationes, & Confirmationes.

Privil. reconciliat Basilicæ Altaristæ & Canonico antiquiori asserit.

§. 9. Præsertim verò veterem observantiam, plurium Romanorum Pontificum, ac potissimum Joannis XIX., Benedicti IX., Innocentii III., & Gregorii IX., vigentibus ad hunc diem privilegiis & concessionibus inductam, ac perpetuo usu, & immemorabili consuetudine firmatam, qua in eadem Basilica singulis annis Feria V. in Cœna Domini, tum sancta Infirmorum & Catechumenorum Olea, tum etiam Sacrum Chrisma, ab ipsius Archipresbytero, sive hujus pro tempore Vicario in Episcopali gradu constituto, vel ab alio Antistite, de Archipresbyteri prædicti licentia, ritè confici, & benedici, pluribusque Ecclesiis Parochialibus, tam ejusdem Vaticanæ Basilicæ Filialibus, quàm aliis quibusdam non Filialibus, distribui consuevit, auctoritate nostra confirmamus, & quatenus opus sit, præsentium tenore innovamus, & in perpetuum stabilimus; volentes, ut omnes & singuli Rectores vel Parochi sive Curati Ecclesiarum, tam videlicet earum, quas inter prædictæ Basilicæ Filiales infra recensebimus, aliarumque, si quæ sunt, aut in posterum Filiales existent, quàm aliarum quomodolibet eidem Basilicæ subjectarum, præsertim Sanctæ Mariæ in Transpontina nuncup., & tam Ecclesiæ, quàm Hospitalis S. Spiritus in Saxia, & cæterarum omnium, quæ vel expressis Prædecessorum nostrorum legibus, vel recepta consuetudine ad id teneri dignoscuntur, hujusmodi sacrorum Oleorum confectioni in die Cœnæ Domini, nec non Benedictioni Fontis Baptisterii in Sabbato Sancto, & in Vigilia Pentecostes, singulis annis, ut præfertur, interesse, vel si ipsi legitimo impedimento detenti fuerint, alios respectivè Presbyteros ad ipsorum vices in hujusmodi sacris Functionibus decenter sustinendas, mittere; iidemque Rectores vel Parochi seu Curati Olea prædicta ab ipsa Basilica quotannis in sacros Ecclesiarum suarum usus asservanda atque utenda recipere, teneantur; & quatenus opus sit, opportunis præceptis & pœnis, arbitrio Archipresbyteri statuendis, adigantur. Neque verò propter hujusmodi præsentiam ab ipsis præstitam, vel propter prædictorum sacrorum Oleorum receptionem, ab ullo quomodolibet, sive judicialiter, sive extrajudicialiter molestari possint, vel ad aliam quamcumque Ecclesiam aut Basilicam pro hujusmodi præsentia præstanda accedere, aut prædicta sacra Olea ab alia qualibet recipere compellantur.

Vetustissimum jus conficiendi Chrismatis & SS. Oleor. confirmat in perpetuum.

Cum interventu Parochorum Ecclesiar. filial. & aliis subjectar. Basilicæ, per se, aut per substitutos.

§. 10. Huic porro juri sacrorum Oleorum & Chrismatis conficiendorum, consequens est, ut Sacramentum Confirmationis in ipsa Basilica, & ab illius pro tempore Archipresbytero, sive ab illius Vicario Episcopo, aut etiam de ipsius

Jus perinde antiquum Confirmationis Sacram. conferendi ad examen revocat.

licen-

licentia, ab alio quolibet Antistite, ministrari & conferri possit. Quod quum eidem Archipresbytero ab antiquissimis temporibus licuisse constet; & quidem, quod attinet ad personas ejusdem Basilicæ ministeriis addictas, illique actu inservientes, in contradictorio quoque judicio coram Congregatione S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum habito, eidem Archipresbytero, sive per se, sive per alium ab ipso deputatum, indistinctè licere definitum fuerit, cum subsequuta contradicentium acquiescentia; Nos hujusmodi Resolutionem sive Decretum a tunc existentibus Congregationis prædictæ Cardinalibus die xv. Februarii anni MDCXLVIII. latum, & a fel. rec. Prædecessore nostro Innocentio Papa X. approbatum, mox etiam a recol. mem. Clemente Papa X. Prædecessore pariter nostro per Litteras in forma Brevis die XXVIII. Junii anni MDCLXXV. editas, iterum confirmatum, quatenus prædictam Archipresbyteri facultatem admittit, auctoritate quoque nostra roboramus, & quoad prædictos Basilicæ Vaticanæ Ministros eidem actu ministrantes & inservientes, ejusdemque pro tempore Archipresbyteri jurisdictioni in spiritualibus subjectos, debitæ executioni demandari, ac perpetuò inviolabiliter observari præcipimus. Quod verò spectat ad alias personas, quæ neque sunt de ipsius Vaticanæ Basilicæ gremio, aut illius servitiis addictæ, neque Archipresbyteri prædicti jurisdictioni subsunt, plenissimè Nobis cognita atque perspecta est lis & controversia, quæ diu agitata fuit, quæque adhuc indecisa pendet, super jure conferendi Sacramentum Confirmationis personis hujusmodi in Vaticana Basilica. Ex quo siquidem recol. mem. Prædecessoris nostri Clementis Papæ XI. beneficio in eadem Basilica Canonicatum & Præbendam adepti fuimus, quum ipsius Archivi præfectura Nobis a Capitulo demandata fuisset, id munus per annos quatuordecim, nimirum usque ad nostram promotionem ad Anconitanam Ecclesiam, retinuimus. Cumque propterea Nobis a prædicto Clemente XI. Prædecessore injunctum fuisset, ut quæcumque ad hujusmodi Confirmationis negotium coram diversis Judicibus vario eventu discussum pertinerent, in unum redacta, eidem consideranda exhiberemus, vel potius ea, quæ olim ipsiusmet Pontificis tunc in minoribus ejusdem Basilicæ Vicarii, deindeque Canonici, opera ac studio digesta & ordinata fuerant, eidem in memoriam revocaremus; Nos quidem omnibus investigatis atque collectis, totam ipsi exposuimus rationum summam, ob quas contendebatur licitum esse in Ecclesia S. Petri in Vaticano Sacramentum Confirmationis omnibus Civitatem Leoninam usque ad Septimianum incolentibus, idemque Sacramentum recipiendi causa ad ipsam Ecclesiam confluentibus conferre. Quarum rationum momenta, quum olim anno MDCXLI. Congregatio S. R. E. Cardinalium, ac Romanæ Curiæ Prælatorum ad cognoscendas causas in Apostolica Visitatione occurrentes deputatorum agnovisset, ac decreto edito comprobasset, hujusmodi Decretum ab Urbano Papa VIII. confirmatum fuerat per Litteras in forma Brevis datas die xv. Januarii Anni MDCXLII. Et quamvis deinceps concessa adversus hasce Urbani litteras aperitione oris, causaque ad aliam Congregationem ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum delata, resolutio prodiisset, quæ hujusmodi facultatem limitavit & coarctavit ad eas tantùm personas, quæ in ministeriis ipsius Basilicæ, ut supra diximus, actu inservirent, atque hæc pariter resolutio a Clemente Papa X. per speciales Litteras in forma Brevis confirmata fuisset; nihilominus adversus has quoque litteras aperitio oris concessa fuerat a venerab. mem. Innocentio Papa XI. sub die XXIV. Junii anni MDCLXXXV., cujus obtinendæ in primis auctor extitit ipse Prædecessor Clemens XI., dum in eadem Vaticana Basilica, ut supra diximus, Vicarii munus exercens, Archipresbyteri & Capituli preces atque rationes eidem Innocentio XI., supplici Libello a se diserte exarato, porrexetat. Cum autem post hæc, hujusmodi controversia, quæ ad eamdem Congregationem Concilii Tridentini, rescripto ejusdem Innocentii XI. Prædecessoris remissa fuerat, usque ad ipsius Clementis XI. Pontificatum indecisa conquievisset, in animo quidem ipsi erat, pro sua sapientia & auctoritate, tunc eam dirimere, fineque debito terminare. Sed quoniam gravissimorum negotiorum, quæ supervenerunt, cura & sollicitudine detentus, ipse id, quod optabat, præstare non potuit, integrum Nobis reliquit, aliquam hujusmodi controversiæ in perpetuum extinguendæ rationem excogitare. Quam quidem, matura deliberatione præhabita, præsentium tenore edicimus, & promulgamus, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine in posterum observari mandamus. In primis videlicet prædictam controversiam, litem, & causam, inter dilectos filios Capitulum & Canonicos S. Joannis in Laterano ex una, & Archipresbyterum, Capitulum, & Canonicos S. Petri in Vaticano Patriarchalium Urbis Basilicarum ex altera partibus, super jure & facultate conferendi Sacramentum Confirmationis in sæpedicta Vaticana Basilica, coram præfata Congregatione Concilii Tridentini, vel in alio quovis Tribunali coram quocumque Judice, & in quacumque instantia pendentem, (cujus statum, merita, & alia quæcumque etiam de necessitate juris, vel facti omnino exprimenda, nec non utriusque Capituli & Ecclesiarum prædictarum jura, privilegia, indulta, concessiones, & litteras Apostolicas, eorumque plenos & integros tenores, præsentibus pro sufficienter expressis, ac etiam de verbo ad verbum insertis haberi volumus) Motu, scientia, & potestatis plenitudine præfatis, harum serie ad Nos avocamus, penitusque & omnino supprimimus, perpetuumque desuper silentium prædictis partibus, aliisque quibuslibet in præmissis jus aliquod seu interesse habentibus, vel habere prærendentibus, imponimus, atque os occludimus.

§. 11. Volumus autem, Sacramentum Confirmationis in Lateranensi quidem Basilica perpetuis futuris temporibus de more administrari a Cardinali pro tempore Romani Pontificis in Urbe ejusque districtu Vicario in spiritualibus Generali, vel ab ipsius Vicesgerente, aut ab alio Antistite, quem ipse Vicarius prædictus, pro suo arbitrio, ad id deputaverit, idque toties, quoties, quibusque temporibus, atque diebus ipsi Vicario opportunum videbitur. Sed insuper moderno & pro tempore existenti S. R. E. Cardinali Vaticanæ Basilicæ Archipresbytero, non tam ratione veterum titulorum, jurium, privilegiorum, atque consuetudinum, quæ tamen Nobis plenè cognita esse supra memoravimus, quàm vigore novæ hujus concessionis, quam motu proprio ipsi, ejusdemque in Archipresbyteratus dignitate Successoribus quibuscumque, de Apostolica liberalitate tribuimus, præsentium tenore perpetuò concedimus & indulgemus, ut singulis annis infra Octavam Natalitiæ Solemnitatis Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli principalium hujusce Almæ Urbis Patronorum, singulis videlicet septem diebus dictam Solemnitatem immediatè sequentibus, in prædicta Vaticana Basilica, per

Ad Basilicæ inservientes quod attinet, illud probat, & confirmat.

Pro reliquis Archipresbyteri jurisdictioni non subjectis, controversum fuisse, & esse adhuc declarat.

Causæ momenta ejusque posteriorem exitum enarrat.

Ejusdem statum præsentem proponit.

Causam denique istam adhuc indecisam definire statuit.

Idcirco eam ad se avocat, perpetuo partibus silentio indicto.

Providè disponit, ut in Lateranen. Basilica Sacramentum Confirmationis administretur, omni tempore a Card. Vic. Urbis, aut Vicesger. seu per illum delegato.

In Vaticana septem tantum diebus, Natale SS. Apostolorum Petri & Pauli subsequentibus a Card. Archipresb.,

aut per eum delegato, omnibus undique ex Urbe confluentibus.

se ipsum, si ipse Episcopali gaudeat charactere, sin minus, vel etiam si ipse aliquo impedimento detineatur, per suum Vicarium Episcopum, aut per alium Antistitem de gremio Capituli, vel, his deficientibus, etiam per alium quemlibet Antistitem ab ipso deputandum, omnibus & singulis non solùm Vaticanæ Basilicæ inservientibus, atque ipsius Archipresbyteri jurisdictioni, ut præfertur, subjectis, & non solùm ex civitate Leonina nuncupata, aut ex Septimiano prædictis, sed etiam ex cæteris Urbis Regionibus quibuscumque, & aliàs undecumque in hunc finem confluentibus, Sacramentum Confirmationis perpetuis futuris temporibus administrare & conferre liberè & licitè possit & valeat.

Idque, tum ad augendum cultum SS. Apostolor. tum ad veteris disciplinæ memoriam servandam.

§. 12. Qua in re non tam nostro erga prædictam Vaticanam Basilicam amori studioque indulgemus; nec eo tantùm consilio ad id adducimur, quo Sanctorum Apostolorum cultum in hac Alma Urbe magis magisque augeri, eorumque Festivitatis Octavam in ipsa Urbe solemnius concelebrari cupientes, aliis nostris Apostolicis Litteris pridie Kalendas Aprilis anno MDCCXLIII. datis, plura præscripsimus per eos dies a singulis Romanæ Curiæ Ordinibus, & Cleri, Populique cœtibus adimplenda; sed peculiari quadam ratione movemur, quam Nobis sacræ antiquitatis monumenta suppeditant; ut scilicet in ea Basilica, in qua & olim, ex prædictorum Romanorum Pontificum delegatione, Sacramentum Baptismi solemniter in Sabbato Sancto administratum fuisse constat, & nunc etiam, ex veteri approbataque consuetudine, de qua inferius verba faciemus, Baptismus idem omnibus indistinctè, & quolibet anni tempore confertur; in eadem etiam Sacramentum Confirmationis, quod olim regeneratis statim post Baptismum conferebatur, aliquibus saltem anni diebus, omnibus pariter optantibus, ab ipsius Basilicæ Archipresbytero, vel ab alio, ut præfertur, ab eo deputato, vigore specialis concessionis, & peculiaris privilegii eidem impertiti a Romano Pontifice, sub cujus immediata jurisdictione prædicta Basilica existit, administrari possit atque conferri. Huc accedit, quod sicuti glorioſissimi Apostoli Petrus & Joannes, in ipsis Ecclesiæ nascentis exordiis, primi ab Apostolico Collegio adhuc Hierosolymis agente in finitimas Regiones ablegati fuerunt, ut per eorum ministerium, & manuum impositionem, novelli credentes acciperent Spiritum Sanctum, quemadmodum Liber Actuum testatur; ita maximè congruum Nobis visum est, ut in duabus Patriarchalibus Romanæ Urbis Ecclesiis, quæ in eorumdem Apostolorum honorem atque memoriam Omnipotenti Deo dicatæ, cæteris Urbis & Orbis Ecclesiis dignitatis & gloriæ prærogativa antecellunt, Cælestium Charismatum fontes ad perennem Ecclesiæ ædificationem Christifidelibus perpetuò paterent.

Attamen speciale id Privilegium esse declarat Rom. Pontif., sub cujus immediata jurisdict. est Basilica.

Ordinem ea occasione servandum præscribit.

§. 13. Ut autem omnia, quæ ad prædicti Sacramenti administrationem pertinent, ritè rectèque impleantur atque serventur, volumus atque præcipimus, ut in eadem Vaticana Basilica, & in loco ad id decenter aptato inter Altare Cathedræ S. Petri, ejusque Confessionem, vel alibi, pro rerum & temporis opportunitate, intra eamdem Ecclesiam, singulis prædictis diebus, horis antemeridianis, & ad populi commodum opportunis, Sacramentum Confirmationis administretur; præmissa semper in singulis diebus hujusmodi, ad institutionem Confirmandorum, apta & gravi oratione, per aliquem de Clero Vaticano, quem præfatus Cardinalis pro tempore Archipresbyter ad id deputaverit, peragenda, super ipsius Sacramenti sanctitate atque præstantia. Et sicut hactenus Regestum eorum, qui in ipsa Basilica confirmati fuerunt, ab Archivi Capitularis Custode servari consuevit; ita ab eodem in posterum authenticum omnium Confirmatorum hujusmodi Regestum in ipso Archivo diligenter retineatur, & asservetur; ex quo, ad petentium instantiam & opportunitatem, authentica pariter Testimonia, seu Fides, extrahi possint; atque uno verbo omnia & singula observentur, & impleantur, quæ circa collationem & administrationem Sacramenti Confirmationis, providis Ecclesiæ regulis præscripta reperiuntur.

Ex cunctis Urbis regionibus infantes baptizandos statuit in Basilica.

§. 14. Baptismi verò Sacramentum in eadem Vaticana Basilica non solùm Infantibus intra peculiares ipsius Parochiæ fines in lucem editis; sed, ut superius innuimus, aliis etiam quibuslibet, tam in Urbe, quàm extra illam natis (quorum quidem plurimos, ob venerationem Beatissimi Apostolorum Principis, a piis parentibus ad ipsius Ecclesiam baptizandos deferri constat) liberè & licitè administrari, tum veteri omnium fermè sæculorum usu & observantia receptum est; tum etiam in sacris Visitationibus, & præsertim in ea, quam anno MDCXXV. fel. rec. Urbanus Papa VIII. in dicta Basilica peregit, ac præterea judiciali definitione Congregationis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum die xv. Maji anni MDCC. edita, agnitum fuit, atque firmatum, & Nos demum hujus nostræ Constitutionis vigore id ipsum indubitanter atque perpetuò servari volumus, atque decernimus.

Aliorum Parochor. tergiversationibus occurrit.

§. 15. At quoniam non ignoramus, nonnullos aliquando ex aliarum Urbis Ecclesiarum Parochis sive Curatis, vel de suorum jurium conservatione plus nimio sollicitos, vel etiam contra prædicta Decreta pervicaciter obfirmatos, vetus hoc Vaticanæ Basilicæ, ejusque Capituli, & Parochi, sive perpetui Vicarii, jus, & juris hujusmodi exercitium, si non apertè impugnare, at saltem artificio eludere & impedire consuevisse; denegando scilicet propriis Parochianis ea Documenta, sive Schedulas de legitimis Infantium natalibus, quæ eidem Vaticanæ Basilicæ Parocho exhiberi debent, aut Schedulas ipsas ejusmodi forma concipiendo, ut vel parentes ipsius prolis, absque proprio dedecore eas exhibere, vel Vaticanus Parochus easdem, absque injuria Basilicæ, recipere non possent; aut denum aliis artibus, quibus ab religiosæ hujusmodi voluntatis implemento prædictos respectivè Parochianos deterrendos esse prospicerent: adeout Nos ipsi, propter nonnullorum hujusmodi Parochorum culpam, necesse habuerimus, omnes in commune Urbis Parochos initio Pontificatus nostri apud Nos congregatos, gravibus verbis hac de re admonere, atque etiam Edictis per organum dilecti Filii nostri S. R. E. Cardinalis hodierni nostri in Urbe Vicarii publice propositis, coërcere: Idcirco, ut omnis in posterum tergiversandi via cuilibet perpetuo sit præclusa, statuimus atque decernimus, ut prædictarum Schedularum exempla sub certa & invariabili forma Typis imprimantur, eaque non solum aliarum Urbis Ecclesiarum Parochis distribuantur; sed etiam ab ipsius Vaticanæ Basilicæ Parocho, vel a Sacristiæ Curatoribus, cuilibet petenti gratis concedantur; volentes, ut hujusmodi Schedulis impressis nihil a Parochis adscribi possit aut debeat, præter Parentum nomina, & Prolis nativitatem, cum ipsorum Parochorum subscriptione, & impressione sigilli eorum Parochiæ. Quod si hujusmodi Sche-

Schedulas typis impressas sub certa formula gratis dari Parochis jubens.

Pœnam pecuniariam inobedienti-

dulis

bus, gravio-rem dolose agentibus minatur.

dulis alia fortasse, præter præmissa, ab iisdem Parochis adscribi, vel earum subscriptionem petentibus absque legitima causa denegari contigerit; volumus eosdem Parochos, singulis vicibus, quibus huic nostræ Ordinationi contraire præsumpserint, pœnam quinque Ducatorum auri in auro, in subventionem piæ Domus, & Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia erogandorum, irremissibiliter incurrere, & cum effectu persolvere, sublata cuilibet condonandi, vel aliter judicandi facultate. Si vero constiterit, eosdem Parochos aliis artibus adniti hanc spiritualem consolationem, & concessam libertatem suis Parochianis adimere, eosque ab hujusmodi erga beatum Apostolorum Principem devotionis actu revocare; gravioribus etiam pœnis, & mulctis, a competentibus Judicibus, tam ex officio, quam ad recurrentium instantiam, volumus coërceri.

Privilegia vetera Basilicæ recensens instaurat.

§. 16. Cætera vero illustriora Privilegia, quæ ad Vaticanæ Basilicæ dignitatem & decus pertinent, strictim attingendo asserere & confirmare volentes; decernimus in primis, ut solemnes Romanorum Pontificum Consecrationes, juxta vetustissimum Romanæ Ecclesiæ ritum, in Urbe, non alibi quam ad Altare Confessionis Beati Petri Apostoli; (super quo præter Romanum Pontificem, nemini omnino licet, absque expressa ipsius Pontificis concessione, per litteras Apostolicas singulis vicibus expedienda incruentum Sacrificium offerre) sicut e contra ad prædictum Altare non aliæ, quam hujusmodi Successorum nostrorum Consecrationes, sive Ordinationes, peragantur. Coronationes quoque eorumdem Pontificum Romanorum, dum scilicet Sacro Pallio ex Corpore Beati Petri desumpto decorantur, & tanquam Apostolicæ ipsius potestatis Successores, publica omnium Ordinum adoratione colunter, ad prædictum Altare, & in eadem respective Basilica de more celebrentur. Æquum est enim, ut ibi Sacerdotii Magni accipiant unctionem, & sacræ jurisdictionis insignia suscipiant, ubi Apostolorum Principis ossa quiescunt, *a quo*, ut Sancti Innocentii I. Prædecessoris nostri verbis utamur, *Episcopatus ipse & tota auctoritas nominis hujus emersit.* Qua etiam ratione factum esse non dubitamus; ut Venerabiles Prædecessores nostri Romani Pontifices, per continuam plurium sæculorum seriem, Sacros Christianis Plebibus Rectores, Ecclesiisque Ministros daturi, Ordinationes statis anni temporibus apud Sanctum Petrum habere consueverint; quod & prisci Ecclesiæ Romanæ Rituales Libri, & disertissimi Sermones S. Leonis Papæ I. pariter Prædecessoris nostri de Jejuniis quatuor Anni Temporum abunde testantur.

Ac primo Consecr. Rom. Pont. ad Altare S. Petri Apost. Principis.

A quo Apostolicæ auctoritatis origo petitur.

Vigilias, & Benedictionem S. Pallii Archiepiscopalis.

§. 17. Eademque de causa, a remotissimis usque temporibus, quorum initii memoria non extat, Sacra Pallia, quæ a Romano Pontifice Patriarchis, & Archiepiscopis concedi solent, & per quorum traditionem (ut loquitur recolendæ memoriæ Prædecessor quoque noster Innocentius Papa III.) *Pontificalis Officii plenitudo cum Archiepiscopalis nominis appellatione confertur*, in eadem dumtaxat Vaticana Basilica, sacris vigiliis præmissis, benedici, & prope Corpus Beati Petri Apostoli asservari consueverunt. In cujus Benedictionis exequendæ ritibus, quum pro temporum conditione aliquas subinde variationes inductas fuisse animadverterimus; Nos, edita Constitutione, cujus initium est: *Rerum Ecclesiasticarum origines*: data pridie Idus Augusti Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVIII., totius Cæremoniæ ordinem, & formam, ac preces in ipsa Benedictione recitandas perpetuo statuentes, decrevimus, Pallia hujusmodi per Romanum pro tempore Pontificem quotannis in pervigilio Natalis Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, Vespertinis Officiis in eadem Basilica celebratis, absente vero Pontifice, per S. R. E. Cardinalem, illius vice Officium hujusmodi in Pontificalibus celebrantem, benedici; eademque postmodum sacrata Pallia intra venerandam Apostolorum Principis Confessionem, prope sacrum illius Corpus, & non alibi, pretiosæ Capsulæ inclusa, quam nos etiam in hunc finem eidem Apostolorum Principi in obsequii nostri pignus obtulimus, perpetuo asservari. Quam quidem Constitutionem nostram, cum omnibus in ea contentis, præsentium quoque tenore confirmamus.

Per Pontificem, aut Card. celebrantem faciendam.

Coronationes Imperatorum, & Regum.

§. 18. Similiter Unctiones, seu Benedictiones, & Coronationes Romanorum Imperatorum, & Catholicorum Regum & Reginarum, gloriam suam & honorem ad Aras supremi Regum Regis, & ad pedes Apostoli, Christiana pietate afferentium, in eadem Vaticana Basilica perfici debere statuimus. Hoc enim requirit & antiqua consuetudo innumeris actibus confirmata, & ipsa supremorum Principum & Christianorum Populorum religio; quæ sane luculentissima quæque erga Romanam Ecclesiam obsequii & devotionis argumenta, in venerationem potissimum Beatissimi Apostolorum Principis, edidisse dignoscitur. Huic factæ sunt civitatum, atque ditionum cessiones & donationes, Regnorumque oblationes & subjectiones; quorum diplomata ac monumenta non semel super Altare Basilicæ Vaticanæ signata, vel intra Confessionem Beati Petri reposita fuerunt. In ejus Æde præstita sunt Romano Pontifici fidelitatis juramenta, & homagia; ibidem soluti census, atque recepti; vel, si eos injuste denegari contingeret, solemnium protestationum aliorumque legitimorum actuum vi repetiti. Huc denique semper ex omni Christiani Orbis regione fidelium peregrinationes, orationis aut voti causa, susceptæ, nec defuerunt etiam ex sublimioribus ordinibus, qui, ex earum implemento, ad melioris vitæ propositum conversi, reliquum ætatis suæ tempus in Dei cultu transigere decreverint, suæque mortalitatis exuvias apud beatum Petrum sepeliendas relinquere.

Obsequio virorum Princip. in S. Petrum coacervantur.

Supremæ jurisdict. actus ad S. Petri Altare exercitis.

§. 19. Quemadmodum vero eisdem Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, pro traditæ ipsis orthodoxæ fidei & canonicæ disciplinæ præcipua custodia, solemne olim fuit, coram Beati Petri Apostoli Confessione publicas fidei suæ professiones recitare, ac, sicubi oportuit, vitæ quoque suæ rationes Clero Populoque exponere; sic etiam, dum Apostolicæ sollicitudinis studio, omnium Ecclesiarum Pastores in recti dogmatis & unitatis Catholicæ communione debitæque subjectionis ordine continere semper curarunt, eosdem ad Limina Apostolorum statis temporibus evocare, & quoties ita res tulit, apud eamdem sacratissimam Confessionem, eorum libellos, vel incorruptæ doctrinæ testes, vel quibus objecta eis crimina depellerentur, aut errores damnarentur, ab ipsis excipere, in more habuerunt. Præterea plerosque atque præcipuos supremæ Apostolicæ Jurisdictionis actus, sive in perditorum ac pervicacium condemnatione, tum singulis annis in die Cœnæ Domini, tum quoties peculiaris rerum necessitas id postulavit, sive in reconciliatione illustrium Personarum, quæ ad Ecclesiæ sinum, ejuratis errorum impietatibus, regredi meruerunt, seu denique in generalium Indulgentiarum, & potissimum in Magni Jubilæi publicatione, apud eamdem Basilicam exercere consueverunt.

§. 20. Quo-

Beatificat. & Canonizat. in sola Basilica peragendæ.

§. 20. Quocirca quum nos dudum aliis nostris Apostolicis literis, quarum initium est: *Ad Sepulchra Apostolorum*: IX. Kalendas Decembris anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLI. datis, ex justis ibidem expressis causis, statuerimus, ut Servorum & Ancillarum Dei Beatificationes, & Beatorum Canonizationes in posterum in eadem Vaticana Basilica, & non alibi, peragantur, non obstantibus quibuscumque contrariis exemplis, quæ nullum præjudicium antiquo instituto, & Vaticanæ Basilicæ prærogativæ afferre decrevimus; id ipsum harum tenore confirmamus & innovamus, & inviolabiliter in posterum observari mandamus.

Locus ea occasione destinandus Capitulo, & Clero.

§. 21. Ac præterea dilectos filios Canonicos & Clerum prædictæ Vaticanæ Basilicæ, amplioris gratiæ favore prosequi volentes, decernimus, ut, quoties in eadem Basilica hujusmodi solemnes Canonizationes, juxta præmissa, celebrabuntur, quemadmodum in novissima Canonizatione quinque Sanctorum Anno Domini MDCCXLVI. die Natali Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli per nos celebrata, de mandato nostro factum fuit; ita & in posterum semper peculiaris & certus locus in adornando sacræ functionis apparatu eisdem præservetur, ex quo decenter & commode sacræ solemnitatis ritum spectare possint, indeque a nemine quavis auctoritate valeant amoveri.

Proceff. SS. Corporis Christi Sede Vac. ad S. Petrum facienda.

§. 22. Similiter alias nostras Apostolicas literas XIV. Kalen. Martii Anno ab Incarnatione Domini MDCCXLIV. Pontificatus nostri Anno V. editas, harum quoque serie confirmantes & innovantes, statuimus, ut si quando, Apostolica Sede vacante, solemnitatem Corporis Christi celebrari contingat, Processio generalis totius Cleri Urbis, cum interventu Officialium Romanæ Curiæ, quemadmodum vivente Romano Pontifice moris est, apud Basilicam Vaticanam celebretur, eo ritu, atque ordine, quem in prædictis nostris literis, aliaque Schedula eadem die manu nostra signata, distincte præscripsimus.

Ritus in Proceff. S. Marci antiquus servandus.

§. 23. Supplicationis quoque generalis die festo S. Marci Evangelistæ ab universo Clero Urbis ad Vaticanam Basilicam quotannis haberi solitæ, perpetuam observantiam, & ritus a Prædecessoribus nostris Alexandro IV., Eugenio IV. & Nicolao V. Romanis Pontificibus præscriptos, nec non Decreta condita a Congregatione Sacrorum Rituum super ejusdem celebratione, ac præsertim Decretum super modo, quo alia Urbis Ecclesiarum Capitula Vaticanam Ecclesiam ea occasione ingredientia ab ejusdem Capitulo recipi debent, die XV. Aprilis Anni MDCVI. editum, & a fel. rec. Paulo Papa V. specialiter confirmatum, novo Apostolicæ confirmationis nostræ munimine roboramus, ac perpetuis futuris temporibus inconcusse servari præcipimus.

S. P. Q. R. oblatio Calicis pecuniæ summa commutari permittitur.

§. 24. Oblationem præterea unius Calicis cum octo Cereis facibus, quam Conservatores Cameræ Almæ Urbis nostræ singulis annis die festo eorumdem Sanctorum Apostolorum, ipsius Almæ Urbis Patronorum principalium, juxta Decreta in Consilio ejusdem Cameræ condita, & a Prædecessoribus nostris approbata, sæpedictæ Basilicæ dare & offerre consueverunt, in posterum quoque singulis annis ab iisdem Conservatoribus perpetuo dari volumus & offerri; itaut, ad normam literarum Apostolicarum fel. rec. Gregorii Papæ XV. sub Annulo Piscatoris die XVII. Augusti Anni MDCXXI. expeditarum, prædictus Calix valoris sexaginta scutorum monetæ esse debeat, iidemque Conservatores pecunias pro Calice dicti valoris, & facibus Cereis hujusmodi necessarias, ex quibuslibet ejusdem Cameræ Capitolinæ redditibus, sive proventibus, desumere, præsentium quoque literarum nostrarum vigore, possint & valeant. Permittentes ejusdem Vaticanæ Basilicæ Capitulo & Canonicis prædictis, quemadmodum alias a san. mem. Prædecessoribus nostris Clemente Papa XI., & Innocentio Papa XIII. per eorum literas Apostolicas in forma Brevis die X. Aprilis anni MDCCXIII., & die XVII. Julii MDCCXXIII. respective datas, ad decennium tantum respective valituras, indultum fuit, ut ipsi, vice & loco prædicti Calicis a memoratis Conservatoribus quotannis, ut præfertur, offerri soliti, illius pretium ab iisdem pro tempore Conservatoribus recipere valeant: ea tamen lege, ut pretium hujusmodi penes Montem Pietatis de Urbe illico deponatur, indeque amoveri nequeat, nisi ad effectum illud convertendi in emptionem tot sacrarum Supellectilium in Basilica præfata magis necessariarum, quibus Insignia Senatus Populique Romani apponi debeant; præsenti concessione perpetuum vigorem futuris temporibus habitura.

Decretum Alexandri VII. pro supellectilibus Sacrarii in Beatif. & Canoniz. confirmat.

§. 25. Cumque recol. mem. Prædecessor noster Alexander Papa VII. die XXVII. Septembris anni Domini MDCLIX. ad Divini cultus augmentum, & sacrarum Supellectilium in eadem Vaticana Basilica conservationem, providum Decretum ediderit, a Nobis aliàs in Opere de Servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione Tomo I. relatum, & in præfatis Apostolicis literis incipientibus: *Ad Sepulchra Apostolorum* denuo confirmatum, quo certam contributionem, quingentorum scilicet scutorum auri in auro in cujuslibet Servi Dei Beatificatione, & mille scutorum auri similium in cujuscumque Beati Canonizatione, ab hujusmodi Causarum Postulatoribus, favore Sacrarii ejusdem Basilicæ persolvi mandavit, in conficiendis, sive conservandis sacris Supellectilibus prædictis, & non aliter, omnino erogandam; Nos hujusmodi Decreti Chirographum, ejusque integrum tenorem præsentibus pro plenè, & de verbo ad verbum insertum habentes, denuo auctoritate nostra approbamus & confirmamus, &, quatenus opus sit, quæ ab ipso Alexandro Prædecessore decreta sunt, motu, scientia, & potestate simili rursus decernimus, & constituimus, & in futurum inviolabiliter observari mandamus.

Prædecessorum Decreta de ingressu, & media annata Canonicor. &c. pro cod. Sacrario instaurat.

§. 26. Confirmamus pariter & innovamus aliorum Prædecessorum nostrorum, præsertim Sixti IV., Clementis VII., Pauli III., Clementis VIII., & Pauli V. Romanorum Pontificum Constitutiones, & Ordinationes, quibus certa portio a singulis Archipresbytero, & Canonicis, ac Beneficiatis, & Clericis Beneficiatis, in adeptione possessionis eorum respectivè Archipresbyteratus, & Canonicatuum, ac Præbendarum, & Beneficiorum, supradictæ Sacristiæ respectivè solvenda præscribitur; quemadmodum etiam integra medietas omnium fructuum & distributionum primi anni dictorum Archipresbyteratus, & Canonicatuum, ac Præbendarum, & Beneficiorum omnium, post adeptas illius & illorum respectivè possessiones, eidem Sacristiæ applicari jubetur: quas quidem præstationes ad ejusdem Sacristiæ impensas, quas ipsa quotidie pro dictis sacris Supellectilibus, aliisque ad divinum cultum pertinentibus subire debet, congruè sustinendas, & non aliter, erogari perpetuò volumus & jubemus.

S. Pii V. Decretum de Cappellis & Oratoriis privatis, eorumque supellectili testamento non legandis &c. probat.

§. 27. Et quoniam a recol. mem. Prædecessore pariter nostro S. Pio Papa V. per literas, quarum initium est: *Romani Pontificis*, datas apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDLXVII. tertio Kalendas Septembris, Pontificatus sui anno II., summa æquitatis & providentiæ ratione generaliter statutum fuit,

ut

ut omnia & singula sacra ornamenta, paramenta, ac vasa, libri, & alia quælibet ad usum & cultum Divinum in privatis Ædibus, Cappellis, & Oratoriis quorumcumque Ecclesias & Beneficia Ecclesiastica obtinentium destinata, quæcumque tempore eorum obitus, sive ex testamento, sive ab intestato relicta fuerint, ea neque sub quibusvis facultatibus testandi & disponendi de bonis ex Altari, vel aliàs quomodolibet per eos acquisitis, etiam per Romanos pro tempore Pontifices quomodocumque concessis & concedendis, comprehendantur, neque sub appellatione spoliorum veniant; sed ad singulas Ecclesias, quibus supradicti præfuerint, seu in quibus Beneficia Ecclesiastica obtinuerint, omnino spectent atque pertineant; eisdemque Ecclesiis post illorum obitum, etiamsi procul ab Ecclesiis ipsis decesserint, vel ad eas nunquam accesserint, iisque, & Beneficiis hujusmodi renunciaverint, eo ipso applicata & incorporata sint & esse censeantur; licet id nova confirmatione minime indigeat, quinimmo quoad Vaticanam Basilicam ejusque Sacrarium in viridi observantia esse dignoscatur; ne tamen in dubium unquam revocari valeat, Nos etiam præsentium tenore memoratam S. Pii Prædecessoris legem in omnibus, & per omnia confirmantes, statuimus atque decernimus, eamdem quoad Cappellas omnium & singulorum, qui in eadem Vaticana Basilica Canonicatus, aut Beneficiatus, seu Clericatus quandocumque obtinuerint, etiamsi eorum obitus tempore non amplius eadem obtineant, omnino observari debere; itaut, illis defunctis, liceat Capitulo & Canonicis ipsius Basilicæ, illiusque Sacrario Præfectis, sacram hujusmodi Cappellarum supellectilem, propria auctoritate liberè apprehendere, dictæque Ecclesiæ & Sacristiæ applicare & incorporare; nec ullæ donationes, ac relicta, legata, testamenta, codicilli, & aliæ ultimæ voluntates, seu spolia, super his aliter facta, ullius roboris & momenti existant, aliisve Ecclesiis, locis, aut personis quibuscumque, in quorum favorem facta fuerint, ullatenus suffragentur, eisque jus aliquod in rebus hujusmodi, seu ad illas tribuere valeant; sed omnes & singuli hujusmodi sacras res quocumque nomine vel titulo pro tempore detinentes, ad illas Basilicæ & Sacristiæ prædictis realiter & cum effectu restituendum & consignandum omnino teneantur, & ad id per censuras & pœnas, etiam furti & sacrilegii, ac alia opportuna juris & facti remedia cogi & compelli possint & debeant.

In Vatic. Basilic. illud vigere testatur, & pro futuris temporibus confirmat, in Sacrarii ejusdem utilitatem.

Alia Prædecessorum decreta de non alienand. nec commodand. Sacrarii rebus innovat.

§. 28. Res autem ejusdem Sacristiæ, atque Basilicæ, videlicet sacra vasa, vestes sacras, imagines, jocalia, aliaque bona, non liceat Archipresbytero, Capitulo, aut alteri cuiquam quacumque dignitate fulgenti, alienare seu vendere, præterquam ex causa commutationis in alia ad eumdem Divini cultus usum magis necessaria aut opportuna, vel etiam extra eamdem Basilicam commodare ad quemlibet usum, nisi Ecclesiarum Basilicæ subditarum, aut quibuscumque personis, (iis tantummodo exceptis, quæ de gremio Cleri Basilicæ sunt, cum debita tamen circumspectione) cujuscumque dignitatis, etiamsi S. R. E. Cardinales existant, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, & suspensionis a portionibus, præter refectionem omnium damnorum, quæ ipsorum culpa Basilicæ & Sacristiæ prædictis obvenerint.

Ad Fabricam quod attinet, suam Constitut. supra editam roborat.

§. 29. Quæ vero pertinent ad conservationem & ornatum Fabricæ ipsius Basilicæ, quum ea seorsim administrentur a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, eidem Fabricæ præpositorum, cujus tamen Congregationis Præfectus, jam usque ab ipsius Congregationis erectione, idem semper dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis fuisse dignoscitur, qui ejusdem Basilicæ Archipresbyteratum pro tempore obtinuit; Nos hic de illis agere prætermittemus, ad aliam Nos referentes Apostolicam Constitutionem, quam nuper, videlicet XVII. Kalendas Decembris elapsi anni ab Incarnatione Dominica MDCCLI. edidimus, & in qua, tum pro judiciali causarum cursu, tum pro œconomica rerum ipsius Fabricæ administratione, nonnulla præscripsimus, quæ opportuna & utilia fore in Domino judicavimus.

Decreta vetera de Centenaria præscript., aliisque Basilicæ privilegiis probat, & innovat.

§. 30. Ut autem sæpedictæ Basilicæ jura, dominia, & proprietates, quantum fieri poterit, perpetuò illæsa permaneant, quod jam a pluribus aliis Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, & præsertim ab Innocentio III., & Gregorio IX. in eorum literis anno MCCV. & MCCXXVIII. respectivè datis, generaliter cautum esse dignoscitur, ut scilicet, quemadmodum contra Romanam Ecclesiam, secundum Constitutiones Canonicas, & legitimas Sanctiones, nonnisi centenaria currit præscriptio, ita etiam Vaticanæ Basilicæ juribus, & possessionibus quibuscumque, minoris temporis præscriptio non officiat; idipsum Nos quoque præsentium tenore generaliter, & quoad omnia & singula prædictæ Basilicæ jura, dominia, proprietates, & possessiones, statuimus & innovamus. Confirmantes providas Sanctiones Prædecessorum pariter nostrorum Clementis Papæ VII. in ipsius Chirographi Schedula ejusdem manu signata, & Sixti Papæ V. in ipsius litteris Apostolicis sub datum v. Kalendas Octobris anno MDLXXXIX. latius expressas, quibus ejusdem Basilicæ jura tam quoad hujusmodi præscriptiones, quàm super probationum in controversis casibus conficiendarum onere, ipsiusque Basilicæ librorum auctoritate, non obstantibus contrariis forsan municipalium statutorum, etiam Almæ Urbis, vel juris etiam communis dispositionibus, clariùs atque distinctiùs statuerunt.

Locationes etiam in emphyt. citra novenn. absque Apostolico beneplac. fieri permittit.

§. 31. Locationes verò domorum, possessionum, vinearum, casalium, aliorumque bonorum Mensæ & Basilicæ prædictæ, quæ locari solita sint, aut in emphyteusim concedi, in casibus a jure permissis, & quoties id expedire censeatur, ab ipsius Basilicæ Capitulo quandocumque, & absque alia Sedis Apostolicæ licentia, pro justo pretio fieri, & respectivè renovari posse concedimus, etiam ad longum tempus ultra triennium, non tamen ultra novennium, & dummodo hujusmodi pretii, seu annuæ responsionis solutio ultra sex menses anticipatè non fiat, & servatis legibus, quæ circa hujusmodi locationes plurium Prædecessorum nostrorum ordinationibus, præsertim verò in Apostolicis litteris felicis memoriæ Clementis Papæ VIII. die XXII. Aprilis anni MDXCVI. emanatis præscriptæ reperiuntur.

Privilegia Sixti V., & Urb. VIII. derogantia Statuto Urbis de relocationibus, instaurat.

§. 32. Inhærentes quoque præcitatis Clementis Papæ VIII., aliisque Urbani etiam VIII. die XXIV. Septembris anni MDCXXIX. expeditis litteris, nec non antiquioribus Sixti Papæ V. Kalendis Junii anno MDLXXXIX. datis, volumus atque decernimus, prædictum Capitulum atque Canonicos, nunquam, nulloque prætextu, aut actione etiam in jure fundata, cogi posse ad relocandum eisdem personis, aut priorum locatorum, vel emphyteutarum filiis aut descendentibus, sive pro eodem, sive pro alio etiam uberiori canone, censu, aut responsione, quoscumque fundos, domos, possessio-

nes, vineas, casalia, aliaque bona ubicumque locorum & gentium, etiam in Alma Urbe, ejusque Districtu existentia, & sive ad Basilicam ipsam, ejusque Capituli Mensam, aut ad Sacristiam, sive ad Ecclesias, Monasteria, Prioratus, Beneficia, Cappellas, & Loca Pia eidem Basilicæ annexa, subjecta, aut incorporata pertineant, quæque, cùm aliàs ad longum tempus locata fuerint, aut in emphyteusim legitimè concessa, postmodum ad Basilicam ipsam, vel lapsu temporis, vel linea finita, vel alio quovis titulo, occasione, vel causa, devolvi contingat; sed ipsis Capitulo & Canonicis licitum esse præmissa omnia ubicumque sita, eorumque redditus & proventus, eidem Basilicæ, ac eorum Mensæ Capitulari, seu prædictis Sacristiæ, vel Ecclesiis, aut Cappellis, aliisque superiùs expressis, respectivè unire, ammensare, & incorporare, vel etiam aliis quibuscumque pro convenienti pretio, seu canone, aut responsione, servatis aliàs de jure servandis, locare, arrendare, aut in emphyteusim concedere; non obstantibus, quatenus præsentibus adversentur, Almæ Urbis prædictæ, aliarumque civitatum, locorum, atque regionum, etiam confirmatione Apostolica, vel alia quacumque firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, & concessionibus Apostolicis quibuscumque, etiam necessariò exprimendis, quibus in hac parte, inhærentes prædictorum Prædecessorum vestigiis, expresè derogamus.

Et quidem pro quibuslibet bonis Basilicæ ubicumque sitis, nulla veterum Conductorum ratione habita.

§. 33. Caducitates autem, sive devolutiones domuum, prædiorum, vinearum, aliorumque bonorum ejusdem Vaticanæ Basilicæ, sive jam nunc ipsius favore, ob non solutos Canones, aliasve debitas præstationes intra statuti temporis spatium, seu ob non adimpleta onera præscripta, ob deteriorationem fundi, vel ob non factam directi dominii recognitionem, ac non petitam obtentamque debitis conventis temporibus renovationem, aliisve de causis hujusmodi, apertas & purificatas, sive in posterum quandocumque aperiendas & purificandas, etiamsi declaratæ & acceptatæ fuerint, dummodo actualis rei emphyteuticæ possessio, prævio decreto Judicis, per Capitulum, ejusve nomine, apprehensa non fuerit, ab eodem Capitulo remitti & condonari posse concedimus, absque alio Sedis Apostolicæ beneplacito: non aliàs tamen, quam juxta tenorem Constitutionis Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri prædicti sub die XXII. Aprilis anni Dom. MDXCVI. editæ, nimirum per expressum ipsius Capituli actum atque consensum; itaut per solam receptionem Canonum, patientiam, vel tolerantiam diuturnæ possessionis, aut aliàs, quam per expressum actum atque consensum hujusmodi, nunquam eidem Capitulo præjudicium ullum inferri possit, aut illatum esse censeatur, quominus caducitates ipsas seu devolutiones quandocumque declarare valeat, & acceptare. Ubi verò semel declaratis & acceptatis hujusmodi caducitatibus, sive devolutionibus, ipsa actualis rei emphyteuticæ possessio per Capitulum, ejusve nomine, ut supra, apprehensa fuerit, nolumus easdem caducitates, seu devolutiones ab eodem Capitulo, absque novo nostro & Sedis Apostolicæ beneplacito, non sine prævia cognitione evidentis ipsius Basilicæ utilitatis concedendo, remitti aut condonari posse; nullasque & irritas fore decernimus hujusmodi remissiones & condonationes, si quas forte contra hujus nostræ ordinationis tenorem concedi contingat.

Caducitates remitti posse concedit a Capitulo.

Modo actualem rei emphyteuticæ possessionem non inierit.

Et id fiat per expressum Capituli actum & consensum.

§. 34. Quia verò quæcumque ad bonorum Ecclesiæ conservationem, externumque ipsius decus pertinent, eo præcipuè diriguntur, ut spiritualis Dei cultus, omniumque in eadem Ecclesia ministrantium fervor & assiduitas nutriatur & augeatur; ideo omnes & singulos Divinis servitiis in ea addictos hortamur atque monemus, ut debita assiduitate ac novo semper devotionis studio præscripta sibi munia implere non prætermittant; sacraque omnia officia in eadem, quo maximè decet, ordine, decore, ac reverentia peragentes (ut Prædecessorum nostrorum Eugenii III., Alexandri III., & Clementis etiam III. verbis utamur) *prædictam B. Petri Ecclesiam obsequio debito venerentur, ut Dei Fideles Apostolorum Limina devotione debita visitantes, locum ipsum in majori devotione & veneratione semper habeant.* Præterea publicam erga augustissimum Eucharistiæ Sacramentum venerationem & cultum augere cupientes, dum præsertim fidelium adorationi, divisis per singulas Urbis Ecclesias XL. horarum spatiis, exponitur, volumus, ut in Processionibus, quæ pro hujusmodi expositione SS. Sacramenti in eadem Basilica tribus vicibus quolibet anno, totidem verò pro ejusdem repositione celebrantur, omnes in posterum Canonici, Beneficiati, & Clerici devotè interesse debeant; ita ut absentes mulctentur amissione distributionum, ad modum unius servitii communis, vulgò *de Mense* nuncupati. Verum e contra eosdem in posterum absolvimus ab extraordinariis servitiis, quæ hactenus tempore Adventus totidem fere diebus a singulis præstari consueverant, ita ut diebus ferialibus Adventus prædicti, præter eos, qui secundum consuetam per annum hebdomadarum divisionem Choro interesse debent, nullus alius aut Missæ Conventuali, aut Vesperis adesse compellatur; non obstantibus Decretis & Constitutionibus Apostolicis, ejusdemque Basilicæ statutis & consuetudinibus, quibus in hac parte expresè derogamus.

Quædam circa servitium Chori opportunè disponit.

Expositionib. & repositt. SS. Sacr. Pro 40. horis ter quotannis vult omnes interesse.

Ab extraordinario servitio Chori tempore Adventus eximit Capitulum, & Clerum.

§. 35. Reductiones autem onerum, Anniversariorum, & servitiorum communium, tam eam, quæ olim anno MDLXXXIX. a fel. rec. Prædecessore nostro Sixto Papa V. per supracitatas ipsius litteras Apostolicas incipientes: *Cum pro nostro* ejusdem Vaticanæ Basilicæ Capitulo, & Clero concessa fuit, quàm quæ postmodum anno MDCCXXI. a Congregatione tunc existentium S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretationi & executioni auctoritate Apostolica præpositorum, quo tempore Nos ipsi ejusdem Congregationis Secretarii munere fungebamur, prævia matura eorundem onerum cognitione, & discussione causarum pro hujusmodi reductione obtinenda deductarum, indulta fuit, præsentium quoque litterarum serie, & auctoritate Apostolica, approbamus & confirmamus, cum omnibus conditionibus & legibus tam in dicta Sixti V. Constitutione, quàm in Decreto præfatæ Cardinalium Congregationis diei XX. Decembris anni prædicti, adjectis atque præscriptis. Ac etiam juxta Decretum alias anno MDCLXXVI. ex Apostolica fel. rec. Innocentii Papæ XI. Prædecessoris quoque nostri auctoritate, a tunc existente ipsius Basilicæ Archipresbytero conditum, ejusdem Basilicæ Capitulo & Clero facultatem concedimus & indulgemus, ut anniversarias Exequias pro Animabus quorumcumque Fidelium Defunctorum in dicta Basilica celebrandas, exceptis illis, quibus certa dies a Benefactoribus, seu Testatoribus sub pœna caducitatis assignata reperitur, in Feriam II. cujuslibet hebdomadæ per annum, seu in diem Sabbati in Quadragesima, quibus videlicet ordinaria Capitularis Congregatio haberi consuevit, anticipando transferre, & in diebus hujusmodi, etiamsi officium sub ritu duplici fiat, celebrare liberè & licitè possint, & valeant.

Reductiones onerum tam a Sixto V., quàm a Sac. Cong. Concil. 1721 concessis roborat, & confirmat.

Decretum Innoc. XI. de celebrandis Anniversariis in diebus Congregationibus Capitularibus assignatis, instaurat.

§. 36. Ne

De novis oneribus in posterum recipiendis decernit.

§. 36. Ne vero nova deinceps onera a Capitulo prædicto facile acceptentur, quibus idem supra vires iterum prægravari contingat, volumus atque decernimus, nulla in posterum hujusmodi Anniversariorum, aut Communium onera acceptari posse, aut debere, nisi in Capitulis, quibus præcedat intimatio per Schedulam ad unumquemque Canonicum transmittendam, in qua describatur res, de qua erit agendum; & nisi iisdem Capitulis viginti saltem Canonici intersint, quorum duæ ex tribus partibus pro acceptatione suffragium ferant; ac demum acceptationes hujusmodi nullam vim habere statuimus, nisi ab ejusdem Basilicæ pro tempore Archipresbytero approbentur; quemadmodum in Decreto a prædicta Congregatione Concilii anno MDCCXXI. edito, providè statutum reperitur.

Indultum antiquum de Confessario eligendo cum facultatibus &c. Capitulo & Clero innovat.

§. 37. Indultum vero seu privilegium aliàs præfatis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, per fel. rec. Sixtum Papam IV. nostrum itidem Prædecessorem concessum, & a recol. pariter mem. Clemente Papa VIII. in præcitatis ipsius litteris die xx. Aprilis anni MDXCVI. datis expressè approbatum & confirmatum, iterum auctoritate nostra innovamus; atque concedimus, ut ipsi, & quilibet eorum, quemcumque Presbyterum Confessarium tam Sæcularem, quàm cujusvis Ordinis & Instituti Regularem, ex approbatis ab actualibus Ordinariis locorum, in quibus eorum Sacramentales Confessiones excipient, eligere possint, qui eorumdem Confessionibus hujusmodi auditis, & salutari pœnitentia eisdem injuncta, aliisque de jure injungendis, ipsos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, seu inflictis, & per eos incursis, & quibus eosdem etiam auctoritate Apostolica illaqueari contigerit, etiamsi absolutio Nobis & Successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, specialiter vel generaliter reservata existat, & a quibuscumque eorum peccatis, criminibus, ac delictis quantumcumque gravibus & enormibus, & quidem a contentis in litteris die Cœnæ Domini publicari consuetis, semel tantùm in vita, nec non in mortis articulo; in reliquis verò Nobis & Sedi Apostolicæ quomodocumque reservatis semel in anno, in foro conscientiæ tantùm, & sine alicujus præjudicio, auctoritate Apostolica per has litteras perpetuò tributa, valeat absolvere.

Usum Cappæ concedit Capitulo & Clero in Ecclesiis Filialibus, & circa eas.

§. 38. Ut autem ejusdem Vaticanæ Basilicæ Capitulum & Clerus, etiam in his, quæ ad ipsorum decus & ornamenta pertinent, nostram sibi liberalitatem sentiant adfuisse, concedimus & indulgemus, ut in posterum in omnibus Ecclesiasticis functionibus, quas intra Ecclesias ejusdem Basilicæ filiales, celebrari, atque etiam in Processionibus, quas circa hujusmodi Ecclesiarum ambitum fieri contigerit, consueto juxta temporum vices habitu Chorali uti possint & valeant, itaut æstivo tempore Canonici quidem Rocchettis & Superpelliceis, reliqui vero Superpelliceis dumtaxat amicti, hiemali autem tempore, consuetis juxta eorum Ordines Cappis respective induti, prædictis Functionibus & Processionibus assistere valeant & interesse. Utque prædictarum vestium, aliorumque consuetorum, etiam honoris, & Patriarchalis ejusdem Basilicæ dignitatis Insignium delatio & usus, ex parte aliorum quorumcumque, etiam specialem mentionem & expressionem requirentium, eisdem Capitulo & Clero nullo unquam tempore, nulloque prætextu inhiberi, seu impugnari possint aut valeant, eisdem auctoritate & tenore, etiam perpetuò statuimus & decernimus. Præterea ut prædicti Canonici, qui ex Apostolicis Prædecessorum nostrorum privilegiis & concessionibus, inter Romani Pontificis & Sedis Apostolicæ Notarios, ac etiam Cappellanos & Familiares, ac continuos Commensales adlecti & connumerati esse dignoscuntur, sicut etiam ejusdem Basilicæ Archipresbyteri Vicarius pro tempore existens, non solum intra Vaticanam Basilicam, ejusque Cappellas & Ecclesias ipsi subjectas, sed etiam in quibuslibet Urbis & extra Urbem, tam Sæcularium, quam Regularium Ecclesiis, Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrantes, Candelabrum capulo instructum, vulgo *Bugia* & aliàs Palmatoria nuncupatum, adhibere possint, atque hujusmodi honor & assistentia eisdem a nemine denegari valeat aut impugnari, decernimus etiam, atque statuimus.

Alia consueta honoris insignia asserit.

Bugiæ usum Canonicis, ut Protonotariis permissum, & in Basilica consuetum, ad omnes Ecclesias intra & extra Urbem expressè extendit.

§. 39. Denique jura, facultates, & jurisdictiones Archipresbytero, Capitulo, & Canonicis dictæ Basilicæ competentia, circa Collationem Beneficiorum Ecclesiasticorum cujuscumque generis, cum cura & sine cura, nec non circa administrationem Ecclesiarum Parochialium, Monasteriorum, Prioratuum, Abbatiarum, aliarumque eidem Basilicæ unitarum, sive subjectarum, asserere, confirmare, & respectivè declarare, atque ampliare decrevimus. Itaque collationem omnium & singulorum tam perpetuorum Beneficiorum simplicium, quæ in prædicta Basilica existunt, & Beneficiatus, atque Clericatus Beneficiati appellantur, sive ea a Nicolao III., aut Bonifacio VIII., vel Sixto IV. Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, sive ab aliis quibuscumque, instituta, erecta, atque fundata sint, quàm aliorum a Monasteriis, Abbatiis, & Prioratibus inferius commemorandis dependentium, nec non & aliorum quorumlibet, quæ hactenus Archipresbyter, & Capitulum conferre consueverunt; ac in eis instituendi, seu respectivè ad ea nominandi & præsentandi jura, quibus ad hunc diem gavisi sunt, eidem Archipresbytero, ejusque in Archipresbyteratu Successoribus, nec non prædictæ Basilicæ Capitulo, & Canonicis perpetuò competere volumus, atque decernimus. Veterem quoque consuetudinem, tam circa divisionem Hebdomadarum, quibus idem Archipresbyter, ejusque Successores, & respectivè Capitulum & Canonici prædicti, eadem Beneficia pro tempore vacantia alternatim & per turnum conferre debebunt, quàm circa formam expediendi litteras hujusmodi Collationum & Provisionum, præsentium tenore approbamus & confirmamus, ac perpetuò observari volumus & jubemus; salvo tamen nostro & Datariæ Apostolicæ jure, quoad collationes eorum Beneficiorum, quæ ex persona alicujus ea obtinentis, uni vel pluribus respectivè affectionibus & reservationibus Apostolicis obnoxia, quomodolibet vacare contingat.

Jus conferendi omnia Beneficia Archipresb. & Canonicis confirmat.

Veterem consuetudinem tam turni quàm expeditionum probat.

Cura animarum adnexa Basilicæ hodie Vicario perpetuo commissa ex S. Pii V. decreto.

§. 40. Animarum autem cura, quæ olim in ipsa Vaticana Basilica ab uno ex illius Canonicis, cum aliquot Presbyterorum adjutorum auxilio, exercebatur, nunc & ab antiquo jam tempore ad unum Presbyterum, perpetuum in ea Vicarium, pertinere dignoscitur, ex provida institutione, ac lege Sancti Pii Papæ V. Prædecessoris nostri, qui per suam Schedulam Motus proprii, apud Sanctum Petrum Nonis Novembris Pontificatus sui anno sexto propria manu signatam, inter alias perpetuas Vicarias in pluribus ibidem enunciatis almæ Urbis Basilicis & Collegiatis, aliisque ejusdem Urbis Ecclesiis erectas & constitutas, unam

quoque hujuſmodi Vicariam in ipſa Principis Apoſtolorum Baſilica erexit & inſtituit, ab uno Presbytero ſæculari, perpetuo, ut præfertur, in ea Vicario adminiſtrandam; qui quidem Vicarius ad nominationem Capituli dictæ Baſilicæ (quæ nominatio fieret de aliquo ex approbatis a Cardinali Romani Pontificis in Urbe Vicario, prævio examine coram Examinatoribus ad id in ipſa Urbe deputatis) per eumdem Cardinalem Vicarium inſtituendus & deputandus, ac per ipſius Baſilicæ Archipreſbyterum, ſeu ejuſdem Vicarium, vel unum aut plures ipſiuſmet Baſilicæ Canonicos, ut moris eſt, in poſſeſſionem inducendus & immittendus, Curam animarum eidem Baſilicæ incumbentem gerere, Eccleſiaſtica Sacramenta ibi miniſtrare, Miſſas celebrare, & alia Parochialia munera exercere deberet; eidemque non ſolum certam reddituum portionem & ſummam, ab ipſius Baſilicæ Capitulo annuatim ipſi præſtandam, ſed alia quoque emolumenta, ratione exercitii Curæ & adminiſtrationis Sacramentorum, ac Officiorum funeralium in Cadaverum dumtaxat humatione celebrandorum, per ipſorum Vicarium propria auctoritate percipienda, & levanda, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertenda, pro congrua ipſius Vicarii ſuſtentatione, perpetuò aſſignavit & applicavit, prout in dicta Schedula pleniùs continetur. Cum verò poſtmodum Anno Domini MDCXXII. orta controverſia inter Capitulum ex una, & Vicarium Curatum dictæ Baſilicæ ex altera partibus, ſuper intelligentia memoratæ Schedulæ Motus proprii, eaque coram Congregatione tunc exiſtentium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum introducta & agitata, eadem Congregatio declaraverit, habitualem quidem Curam penes Capitulum, exercitium vero ejuſdem Curæ penes Vicarium reſidere; ſubindeque Capitulum, & Vicarius prædicti ſub die XIX. Decembris ejuſdem anni ad certam honeſtam devenerint inter ſe concordiam ſeu tranſactionem, per acta quondam Quintiliani Gargarii, dum viveret, Cauſarum Curiæ Capitolii Notarii, quam quidem concordiam piæ recordationis Urbanus Papa VIII. etiam Prædeceſſor noſter per ſuas litteras in forma Brevis datas die XIX. Decembris ſequentis anni MDCXXIII. Apoſtolica auctoritate perpetuò confirmavit & approbavit; Nos memoratam Congregationis Concilii declarationem, dictamque Concordiam, omniaque & ſingula in eis contenta & expreſſa, quò firmioris obſervantiæ robur accipiant, Apoſtolica itidem auctoritate noſtra, harum vigore perpetuo approbamus & confirmamus.

Forma electionis Vicarii hujuſmodi, ejuſque emolumenta.

Habitualis tamen Cura eſt penes Capitulum, exercitium ad Vicar. ſpectat ex Decr. S. Cong. Concil.

Decretum illud, & poſterior concordia probatur & confirmatur.

§. 41. Item reliqua jura eidem Capitulo & Canonicis competentia circa Parochiales Eccleſias ſæpedictæ Baſilicæ Filiales, ſive alias ipſi ſubjectas, & circa perſonas Animarum curam in ipſis exercentes, harum ſerie confirmata & perpetuo conſtabilita eſſe volumus; & præſertim, ut in Eccleſiis Sancti Lazari apud Montem Marium, & Sancti Angeli extra Portam Fabricæ vulgo nuncupatam, quæ dudum ob nimiam limitum Parochialium ipſius Baſilicæ extenſionem extra Urbis Mœnia, tanquam illius aujutrices conſtitutæ fuerunt, proindeque ejuſdem Baſilicæ Filiales eſſe dignoſcuntur, Animarum cura per Vicarios Manuales, & ad nutum Capituli & Canonicorum prædictorum amovibiles, ac ab omni juriſdictione Parochi ipſius Baſilicæ, cui olim ſuberant, exemptos, per pro tempore exiſtentem S. R. E. Cardinalem Romani Pontificis in Urbe ejuſque Diſtrictu Vicarium in Spiritualibus Generalem priùs approbandos, reſpective debeat exerceri.

Jus deputandi Vicarios ad nutum amovibiles in S. Lazari, & S. Angeli Eccl. aſſerit Capitulo.

Item quoad Parochialem Eccleſiam Sancti Franciſci in prædicto Monte Mario, Ordinis Fratrum Eremitarum Congregationis Beati Petri de Piſis, cujus Parochiæ diſtrictum olim a prædicta Parochia Sancti Lazari, pro meliori Perſonarum in ea parte degentium ſpirituali regimine, a tunc exiſtente Cardinali Urbis Vicario diſmembratum fuiſſe conſtat, ſub certis legibus & conditionibus, atque potiſſimum cum expreſſa præſervationis filialitatis & perpetuæ ſubjectionis erga Vaticanam Baſilicam præſtandæ, utque quicumque dictæ Congregationis Profeſſor pro tempore ad Animarum curam in eadem Eccleſia deputatus fuerit, debeat quamprimum coram Canonicis dictæ Baſilicæ Capitulariter congregatis ſe ſiſtere, Litteraſque ſuæ deputationis exhibere; nunquam vero ſalarium aut congruam, etiam ratione ſacrarum ſupellectilium, petere, aut prætendere poſſit, ſed dictæ Baſilicæ in Proceſſionibus, & Fontis Baptiſmalis benedictionibus, Sacrorum Oleorum & Chriſmatis conſecratione, aliiſque Functionibus, in quibus Eccleſiarum filialium Rectores communiter convenire ſolent, obſequium atque præſentiam præſtare debeat; neque liceat illi Fontem Baptiſmalem unquam retinere, ſed Fontem dictæ Baſilicæ dumtaxat adire; ac demum ſingulis annis poſt Feſtum Paſchatis Dominicæ Reſurrectionis de Animarum Parochianorum, deque ipſius Parochiæ ſtatu eidem Capitulo rationem perſonaliter reddere teneatur; prout in inſtrumento per acta quondam nominati Abinantis, dum vixit, cauſarum dictæ Curiæ Capitolii Notarii ſub die XXIX. Menſis Auguſti anni MDCCVIII. rogato plenius continetur; Nos, ut præmiſſa omnia, aliaque forſan tunc conſtituta perpetuæ firmitatis robur accipiant, earumdem præſentium vigore, & auctoritate Apoſtolica decernimus & conſtituimus.

ANNO 1752. Subjectio Parochialis Eccl. Sancti Franciſci in Monte Mario eidem aſſeritur.

Abſque onere ullius ſalarii, vel congruæ.

§. 42. Similiter, ut in Parochiali Eccleſia Sancti Blaſii, *della Pagnotta* vulgo nuncupati, quæ olim Monaſterium ejuſdem Invocationis, Ordinis Sancti Benedicti, exiſtebat, ſed a recolendæ memoriæ Eugenio Papa IV. ſimiliter Prædeceſſore noſtro per ſuas Apoſtolicas Litteras datas Florentiæ Anno Domini MCCCCXXXIX. Kalendis Septembris, ſuppreſſum & extinctum, dictæque Baſilicæ ſub certis ibi expreſſis legibus perpetuò unitum & incorporatum fuit; nec non in Eccleſia etiam Parochiali Sanctæ Catharinæ *de Rota* nuncupatæ in regione Arenulæ de eadem Urbe, quam uſque a XII. Eccleſiæ ſæculo eidem Vaticanæ Baſilicæ ſubjectam, unitam & incorporatam fuiſſe, ex Adriani IV. & Urbani III. aliorumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum Litteris Apoſtolicis aperte dignoſcitur; ac in quibus poſtmodum Sanctus Pius V. Prædeceſſor prædictus per ſupra enunciatam ſchedulam ſui motus proprii, unam & alteram Vicarias perpetuas erexit & inſtituit; nominatio unius & alterius Vicariorum, ex numero tamen approbatorum, ut præfertur, a dicto Cardinali Urbis Vicario, ad Capitulum & Canonicos prædictos ſpectet, atque pertineat; cum onere tamen annuæ præſtationis, ſeu congruæ, ſeptuaginta videlicet pro Sancti Blaſii, ſexaginta verò ſcutorum monetæ Romanæ pro Sanctæ Catharinæ Parochialium Eccleſiarum hujuſmodi reſpectivè Vicariis pro tempore exiſtentibus, aliàs eorum ſingulis a Capitulo & Canonicis prædictis, vigore publici Inſtrumenti per acta quondam Simonis Tegeroni, dum viveret, Romanæ Curiæ Notarii die XXX. Aprilis anni Domini MDLXXI. reſpectivè aſſignatæ, eiſdem Vicariis in terminis tunc ſtatutis perſolvendæ, & ab eis, præter emolumenta ſtolæ, ratione exercitii curæ

S. Blaſii *della Pagnotta*, & S. Catharinæ *de Rota* Parochial. Eccleſ. Vicarios a Capitulo eligendos.

Cum annuæ præſtationis, & congruæ onere perpetuo decernitur.

animarum

animarum eisdem competentia, percipiendæ, juxta prædictæ schedulæ, dictique Instrumenti formam, continentiam, & tenorem; perpetuo quoque statuituimus, & mandamus. In Parochiali vero Ecclesia Sancti Jacobi, quæ *a Scosciacavalli* vulgo nuncupatur, atque a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris eidem Principis Apostolorum Basilicæ subjecta fuit, deputatio Rectoris ad nutum amovibilis pro exercitio Curæ animarum illius Parochianorum, ab eisdem Capitulo & Canonicis per ipsorum Litteras Patentes, ad nominationem tamen Archiconfraternitatis Sanctissimi Sacramenti in eadem Ecclesia Sancti Jacobi existentis, ejusdem verò approbatio quoad idoneitatem a Cardinali pro tempore Romani Pontificis in Urbe Vicario fieri debebunt. Cumque Nos aliàs, videlicet XVIII. Kalendas Januarii anni MDCCXLVII. per nostras Apostolicas Litteras sub Plumbo editas, ad consulendum indigentiæ hujusmodi Vicarii pro exercitio curæ animarum in dicta Ecclesia pro tempore constituti, cujus emolumenta, redditus, & proventus nimis exiguos esse accepimus, viginti Loca Montium Cameralia non vacabilia tunc dispositioni nostræ reservata Ecclesiæ prædictæ concesserimus, quorum integri fructus Primicerio dictæ Archiconfraternitatis Sanctissimi Sacramenti in eadem Ecclesia institutæ, ex numero Canonicorum dictæ Basilicæ Vaticanæ semper eligendo, pro tempore existenti, persolvi deberent, ad effectum, ut ipse eosdem fructus hujusmodi Vicario Curato pro tempore integre persolveret, seu persolvi faceret; Nos id præsentium quoque tenore perpetuo confirmamus & observari mandamus.

S. Jacobi *a Scosciacavalli* Vicarios ad nutum amovibiles Litteras suæ deputationis a Capitul. impetrare tenetur.

Cum assignatione fructuum 20. locorum Montium a SS. D. N. ei concessorum.

§. 43. In eligendis autem præmissarum, aliarumque Ecclesiarum Rectoribus, Curatis, sive Vicariis tam perpetuis, quàm ad nutum amovibilibus, quorum electio, nominatio, ac deputatio ad Capitulum & Canonicos prædictos pertinere dignoscitur, hanc in posterum formam inconcusse servari volumus, & præcipimus; ut plenum & generale Capitulum ad hujusmodi effectum intimetur per schedulas, octo saltem diebus ante ad singulos Canonicos transmittendas, in quibus non solùm res, de qua agendum erit, sed etiam nomina concurrentium, cum eorundem qualitatum & requisitorum, per Canonicos ad id deputatos recognitorum, indicatione exprimantur; ad hoc ut ii, qui in hujusmodi electionibus suffragium ferre debebunt, prædicta interim expendere, ac, sicuti negocii gravitas postulat, mature pensare valeant, suaque suffragia dirigere, prout ad optimum Ecclesiarum regimen, & animarum utilitatem, in Domino judicaverint salubriter expedire.

Ratio in prædictorum electione servanda decernitur.

§. 44. Denique volumus atque jubemus, ut a prædictis Vicariis, & Presbyteris, curam animarum in præmissis Parochialibus Ecclesiis pro tempore exercentibus, aliisque Rectoribus Ecclesiarum ejusdem Vaticanæ Basilicæ filialium, eique subjectarum, quæ nunc sunt, & infrascripta onera subire consueverunt, nec non earum, quæ in posterum filiales existent, omnia & singula debitæ subjectionis obsequia erga eamdem Basilicam, illiusque Capitulum & Canonicos, perpetuis futuris temporibus respective exhibeantur atque præstentur. Decernentes omnes & singulos hujusmodi Vicarios, Presbyteros, atque Rectores, ad interessendum in dicta Basilica Sacrorum Oleorum & Chrismatis confectioni singulis annis Feria v. in Cœna Domini, & Fontis Baptismalis benedictioni tum in Sabbato Sancto, tum in Pervigilio Pentecostes, nec non occurrentibus Processionibus atque Functionibus; quemadmodum etiam ad recipiendum ab eadem Basilica Sacrum Infirmorum Oleum, omnino teneri, atque perpetuò obligatos esse & fore. In omnibus verò prædictis, aliisque Ecclesiis tam Parochialibus, quàm non Parochialibus, ejusdem Vaticanæ Basilicæ filialibus, sive aliàs de ejusdem Capituli proprietate existentibus, aut a prædicta Vaticana Basilica quomodolibet dependentibus, & tam in Urbe ejusque Districtu, quàm alibi, & ubicumque regionum & gentium sitis, etiam ab Ordinariorum quorumlibet jurisdictione minime exemptis, nolumus a quocumque Episcopo, aliove Antistite, aut Ordinario loci, vel etiam a Cardinali Romani Pontificis in Urbe Vicario, quacumque ex causa, Divina Officia interdici posse, inconsulto Romano Pontifice; nisi quando generale fuerit Interdictum; confirmantes quoad hoc Innocentii III., & Gregorii IX., in præcitatis ipsorum Litteris, aliorumque Prædecessorum nostrorum Indulta, & Privilegia; ac decernentes irritum & inane, si quid secus a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Subjectio eorumdem Parochorum Basilicæ & Capitulo declaratur, & innovatur.

Eædem Parochiales, aliæque omnes Ecclesiæ filiales interdicto particulari subjici nequeunt, inconsulto Romano Pontifice.

§. 45. Ad hæc, animo perpendentes, ex præteritorum temporum monumentis constare, prædictæ Vaticanæ Basilicæ Capitulum & Canonicos, Apostolicis procul dubio Indultis munitos, Indulgentias, ac peccatorum seu pœnarum remissiones & relaxationes, aliasque spirituales gratias ex Apostolica Romanorum Pontificum liberalitate eidem Basilicæ, videlicet eamdem visitantibus, ibique Divinam Majestatem orantibus, & venerantibus concessas, aliis quoque per Orbem Ecclesiis quoquo modo sibi unitis, aut subjectis, communicare, & ad eas extendere consueviſse; Nos hujusmodi facultatem, qua etiam Dilecti Filii, tam Capitulum & Canonici Sancti Joannis in Laterano, quàm Capitulum etiam & Canonici Sanctæ Mariæ Majoris Patriarchalium Urbis Ecclesiarum ex Apostolicis Privilegiis actu vigentibus gaudere dignoscuntur, prædictorum quoque Vaticanæ Basilicæ Capituli & Canonicorum favore innovare, ac etiam ex integro præsentium tenore concedere & elargiri decrevimus. Itaque motu proprio & ex certa scientia eisdem Capitulo & Canonicis quascumque Ecclesias, Cappellas, Altaria, Oratoria, Confraternitates, Hospitalia, aliaque Pia Loca, tam erecta, quàm erigenda, & tam in Locis ipsius Basilicæ, ac eorumdem Capituli & Canonicorum, quàm etiam in aliis Civitatibus & Locis quorumcumque Ordinariorum jurisdictioni subjectis existentia, ipsi Vaticanæ Basilicæ aggregandi, & ad spiritualium dumtaxat ejusdem Basilicæ Privilegiorum societatem & communicationem admittendi & recipiendi, ita ut in vim hujusmodi aggregationis & receptionis, infrascriptarum Indulgentiarum & relaxationum Thesauri ad ipsas Ecclesias, Cappellas, Altaria, aliaque præmissa, ex nostra & Apostolicæ Sedis auctoritate, ampliati & extensi censeantur, amplam & liberam facultatem, sub infrascriptis tamen conditionibus, & non aliàs, præsentium serie concedimus & impertimur. Volumus nimirum, ut in singulis Civitatibus, Oppidis, vel Locis, unam dumtaxat ex hujusmodi Ecclesiis, seu Cappellis, Altaribus, Oratoriis, Confraternitatibus, Hospitalibus, aliisque locis Piis quomodocumque nuncupatis, hujusmodi aggregationis & communicationis munere ditare possint; dummodo Ecclesia, aut Oratorium sic aggregandum, seu illa Ecclesia, in qua Cappella, vel Altare prædictum exiterit, etiamsi aliàs eorumdem Capituli & Canonicorum jurisdictioni subesse dignoscatur, Ecclesia Conventualis Regularium, aut Monialium

Consuetudo veros Basilicæ communicandi Indulgentias Eccl. Filial. instauratur.

Jus videlicet aggregandi Ecclesias, Cappellas &c. spiritualibus privilegiis Vat. Basilica.

Singulas tamen in singulis Civitatibus, Oppidis, & Locis.

Dummodo non sint Re-

gulares, participesque aggregationis hujusmodi ex aliis Ecclesiis, quibus subjectæ sint.

non sit; nec Ecclesia, Cappella, Altare, Oratorium, Pius Locus, aut Confraternitas hujusmodi ulli alteri Ecclesiæ, aut ulli Ordini, Religioni, Instituto, Archiconfraternitati, & Congregationi, a qua Indulgentiarum communicationem, seu participationem pro omnibus Christifidelibus Ecclesiam ipsam, seu Oratorium visitantibus obtineat, aggregata sit, aut subjecta; & dummodo Ordinarii Loci expressus ad id consensus accedat, ejusdemque Ordinarii testimonialibus Litteris hujusmodi Ecclesiæ, Cappellæ, Altaris, seu Oratorii celebritas, vel Confraternitatis, aut Loci Pii institutum, & Christianæ pietatis & charitatis officia, quæ exercere consuevit, apud eosdem Capitulum & Canonicos commendentur. Neque verò per hujusmodi aggregationes & receptiones, ullum omnino præjudicium, seu imminutio eorumdem Ordinariorum jurisdictioni irrogari, vel aliqua eisdem Ecclesiis, aut Locis Piis, aliisque præmissis exemptio, seu dictis Capitulo & Canonicis in easdem Ecclesias, vel Loca Pia, aliaque præmissa, seu in personas illarum illorumque regimini, administrationi, aut servitiis deputatas, ullum omnino jurisdictionis, & auctoritatis genus acquiri, seu respectivè augeri censeatur. Facultatem tamen indulgendi, prout aliàs in certis casibus ab Apostolica Sede benignè indulgeri consuevit, ut in una, eademque Civitate, aut Oppido, duabus Ecclesiis, seu Cappellis, vel Altaribus, Oratoriis, Confraternitatibus, aut Locis Piis, ubi speciales id circumstantiæ suadeant, hujusmodi Indulgentiarum communicatio a dictis Capitulo & Canonicis concedi possit, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Indulgentiis & Sacris Reliquiis præpositæ per præsentes perpetuò tribuimus & impertimur.

Nullum per id Ordinariis præjudicium inferri declaratur.

S. Congregationi Indulgent. facultas tribuitur dispensandi super numero aggregationum

Dies enumerat queis Indulg plenar. sic aggregatis largitur.

§. 46. Nos autem omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui hujusmodi Ecclesias, Cappellas, Oratoria, seu Altaria, eidem Vaticanæ Basilicæ, servatis, ut supra, servandis, aggregata, in Epiphaniæ Domini Nostri Jesu Christi, ac Dominicæ Pentecostes, & Natalis Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, ac Dedicationis ipsius Vaticanæ Basilicæ diebus Festis, a primis vesperis usque ad occasum solis dierum hujusmodi, nec non in una ex sextis feriis mensis Martii, verè pœnitentes & confessi, ac sacra Communione refecti devotè visitaverint, ibique pro Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, hæresum extirpatione, & Christianorum Principum concordia, pias ad Deum preces effuderint, quolibet ex diebus prædictis, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus & impertimur. Iis verò, qui in Natalitiis Sanctorum Apostolorum, Andreæ germani Fratris ejusdem Beati Petri, nec non Simonis & Judæ, quorum corpora in dicta Vaticana Basilica requiescunt, & in utraque Cathedra, nec non in die Octava Natalis ejusdem Beati Petri, ac in Festo ipsius Vinculorum, item in Commemoratione Sancti Pauli Apostoli, & in ejusdem Conversione, ac in Festo Sancti Marci Evangelistæ, nec non in reliquis sextis feriis mensis Martii, quibus nimirum ad sacra Dominicæ Passionis monumenta, quæ in dicta Basilica asservantur, piè veneranda totius Urbis devotio concurrit, verè verè pœnitentes & confessi præmissa peregerint, VII. Annos & totidem Quadragenas: Qui autem illas & illa a die Festo Ascensionis Domini nostri Jesu Christi usque ad Kalendas Augusti, quo tempore ipsa Vaticana Basilica, in honorem Sanctorum Martyrum, quorum corpora magno numero in ea condita sunt, assiduo Christifidelium concursu frequentatur, verè pœnitentes, & cum proposito saltem confitendi, visitaverint, ibique, ut supra, oraverint, singulis diebus, quibus id egerint, quatuor annos, & totidem Quadragenas; in reliquis autem singulis anni diebus, centum dies de injunctis eis, seu aliàs debitis pœnitentiis, in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Item quibus septem annos, ac totidem quadragenas.

Ceteris anni diebus centum dier.

§. 47. Denique ut ii, qui in diebus Stationum ejusdem Vaticanæ Basilicæ in Missali Romano descriptis, nimirum Dominica III. Adventus, omnibus Sabbatis quatuor Temporum, in Epiphania Domini, Dominica Quinquagesimæ, Dominica Passionis, Feria II. Resurrectionis Domini, in Festo S. Marci Evangelistæ, Feria IV. Rogationum, in Festo Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi, ac Dominica Pentecostes, aliquam ex dictis Ecclesiis, seu Cappellis, aliisque superiùs expressis, cum dicto pœnitentiæ affectu, & confessionis proposito visitaverint, ibique, ut præfertur, oraverint, Indulgentias Stationales, quas visitantes dictam Vaticanam Basilicam iisdem diebus consequuntur; qui verò duodecim vicibus in quolibet anno, totidem nempe diebus ab Ordinario loci semel tantùm designandis, septem Altaria in qualibet ex dictis aggregatis Ecclesiis ab Ordinario similiter designanda, ut præfertur dispositi, ac Deum orantes, visitaverint, easdem quoque Indulgentias, quæ visitantibus septem designata Altaria in eadem Basilica existentia concessæ sunt, ipsi quoque, perinde ac si Basilicam ipsam, seu respectivè Altaria hujusmodi in ea sita personaliter visitarent, consequi possint & valeant, similiter concedimus & indulgemus.

Similiter concedit Indulg Station. Basil.

Necnon septem Altarium XII. vicibus in anno.

§. 48. Volumus autem, ut hujusmodi Indulgentiæ & gratiæ spirituales dictis aggregatis seu aggregandis Ecclesiis, Cappellis, Altaribus, Oratoriis, Hospitalibus, Confraternitatibus, & Locis Piis, ab iisdem Capitulo & Canonicis nominatim, & cum expressa mentione facultatis sibi per præsentes a Nobis impertitæ, aliisque servatis, quæ in Apostolica Constitutione felicis recordationis Prædecessoris nostri Clementis Papæ VIII. die VII. Septembris anni Domini MDCIV. edita, quæ incipit: *Quæcumque a Sede Apostolica*, præsertim circa gratuitam Litterarum expeditionem, iisque etiam quæ in Decretis a dicta Congregatione Indulgentiis & Sacris Reliquiis præposita die VI. Martii anni MDCVIII., & die X. Aprilis anni MDCCXX. editis statuta sunt, & non aliter, communicari possint & valeant. Ab illarum verò, eorumque Rectoribus, Administratoribus, Officialibus, & Ministris, in earumdem Indulgentiarum publicatione, necnon Eleemosynarum receptione, & erogatione, aliæ similiter leges in Tridentini Concilii Decretis, & in supradictis Clementis VIII. Litteris, aliisque Romanorum Pontificum, & Apostolicæ Sedis Constitutionibus atque Decretis præscriptæ, sub pœnis ibidem adversus transgressores respectivè statutis, inviolabiliter serventur, & impleantur.

Præscribit Capitulo rationem prædictas Indulgentias communicandi.

Ab Ascensione ad Kal. August. quotidianam quatuor annor. & tot. quadrag.

§. 49. Reliquas verò Indulgentias, & gratias spirituales, tam pro vivis, quàm pro defunctis, quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, aliisque ad id facultatem habentibus, ipsi Vaticanæ Basilicæ, ejusque Altaribus, & Cappellis, variis temporibus concessæ fuerunt, & ibidem ad hunc diem proponi consueverunt; ac signanter quotidianam septem designatorum Altarium ejusdem Basilicæ, necnon alteram etiam quotidianam septem annorum & totidem quadragenarum, a sæpedicto Urbano VIII. Prædecessore per suas litteras in forma Brevis die XV. Novembris

Ratas habet & confirmat omnes Indulgentias Basil.

anni

anni MDCXXX., aliamque pariter quotidianam Plenariam a recol. mem. Deceſſore noſtro Clemente Papa XII. per ſimiles ſuas litteras die XXII. Februarii anni MDCCXXXVIII. eamdem Baſilicam devotè viſitantibus, ibique Divinam Majeſtatem venerantibus, & orantibus, ſub certis modo & forma, conceſſas & elargitas, Nos earumdem præſentium tenore perpetuo approbamus, & confirmamus, ac etiam de novo ſub eadem forma concedimus, & elargimur.

Jura Capituli in Monaſteria, ſeu Abbatias unitas: Sancti Martini *de Fara*.

§. 50. Quod verò ſpectat ad prædictam Monaſteria, Abbatias, ſive Prioratus nuncupata, quæ dudum a diverſis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris eidem Baſilicæ unita, incorporata, atque ſubjecta fuerunt; poſtquam, ut accepimus, piæ mem. Nicolaus Papa V. anno Domini MCCCCLIII. Monaſterium, Abbatiam nuncupatum, S. Martini *de Valle*, ſeu *de Fara*, Ordinis S. Benedicti, nullius Diœceſis, Provinciæ Theatin., olim commendari ſolitum, prædictæ Baſilicæ, ſeu illius Menſæ Capitulari, cum dependentiis, annexis, & connexis ſuis univerſis, omnibuſque Eccleſiis eidem Monaſterio ſubjectis, perpetuò univerat, annexerat, & incorporaverat, ipſique Capitulum & Canonici Ordinariam & quaſi Epiſcopalem juriſdictionem tam in Clerum, quàm in Populum illius Territorii exercere conſueverant; cum olim exiſtens Archiepiſcopus Theatin. tam Monaſterium prædictum, aliaſque Eccleſias ab illo dependentes, quàm etiam aliud Monaſterium, Abbatiam quoque nuncupatum, S. Salvatoris *de Majella* ejuſdem Provinciæ Theatin. a recol. pariter mem. Julio Papa III. etiam noſtro Prædeceſſore, anno Domini MDXLIX., prædictæ Baſilicæ, ſeu illius Menſæ Capitulari, ſimiliter incorporatum & appropriatum, aliudque ipſius membrum, Monaſterium videlicet, Abbatiam pariter nuncupatum, S. Barbati *de Pollutro*, ejuſdem Provinciæ Theatin. quod piæ mem. Gregorius Papa XIII. anno Domini MDLXXXII. ejuſdem Baſilicæ Sacrario univerat & incorporaverat, viſitare contenderet; orta lite & cauſa inter prædictum Archiepiſcopum ex una, & tunc exiſtentes Capitulum & Canonicos ipſius Baſilicæ ex altera partibus, eaque in Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditorio introducta, diuque agitata, ſed adhuc indeciſa pendente, Archiepiſcopus, & Capitulum prædicti ad certam honeſtam inter ſe devenerunt concordiam, a prædicto Urbano Prædeceſſore anno MDCXXXVII. per ſuas Apoſtolicas litteras, in forma ſpecifica approbatam, per quam, inter alia, conventum, & declaratum fuit, dictum Monaſterium Sancti Martini *de Valle*, ſeu *de Fara* nuncupatum, ac Terram, totumque, & integrum ejus Territorium, a Diœceſi Theatina penitus & omnino diviſa, diſtincta, & ſeparata, ac a quibuſcumque viſitationibus, correctionibus, ſuperioritate, ac omnimoda juriſdictione pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Theatini, prorſus libera, exempta, & immunia eſſe & cenſeri debere, ipſumque Monaſterium Sancti Martini cum ejus Territorio hujuſmodi, nullius Diœceſis, prædictæ Provinciæ Theatinæ, Sedique Apoſtolicæ immediatè ſubjectum exiſtere, ac perpetuò fore; eiſdem Capitulo & Canonicis in Monaſterium prædictum, ejuſque Territorium, Eccleſias, atque perſonas ipſi ſubjectas, plenam & totalem competere juriſdictionem temporalem, & ſpiritualem, Epiſcopalem, ſeu quaſi, cum omnibus & ſingulis prærogativis, privilegiis, & indultis, quæ de jure, uſu, vel conſuetudine, aut aliàs quomodolibet, etiam cuicumque Monaſterio, vel Eccleſiæ, quæ nullius ſit Diœceſis, competunt, aut competere poſſunt, vel quæ Romanis pro tempore Pontificibus & Sedi Apoſtolicæ prædictæ, eidem Baſilicæ & Capitulo concedere placuiſſet; adjectis nonnullis conditionibus ibidem latiùs expreſſis. At viceverſa Capitulum & Canonici prædicti omnem & quamcumque juriſdictionem ipſis in aliud præfatum Monaſterium Sancti Salvatoris *de Majella*, & quinque Parochiales Eccleſias in dicta Concordia nominatim enunciatas, & a Monaſterio prædicto Sancti Salvatoris dependentes, illarumque Rectores, & Curatos, ac Vaſſallos, & homines Parochianos, quomodolibet competentem, ſeu per eos prætenſam, eidem tunc exiſtenti Archiepiſcopo Theatino, ejuſque Succeſſoribus Archiepiſcopis perpetuò conceſſerunt, & renunciarunt; reſervata tamen ſibi, ſuiſque Succeſſoribus, proprietate & directo dominio dictarum Parochialium Eccleſiarum, nec non ipſarum collatione; itaut quoties & quocumque modo aliquam ex ipſis vacare contingeret, illius collatio & proviſio ad Capitulum Baſilicæ prædictæ, approbatio verò perſonarum eiſdem Parochialibus Eccleſiis præficiendarum, quoad idoneitatem, ad Archiepiſcopum Theatinum pro tempore exiſtentem, abſque tamen concurſu, reſpectivè ſpectaret; verùm durante vacatione alicujus ex prædictis Eccleſiis Parochialibus, Oeconomi deputatio ab Archiepiſcopo, & ad ipſius arbitrium & electionem facienda eſſet; declaratio autem proviſionis, ſeu mercedis Oeconomo hujuſmodi præſtandæ, a Capitulo prædicto dumtaxat fieri deberet; ac reſervata pariter eiſdem Capitulo & Canonicis libera collatione & proviſione quorumcumque ſimplicium Beneficiorum, ratione utriuſque præfati Monaſterii, ad ipſius Capituli collationem aliàs pertinentium, quæ pro tempore vacare contingeret. Præterea ſicuti conventum fuit, ut liceret Archiepiſcopo Theatino, ejuſque Succeſſoribus Archiepiſcopis, exigere a prædictis Eccleſiis, quarum juriſdictio ipſis ceſſa & renunciata fuerat, & ab earum Rectoribus, ſeu Vicariis, ea omnia, quæ ratione Seminarii, vel alio quocumque titulo exigere conſueverant; ita Capitulo & Canonicis præfatis expreſsè præſervatum fuit jus percipiendi & exigendi ab iiſdem Eccleſiis, ex ſe, & abſque ullo Archiepiſcopi prædicti miniſterio, ſed manu regia, prout antea conſueverant, omnes Canones, aliaſque ſolitas & debitas præſtationes; necnon eaſdem Eccleſias, quoties opus fuiſſet, viſitandi, ſeu viſitari faciendi per ſuos Commiſſarios. Ac demum omnia bona & res cujuſcumque generis, etiam canones, ſeu livelli, & reſponſiones annuæ, ad dictum Capitulum, ratione ejuſdem Monaſterii Sancti Salvatoris *de Majella*, ubique locorum in ipſa Diœceſi & Provincia Theatina, quomodolibet ſpectantia & pertinentia, illorumque poſſeſſio, dominium, & totalis adminiſtratio, cura, & gubernium, eiſdem Capitulo & Canonicis reſervata fuerunt; atque omnium & quorumcumque fructuum perceptio, libera, immunis, & perpetuò exempta ab ipſo Archiepiſcopo, & a quibuſcumque taxis, contributionibus, & impoſitionibus tam ordinariis, quàm extraordinariis, per Archiepiſcopum aut Capitulum Theatinum, quocumque titulo, etiam Cathedratici, & Procurationis, vel alia quantumvis magis pia & favorabili cauſa, etiam privilegiata & privilegiatiſſima, quomodolibet & quandocumque imponendis, iiſdem modo & forma, quibus præfatum Monaſterium Sancti Martini, illiuſque Territorium & bona, a præmiſſis omnibus exempta erant, & immunia; & aliàs prout in dicta Concordia, & Inſtrumento, ſeu ſcripturis publicis ſuper illa confecto, vel confectis, memoratiſque Urbani Prædeceſſoris prædicti Litteris, pleniùs continetur.

S. Salvatoris *de Majella*.

S. Barbati *de Pollutro*.

Per Concordiam initam cum Arch. Theatino ſtabilita.

Ut nempe Abbatia S. Martini nullius diœc. in plena Capit. juriſdiction. exiſteret.

Et Abbatia S. Salvatoris *de Majella* ad Archiepiſc. juriſd. ſpectaret.

Collatione quinque Parochialium Eccleſiarum cum approb. Archiep. & ſimplicium omnium Beneficior. libera, reſervata Capitulo.

Conſuetar. Collectarum libera exactio ad Archiep. Canonum verò &c. ad Capitulum pertineret.

Hujusmodi Concordia Apostolico auctoritate in perpetuum confirmatur.

Quocirca Nos inviolabili Concordiæ ejusmodi subsistentiæ magis magisque consulere cupientes, ejusdemque Urbani Prædecessoris vestigiis inhærentes, Concordiam ipsam novo Apostolicæ nostræ approbationis & confirmationis munimine roboramus; atque omnia & singula in illa, ut præfertur, conventa, pacta, & declarata, firma semper & illæsa omnino manere, ac plenarium & integrum effectum, executionem, & observantiam, perpetuis futuris temporibus, habere volumus & obtinere.

Item consuetudo Dimissoriales concedendi pro Ordinationibus in Abb. S. Martini.

§. 51. Insuper cum Capitulum & Canonici prædicti, in antiqua & pacifica possessione, seu quasi, facultatis concedendi Dimissoriales litteras personis eorum jurisdictioni, ratione dicti Monasterii S. Martini *de Fara*, subditis, sint & esse reperiantur, quamvis præter antiquam hujusmodi possessionem, facultas prædicta nulli Apostolico privilegio expresè suffulta appareat; æquum proinde arbitrantes, ut ipsi a quibuscumque molestiis in posterum super hoc forsitan quandocumque, aut a quibuslibet inferendis penitus eximantur, dictæque facultatis firmitati pleniùs & uberiùs consultum sit, eisdem Capitulo & Canonicis, ut ipsi subditis dicti Monasterii S. Martini *de Fara* nullius Diœcesis, dictæ Provinciæ Theatin. litteras Dimissoriales ad Clericalem Characterem & ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines suscipiendos, prout hactenus consueverunt, etiam in posterum concedere liberè & licitè possint & valeant, dicta Apostolica auctoritate, tenore earumdem præsentium, perpetuò concedimus & indulgemus.

Jura in alia quinque Monasteria, seu Abbatias.

§. 52. Aliàs itidem fel. rec. Pius Papa IV. similiter Prædecessor noster, intuitu, & in remunerationem subsidiorum, pro Sedis Apostolicæ necessitatibus, a tunc existentibus Capitulo & Canonicis dictæ Basilicæ collatorum, per suas Apostolicas litteras datas apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ MDLXIV., duodecimo Kal. Julii, alia quædam Monasteria, Abbatias nuncupata, nempe S. Ruffilli Oppidi Foripompilii, Ordinis S. Benedicti, tunc Brictinorien. diœcesis, & S. Martini in Montibus, Congregationis Cistercien. ejusdem Ordinis, diœcesis Viterbien., ac S. Petri Licosati *de Camerota*, ac S. Nazarii *de Cuccaro*, ejusdem S. Benedicti seu alterius Ordinis, tunc etiam Policastren., & Caputaquen. respectivè diœcesum, nec non Prioratum S. Salvatoris in Ecclesia Monasterii S. Balbinæ de Urbe, S. Augustini, seu alterius Ordinis, omnemque in ipsis statum, essentiam, ac dependentias, cæteraque vestigia & insignia Monastica & Regularia, Apostolica auctoritate perpetuò suppressit & extinxit, eorumque Ecclesias & loca ad statum sæcularem redegit; nec non omnia, & singula sic suppressorum & extinctorum Monasteriorum, & Prioratus, eorumque annexorum, ac membrorum proprietates, possessiones, domos, ædificia, grancias, fructus, reditus, proventus, jura, jurisdictiones spirituales & temporales, vassallos & alios subditos, aliasque res & bona quæcumque, Mensæ Capitulari Basilicæ prædictæ perpetuò applicavit, & appropriavit; itaut liceret ipsius Basilicæ Capitulo & Canonicis, eorum omnium & singulorum corporalem possessionem, seu quasi, propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere, ac hujusmodi fructus, reditus, & proventus in suos & dictæ Mensæ Capitularis usus & utilitatem convertere; nec non eorumdem suppressorum Monasteriorum & Prioratus Ecclesias, in spiritualibus & temporalibus regere & administrare; illisque, si id requirerent, per Cappellanum unum, seu plures, in divinis deservire; & quibus animarum cura immineret, illam per Vicarium, seu Vicarios idoneos, ad eorumdem Canonicorum & Capituli nutum ponendos & amovendos, exercere; aliaque onera illis forsan injuncta supportare; item omnia & singula Prioratus, Præposituras, Dignitates, Officia, & Beneficia Ecclesiastica Sæcularia & Regularia, ad collationem, præsentationem, electionem, institutionem, confirmationem, & quamcumque aliam dispositionem Abbatum, & Prioris dictorum Monasteriorum, & Prioratus, communiter vel divisim quomodolibet pertinentia, quandocumque & quotiescumque illa deinceps vacare contigisset, etiam ad instar perpetuorum simplicium Beneficiorum Ecclesiasticorum, Beneficiatuum & Clericatuum nuncupatorum, in dicta Basilica existentium, personis idoneis sæcularibus liberè conferre, ipsasque personas ad illa præsentare, eligere, in eis instituere, electos confirmare, ac aliàs de illis plenariè disponere.

Ac Beneficior. collatione & provisione.

Exemptio ab Annatis, & quibuscumque aliis oneribus etiam fun. ris.

§. 53. Præterea Capitulum & Canonicos prædictos, quibus ejusmodi gratia ex causa onerosa concedebatur, a solutione annatæ, & communium, ac quindenniorum, aliorumque jurium, Collegiis S. R. E. Cardinalium, & Officialium de annatis participantium, & Cameræ Apostolicæ, ratione dictorum Monasteriorum & Prioratus, vel fructuum, reddituum, & proventuum, sic ipsis, ut præfertur, applicatorum, quomodocumque debitorum, ac etiam a contributione subsidii charitativi, & triennalis, refectionis pontium, viarum, fluminum, aquæductuum, fortalitiorum, & aliarum impositionum, & a supportatione quorumcumque Seminariorum Clericorum, & decimarum, subsidiorum etiam charitativorum, & onerum tam ordinariorum, quàm extraordinariorum, etiam per Sedem Apostolicam, pro defensione ejusdem Sedis, & quavis alia de causa, quantumvis urgentissima & necessaria, impositorum, & in futurum quomodolibet imponendorum, exemit & liberavit, ac perpetuò exemptos, liberos, & omnino immunes esse & fore, voluit & decrevit; etiamsi in impositionibus hujusmodi caveretur expresè, quod similes exemptiones nemini suffragarentur.

Necnon ab Ordinarior. ac Superior. quorumlibet jurisdictione.

§. 54. Ipsasque hujusmodi suppressorum Monasteriorum & Prioratus Ecclesias, loca, res, & bona quæcumque a pro tempore existentium Brictinorien., Viterbien., Policastren., & Caputaquen. Episcoporum, & dictorum Ordinum Abbatum, ac aliorum Superiorum visitatione, correctione, jurisdictione, & quavis alia superioritate tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, pari auctoritate etiam perpetuò liberavit, absolvit, & exemit; aliaque disposuit, statuit & decrevit, prout latiùs & uberiùs in prædictis litteris continetur.

S. Ruffilli, S. Martini in Mont., Sancti Petri Licosati, S. Nazarii, & Sanctæ Balbinæ.

Exemptio Monasterii S. Petri Licos. & subjectarum Eccles. ab Episc. Policastren. jurisdict. etiam delegata, in contradictorio judicio firmatur.

§. 55. Cum autem post applicationem & appropriationem prædictas, Capitulum & Canonici Vaticanæ Basilicæ præfatæ, tanquam separatum territorium habentes, in locis sibi per easdem applicationem & appropriationem subjectis, Ordinariam & quasi Episcopalem jurisdictionem omnimodè & privativè quoad Episcopos exercerent; cumque de anno Domini MDXCV. tunc existens Episcopus Policastren. jus visitandi prædictam Ecclesiam S. Petri Licosati, aliasque Parochiales Ecclesias ab ea dependentes, sibi in vim Decretorum Concilii Tridentini, ac tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, competere prætendisset; exhibitis pro parte Capituli & Canonicorum prædictorum memoratis litteris Pii Papæ IV. super hujusmodi unione, & incorporatione, Congregationi tunc pariter existentium S. R. E. Cardinalium ipsius Concilii Interpretum, & rationum

utrin-

utrinque deductarum momentis per eosdem Cardinales maturè perpensis, prodiit resolutio: *Non licere Episcopo Policastrensi dictas Parochiales Ecclesias, tanquam post Concilium Tridentinum unitas, visitare.*

Item exemptio Monasterii S. Ruffilli, ejusque Territorii a jurisdict. Episc. Brictinor.

§. 56. Postmodum verò, nempe anno MDCLXXI., cum tunc etiam existens Episcopus Brictinorien. coram eadem Congregatione Cardinalium conquestus fuisset, se spolium suæ Ordinariæ jurisdictionis in oppido Foripompilii, & in terra Meldulæ, eorumque Territoriis a prædicto suppresso Monasterio S. Ruffilli dependentibus, passum fuisse, ipsaque Congregatio Cardinalium eidem Episcopo Brictinorien. mandasset, ut jura sua, citatis Capitulo & Canonicis prædictis, deduceret; plura Dubia in dicta Congregatione Cardinalium sub die XII. Martii anni MDCLXXII. proposita ac disputata fuere, ac inter alia: *An prædicti Capitulum & Canonici litteras Dimissoriales Personis jurisdictionis ejusdem Monasterii concedere possent;* verùm nulla decisiva resolutione tunc capta, ejusmodi causa & controversia plures annos siluit, donec eadem anno MDCCXIX. instaurata, nobismet ipsis tunc ejusdem Congregationis Secretarii munus obeuntibus, propositoque Dubio: *An, etiamsi constaret de Territorio separato, Capitulum & Canonici prædicti Dimissorias concedere possent,* eadem Cardinalium Congregatio die XXI. Januarii prædicti anni *Negativè* respondit. Subindè verò ad idem dubium reproposito sub die XXIII. Augusti anni MDCCXX., rescripsit, quod *iidem Capitulum & Canonici Romano Pontifici supplicarent, pro obtinendo Indulto Litteras Dimissoriales prædictas concedendi.* Quare ipsi recol. mem. Innocentio Papæ XIII. etiam Prædecessori nostro preces porrexerunt, ad hoc ut eis facultatem indulgeret ejusmodi litteras Dimissoriales dandi suis subditis tam ratione Monasterii S. Ruffilli, quàm aliorum S. Petri Licosati, & S. Nazarii; quas tamen preces Innocentius prædictus eidem Congregationi Cardinalium remisit pro voto, mandavitque instantiam proponi, citatis Episcopis interesse habentibus. His itaque ad judicium evocatis, propositoque die XXIII. Maji anni MDCCXXII. altero dubio: *Num foret consulendum Sanctissimo pro concessione ejusdem Indulti?* Dilata fuit resolutio, & rescriptum, *ut expectaretur exitus Causæ super Territorio separato,* pendentis in Causarum Palatii Apostolici Auditorio, de cujus voto eadem Congregatio hujusmodi controversiam aliàs cognoscendam esse censuerat. Hinc igitur Capitulum & Canonici eamdem causam prosecuti fuerunt in dicto Auditorio; a quo demum duæ, prima nempe sub die XXVIII. Aprilis anni MDCCXXV., altera verò sub die III. Maji subsequentis anni coram bo. mem. Carolo Cerro tunc uno ex ejusdem Auditorii Auditoribus, favore Capituli & Canonicorum prædictorum emanarunt Decisiones, per quas, utraque parte informante, & juribus & allegationibus hinc inde deductis accurate discussis, resolutum fuit, *constare de Territorio separato in dicto Monasterio S. Ruffilli;* ac demum Rotali Sententia desuper expedita, prædictus Episcopus Brictinorien. Decisiones & Resolutiones Rotales hujusmodi acceptavit, & liti super articulo dicti Territorii separati cessit; ipsique Capitulum & Canonici, votum, quod exquirebatur, ab ipso Auditorio expediri obtinuerunt.

Sententia Rotalis super Territ. separato favore Capituli.

Episcopus Brictinorien. liti renunciat.

§. 57. Quibus omnibus ex parte eorumdem Capituli & Canonicorum, fel. record. Benedicto Papæ XIII. Prædecessori quoque nostro sufficienter expositis, subjunctoque inter alia, quod, juxta mentem præfatæ Cardinalium Congregationis satis apertam & declaratam, ubi semel de prædicto Territorio separato constitisset, optati Indulti concessio, tanquam ratio-

Consequenter Benedict. XIII. Indultum pro concessione literar. Dimissorial. Capitulo impertitur.

ni & æquitati consentanea, jam controverti non poterat; idem Benedictus Prædecessor supplicationibus ex eorum parte super hoc sibi porrectis inclinatus, per suas litteras in forma Brevis datas Beneventi die XXVI. Aprilis anni MDCCXXVII. Capitulo & Canonicis prædictis, ut ipsi subditis Monasteriorum prædictorum S. Ruffilli Oppidi Foripompilii Ravennaten., & S. Petri Licosati, ac S. Nazarii Salernitanæ, respectivè Provinciarum, tunc & pro tempore existentibus, litteras Dimissoriales ad Clericalem characterem, & ad omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus, Ordines suscipiendos, concedere liberè & licitè possent, & valerent, Apostolica auctoritate, facultatem perpetuo tribuit, & impertitus fuit; quacumque litis pendentia, cæterisque contrariis non obstantibus; prout in ipsius litteris prædictis etiam plenius continetur; quas quidem litteras Nos ipsi in omnibus & per omnia confirmamus & innovamus, & quatenus opus sit, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, per easdem præsentes decernimus, statuimus, & declaramus, prædictis Capitulo & Canonicis in Terris seu Locis ratione prædictorum suppressorum Monasteriorum S. Ruffilli Oppidi Foripompilii Ravennaten., ac S. Petri Licosati seu de Cosato nuncupati, & S. Nazarii Salernitan. respectivè Provinciarum, sibi subjectis, Ordinariam, & quasi Episcopalem jurisdictionem, & hujusmodi jurisdictionis exercitium, cum vero, proprio, distincto, separato, & particulari Territorio, nullius Diœcesis, liberè competere; eisdemque licere litteras Dimissoriales ad Clericalem characterem, omnesque, etiam Sacros & Presbyteratus, Ordines suscipiendos, personis jurisdictioni prædictæ respectivè subditis concedere & impertiri.

In loca omnia spectantia ad Abbatias S. Ruffilli, S. Petri Licosati, & S. Nazarii Ordinaria jurisdictio Capitulo plenius asseritur.

§. 58. Utque etiam Monasterium Monialium Ordinis S. Francisci Cappucinarum nuncupatarum, quod in Oppido Meldulæ dicti Territorii præfati Monasterii Sancti Ruffilli Foripompilii anno MDCCXLII. vigore Decreti & Commissionis die XVIII. Augusti præcedentis anni a Congregatione S. R. E. Cardinalium negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præposita expeditæ, & tunc existenti Basilicæ prædictæ Archipresbytero directæ, atque a Vicario dictorum Capituli & Canonicorum in eodem Territorio in Spiritualibus Generali executioni ritè demandatæ, canonicè erectum fuit, jure ordinario, & privativè quoad omnes etiam viciniores Ordinarios, visitare, ac super ipsius Monasterii, & illius Monialium regimine, disciplina, statu œconomico, aliisque quibuslibet, etiam quoad clausuram, ea omnia & singula, quæ in Domino judicaverint salubriter expedire, seu per se, seu per Vicarium prædictum, juxta tamen Canonicas Sanctiones, statuere & ordinare possint & valeant, ex speciali gratia etiam perpetuò concedimus, & indulgemus.

Speciale Indultum conceditur pro regimine Monasterii, etiam quoad Clausuram.

§. 59. Cumque sæpedictus Prædecessor noster Urbanus Papa VIII., per suas in forma Brevis litteras Apostolicas die XX. Aprilis anni MDCXLII. datas, inhærendo Decretis die XII. ejusdem mensis & anni a Congregatione S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum emanatis, statuerit & mandaverit, quascumque tam justitiam, quàm gratiam concernentes, etiam quoad dispensationes matrimoniales, etiam in forma Brevis, ac in forma *Significavit*, & collationum Beneficiorum in forma *Dignum*, & gratiosa, nec non commissionum *Si in evidentem*, respectivè nuncupatarum, & absolutionum, aliarumque similium gratiarum Litteras Apostolicas, quoad Personas primodicti Monasterii S. Martini de Valle, seu de Fara, ac Terræ, totiusque & integri Ter-

Urb. VIII. Privilegium pro directione litterarum & Commissionum Apostol. quoad Mon. S. Martini de Fara.

ritorii prædictorum, eorumdem Capituli & Canonicorum Vicario in Spiritualibus Generali in dicto Monasterio tunc & pro tempore constituto, & non alteri, tam a Datario, Brevium Secretorum Secretario, & Cancellariæ Apostolicæ Regente, quàm ab omnibus & singulis aliis Datariæ, Secretariæ Brevium prædictorum, Cancellariæ, Pœnitentiariæ, & Cameræ Apostolicarum, Curiæque Romanæ Officialibus, tunc & pro tempore pariter existentibus, cæterisque, ad quos quomodolibet & quandocumque spectaret, dirigi debere; decernens ex tunc irritum & inane, si quid secus a quoquam scienter, vel ignoranter attentari contingeret: Cumque etiam, sicut accepimus, non solùm a prædicta super negociis & consultationibus Episcoporum & Regularium, sed ab aliis quoque Congregationibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium in Urbe institutis, ac etiam a dicta Secretaria Brevium nostrorum Secretorum, & aliis Romanæ Curiæ Officiis & Tribunalibus, pleræque commissiones & litteræ etiam Apostolicæ, quoad res & personas alterius prædicti Monasterii S. Ruffilli, ejusque Territorii & locorum ei subjectorum, vel ipsis Capitulo & Canonicis, vel eorum Vicario ibidem in Spiritualibus Generali, dirigi soleant, & jampridem consueverint; Nos, ipsarum quoque præsentium tenore, prædictas Urbani Prædecessoris litteras approbantes & confirmantes, tam dictum Monasterium S. Martini de Valle, seu de Fara Provinciæ Theatinæ, quàm alia S. Ruffilli Oppidi Foripompilii Ravennaten., ac S. Petri Licosati, & S. Nazarii Salernitanæ respectivè Provinciarum Monasteria, inter alia nullius Diœcesis cum Territorio separato, & jurisdictionis quasi Episcopalis exercitio, Monasteria, quorum Præsulibus, seu Vicariis in Spiritualibus Generalibus quæcumque litteræ Apostolicæ, etiam sub Plumbo expeditæ dirigi solent, adscribimus & adnumeramus, ac in infrascriptis Officiis, Tribunalibus, & Secretariis adscribi & annumerari volumus & decernimus: Mandantes propterea non solùm dictis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationibus, ac pro tempore existentibus Majori Pœnitentiario, & Brevium Secretario, eorumque Ministris, verum etiam Dilectis quoque Filiis Cancellariæ Apostolicæ Regenti, & Cameræ etiam Apostolicæ Pro-Summatori, ac Majoris Præsidentiæ Abbreviatoribus, ac eorum Officialibus, Substitutis, & Ministris, nec non omnibus & singulis Romanæ Curiæ Tribunalibus, eorumque Judicibus, & Notariis, ut quascumque litteras Apostolicas tam sub Plumbo, quàm in forma Brevis, sive per Cancellariam, sive per Cameram, aut per Officium minoris gratiæ nuncupatum, vel Contradictarum, super collationibus Beneficiorum, & Dispensationibus Matrimonialibus, ac aliis quibuscumque gratiis, concessionibus, & Indultis, ac dispensationibus expediendas, aliasque omnes commissiones tam gratiam, quàm justitiam concernentes, & ad partes mittendas, pro personis & locis tam primodicto, quàm tribus aliis prædictis Monasteriis, eorumque jurisdictioni subjectis, & sub Ordinaria, & quasi Episcopali prædictorum Capituli & Canonicorum jurisdictione existentibus, eorumdem Capituli & Canonicorum Vicariis in eisdem Territoriis in Spiritualibus Generalibus pro tempore existentibus, & non aliis, dirigant & dirigi faciant, ac curent. Utque ipsi Vicarii pro tempore existentes litteras & commissiones prædictas exequi, nec non in causis & negociis, quæ in iisdem litteris continentur, procedere in omnibus & per omnia licitè valeant & debeant, quemadmodum alii quicumque Locorum Ordinarii in suis respectivè civitatibus & diœcesibus, procedunt, & procedere possunt ac debent, eisdem auctoritate & tenore, statuimus, ac respectivè concedimus & indulgemus.

Eadem directio in multis observabatur quoad alia Monasteria.

Pontif. privilegium & consuetud. antiquam confirmat, & extendit ad alia Monasteria, in Regestis Rom. Curiæ describenda.

Et ad directionem & executionem quarumcumque litterarum & commiss. Apost.

§. 60. Præterea omnes & singulas a Pio Papa IV. Prædecessore prædicto in eisdem litteris concessas, & superius enunciatas exemptiones a solutione & contributione annatarum, & communium, ac quindenniorum, aliorumque jurium Collegiis S. R. E. Cardinalium, & Officialium de annatis participantium, & Cameræ Apostolicæ, ratione eorumdem suppressorum Monasteriorum, & Ecclesiarum ab ipsis dependentium, illorumque fructuum, quomodocumque debitorum, nec non a contributione subsidiorum, & quarumcumque impositionum, ac supportatione Seminariorum, Decimarum, aliorumque prædictorum onerum ordinariorum, & extraordinariorum, & ex quavis causa quantumvis urgentissima & necessaria impositorum, & in futurum quomodolibet imponendorum, in eadem amplissima forma specialiter & expressè ac plenariè & integrè innovamus: Districtiùs inhibentes prædictis Collegiis, nec non Spoliorum, juriumque Cameræ Apostolicæ debitorum Collectoribus, Subcollectoribus, & aliis quibuscumque Cameræ prædictæ & Cancellariæ Officialibus & Ministris præsentibus & futuris, ne Capitulum & Canonicos prædictos super iis ullo unquam tempore molestare vel inquietare, seu adversus exemptiones hujusmodi aliquid attentare quoquo modo audeant vel præsumant.

Exemptiones a Pio IV. concessæ pro dd. Monasteriis instaurantur.

§. 61. Quia vero, sicut etiam accepimus, non semel contigit, quod nonnulli Vicarii a Capitulo & Canonicis prædictis, ad exercitium curæ animarum, in Parochialibus Ecclesiis sub incorporatione & applicatione præfata comprehensis amoviliter deputati, sibi de hujusmodi Ecclesiis, seu Vicariis, tanquam perpetuis & collativis, ac etiam Sedi Apostolicæ reservatis, per viam simplicis vel novæ provisionis, Apostolica auctoritate provideri curarunt; hinc factum est, ut progressu temporis eædem Ecclesiæ, seu Vicariæ, tanquam perpetuæ & collativæ, atque etiam Apostolicis reservationibus pro tempore obnoxiæ censerentur: contra prædictarum Pii IV. Prædecessoris litterarum seriem, in quibus, ut præmissum est, cavetur expresè, quod in Ecclesiis, quibus animarum cura imminet, ea per Vicarium, seu per Vicarios idoneos, ad eorumdem Canonicorum & Capituli nutum ponendos & amovendos, exerceatur. Et quidem paucis ante annis, vacante Parochiali Ecclesia S. Nicolai de Meldula, is, qui a Capitulo & Canonicis prædictis in ea Ecclesia Vicarius amovibilis fuerat deputatus, diuturnam litem & controversiam sustinere coactus fuit adversus alterum, qui de eadem Parochiali Ecclesia, tanquam de perpetua Vicaria verè collativa, & dispositioni Apostolicæ reservata, sibi Apostolica auctoritate provideri obtinuerat. Verum quum Nobis compertum sit, hujusmodi causam, & controversiam in Causarum Palatii Apostolici Auditorio, coram bo. mem. Carolo Calcagnini tunc ipsius Auditorii Decano, postmodum vero Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali, introductam, præmisso examine ac discussione juris eidem Capitulo competentis quoad hujusmodi Vicariorum ad nutum amovibilium deputationes, non solùm in prædicta Ecclesia S. Nicolai de Meldula, sed etiam in cæteris omnibus Ecclesiis in prædictis Pii IV. Prædecessoris litteris expressis, sive contentis, atque ipsa quoque Dataria Apostolica pro suo jure & interesse ad causam admissa & audita, tandem per binas Decisiones, sub die

Libera provisio Ecclesiarum Curat. Territorii S. Ruffilli, tanquam amovibilium, Capitulo asseritur.

Causa in Auditorio Rotæ agitata, contradicente Dataria Apost. & favore Capituli decisa.

xi. Februarii, & xiv. Junii anni MDCCXXXVII. respectivè emanatas, favore Vicarii prædicti a Capitulo deputati definitam fuisse; sententiæ Rotalis expeditione desuper subsequuta: Nos idcirco, ne ulteriora præjudicia prædictis Capitulo & Canonicis in posterum similibus ex causis, cum eorum juris imminutione, & controversiarum dispendiis, irrogari contingat; prædictam facultatem deputandi Vicarios ad eorum nutum amovibiles in singulis Ecclesiis & Beneficiis, quibus cura imminet animarum, eisdem Capitulo & Canonicis per Pium IV. Prædecessorem in suis præcitatis litteris concessam, & attributam, usque adeo firmam, validam, & efficacem fuisse & esse, atque perpetuò fore, statuimus & declaramus, ut per quascumque impetrationes de Ecclesiis & Beneficiis ejusmodi, tanquam perpetuis, ab Apostolica Sede obtentas; quas omnes & singulas, utpote irritas, ac subreptionis & obreptionis vitio laborantes, ad omnes & quoscumque effectus viribus omnino vacuamus; ac etiam per quascumque collationes, aut provisiones aliàs forte, vel ab ipso Capitulo Vaticano, vel ab aliis quibuscumque Collatoribus, sive per concursum, sive sub alia qualibet forma, titulo, & expressione de iisdem factas; quas pariter aut nullas & irritas fuisse, aut in simplices deputationes resolvi respectivè decernimus, & declaramus; nullus collativæ qualitatis status in eisdem induci potuerit, aut inductus esse censeri possit; omnesque & singulas collationes, provisiones, & quasvis alias dispositiones etiam in posterum de ipsis Ecclesiis & Beneficiis, tanquam perpetuis & collativis, per quoscumque, etiam per dictam Sedem Apostolicam, cum quibusvis clausulis & decretis, faciendas vel obtinendas, si id quandoque fieri contigerit, tanquam præter, & contra mentem & intentionem Romani Pontificis factas vel obtentas, nullas & invalidas, nulliusque roboris vel momenti fore, & nullum cuilibet jus, aut etiam possidendi titulum per eas acquiri, nullamque demum præsumptionem, aut statum, Capituli prædicti aut Canonicorum juribus contrarium, induci, aut firmari posse, volumus atque decernimus: Non obstantibus nostrarum Cancellariæ, & Datariæ Apostolicarum regulis, aliisque etiam in corpore juris clausis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Ejus jura Auctorit. Apostol. stabiliuntur in perpetuum.

Capit. Decret. de Benefic. Monast. S. Ruffilli conferendis in personas illius Territorii ab Innoc. XI. confirmatum probet & confirmat.

§. 62. Cæterum Capitulare decretum, per quod anno MDCLXVII. a tunc existentibus Capitulo & Canonicis dictæ Basilicæ, ut accepimus, statutum fuit, quod Beneficia in locis jurisdictionis dictæ Abbatiæ Sancti Ruffilli Oppidi Foripompilii consistentia, tam quibus cura imminet animarum, quàm sine hujusmodi cura, quæ quidem, juxta easdem litteras dicti Pii IV. Prædecessoris, personis idoneis sæcularibus, ad instar Beneficiorum Ecclesiasticorum, Beneficiatuum, & Clericatuum nuncupatorum in dicta Basilica existentium; ab eodem Capitulo conferri debent, de cætero turnatim per Hebdomadarios Clericis de eadem diœcesi, si reperirentur idonei, exclusis exteris, conferrentur; quod quidem Decretum Ven. mem. Innocentius Papa XI. noster quoque Prædecessor per suas litteras in forma Brevis sub die xxv. Februarii ann. MDCLXXVIII expeditas approbavit & confirmavit; Nos pari auctoritate per præsentes itidem approbamus & confirmamus.

Indultum se immiscendi in criminalibus ab Urbano VIII. Canonicis

§. 63. Denique perpendentes, quod in exercitio jurisdictionis spiritualis & temporalis, quæ tam in civilibus, quàm in criminalibus, ratione nonnullorum ex prædictis Monasteriis, sæpedictæ Basilicæ, ejusque Mensæ Capitulari, ut præfertur, unitis atque subjectis, ipsius Capitulo, & Canonicis competere dignoscitur; vel etiam occasione administrationis Castri S. Petri in Formis, vulgo *Campomorto* nuncupati, in ejusdem Basilicæ & Capituli dominio & proprietate existentis; frequenter evenire poterit, ut negocia & causæ criminales, etiam sanguinis, ab eodem Capitulo & Canonicis prædictis tractari, atque jussiones & mandata pro reorum detentione, aut legitimarum pœnarum executione, expediri necessario debeant; ideoque ipsorum Canonicorum, aliorumque ad negocia & causas hujusmodi cognoscendas per Capitulum ipsum pro tempore deputandorum conscientiæ securitati consulere volentes, quemadmodum aliàs a fel. rec. Urbano Papa VIII. Prædecessore nostro per litteras Apostolicas sub Annulo Piscatoris die xviii. Aprilis anni MDCXXVIII. datas, concessum fuit, Nos etiam dilectis filiis ejusdem Vaticanæ Basilicæ Capitulo & Canonicis capitulariter congregatis, nec non Canonicis extra Capitulum Camerariis, & Secretario, ac uni & alteri Canonicis, ad prædictorum Monasteriorum atque Locorum regimen, & ad præfati Castri administrationem specialiter deputatis, nunc & pro tempore existentibus, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, concedimus & indulgemus, ut, eorum munere hujusmodi durante, & occasione jurisdictionis eidem Capitulo in præfata Monasteria, eorumque loca, & homines vassallos, & subditos competentis, sive administrationis prædicti Castri, in negociis & causis criminalibus quibuscumque, quoties opus fuerit, se immiscere, ac in eis consilium, mandata, & jussiones, tam verbo, quàm in scriptis dare, & debitæ executioni demandare, seu demandari facere, etiamsi forte sanguinis effusio, membrorumque mutilatio, seu etiam mors inde sequatur, dummodo tamen a sententia in causa sanguinis per ipsos ferenda omnino abstineant, liberè & licitè, ac absque ullo conscientiæ scrupulo, aut irregularitatis, seu cujusvis alterius pœnæ vel censuræ Ecclesiasticæ incursu, possint & valeant.

antea concessum instauratur.

Enunciantur personæ, quibus competit indulti usus.

Judicibus a Capit. deputatis pro Abbatia S. Martini in Mont. & Campomortuo asseritur facultas exercendi Jurisdictionem extra districtum suæ deputationis.

§. 64. Hoc etiam statuentes, ut Judex a Capitulo deputatus in Causis tam criminalibus, quàm civilibus, locorum & hominum prædicto Monasterio Abbatiæ nuncupato Sancti Martini in Montibus Viterbien. diœcesis subjectorum, quamvis in Oppido Vetrallæ ejusdem diœcesis extra Districtum propriæ jurisdictionis resideat, quæcumque opportuna decreta interponere, & sententias in dictis causis proferre valeat, juxta antiquam consuetudinem, quæ pro aliis etiam Judicibus locorum hujusmodi, in quibus ob aërem insalubrem, aliasve causas, ordinariam residentiam habere non licet, & præsertim pro altero Judice ab eodem Capitulo in causis prædicti Castri S. Petri in Formis nuncupati similiter deputato, & in Veliterna Civitate residente, obtinere dignoscitur; utque decreta, & sententiæ, quas ipse in causis hujusmodi alioquin ritè condiderit, seu pronunciaverit, non ideo nullitatis vitio subjacere censeantur, propterea quod extra districtum jurisdictionis sibi demandatæ prolatæ fuerint.

Perpetuus Constitutionis vigor, ejusque observantia constabilitur.

§. 65. Ac decernentes has nostras litteras, etiam ex eo quod quicumque in præmissis, vel illorum aliquo quomodolibet interesse habentes, vel habere putantes, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, aut ex quibusvis aliis causis, occasionibus, vel prætextibus, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, aut aliàs infringi, vel quomodolibet retractari, suspendi,

restringi,

restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam posse, easque omnino sub quibusvis contrariis Constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, vel declarationibus generalibus, & specialibus, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, aut aliàs quandocumque, & quibusvis de causis etiam pro tempore factis, minimè comprehendi; sed ab illis semper exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, ac de novo concessas, semperque & perpetuò validas, firmas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum, perpetuò, & inviolabiliter observari, ac prædictæ Basilicæ Vaticanæ, illiusque nunc existentibus & futuris Archipresbytero, Capitulo, & Canonicis, ac Clero, aliisque personis, Ecclesiis, & locis, quorum favorem eædem præsentes quomodolibet concernunt, perpetuis futuris temporibus plenissimè suffragari debere; eosdemque super præmissis omnibus, & singulis, vel illorum occasione, etiam per alias Almæ Urbis Basilicas, & Ecclesias, illarumque Capitula, vel Collegia, aut quoscumque alios, quavis auctoritate, quomodolibet molestari, perturbari, inquietari, vel impediri, neque ad probationem, seu verificationem quorumcumque in eisdem præsentibus litteris narratorum, etiam quoad Litterarum Apostolicarum superius enunciatarum, aliorumve Monumentorum Datas etiam veriores, nullatenus unquam teneri, nec ad id in Judicio, vel extra, cogi seu compelli posse; sicque in præmissis ab omnibus censeri, ac ita per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate, & potestate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Judicum executorum deputatio.

§. 66. Quocirca Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Ostiensi, ac Portuensi Episcopis, ac Dilecto Filio Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Auditori Generali, eorumque in Episcopatibus, & Officio hujusmodi Successoribus pro tempore futuris, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios, ipsas præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Archipresbyteri, ac Capituli, & Canonicorum dictæ Basilicæ Principis Apostolorum, aliorumque, quorum favorem eædem præsentes concernunt, aut alicujus eorum, fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem præsentes, & in eis contenta hujusmodi, ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, prædictamque Basilicam Principis Apostolorum, ipsiusque Archipresbyterum, Capitulum, & Canonicos, & Clerum, aliasque Ecclesias, & loca prædicta, cæterosque omnes, quos eædem præsentes quomodolibet concernunt, & concernent in futurum, illis omnibus, & singulis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos, vel quempiam ex ipsis desuper per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel inquietari; contradictores quoslibet, & rebelles, cujuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, vel præeminentiæ fuerint, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac, legitimis super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam adhoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Contrariis quibuscumque ampliss. mè derogatur.

§. 67. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, etiam de jure quæsito non tollendo, ac de Indulgentiis non concedendis *ad instar*, ac Symmachi, & Pauli II. de rebus Ecclesiæ non alienandis, nec non Bonifacii VIII., qua cavetur, ne quis extra suam civitatem, val diœcesim ad Judicium evocetur, seu ne Judices a Sede Apostolica prædicta deputati, extra civitatem vel diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere audeant, vel præsumant; & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad Judicium non trahatur; nec non Innocentii IV., Sixti etiam IV., Innocentii VIII., & prædicti Pauli II. contra exemptos editis, ac Pii IV. de gratiis interesse Cameræ Apostolicæ quomodolibet concernentibus in eadem Camera registrandis, & insinuandis, aliisque Apostolicis aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, ac etiam in Synodalibus, Provincialibus, & Universalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Cameræ prædictæ, & aliarum Urbis Basilicarum, ac quarumvis Ecclesiarum etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, ac Monasteriorum, & Locorum, ac Almæ Urbis prædictæ, & quorumvis illius Tribunalium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis respectivè statutis, & consuetudinibus, reformationibus, usibus, stilis, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Cameræ, & ab ea causam habentibus, dictisque Ecclesiis, earumque Præsulibus, Archipresbyteris, Capitulis, Superioribus, & personis, nec non prædictis Collegiis, ac etiam Urbi præfatæ, Populoque Romano, nec non Vicario, Gubernatori, Senatori, Conservatoribus, Cameræ ejusdem Urbis nostræ, eorumque Locatenentibus, & quibusvis aliis personis, Civitatibus, & Locis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, & dictam Sedem, vel alios quoscumque, & quacumque dignitate & auctoritate fulgentes, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam iteratis, & multiplicatis vicibus concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum validitatis, & perpetuæ firmitatis præmissorum omnium, & singulorum, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter & expresse

derogamus, aliisque omnibus, & singulis, quæ Nos, & superius enunciati Prædecessores nostri in singulis nostris, & ipsorum Prædecessorum præcitatis litteris, indulta, privilegia, prærogativas, exemptiones, & gratias eidem Basilicæ Principis Apostolorum, illiusque Archipresbytero, Capitulo, Canonicis, Clero, personis, & locis attributa concernentibus, voluimus, ac respectivè voluerunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque; aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Constitutionis exemplis MSS. aut impressis auctoritas tribuitur.

§. 68. Ad hoc autem, ut eædem præsentes litteræ amplius innotescant, & de eis in singulis locis, in quibus forsan opus erit, fides commodè fieri possit; volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod ipsarum transumptis, etiam impressis, manu Secretarii Capituli ipsius Basilicæ Principis Apostolorum, seu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo ejusdem Capituli, seu personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus ubique fides in Judicio, & extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Sanctio.

§. 69. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrarum confirmationum, approbationum, exemptionum, concessionum, indultorum, statutorum, decretorum, mandati, præcepti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Pont. An. XII. die 27. Martii 1752.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLII. Sexto Kalendas Aprilis Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

D. Card. Passionеus.

J. Datarius.

Visa De Curia

J. C. Boschi.

Loco ✠ Plumbi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

LXIV.

Congregationis Piorum Operariorum commodis & incrementis per opportuna Decreta & Indulta prospicitur.

Dilectis Filiis Presbyteris Secularibus Congregationis Piorum Operariorum Vocalibus ad Capitulum Generale vocatis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Pontificis animus erga Congregationem benevolus declaratur.

QUam propensa studiosaque voluntate nostra Congregationem vestram per prædicationem Verbi Dei & sacras Missiones ad majorem divini nominis gloriam adaugendam, & æternam Christifidelium salutem procurandam assiduis laudabilibusque laboribus intentam prosequamur, etsi vobis, dilecti Filii, ex impertitis a Nobis eidem Congregationi vestræ Apostolicæ benignitatis documentis jam satis compertum esse non ambigimus; tamen, ut clarius vobis constet, nova Pontificiæ caritatis testimonia addere satagimus & optamus. Quoniam autem, sicut perspectum habemus, Institutum ejusdem Congregationis vestræ, tam saluberrimis Regulis & Constitutionibus ab Apostolica hac Sancta Sede confirmatis, necnon Capitularibus decretis munitum esse, ut illud integerrimè servantes, alacriter valeatis viam mandatorum Dei currere, & dignè ambulare vocatione, qua vocati estis; ita Nobis persuasum est, non aliunde evenire, quod quamplurimi ejusdem Congregationis vestræ Alumni, quippe qui nullis Professionis vel solennium votorum legibus obstringuntur, sed omnimoda ipsam Congregationem relinquendi libertate gaudent, postquam in eadem formati fuerint, facilè illam deserant; quàm propter nonnulla vitæ severioris incommoda, & propter nonnullas rei familiaris aliquibus necessariæ angustias: Eapropter Nos, qui Congregationem vestram magis magisque increscere in Domino cupimus, opportuna Apostolicæ providentiæ, auctoritatisque remedia adhibere censemus, ut, sublatis impedimentis, det Dominus unicuique perseverantem in Congregatione vestra famulatum, quo in diebus nostris, ac semper, & merito & numero eidem Domino serviens Congregatio vestra augeatur.

Causæ, quibus adductus Pont. decernit, & indulget, ut infra.

De electione Præpositi Gen., aliorumque Officialium & Rectorum.

§. 1. Itaque vos, dilecti Filii, rogamus & in Domino hortamur, ut, quoniam ad Generale ejusdem Congregationis vestræ Capitulum propediem celebrandum convenistis; primùm quidem communibus animis unum Deum præ oculis habentes, eum Congregationi vestræ Præpositum Generalem præficere contendatis, qui inter cæteros, ad quos spectat, prudentia, doctrina, & pietate præcellens, debitam observantiam exemplis accendat, caritate foveat, auctoritate tueatur. Deinde verò non minori cura incumbere debetis ad aliorum Rectorum & Officialium electionem, quos cæteris præesse obstrictos, oportet, non ut dominantes in subditis Fratribus, sed tamquam formam gregis factos ex animo, se gerere; atque illis præclaro religiosarum virtutum exemplo præcedere, & præsto semper esse, cujusque præsertim Domus Rectorem, maximè præ aliis eum, qui Domui Sanctæ Mariæ ad Montes hujus Almæ Urbis nostræ constitutus, Collegii etiam nostri Neophytorum onus sustinet.

De loco convocationis Capituli Gener., & residentiæ Superiorum Majorum.

§. 2. Præterea cum neque per Constitutiones, neque per Decreta Capitularia præscriptum reperiatur, quod Generale Capitulum vestrum singulis trienniis in Civitate Neapoli dumtaxat celebrari, atque inibi Generalis Præpositus vester commorari debeat; & aliunde constet, plurimum incremento Congregationi vestræ futurum, si Capitulum Generale hujusmodi in uno quidem Neapoli, in altero verò triennio Romæ alternatim celebraretur, & vicissim Præpositus Generalis cum suis Assistentibus, juxta Constitutiones vestras, domicilium haberet: (quamplurimi fortasse Status nostri etiam Ecclesiastici, aliarumque Nationum Romæ habitantes Viri Congregationi vestræ adscriberentur; nec tam pauci hic invenirentur, ubi messis certè multa est): Eapropter a vobis, dilecti Filii, exposcimus, ut hac in re, utilitatem Congregationi vestræ inde provenientem considerantes, nostris etiam votis obsecundare satagatis.

§. 3. In-

Prædicationis Quadrageſimalis onus remittitur, ſub certis conditionibus.

§. 3. Inſuper Nos certiores facti, vobis, quorum præcipuum munus eſt Miſſiones in Civitatibus, Oppidis, aliiſque locis dumtaxat peragere, nunquam verò Quadrageſimalem Prædicationem, niſi in una tantummodo Eccleſia ejuſdem Domus S. Mariæ ad Montes Congregationi veſtræ conceſſa obire, poſſe graviſſimum evenire, ut quiſque ſibi Quadrageſimales ejuſmodi Conciones concinnet, alias nullibi prorſus recitandas; vos ab hujuſmodi onere Apoſtolica auctoritate tenore præſentium liberamus & abſolvimus, atque emolumentum triginta ſcutorum monetæ Romanæ eidem Domui pro dicta annua Quadrageſimali Prædicatione conſtitutum vobis relinqui, & ſolvi mandamus; dummodo, præter Conciones, Inſtructioneſque ſingulis feriis quintis ac Sabbathis per annum poſt prandium, dum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum publicæ Fidelium venerationi expoſitum eſt, haberi ſolitas, vobiſque injunctas, ſingulis etiam Dominicis diebus Quadrageſimæ, & diebus feſtis de præcepto Eccleſiæ in ea occurrentibus, necnon in Dominicis diebus ſacri Adventus, omnino ex Pulpito, ſive mane, ſive poſt veſperas, vel rudimenta Catholicæ Fidei, vulgò Doctrinam Chriſtianam, & Catechiſmum Romanum, tradatis, vel Evangelium currentis Dominicæ explicetis, vel Concionem aliquam habeatis; atque inſimul per octo continuos dies Exercitia Spiritualia in eadem Eccleſia, tempore opportuno, prout vobis viſum fuerit, omnino peragatis; & publicam expoſitionem Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti, cum piis precibus & ſermonibus, per novem continuos dies ante Nativitatem Domini Noſtri JESU CHRISTI a vobis pro veſtra pietate & placito fieri ſolitam, omnino etiam deinceps non omittatis.

Stipendium pro XV. Miſſis in Menſe ſingulis tradi jubetur.

§. 4. Porro etſi veſtri Inſtituti rationi maximè confert, ut in Congregationem veſtram adlegantur nonniſi Adoleſcentes generis animique dotibus conſpicui, & ad Patrimonii titulum Sacris Ordinibus initiati, vel initiandi, boniſque abundantes, quibus, præter victum a Congregatione contribuendum, ad quæcumque alia vitæ neceſſaria commoda uti quiſque debet; tamen interdum accidit, quod nonnullis ex bonis ſuis nullum capientibus emolumentum, per Superiores indulgeatur, ut ſtipendium aliquot Miſſarum, quæ cæteroqui pro Congregatione celebrandæ ſunt, alicui impendatur; Nos ſcientes aliquem reperiri poſſe, qui indigentiam ſuam Superioribus aperire erubeſcat; volumus & mandamus, ut deinceps omnibus & ſingulis dictæ Congregationis Sacerdotibus emolumentum quindecim Miſſarum ab ipſis in ſingulos menſes celebrandarum tribuatur & elargiatur; dummodo unuſquiſque reliquas Miſſas in commodum utilitatemque Congregationis ſuæ celebret & applicet.

De ſurrectione matutina, & Officii Divini recitatione.

§. 5. Quod verò per Conſtitutiones ſtatuitur, ut matutina ſurrectio per æſtivos præſertim menſes fiat poſt unam mediæ noctis abactæ horam, ſive aliter, prout Congregationi Vocalium melius expedire viſum fuerit; Nos æquum ducimus, ut tam per æſtivos quàm hyemales menſes, ſive vernos, ſive autumnales, tres omnino, ſive plures horæ poſt mediam noctem præcedant matutinam ſurrectionem. Ut autem hæc noſtra providentia non noceat recitationi Officii Matutini cum Laudibus, recitationem hujuſmodi quocumque tempore fieri poſſe, ſive ante, ſive poſt Solis occaſum permittimus & ſtatuimus.

De Lecto, & veſtitu interiore, ac victu.

§. 6. Inter cætera etiam auſterioris vitæ incommoda illud quoque a quamplurimis exiſtimatur non leve, quod in Conſtitutionibus, quoad lectum, hiſce verbis præſcribitur: *Non uſeranno lenzuola di lino, nè dormiranno sù matarazzi, ma sù la paglia, ſe però l' infermità o biſogno particolare di alcuno, a giudizio del Medico, e del Rettore della Caſa, non ricercaſſe altrimenti*: ita etiam illud, quod hiſce quoque verbis præcipitur: *Non porteranno Camicie di lino, ma ſolamente di lana*: Nos ſanè paterna caritate conſiderantes non eamdem eſſe omnium conditionem valetudinemque, quoad hanc partem ipſis Conſtitutionibus pari auctoritate & tenore derogamus, ac liberum licitumque eſſe unicuique declaramus ac permittimus, ut deinceps quiſque ad ſui libitum culcitris, linteaminibus, atque etiam interulis, vulgò *Camicie* ex lino, ſine ullo conſcientiæ angore uti valeat. In ipſis quoque Conſtitutionibus cum ſtatutum ſit hiſce pariter verbis: *Il veſtito ſarà comune agli oneſti Sacerdoti e Chierici Secolari. Niuno uſerà ſeta, nè ſorte alcuna di vanità, tanto di ſopra, quanto di ſotto; e nel veſtire ſaranno uniformi, per quanto ſarà poſſibile*; Nos itidem ſtatutum hujuſmodi laudamus & confirmamus; ſed quoniam apud vos uſus & conſuetudo inolevit, quod Caligæ, & Tibialia, vulgo *Calzette*, Femoralia, *o Calzoni*, Thoraces, *o Camiciole*, albi dumtaxat coloris eſſe debeant; quo albo colore honeſti Sacerdotes & Clerici Seculares in præſentia non utuntur; volumus & mandamus, ut deinceps Caligæ, Tibialia, Femoralia, & Thoraces hujuſmodi fiant ſive ex lana, ſive goſſipio, ſive lino dumtaxat, ſed coloris nigri, ſive ſubnigri, & ſubobſcuri, &, quoad fieri poſſit, uniformis. Laudamus pariter cibi, potuſque parſimoniam, quæ a vobis ſervatur; ſed optamus, ut provida a Rectoribus Superioribuſque habeatur ratio tum laborum, tum conditionis, tum valetudinis, tam quoad ciborum quantitatem, quàm quoad eorumdem qualitatem & condimentum.

Adhortatio ad promovenda Congregationis incrementa.

§. 7. Cæterum, dilecti Filii, hæc quidem Nos habuimus, quæ pro majori veſtræ Congregationis commodo & incremento ſtatuenda, permittenda, & ſuggerenda duximus, derogantes Conſtitutionibus, Regulis, & Capitularibus decretis ejuſdem Congregationis, in iis dumtaxat, quæ omnibus præmiſſis adverſantur; Vos verò accuratè animadvertere debetis, ſi qua alia corrigi, emendari, mutari, & addi ac ſtatui digna ſuperſint, ut, ubi ſupremæ Apoſtolicæ noſtræ auctoritatis partes vobis opus eſſe noveritis, Nos opportunè conferamus. Nobis enim nihil magis cordi eſt, quàm ut Congregatio veſtra non ſolum nova ſuſcipiat incrementa religioſarum virtutum; ſed pluribus etiam abundet Eccleſiaſticis Viris, qui in vinea Dei Sabbaoth adlaborent; atque in obſequium Apoſtolicæ hujus Sanctæ Sedis, hic Romæ præſertim, quemadmodum pauci tamen eſſe ſumma cum cordis noſtri lætitia præclarè gerere pergunt, labores ſuos impendere & adhibere adnitantur. Interim, ad proſperi ſucceſſus auſpicium, ab Omnipotenti Deo bonorum omnium largitore vobis, dilecti Filii, uberem cæleſtium chariſmatum copiam ſupplices poſcimus, & Apoſtolicam Benedictionem ſtudioſæ noſtræ ad vobis opportunè gratificandum voluntatis pignus peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XII. Aprilis MDCCLII. Pontificatûs Noſtri Anno Duodecimo.

Dat. die 12. Aprilis 1752.

Cajetanus Amatus.

LXV.

Erectio Oppidi Pergulæ in Civitatem : cum concessione plurium facultatum Vicario Episcopi Eugubini ibidem deputando.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium. ROmanum decet Pontificem ita Subditorum Populorum utilitatibus, & ornamentis consulere, ut Apostolicæ Sedis benignitas erga ipsos magis in dies eluceſcat; ipsique promeritos fidelitatis, & obsequii sui fructus ex provida Supremi Principis liberalitate percipiant.

Pergulæ Oppidi decora & ornamenta. §. 1. Sanè exposita Nobis pro parte Dilectorum Filiorum Communitatis, & Hominum Nostræ Terræ Pergulæ Eugubinæ Diœcesis petitio continebat, quod dicta Terra quinque Millibus & ultra Incolarum referta, usque ab initio decimi tertii Sæculi Cives habuit Nobilitatis gradu decoratos, & subsequentibus temporibus plurimi in ea Litterarum & Armorum laude illustres Viri, & Ecclesiarum Præsules, ac Romanæ Curiæ Prælati, nec non Militaris Ordinis Sanctorum Mauritii & Lazari Equites ortum duxerunt: ita ut hac nostra ætate plures ibi adsint Familiæ Nobiles, etiam cum aliis Nobilibus Civitatum Nostræ Ditionis Familiis jam pridem affinitatibus & cognationibus junctæ: nec ei deest Annonæ ubertas, ac rerum omnium ad commoda vitæ opportunarum copia; pluresque artes, & artificia, ac potissimum textrinæ, in ea florent: Insuper eidem Terræ, & in ea Jus-dicenti unum Castrum & quinque loca subjecta sunt: Ipsius verò Terræ Magistratus, ex triplici Personarum gradu, Nobilibus nempe, Civibus, & Plebeis constans, nonnullis prærogativis, & juribus gaudet, signanter in causis de damno dato judicandi, ac visitandi cibaria: Præterea in ea copiosus est tam Sæcularis, quàm Regularis Clerus, ac una, quæ Insignis etiam est, Collegiata, aliis quinque Parochialibus supereminet Ecclesiis, sex item Virorum Regularium Cœnobia, tria Monialium Monasteria, unum Orphanorum Conservatorium, duodecim Laicorum Confraternitates, tria pro infirmis pauperibus excipiendis Hospitalia numerantur: Mons quoque Pietatis, & alter Frumentarius, ac Bibliotheca ad commune commodum instituta, patent: Quodque magis in pretio habendum meritò putant, in Ecclesia Fratrum Eremitarum Ordinis Sancti Augustini ejusdem Terræ trium Sanctorum Martyrum ipsius Terræ Protectorum exuviæ, nimirum Secundi, Agapiti, & Justinæ, debitâ honorificentiâ coluntur.

Incommoda ex Episcopalis Curiæ Eugubinæ distantia. §. 2. Contra verò, sicut eadem expositio subjungebat, prædicta Terra non leve ex eo patitur incommodum, quod cum in spiritualibus Ecclesiæ Eugubinæ, illiusque Episcopo pro tempore existenti subsit; Eugubina autem Civitas per triginta circiter milliaria ab ipsa Terra distet, ac iter sit asperum & invium; idcircò ipsius Terræ Incolæ pro qualibet etiam levi causa ad Civitatem prædictam se conferre adstricti, non modicum ferunt præjudicium & dispendium, ac in iis, quæ promptum exigunt remedium, justitiæ & providentiæ differtur administratio.

Preces pro splendoris incremento, & pro reformatione regiminis in spirit. §. 3. Quare pro parte eorundem Communitatis & Hominum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus, ut ipsis & eorum Patriæ præmissis dotatæ titulis novum decoris adderetur incrementum, & simul relatis incommodis stabile remedium præstaretur, eandem Terram in Civitatem erigeremus, & aliquam illius in spiritualibus regiminis formam præscriberemus, erigentes illius Collegiatam in Concathedralem, seu ad minus ibidem constituentes specialem Vicarium Generalem. Porrò hujusmodi Communitatis, & Hominum prædictorum instantiâ alias per Nos ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Negotiis & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam, remissâ, quum nunquam in ea proposita extiterit; nuper verò eadem Communitas, & Homines prædicti, Nobis iterùm supplicari fecerint, ne eorum preces per viam judicii proponi sineremus, sed quæcumque Nobis opportuna visa fuissent, ad ipsius Terræ decoris augumentum, & Spiritualis regiminis commoditatem, per Nos ipsos statuere, & respectivè concedere dignaremur.

Remittuntur ad Congreg. Episc. & Regul.

Pont. Prædecessorum benignitatem erga Terram Pergulæ imitari constituit. §. 4. Nos igitur, qui omnibus, & potissimum Dilectis nostris Ecclesiæque Romanæ etiam in temporalibus subditis, rationabilia petentibus, benignum auditum præstare non detrectamus, dictamque Terram ab aliis etiam Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris Apostolicæ liberalitatis favoribus cumulatam fuisse accepimus, ac potissimùm a felicis record. Urbano Papa VIII., qui ejusdem Terræ Hominibus singulare Privilegium, ut Nobis etiam relatum fuit, per suas in forma Brevis die xv. Junii Anno Domini MDCXXXIII. expeditas Litteras concessit; ut scilicet quoscumque agrorum suorum fructus, atque proventus, cujuscumque generis, è Territorio ipsius Terræ extrahere, & ad quemcumque locum Ecclesiasticæ Ditioni mediatè, vel immediatè subjectum, usque ad distantiam unius dietæ, sine ulla cujusvis Datii, tam Cameræ Apostolicæ, quàm etiam aliarum ejusdem Ditionis Civitatum, Terrarum, aut Locorum Communitatibus debiti, solutione, deferre liberè possent; Eosdem Communitatem, & Homines, ac eorum singulares Personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes: Motu proprio, & ex certa scientia, de Apostolicæ, & supremæ Nostræ potestatis plenitudine, prædictam instantiam, ac etiam quamcumque litem, & causam super præmissis in dicta Congregatione introductam, in eaque pendentem, ad Nos avocando, penitus & omnino extinguimus, omnibusque & singulis desuper interesse habentibus, seu habere prætendentibus, perpetuum silentium imponimus.

Instantes absolvit ad cautelam, instantiam verò ad se avocat.

Pergulam in Civitatem erigit cum consuetis honoribus, juribus, &c.

Salva illius subjectione Ecclesiæ Cathedrali Eugubinæ. §. 5. Porro Terram Pergulæ præfatam in Civitatem perpetuò erigimus & instituimus; eique Civitatis titulum ac denominationem, cum omnibus honoribus, juribus, prærogativis, ac decorationibus, quæ cæteris omnibus Ditionis Nostræ Pontificiæ Civitatibus competere dignoscuntur; Nec non Magistratui ejusdem Terræ in Civitatem, ut præfertur, erectæ, consuetos honores, & insignia, quibus aliarum ejusdem Ditionis Civitatum Magistratus, de jure, usu, aut consuetudine gaudere, seu quibus uti respectivè possunt & valent: Ita tamen, ut pro tempore existens Ecclesiæ Eugubinæ Episcopus prædictus in dicta Terra per Nos in Civitatem, ut præfertur, erecta residere minimè teneatur, sed illa Ecclesiæ Eugubinæ, ut antea, subjecta remaneat; eâdem auctoritate concedimus, & impertimur.

Vicarium Foraneum Episcopi Eugubini ibidem deputandum constituit.

§. 6. Ac insuper Venerabili Fratri moderno, & pro tempore existenti Episcopo Eugubino prædicto, simili auctoritate, ac earundem præsentium tenore committimus & mandamus, ut in dicta Terra per Nos in Civitatem, ut præfertur, erecta, unum Presbyterum, vel saltem Clericum secularem, in aliqua publica & approbata studiorum Universitate Laureâ Doctorali insignitum, ac probum & idoneum, Exterum, cum congrua ab ipso Episcopo Eugubino taxanda, & a Communitate persolvenda, sin minus ejusdem Terræ in Civitatem per Nos, ut præfertur, erectæ, seu dictæ Eugubinæ Diœcesis, Civem vel Incolam, in sui ipsius Vicarium Foraneum stabiliter deputare, ac in unius pro tempore cedentis, vel amoti, aut decedentis locum, alterum eisdem qualitatibus præditum quantocitius modo expresso subrogare debeat, & teneatur; Ipse autem Vicarius sic deputatus, Civiles quidem omnes & singulas causas, Ordinarias, executivas, & summarias, & tam in petitorio, quàm in possessorio judicio, & profanas, ac mixtas, & compromissas, inter personas dictæ Terræ Pergulæ per Nos in Civitatem erectæ, ejusque Territorii, seu Comitatus, Incolas, & Ordinariæ dicti Episcopi Eugubini Jurisdictioni subjectas, seu Loca, Collegia, & Universitates inibi consistentia, vel etiam inter alios quoscumque, ubi de rebus ibidem sitis agatur, & alias super quibuscumque pecuniarum summis, & Censibus, aliisque responsionibus, rebusque ac bonis ad quamcumque pecuniarum summam, ac numerum, quantitatem, & valorem ascendentibus, rebusque aliis in actis causarum hujusmodi forsan deducendis, & illorum occasione, cum omnibus & singulis suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, servatis tamen de jure servandis, in prima hujusmodi causarum instantia, audire, cognoscere, decidere, fineque debito terminare possit & valeat; Cum facultate dictas Partes respectivè, & omnes alios, quos opus sit, citandi, eisque, quoties opus fuerit, etiam sub Censuris Ecclesiasticis, & pecuniariis pœnis suo arbitrio moderandis, & juxta dicti Episcopi Eugubini mandata applicandis, inhibendi, & in eventum non paritionis, pœnas, & censuras prædictas incurrisse, & incidisse declarandi, easque aggravandi, reaggravandi, interdicendi, & brachii sæcularis auxilium invocandi, ac alia quævis opportuna decreta condendi; ac sententias proferendi, & loco sententiarum hujusmodi, etiam mandata executiva in forma solita & consueta decernendi, ac illa, & quidquid per eum judicatum fuerit, exequendi, expensas taxandi, & moderandi; non tamen ipsas Partes à vinculo juramenti ad effectum agendi, aliisque Censuris Ecclesiasticis absolvendi; sed, his exceptis, alia omnia & singula faciendi, gerendi, & exercendi, in præmissis necessaria seu quomodolibet opportuna; salvâ semper appellatione in secunda instantia ad Curiam Episcopalem Eugubinam, vel ad Nos, & Sedem Apostolicam.

Hujusmodi Vicarii facultates in Judiciis Civilibus, enunciat.

Item in criminalibus levioribus.

§. 7. Item causas criminales minoris momenti, & in quibus pœna corporis afflictiva locum non habet, alioquin ad Forum dictæ Curiæ Ecclesiasticæ pertinentes, & in ipsa Terra per Nos in Civitatem erecta, ejusque Territorio seu Comitatu emergentes, possit Vicarius prædictus per se ipsum cognoscere, definire, & resolvere; in aliis verò causis criminalibus quibuscumque ad dictum Forum spectantibus, ibidemque emergentibus, denunciationes, & querelas excipere, ac etiam ex officio, in casibus alioquin permissis, corpus delicti efformare, testes examinare, aliaque indicia collígere, & cumulare possit, & valeat; Processus tamen in hujusmodi causis confectos, postquam completi fuerint, ad ipsam Curiam Episcopalem Eugubinam transmittere teneatur; ut vel ibi sententia proferatur, vel si eadem Curia Episcopalis Eugubina satiùs duxerit hujusmodi Processus ad ipsum Vicarium, unà cum instructione ad effectum procedendi, remittere, tunc ipse Vicarius eidem instructioni se conformans in omnibus & per omnia, instructionem, & ordinationem a dicta Curia Episcopali susceptas exequi debeat, & teneatur.

Quid in gravioribus & urgentibus.

§. 8. Possit etiam dictus Vicarius, in criminalibus hujusmodi causis gravibus & urgentibus, & cum in mora periculum fore judicabitur, tam ad recurrentium instantiam, quàm etiam ex officio, ut supra, ad inquisiti capturam procedere. Interim verò, donec ejusdem Curiæ Episcopalis Eugubinæ, ad quam hujusmodi capturæ notitiam statim deferre debebit, mandata susceperit, hujusmodi Inquisitum in Carceribus Laicalibus Pergulæ, quatenus tutæ sint, retinere valeat; alioquin illum ad ipsam Civitatem Eugubinam, & ad dispositionem dictæ Curiæ Episcopalis, cum debitis cautelis transferri curet.

Et quid in matrimonialibus.

§. 9. Ita quoque idem Vicarius examina Testium super statu libero personarum ejusdem Terræ Pergulæ in Civitatem per Nos, ut præfertur, erectæ, ejusque Territorii, seu Comitatus Incolarum, excipere; seu, si aliquam personam hujusmodi a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium contra Hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum ad juramentum præstandum in supplementum probationum, quæ ipsi forsan pro aliquo tempore, quo vagam duxisset vitam, super hujusmodi status libertate deessent, admitti contingat; idem Vicarius personam hujusmodi examinare, eique pœnas contra Polygamos in jure inflictas comminare, ac juramentum suppletivum hujusmodi ab ipsa persona, ut moris est, præstandum, excipere possit & valeat; cum hoc tamen, ut tam testium prædictorum depositiones, quàm acta examinis & juramenti hujusmodi, ad dictam Curiam Episcopalem Eugubinam transmittantur, ad quam privativè spectabit ordinationes opportunas, ac licentias tradere pro Matrimoniorum celebratione, vel attestationes super statu, & conditionis libertate expedire.

Præmissas facultates Vicario tribuendas decernit, alias verò arbitrio Episcopi.

§. 10. Nos enim hujusmodi Vicario Foraneo ibidem, ut præfertur, deputando, præmissas omnes & singulas facultates & auctoritates a dicto Episcopo Eugubino nunc & pro tempore existente (etiamsi Synodales dictæ Ecclesiæ Eugubinæ, vel aliæ, etiam Apostolicæ, Constitutiones & Ordinationes, ac Juris Canonici dispositiones obstarent) communicari & committi, ac respectivè ab eodem Vicario ibidem liberè & licitè exerceri posse permittimus & indulgemus, ac etiam volumus & mandamus; & quatenus opus sit, Nos ipsi, easdem omnes & singulas facultates & auctoritates eidem Vicario, ut præfertur, deputando, ac pro tempore quandocumque existenti, dictâ auctoritate Apostolicâ, & earumdem tenore præsentium concedimus & impertimur: Non intendimus tamen impedire Episcopum Eugubinum pro tempore, quo minus possit eidem Vicario majores Facultates concedere, ultra prædictas, quatenus ei ita expediens videatur.

Acta juridica coram Vicario gesta,

§. 11. Statuentes etiam, ut omnium Judiciorum tam civilium, quàm criminalium, aliorum-

que

que omnium, quæ coram dicto Vicario agitata, gesta, & juxta præmissas dispositiones nostras resoluta ac decisa fuerint, Acta, Instrumenta, & Documenta quæcumque, apud Notarium Foraneum dictæ Curiæ Episcopalis Eugubinæ, in eadem Terra Pergulæ per Nos, ut præfertur, in Civitatem erectæ, publicum Officium habentem, cum debitis cautelis, etiam perpetuo asservari debeant; ut inde authentica Exempla, seu Transumpta, & Fides, ad omnem petentium instantiam, in casibus alioquin permissis, seu cum requisitis licentiis, aut etiam de mandato Superiorum, ad quos pertinet, & ex officio, legaliter extrahi valeant; & sic asservata & extracta, eandem fidem in judicio, & extra, ubique locorum obtineant, ac si in ipsa Cancellaria Episcopali Eugubina asservata, indeque extracta fuissent.

apud Notarium publicum in ipsa Civitate Pergulæ asservent.

§. 12. Ne autem per hæc aliquod eidem Cancellariæ Episcopali Eugubinæ, ejusque juribus, ipsique Mensæ Episcopali Eugubinæ, quæ exiguis potius est dotata redditibus, inferatur præjudicium, quod sanè, sicut accepimus, ex calculo per decennium efformato, ad summam annuam quadragintaquinque scutorum circiter monetæ Romanæ de Juliis decem pro quolibet scuto hujusmodi ascensurum foret, cum præsertim hujusmodi Vicario, quatenus extero, ut supra, deputando, congruum pro ejus substentatione, ut infra, tribui debeat honorarium; volumus etiam & mandamus, ut ex redditibus Communitatis dictæ Terræ per Nos in Civitatem, ut præfertur, erectæ, illius Magistratus pro tempore existens dicto Venerabili Fratri moderno & pro tempore existenti Eugubino Episcopo annuam summam dictorum quadragintaquinque scutorum dictæ monetæ singulis annis in duabus æqualibus solutionibus in fine semestris, nec non ut ex eisdem Communitatis prædictæ redditibus supra enunciatum quoque honorarium eidem Vicario, ut præfertur, deputando, juxta summam per eundem modernum & pro tempore existentem Episcopum Eugubinum præfigendam, omni mora, dilatione, & contradictione cessantibus, & absque eo quod eædem summæ ex quavis causa, colore, & prætextu retardari, vel imminui, aut impugnari possint, omnino solvere respectivè debeat & teneatur.

De annua præstatione tum Episcopo Eugubino, tum dicto Vicario Pergulæ, si extraneus fuerit, solvenda.

§. 13. Decernentes, easdem præsentes Litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis jus vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ, propter quas præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia quantumvis legitima & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensûs, aliove quolibet, etiam quantumvis magno & substantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse: Sed ipsas præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissimè suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & ejusdem S. R. E. Camerarium, ac alios Cardinales etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, & alios quoscumque, quavis præeminentia & potestate fungentes, & functuros, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulæ & Decreta pro concessionum firmitate.

§. 14. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Corinthien. moderno Ducatus & Provinciæ Urbinatensis Præsidenti, ejusque Successoribus Præsidentibus, vel etiam futuris Nostris & Apostolicæ Sedis in eadem Provincia & Ducatu de Latere Legatis ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus; ac modernis etiam & pro tempore existentibus Archiepiscopo Urbinatensi, & Episcopo Eugubino, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel per alios, seu alium, auctoritate nostra, quoties pro parte interesse habentium requisiti fuerint, aut ita expedire judicaverint, præsentes nostras Litteras, & in eis contenta, solemniter publicantes, prædictis Communitati, Magistratui, & Hominibus, ac etiam Vicario pro tempore, ut præfertur, deputando, & omnibus & singulis, quorum favorem præmissa concernunt, in præmissis etiam omnibus & singulis, efficacis defensionis præsidio assistant, faciantque eos omnibus & singulis præfatis pacificè frui & gaudere; non permittentes eos, & eorum aliquem, per quoscumque desuper quomodolibet indebitè molestari, inquietari, aut impediri; Contradictores quoslibet & rebelles, cujuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, per Censuras Ecclesiasticas, & pecuniarias pœnas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita, compescendo.

Deputatio Judicum Executorum.

§. 15. Non obstantibus contrariis quibuscumque, etiam Apostolicis, seu in Universalibus, Provincialibus, aut Synodalibus, etiam prædictæ Eugubinæ Ecclesiæ Conciliis, editis Constitutionibus, & Ordinationibus, dictæque Ecclesiæ, & Civitatis Eugubinæ, ac ejusdem Terræ in Civitatem, ut præfertur, erectæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus: Privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis, quibusvis Personis & Locis, sub quibuscumque verborum tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, in genere vel in specie, aut aliàs in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, & formâ in illis traditâ observatâ, præsentibus exprimerentur & insererentur, pro plenè & sufficienter expressis & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariis.

§. 16. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, erectionis, institutionis, commissionis, concessionis, imper-

Sanctio.

impertitionis, indultorum, voluntatum, mandatorum, decretorum, ac derogationum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Romæ die 19. Aprilis 1752. anno 12.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo, decimo octavo Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

D. Card. Passionеus.

J. Datarius.

Visa de Curia

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 29. Aprilis ejusdem Anni.

LXVI. Ecclesiastici Ditionis Pontificiæ quid juris habeant interveniendi, & sententiam dicendi in Consiliis super rebus, & negociis eorum interesse tangentibus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Procœmium. QUamvis jamdudum Romani Pontifices Prædecessores Nostri providam statuerint methodum in Ecclesiasticæ Ditionis Communitatibus observandam, ubi de negocio aliquo agendum sit, in quo tam Ecclesiasticorum, quàm Laicorum communis res agatur; nihilominus ad tollendos abusus, quos hac in re alicubi invectos accepimus, & ad removendas querelas, quæ ad Nos assiduè deferuntur, opportunum fore judicavimus, easdem Prædecessorum Nostrorum Leges confirmare & innovare, nonnullis adjectis declarationibus, per quas earum intelligentia magis in aperto constituatur.

De electione Deputatorum Cleri Secularis, & Regularis. §. 1. Primùm itaque, ab Ecclesiasticis uniuscujusque Civitatis, Oppidi, aut Loci, duo Deputati eligendi sunt, alter è Clero Seculari, & alter è Regulari; Quod si Regulares in Loco non adsint, poterit Clerus Secularis non unum solùm, sed etiam duos è proprio corpore Deputatos eligere.

De eorum interpellatione, ejusque effectu. §. 2. Quoties autem negocium aliquod agitari contingat, quod aliquo modo ad Ecclesiasticorum res atque rationes pertineat, aut pertinere possit; toties prædicti Deputati interpellandi sunt, ut illius tractationi intersint. Si verò ipsi interesse neglexerint, quæcumque demum fuerit ipsorum absentiæ causa, non ideo id, quod ipsis absentibus decretum erit, nullitatis vitio infectum censebitur; Sed pro decreti sic conditi validitate, satis erit, quod de facta interpellatione Deputatorum hujusmodi, extrajudicialiter constet.

Eorum liberum suffragium, sed consultivum tantummodo cum fa- §. 3. Quum autem hujusmodi consultationibus Ecclesiasticorum Deputati intervenient, poterunt quidem, ac etiam debebunt, circa ea, quæ a Laicis proponerentur, sententias suas dicere; Verùm hæc consultivi suffragii vim tantummodo habebunt; neque, si forte Laicorum resolutionibus contrariæ fuerint, istarum executionem retardare valebunt; reservata dumtaxat Ecclesiasticis facultate recurrendi deinceps ad Superiora Tribunalia, a quibus postulare poterunt ea præjudicia emendari, quæ ex Laicorum resolutionibus illata sibi esse contenderint.

Qua ratione computorum revisionibus interesse, & super illis sententiam dicere valeant. §. 4. Porrò quum aliquæ sint expensæ, quibus tolerandis, ex Romanorum Pontificum præscripto, Ecclesiastici cum Laicis concurrere debent, cumque æquum non sit, pecuniarum summæ ab Ecclesiasticis persolutæ, in aliam causam a Laicis erogentur, præter eam, quæ in Pontificiis Mandatis expressa est; ideo statuendum est, ut semel saltem in anno rationum redditio fiat, vocatis ad eam Ecclesiasticis Deputatis, quibus exhiberi etiam debebunt Libri, in quibus administrationis computa continentur; Hos tamen Libros Ecclesiastici minimè poterunt domum asportare, sed examinare debebunt in eo Loco, qui a Gubernatore Locali, seu a S. R. E. Cardinali Provinciæ Legato, majori, qua poterit cautela, ad id designatus fuerit, eoque temporis spatio, quod ipsis ad hunc effectum a supradictis præscriptum fuerit; cum facultate recursum habendi ad Superiores, quoties in hujusmodi rationum redditione animadverterint, aut dati & accepti capita non rectè constare, aut collatam pecuniam in alias causas erogatam fuisse, ab illis diversas, quibus ex Pontificis voluntate destinata fuerat.

Præmissorum observantiæ in perpetuum consulitur. §. 5. Hæc omnia aut expressè, aut implicitè continentur in Epistola Encyclica, de mandato Ven. Servi Dei Prædecessoris Nostri Innocentii Papæ XI. die 19. Julii anni 1681. expedita, & in Decretis a Congregatione Ven. Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium super Bono Regimine Communitatum, & Universitatum Status Nostri Ecclesiastici, auctoritate Apostolica, deputatorum aliàs emanatis. Quæ ideo ab omnibus, ad quos spectat, in posterum observari volumus & mandamus; Sicque, & non aliter, in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Provinciarum, Civitatum, & Locorum Status Nostri Ecclesiastici Præsides, Vice-Legatos, Gubernatores, aliosque quoslibet, judicari & definiri debere, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, definiendi, ac interpretandi facultate, & auctoritate; & si secus a quoquam scienter vel ignoranter gestum aut judicatum fuerit, irritum & inane decernimus.

Contrariis derogatur. §. 6. Non obstantibus quibuslibet Apostolicis Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Ecclesiarum, & Ordinum Regularium, Congregationum, & Institutorum, etiam expressa mentione dignorum, ac Civitatum, & Provinciarum, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis Statutis, Usibus, & Consuetudinibus etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, Exemptionibus, Indultis, & Litteris Apostolicis, cuilibet præmissorum quomodolibet in contrarium concessis, ac pluries confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus & singulis, quatenus opus sit, expressè derogamus, aliisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Dat. die 29. Julii 1752. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die XXIX. Julii MDCCLII., Pontificatus Nostri Anno XII.

D. Card. Passionеus.

SUPPLEMENTUM
LITTERARUM APOSTOLICARUM
PRIORIBUS ANNIS EDITARUM,
Quæ in Voluminibus XVI. & XVII. inferendæ erant.

LXVII. Episcopo Warmiensi & Sambiensi conceditur usus Pallii, & jus præferendæ Crucis, more Archiepiscoporum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium. ROmana Ecclesia omnium Ecclesiarum Mater & Magistra, a cœlesti Sponso Pastorum Principe JESU CHRISTO, cujus vices planè immerentes Nos in terris gerimus, supremum auctoritatis dignitatisque principatum supra universum Terrarum Orbem sibi uni attributum, ita cum aliarum Ecclesiarum Pastoribus participavit, ut modo uni, modo alteri, pro meritis, ac locorum, temporum, personarumque conditionibus, & auctoritatis, & dignitatis decora, atque officia, opportunè ad Divini honoris gloriam augendam, populorum necessitatibus providendum, & Catholicæ Fidei Majestatem veritatemque constantissimè in omnium animis confirmandam, distribuerit.

Sacri Pallii delatio, & Crucis elevatio, quid importent. §. 1. Inter tot autem præcipua, quæ Antistitibus interdum conferri solebant, insignia, duo numerantur, & gestandi Pallii, & præferendi Sanctissimæ Crucis Signi honor. Et Pallium quidem, quod ex Lana contextum, Ovis illius, quam Dominus aberrantem quæsivit, inventamque humeris suis substulit, pellem significat, ut Episcopus, qui Christi typum gerit, ipsius munere fungatur, atque etiam ipso habitu illud omnibus ostendat, se boni, ac Magni illius Pastoris imitatorem esse, qui gregis infirmitates ferendas sibi proposuit, nisi exigentibus causarum meritis, juxta priscam consuetudinem, & fortiter postulantibus, non dabatur. Crucis verò præferendæ mos, a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, quibus supremam super omnes Ecclesiasticorum Virorum Ordines Jurisdictionem ac potestatem habentibus Crux præferebatur, primùm ad eorumdem Legatos, deinde ad alios Antistites deductus est, ut considerantes diligenter, quod in Cruce Domini Nostri JESU CHRISTI eos oporteat gloriari, Crucis mortificationem jugiter in suis corporibus debeant pro divini Nominis amore portare.

Episcopi Oratoris instantia. §. 2. Hæc secum recolens Venerabilis Frater Adamus Stanislaus Warmiensis & Sambiensis Episcopus, ac reputans, non leve populis suæ pastorali curæ commissis, qui undique ab hæreticis circumdantur, futurum incitamentum, si ipsum modernum & pro tempore existentem Warmiæ & Sambiæ Episcopum, aut in Solemnitatibus, juxta canonicas præscriptiones cum Pallio celebrantem, aut cum Sanctissimæ Crucis Signo ante eundem delato iter agentem aspicerent, ut & majorem Sacris Mysteriis venerationem deferant, & Episcopali Dignitati majorem exhibeant reverentiam; eapropter Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Conceditur usus Pallii, & jus præferendæ Crucis. §. 3. Nos igitur eumdem Adamum Stanislaum Episcopum specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantùm consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus, aliorumque de hac Apostolica Sede bene mereri pergentium nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, & attentis præmissis, ac præsertim quod Warmiensis, & Sambiensis Episcopus Sacri Romani Imperii Princeps sit, & Warmiensis & Sambiensis Ecclesiæ invicem perpetuo Canonicè unitæ Sedi Apostolicæ prædictæ immediatè subjectæ existant; Ipsi Adamo Stanislao moderno, ac pro tempore existenti Episcopo Warmiensi & Sambiensi usum Pallii in Solemnitatibus per Sacros Canones præscriptis celebrandis, & Crucis ante se præferendæ per Warmiensem & Sambiensem Civitates & Diœceses dumtaxat, & non alibi omnino, sive in alienis Diœcesibus, sive in Regni, & Sacri Romani Imperii præfati Comitiis, sive in quibuscumque aliis locis Episcopo præfato non subjectis, nec etiam de Ordinarii loci licentia; nec etiam in Civitatibus, & Diœcesibus Warmiensi & Sambiensi, præsentibus, vel quolibet Dilecto Filio Nostro Sanctæ R. E. Cardinali, vel quolibet Nostro, & ejusdem Sedis ordinario, vel extraordinario Legato, aut Nuncio; sub gratiæ, & concessionis hujusmodi nullitate, aliisque ad nostrum & Sedis præfatæ arbitrium moderandis, & infligendis pœnis; & dummodo, quoad Pallium tam dictus Adamus Stanislaus Episcopus, quam quoties ipsum, & Episcopum hujusmodi pro tempore existentem, viam universæ carnis ingredi contigerit, ipse Adamus Stanislaus, & toties novus Episcopus illud ab eadem Apostolica Sede, servatis de jure, vel consuetudine servandis, postulaverit, & de Corpore Sancti Petri Apostolorum Principis sumptum a Romano pro tempore existente Pontifice, juxta præscriptas Sanctiones, acceperit, & omnia, quæ cùm Archiepiscopis Pallia traduntur, servari solita sunt, omnino serventur; auctoritate Apostolica, tenore præsentium, concedimus, & indulgemus.

Cum opportunis limitationibus.

Pallium singulis vicibus, de more postulari, & recipi debet.

Clausulæ pro perpetua Indulti firmitate. §. 4. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos,

etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfatæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis præfatæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet qualiter aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogationes.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, nec non Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxàt specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXI. Aprilis MDCCXLII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Dat. die 21. Aprilis 1742.

D. Card. Passionеus.

LXVIII.

Ut Equites Professi Militiæ Hospitalis Sancti Joannis Jerosolymitani ad Episcopatum, aut ad Cardinalitiam dignitatem evecti, Crucem Octogonam ex Tela alba, tamquam habitum suæ Religionis proprium, exterioribus vestibus assutam gestare valeant.

Dilecto Filio Nostro Joachimo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Card. Portocarrero nuncupato.

Che i Cavalieri Professi dell' Ordine di Malta creati Vescovi, o Cardinali, possano portare sopra gli Abiti esteriori, e precisamente sopra la Mozzetta, la Croce Ottogona di tela bianca, come Abito della loro Religione.

LXVIII.

Dilecto Filio Nostro Joachimo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Card. Portocarrero nuncupato.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Noster, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Noster, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Quæstio, & Instantia a R. P. Portocarrero tunc Patriarcha Antiocheno proposita.

BIENNIUM cum dimidio circiter elapsum est, ex quo Nobis exposuisti, te Jerosolymitanæ Militiæ Professum Equitem esse, & Magna ejusdem Ordinis Cruce insignitum, deinde Sacris Ordinibus initiatum; & a fel. rec. Prædecessore Nostro Clemente Papa XII. inter Præsules adscitum, & ad Patriarchatum Ecclesiæ Antiochenæ promotum fuisse: In ea autem opinione te versari, ut Crucem Octogonam ex tela alba, quæ Equitum Jerosolymitanorum propria est, gestare posses, non quidem, uti, consueveras, Mantellettæ assutam, atque ita a superiore Mozzetta contectam, sed ipsi Mozzettæ, sive Exomidi, cujus usum san. mem. Benedictus Papa XIII. Patriarchis etiam in Urbe concessit, hominum aspectui magis expositam deferre. Optare autem, ut hac de re sententiam nostram tibi aperiremus, simulque facultatem ad id exequendum tibi impertiremur; quoniam aliquot jam annis post adeptam Patriarchalem dignitatem, prædictam Crucem Mantellettæ dumtaxat assutam gestaveras. Te autem meminisse arbitramur, Nos ea de re responsum nullum nunc tibi dedisse, sumpto nimirum tempore ad rem priùs accurato studio perpendendam.

SONO in circa due anni e mezzo, che ci rappresentaste, esser voi Cavaliere di Malta Professo, e Grancroce, aver poscia presi gli Ordini Sacri, esser Prelato, e Patriarca Antiocheno, fatto dalla Santa Memoria di Clemente XII. nostro Predecessore, e credere di poter portare la Croce ottogona di tela, propria de' Cavalieri di Malta, non nella Mantelletta, come facevate, che resta coperta dalla Mozzetta, ma nella Mozzetta stessa, che fu ai Patriarchi conceduta dalla Santa Memoria di Benedetto XIII., acciò la Croce fosse visibile a tutti; chiedendoci il nostro sentimento, unitamente colla licenza di farlo, giacchè erano passati alcuni anni dopo il Patriarcato, che avevate portata la Croce ottogona nella Mantelletta: e se ben vi ricorderete, non vi dammo veruna risposta, avendo preso tempo per veder la materia.

Questione, ed istanza proposta da Monsig. Portocarrero allora Patriarca d'Antiochia.

§. 1. Ea verò examinata ac discussa, jam tunc opinionem tuam minime incongruam, aut a vero alienam reputavimus, quum Tu nimirum, utpote Jerosolymitanæ Militiæ Eques expresse Professus, vere Religiosus, & Frater sis; Religiosi verò tum Monachi, tum Mendicantes, quos Fratres appellant, etiam quum ad Episcopatum evecti sunt, Habitum proprii Ordinis deferre palam teneantur; Crux autem octogona ex tela alba, quam tu Mozzettæ visibilem superimponere in animo habebas, verus sit habitus Fratrum Professorum Militiæ Equestris Sancti Joannis.

§. 1. Non ci scordammo di veder la materia, e fin d'allora la vostra petizione ci parve giusta, e doverosa: essendo voi Cavaliere di Malta Professo, e per conseguenza vero Religioso, e Frate; essendo i Monaci, ed i Frati obbligati a portare visibilmente l'Abito della sua Religione, ancor quando sono Vescovi; ed essendo la Croce ottogona visibile di tela bianca, come voi intendevate di portare nella Mozzetta, il vero Abito de' Frati Professi di Malta.

Equites Jerosolymitani veris Regularibus & Fratribus adnumerantur.

§. 2. Et quidem nullo modo dubitandum nobis visum est, quin tibi, tamquam Equiti in Ordine Jerosolymitano expresse Professo, veri Religiosi, & Fratris qualitas conveniret,

§. 2. Che essendo voi Cavaliere di Malta Professo, foste, e siate vero Religioso, e Frate, non ci parve di poterne ragionevolmente dubitare; avendo voi fatti nella Professione i

I Cavalieri di Malta sono veri Religiosi, e Frati.

adeoque conveniat; quum & in Professione tria solemnia, Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ vota emiseris; & hæc sit vera, & communis opinio Auctorum, & Tribunalium, etiam Romanæ Curiæ, ut videre licet apud *Escannum in Propugnaculo Jerosolymitano disquisit. 6. cap. 2.* Nec ullius momenti est, quod asserunt nonnulli, haud posse Religiosum & Fratrem appellari eum, qui ex Instituti sui lege, arma tractare, & bella gerere debeat; Siquidem *S. Thomas 2. 2. quæst. 188. artic. 3.* aperte docet, Religiosæ vitæ statui minime contrarium esse Institutum, quo addicantur homines ad belligerandum pro cultus Divini propugnatione, pro publicæ salutis, & Pauperum, ac oppressorum defensione; cujusmodi est Jerosolymitanæ Militiæ institutum, ut optime nosti, & ut Nos ipsi significavimus *in nostro Opere de Canoniz. Sanctor. lib. 3. cap. 36. num. 16.* cujus Operis mentionem libenter facimus tecum, cui familiarem & gratam illius lectionem esse novimus.

Monachi & Fratres ad Episcoparum evecti Habitum sui Ordinis visibiliter deferre tenentur.

§. 3. Quod autem Monachi, atque ii, qui Fratres appellantur, etiam quum ad Episcopatum evecti sunt, propriæ Religionis habitum palam deferre teneantur, id extra controversiam omnino est, ex quo ita decrevit Concilium Generale Lateranense sub Innocentio III. *Canone 16.* relato *in Cap. Clerici officia, de vita & honest. Clericor.* Quam in rem cum Nos aliàs plura collegimus & adduximus *in citato Opere nostro de Canonizat. Sanctor. lib. 3. cap. 35. num. 11. & seqq.*, tum verò hac occasione alia quædam vidimus, quæ utiliter legi possunt, apud *P. Mabillon. in Præfatione secunda ad sæculum quartum cap. 7.* ubi ostendit hanc disciplinam jam usque a quinto sæculo obtinuisse. Soli autem Clerici Regulares, & Canonici Regulares, ad Episcopatum promoti, Vestes induunt iis omnino similes, quibus utuntur alii Episcopi è Clero sæculari assumpti; & illi quidem, propterea quod eorum Ordinum habitus idem revera est cum habitu Presbyterorum sæcularium; hi autem, quia peculiare Privilegium hac de re habent, a Prædecessore nostro Leone Papa X. sibi concessum, habita ratione Rocchetti, cujus usum habent, quodque indumentum est Clericorum Sæcularium; quemadmodum expressum legitur in dicti Pontificis *Constitut. 34. in Bullario Romano*, quam Collectores tam Bullarii Canonicorum Lateranensium, quàm alterius Canonicorum SS. Salvatoris, referre non omiserunt.

I Monaci e Frati divenuti Vescovi debbono portare visibilmente l'Abito del loro Ordine.

§. 3. Che poi i Monaci, ed i Frati siano obbligati a portare visibilmente l'Abito della sua Religione ancor quando sono Vescovi, è proposizione, che non può controvertersi, venendo stabilita nel Concilio Generale Lateranense sotto Innoc. III. *nel Can. 16.* riferito *nel cap. Clerici officia, de vita & honestate Clericorum.* Sopra questo assunto si può vedere quanto da Noi è stato unito, e portato *nella nostra citata Opera de Canonizatione Sanctorum al lib. 3. cap. 35. num. 11. e seqq.*, potendo anche vedersi ciò, che nella presente occasione è stato veduto da Noi, cioè il Padre Mabillon *nella Prefazione seconda al Secolo quarto cap. 7.*, ove dimostra, che questa disciplina era già introdotta nel Secolo quinto. Ed i soli Chierici Regolari, e Canonici Regolari, sono quelli, che fatti Vescovi, vestono l'Abito de' Vescovi levati dal Clero Secolare: i primi, perchè il loro Abito è lo stesso, che quello de' Preti Secolari, ed i secondi per un particolar privilegio ad essi accordato dal Pontefice Leone X. appoggiato all' uso del Rocchetto, indumento proprio de' Chierici Secolari, e che dai Canonici Regolari si porta, come può vedersi *nella sua Costituzione 34. nel Bollario Romano*, riferita ancora nei due Bollarj de' Canonici Lateranensi, e de' Canonici della Congregazione del Santissimo Salvatore.

Habitus Militiæ Jerosolymitanæ est Crux octogona ex tela alba.

§. 4. Quod denique Crux octogona visibilis ex albo linteo, verus sit Habitus Equitum, & Fratrum Professorum Jerosolymitanæ Militiæ, id satis exploratum est tibi, qui Ordinis tui leges, & instituta plane calles. Verùm ut intelligas, nos quoque hujusmodi materiam diligenter examinasse, noveris Nos etiam illorum opinionem, tamquam longe a vero aberrantem, rejicere, qui putant, parvam ex auro Crucem a pectore pendentem, Habitum esse Fratrum vestri Ordinis Professorum. Sane Raymundus de Podio, qui primus Jerosolymitanæ Militiæ Magister numeratur, voluit ab Equitibus suis nigri coloris vestem seu Pallium gestari, cui alba Crux è tela superiùs assuta esset. Sed quum id Equitibus militaturis parùm aptum re ipsa inventum fuisset, eorum Habitus deinde redactus fuit ad Crucem octogonam, in octo nimirum apices desinentem, facta ipsis libertate de cætero communibus vestibus, decentibus tamen, & a sæculi pompa alienis, utendi. Quoniam vero procedentibus temporibus albæ linteæ Crucis usus ab aliquibus relictus fuerat, ejusque loco aurea Crux candido encausto obducta pectori appensa deferebatur; hujusce Crucis usus a Magno Militiæ Magistro

L'Abito dell' Ordine Gerosolimitano è la Croce ottangola di tela bianca.

§. 4. Che finalmente la Croce ottogona visibile di tela bianca sia il vero Abito de' Cavalieri, e Frati Professi di Malta, non è certamente proposizione ignota a voi, che tanto ben sapete le Costituzioni del vostro Ordine. Ma, acciò conosciate, che ancor Noi abbiamo veduta con diligenza la materia, diremo, esser' un grand' equivoco di quelli, che pensano, esser la Crocetta d'oro, pendente al petto, l'Abito de' Professi di Malta. Raimondo di Podio, che fù il primo Granmaestro di Malta, ordinò, che i suoi Cavalieri fossero tenuti a portar una Veste, o sia Manto, di color nero, colla Croce bianca di tela: e non essendo poi praticabile la Veste nera, dovendo i Cavalieri militare, l'Abito della Religione fù fissato nella Croce bianca ottogona, cioè d'otto punte, colla libertà di andare nel rimanente vestiti, come vestono gli altri, ma senza pompa, e colla dovuta decenza. E perchè da tal' uno erasi lasciata la Croce di tela bianca, e solamente portavasi pendente dal Petto la Croce d'oro smaltata di bianco, il Granmaestro la Sengle proibì l'uso di questa Croce: il che benchè dipoi non fosse posto in pratica, basta però per porre in chiaro, che non è la

Senglæo nuncupato Equitibus vetitus fuit. Quantumvis autem prohibitio hæc usu recepta non fuerit, id tamen satis est ad ostendendum, non auream illam Crucem, sed aliam ex albo linteo confectam, verum esse Habitum Equitum Professorum Jerosolymitanæ Militiæ. Quam in rem non tantùm consulendum nobis esse duximus Compendium Alphabeticum Statutorum vestri Ordinis *in verbo* : *Habitus*; verum etiam ipsum textum Statutorum ibi citatum; ac præterea vestrum Michalef *in suis manuscriptis*, *verbo* : *Crux aurea*, *& verbo* : *Habitus*, nec non auctorem Instructionum de præcipuis Officiis Equitum Jerosolymitarum, quæ ex Gallico idiomate in Italicum conversæ habentur, *Cap. undecimo.*

Croce d'oro, ma la Croce ottogona di tela bianca, l'Abito vero de' Professi di Malta. E sopra questo punto non solamente abbiamo veduto il Compendio Alfabetico degli Statuti della Religione *alla parola* : *Abito*, ma i Testi degli Statuti ivi allegati, ed il vostro Michalef *ne' suoi Manoscritti alla parola* : *Crux aurea*, *ed alla parola* : *Habitus*, e l'Autore delle Istruzioni sopra obblighi più principali de' Cavalieri di Malta, tradotte dall'idioma Francese nell'Italiano, *al cap.* 11.

Non incongruum erit, eam Episcopalibus Vestibus additam conspici.

§. 5. Nihil autem ea nos cogitatio movit, quod in posterum futurum esset, ut complures Episcopi Militarium Ordinum insignia gestare conspicerentur: Etenim, si de Equitibus in Ordine Jerosolymitano Professis loquamur; præterquam quod nec multi sunt, nec multi probabiliter esse possunt, qui ex ejusmodi statu ad Episcopatum assumantur; si etiam plures essent, nil aliud hac in re eveniret, quam id quod sine ulla cujusquam admiratione accidit, quum non unus, sed plures Episcopi Monachorum Cassinensium habitum deferre conspiciuntur, propterea quod in eo Ordine Professi fuerunt; non unus, sed plures Episcopi, Fratrum Minorum, aut Prædicatorum Habitu induti procedunt, quoniam in illis antea Ordinibus Professionem emiserunt.

§. 5. Nè punto, nè poco, ci fece breccia la riflessione, che molti Vescovi in avvenire si sarebbero veduti colle divise degli Ordini Militari. Imperocchè o si parla de' Professi di Malta; ed oltrecchè non sono molti i Vescovi, nè tampoco è verisimile, che possano esser molti, che prima siano stati Professi di Malta; se anche fossero molti, succederebbe quello stesso, che succede, e non fà veruna ammirazione, quando si veggono, non uno, ma più Vescovi coll'Abito de' Monaci Cassinensi, perche han fatta Professione in quell'Ordine, non uno, ma più Vescovi coll'Abito Francescano, e Domenicano, per essere stati Professi negli Ordini predetti.

Non sarà inconveniente, che quella si veda sopra gli Abiti Vescovili.

Idque in exemplum trahi non poterit pro aliis Ordinibus Militaribus.

§. 6. Si verò de aliis aliorum Equestrium Ordinum Professoribus agatur, horum sanè ratio valde discrepat a præsentis quæstionis subjecto. Sacri Canones, qui habitum Regularem ab aliquibus Episcopis deferendum statuunt, de Monachis loquuntur. Hæc disciplina deinde ad Mendicantium Ordinum Fratres extensa fuit; & quamvis inter Fratres Minores nonnemo fuerit, qui eam consultò evertere studuerit, vicit tamen sanior pars Canonicis Statutis adhærens, ut videre est apud *Thomassinum de Beneficiis part. 3. lib. 2. cap.* 50. *num. 6.*; quum nempe nimis evidens visum fuerit, nullo intercedente discrimine, quod pertinet ad Vota substantialia, inter Monachorum & Fratrum Professionem, eamdem Canonis Legem ad omnes Professos, sive Monachos, sive Fratres, æquè pertinere. His positis, conferantur jam Equites in Ordine Jerosolymitano Professi cum aliorum Equestrium Ordinum Professoribus; ac videatur, utrùm illorum magis quam istorum Professio, quod pertinet ad Vota substantialia, ad Monachorum & Fratrum Professionem accedat. Illi quidem, ut supra dictum est, veri nominis Religiosi stricto jure habentur; aliorum autem Equestrium Ordinum Professores aliquibus Religiosi vocantur, ab aliis nequaquam; quique etiam illos Religiosos appellant, non stricto jure loqui se profitentur. Solemne Castitatis Votum, quod Jerosolymitani emittunt, plenum est & absolutum; adeo ut, quemadmodum per alias Professiones, quæ a Monachis & Fratribus fiunt, dissolvitur Matrimonium ratum & non consummatum, irritatur verò illud, quod quis post Professionem contrahere præsumat; eodem planè jure censeatur Professio Ordinis Jerosolymitani. At non idem obtinet, ubi agitur de Professionibus in aliis Ordinibus Militaribus emissis; ubi nempe Votum Castitatis non absolutum est, sed ad Castitatem Conjugalem ut plurimum, aut ad prohibitionem alterarum nuptiarum redigitur; uti appositè ratiocinando observant Mendus *de Ordinibus Militaribus disquisit. 5. quæst. 3. n. 17.* Pontius *de Matrim. lib. 9. cap. 7.* il Cardinal di Lauria

§. 6. O si tratta poi degli altri Professi negli altri Ordini Militari; e parlando di questi, non è certamente il caso paragonabile col nostro. Parlano i Canoni de' Monaci, e gli astringono a portar l'Abito Regolare, benche Vescovi. Questa disciplina si è poi estesa dai Monaci ai Frati; e benche fra i Francescani vi fosse, chi si era presa la briga di volerla guastare, prevalse però il partito più sano, favorevole all'offervanza de' Canoni, come può vedersi nel *Tomassino de Beneficiis par. 3. lib. 2. cap.* 50. *num. 6.*, essendo troppo viva la ragione, che, essendo uguale quanto ai Voti sostanziali la Professione de' secondi a quella de' primi, doveva in tutti i Professi, , o siano Monaci, o siano Frati, aver luogo la stessa Canonica disposizione. Ciò premesso, si faccia un poco il paragone frà i Professi di Malta, ed i Professi degli altri Ordini Militari, e si vegga, se, rispetto ai Voti sostanziali, più si accosta la Professione di Malta, di quella degli altri Ordini Militari, alla Professione de' Monaci, e de' Frati. I Professi di Malta sono in tutto rigore veri Religiosi, come di sopra si è detto: I Professi degli altri Ordini Militari da alcuni si dicono Religiosi, da altri nò: E chi li chiama Religiosi, non intende di parlare rigorosamente. Il Voto solenne di Castità, che si fa dai Professi di Malta, è Voto compito, ed assoluto; in tal maniera che, siccome per le altre Professioni, che si fanno dai Monaci, e Frati, si scioglie il Matrimonio rato e non consumato, ed il Matrimonio è nullo, se si fà dopo la Professione, lo stesso per appunto si ammette nella Professione di Malta: il che poi non si ammette nelle Professioni, che si fanno negli altri Ordini Militari, nelle quali Professioni il Voto di Castità non è assoluto, ma ristretto per lo più o alla sola Castità conjugale, o al non passare alle seconde nozze: come molto bene vanno discorrendo il Mendo *de Ordinibus Militaribus disquisit. 5. quæst. 3. num. 17.* il Pontio *de Matrim. lib. 9. cap. 7.* il Cardinal di

Nè l'esempio potrà valere per gli altri Ordini Militari.

Matrim. lib. 9. cap. 7. Cardinalis de Laurea *tom. 3. in 4. lib. Sentent. disput. 16. art. 13. num. 292. & seqq.* Clericatus *de Sacram. Matrim. decis. 13. numer. 17.* Hinc porrò est, quod datâ Jerosolymitanis Equitibus Professis facultate, quæ nunc ipsis tribuitur; non inde quis rectè colligeret, pari ratione agendum esse cum aliorum Equestrium Ordinum Professoribus; & sicuti nunc illis permittitur, ut ad Episcopatum promoti Crucem octogonam ex alba tela conspicuam deferant, ita deinceps aliis aliarum Militiarum Equitibus Professis permitti debere, ut proprias eorum Ordinum Cruces, seu Insignia, visibiliter gestare valeant. Hoc verò illud esset, quod absurdi speciem, illorum sententia, præseferret.

Cur dilatum primò responsum nunc denique reddatur.

§. 7. Nunc autem a Nobis exquirere videris, cur, postquam quæstionis a te propositæ rationes omnes satis expendimus, non statim responsum nostrum tibi reddiderimus, adjecta facultate gestandi linteam Crucem octogonam, assutam Mozzettæ, qua tunc, uti Patriarcha, utebaris. Nos autem ingenuè fatebimur, ideo tunc temporis rem distulisse, quia in animo habentes Te inter hujus S. R. E. Cardinales in proximâ Promotione cooptare, nihil necesse reputavimus eam tibi facultatem impertiri, qua nonnisi paucis mensibus usurus fuisses. Si autem ulteriùs requiras, cur, elapso jam biennio, ex quo in Cardinalium Collegium adscitus es, usque adhuc mentem nostram tibi non aperuerimus super eo, an liceat, nec ne, Crucem octogonam albi coloris Cardinalitiæ Mozzettæ superimponere, quoniam una est hujusmodi indumenti ratio, sive a Patriarchis, sive a Cardinalibus deferatur, Nos etiam exsequendo respondebimus, silentii nostri culpam adscribendam esse modestiæ tuæ; qui, licet toto hoc tempore frequentes ad Nos aditus habueris, de hac re nunquam Nos appellasti, dum Nobis interea multis arduisque negociis occupatam oppressamque mentem gerentibus, vetus instantia tua memoriâ exciderat. Neque verò hanc iterum per Nos ad examen revocari, ac definiri forsan contigisset, nisi duæ res interveniissent, quas Tibi jam exponemus.

I. Episcopus Melitensis candidam Crucem Episcopalibus Vestibus exteriùs assutam, etiam Romæ defert.

§. 8. Harum prima est, quod præteritis mensibus Venerabilis Frater Episcopus Melitensis Romam advenit, qui pluries ad audientiam nostram se contulit, albam octogonam Crucem, non quidem Mozzettæ, quemadmodum Melitæ ab ipso factitari novimus, (nec enim Episcopis, præterquam Patriarchis, licitum est in Urbe Mozzettam induere), sed Mantellettæ patenter assutam deferens. Episcopus autem Melitensis, ut nosti, Religiosus Professus est Militiæ Jerosolymitanæ; cumque ab ordine & statu Fratris Cappellani, ut vocant, ad Melitensem Episcopatum assumitur, gradum & qualitatem Procerum Magnæ Crucis in Religione obtinet. Neque verò hic, de quo agimus, primus est Melitensium Episcoporum, qui Romam advenerit, quique ea ratione, eoque habitu se conspiciendum præbuerit. Alios Nos ipsi, dum in minoribus versabamur, in Urbe vidimus, octogonam Crucem deferentes, non secus ac præsens Episcopus defert. Et quidem memoria retinemus, a bo. mem. Præsule Gambarucio Pontificiarum Cœremoniarum Præfecto tunc existente, in controversiam revocatum fuisse, an Episcopo Melitæ, qui tunc Romam advenerat, permittenda esset hujusmodi Crucis delatio; quam quidem illi competere putabat in Insula Melitæ, sed non item in Urbe: Sed quum eidem expositum fuisset, primò, ita semper anteactis temporibus fieri consuevisse, deinde Melitenses Episcopos omnes, Ordinis Jerosolymitani Professos esse, ideoque propriæ Religionis Habitum per eosdem, licet Episcopos,

Lauria *tom. 3. in 4. lib. Senten. disput. 16. art. 13. num. 292., e seqq.* il Clericato *de Sacramento Matrimonii decis. 13. numer. 17.* Quali cose danno a divedere, che dandosi ai Professi di Malta quello, che ora se gli dà, da ciò ragionevolmente non si può inferire, che lo stesso ancora debba farsi rispetto ai Professi degli altri Ordini Militari; e che ora ammettendosi, che dai Professi di Malta fatti Vescovi si porti visibilmente la Croce di tela colle otto punte, debba poscia ancora ammettersi ne' Professi degl'altri Ordini Militari, fatti Vescovi, il portare visibilmente la Croce, o sia l'Insegna del loro Ordine; il che poi si dice, che porterebbe disordine.

Motivi di differire la risposta; e di dà la presentemente.

§. 7. Ora ci sembra chiedersi da voi a Noi, quale fosse la cagione, per cui dopo aver noi veduta la materia, che ci avevate proposta, non dessimo la risposta, unitamente colla nostra licenza di poter portarsi da Voi la Croce ottogona di tela nella Mozzetta, che portavate come Patriarca: e Noi candidamente vi diremo, non aver ciò fatto allora, perchè avevamo in testa di crearvi Cardinale nella nostra prima Promozione, che era imminente, nè ci pareva ben fatto il darvi una licenza, che sapevamo non dover durare, che pochi mesi. E se mai vi veniisse in capo di domandare, perchè, essendo già passati due anni da che siete Cardinale, non vi abbiamo insino ad ora notificata la nostra mente sopra la Croce bianca ottogona, da portarsi, o non portarsi sopra la Mozzetta Cardinalizia, correndo la stessa ragione frà la Mozzetta di Patriarca, e la Mozzetta di Cardinale; soggiugneremo, doversi incolpare la vostra modestia, che non ostanti le frequenti udienze, che vi abbiamo dato, non ci avete mai riparlato di quest'affare; che poi anche ci era uscito di mente, avendola pur troppo aggravata, ed oppressa da molti, e spinosi negozj: Nè forse mai più sarebbe da Noi stato riesaminato, & risoluto, se non fossero accadute due circostanze, che or ora vi esporremo.

I. Il Vescovo di Malta porta la Croce dell'Ordine sopra gli Abiti Vescovili, anche in Roma.

§. 8. La prima è stata l'esser venuto in Roma ne' mesi passati Monsignor Vescovo di Malta, che è comparso alla nostra udienza più volte colla Croce visibile ottogona nella Mantelletta, e non già nella Mozzetta, come sappiamo, che la porta in Malta, non essendo permesso ai Vescovi, eccettuati i Patriarchi, il portare in Roma la Mozzetta. Il Vescovo di Malta, come ben sapete, è Religioso professo, e quando dallo stato, & grado di Frate Cappellano è assunto al Vescovado, ottiene nella Religione la qualificazione di Grancroce. Non è il presente Vescovo di Malta il primo, che sia venuto in Roma, & che sia comparso nell'accennata divisa. Ne abbiamo, quando eravamo *in minoribus*, veduti altri in Roma colla Croce ottogona, che portavano, come ora porta il presente Vescovo di Malta. Ci ricordiamo, che dalla buona memoria di Monsignor Gambarucci primo Maestro Pontificio delle Cerimonie fù eccitata una difficoltà, se poteva permettersi al Vescovo di Malta, che allora era venuto a Roma, il portare visibilmente la detta Croce; avendo esso creduto, che il portarla gli convenisse in Malta, ma non in Roma: E ci ricordiamo altresì, che essendosi ad esso rappresentato, primo, che così si era sempre pratticato per lo passato, secondo, che essendo ogni Vescovo di Malta Professo, doveva, anche essendo Vescovo, portar l'Abito della sua Religione, terzo, che la Croce ottogona era l'Abito de' Professi della Religione di Malta; esso ritirossi dall'opposizione, e lasciò l'

pos, deferri oportere, denique Habitum Fratrum Professorum S. Joannis, ipsam esse albam octogonam Crucem; meminimus eum ab objecto destitisse, remque integram in suo statu reliquisse; liberam scilicet Melitensi Episcopo facultatem sinendo, ut Jerosolymitani Ordinis Crucem Romæ conspicuam gestaret.

Rubrica *Cæremonialis Episcoporum* ad terminos inveteratæ consuetudinis reducitur.

§. 9. Quamvis autem in Cæremoniali Episcoporum *lib. 1. cap. 1.* habeatur, quod Presbyteri S. Spiritus, ac Militiarum S. Joannis, S. Jacobi, aliarumque, ad Episcopatum promoti, *sui Ordinis insignia in vestibus non deferunt, sed ejusdem Ordinis Crucem ad collum intus pendentem;* magis tamen valere debere censuit antiquam præcedentem consuetudinem, quæ Melitensibus Episcopis favebat, quæque etiam post Cæremonialis editionem continuata fuerat. Accedit etiam, quod relata Cæremonialis Lex ei forsan opinioni innixa fuit, quæ apud complures obtinebat, videlicet auream Crucem encausto obductam a collo pendentem, Professorum Equitum S. Joannis Habitum esse; quod tamen a vero alienum est; quum sola octogona Crux ex alba tela, sicut ante diximus, Religiosum Habitum prædictorum Equitum revera constituat.

Si modera una Rubrica del *Cerimoniale de' Vescovi.*

§. 9. Ancorchè nel Cerimoniale de' Vescovi *al lib. 1. cap. 1.* dicasi, che i Preti di S. Spirito, e delle Milizie di S. Giovanni, S. Giacomo, ed altre, fatti Vescovi, *sui Ordinis insignia in vestibus non deferunt, sed ejusdem Ordinis Crucem ad collum intùs pendentem*: Avendo esso considerato, che doveva prevalere l'antica precedente consuetudine favorevole ai Vescovi di Malta, e continuata ancora dopo l'edizione del Cerimoniale: al che forse poteva ancora aggiungersi, esserfi appoggiato lo stabilito nel Cerimoniale all'opinione, che fra molti correva, che la Croce di smalto pendente dal collo, fosse l'Abito de' Professi di Malta: il che non sussiste; essendo la Croce ottogona di tela bianca, come già di sopra si è detto, l'Abito solo, e proprio de' detti Professi.

Episcopus Meliten. Crucem ideo vestibus assuit, quia Ordinis Jerosolym. Professus est.

§. 10. Itaque Melitensis Episcopus Crucem octogonam Mozzettæ adsutam Melitæ gerit, ubi Mozzettæ delatio ipsi competit: In Urbe verò, ubi Mozzettæ usum non habet, Talarem Vestem, & Mantelletam eadem Cruce distinctas visibiliter defert. Neque verò id agit, tamquam Episcopus Melitensis; alioquin Crucem deponere deberet, quoties ipsum ad aliam Ecclesiam transferri contingeret; eodem planè modo, quo Archiepiscopus ad Episcopalem Ecclesiam translatus, Pallium, quo antea tamquam Archiepiscopus utebatur, dimittere debet, juxta legem Textus *in Cap. ad supplicationem, de renunciat.* Porro Episcopus quondam Melitensis, Molina nuncupatus, anno 1681. ad Leridensem Ecclesiam translatus fuit, ut habetur *in Tom. 2. Siciliæ sacræ, Panormi impressæ anno 1733. pag. 920.*, eumque constat in Episcopatu Leridensi octogonam Crucem semper gestasse; ideoque dici nequit Episcopum Melitensem ab ipso Melitensi Episcopatu id habere, ut Crucem octogonam deferat. Eam igitur idcirco defert, quia Ordinis Jerosolymitani Professus est; cumque talis etiam perseveret, quantumvis a Melitensi Episcopatu ad aliam Ecclesiam transferatur, hinc est, quod Crucem in alterius etiam Ecclesiæ regimine defert. Ejusmodi verò Crucem Melitæ quidem supra Mozzettam, Romæ autem supra Mantellettam patenter deferens, Canonicam legem adimplet, qua, licet Episcopus, jubetur Habitum Professorum Religiosi Instituti sui visibiliter gestare. Tu itaque, Dilecte Fili noster, quum ejusdem Ordinis Eques Professus existas, Habitum Professorum proprium, licet inter Cardinales S. R. E. cooptatus, deferre debes, octogonam scilicet Crucem supra Mozzettam, cujus usu & in Urbe & extra illam potiris; nec enim dignitas Cardinalatus ab hac obligatione te eximit; quemadmodum nec alios Cardinales ex Ordinibus Monasticis aut Mendicantibus assumptos a delatione habitus eorum Ordinis non absolvit; quod aliàs a Nobis ostensum est *in citato Opere de Canoniz. dicto lib. 3. cap. 35. num. 11.*

Il Vescovo di Malta desume dalla sua Professione il jus di portar la Croce sopra gli Abiti Vescovili.

§. 10. Porta dunque il Vescovo di Malta la Croce ottogona visibile nella Mozzetta in Malta, ove ha l'uso della Mozzetta. Porta lo stesso Vescovo in Roma la Croce ottogona visibile, non già nella Mozzetta, non avendone l'uso in Roma, ma nella Veste, e nella Mantelletta. Non porta il Vescovo questa Croce come Vescovo di Malta, perche se la portasse come tale, la dovrebbe lasciare, quando è trasferito ad un'altra Chiesa: in quella guisa appunto, che l'Arcivescovo, che come tale porta il Pallio, lo dimette, quando è trasferito ad una Chiesa Vescovile, come viene stabilito *nel Cap. ad supplicationem, de renunciatione.* Passò Monsignor Molina dal Vescovado di Malta a quello di Lerida *l'anno 1681.*, come si vede *nel Tom. 2. della Sicilia Sacra* della Stampa di Palermo del 1733. *alla pag. 920.*, e sapendosi di certo, che nel Vescovado di Lerida sempre portò la Croce ottogona, da ciò chiaramente si deduce, che la Croce ottogona non si porta dal Vescovo di Malta, come Vescovo di Malta. Porta il Vescovo di Malta la Croce come Professo dell'Ordine di Malta; e restando Professo ancorchè dal Vescovado di Malta passi ad un altro Vescovado, da ciò deriva, che anche nell'altro Vescovado porta la Croce. Porta il Vescovo di Malta in Malta la Croce ottogona nella Mozzetta, ed in Roma la porta visibile nella Mantelletta, ed in questo modo adempie l'obbligo, che gli corre, di portare benchè Vescovo l'Abito de' Professi della sua Religione. Voi siete ugualmente Professo di Malta, e voi benchè Cardinale siete obligato a portar l'Abito de' Professi, e per conseguenza la Croce ottogona nella Mozzetta, ed in Roma la porta visibile nella Mantelletta, ed in questo modo adempie l'obbligo, che gli corre, di portare benchè Vescovo l'Abito de' Professi della sua Religione. Voi siete ugualmente Professo di Malta, e voi benchè Cardinale siete obligato a portar l'Abito de' Professi, e per conseguenza la Croce ottogona nella Mozzetta, che potete portare in Roma, e fuori di Roma; non esentandovi la dignità di Cardinale dal portarla: portandosi dai Cardinali Monaci, e Frati, colla dignità di Cardinale, l'Abito del loro Istituto, conforme anche da Noi fu dimostrato *nel luogo sopraccitato nella nostra Opera de Canonizatione al lib. 3. cap. 35. num. 11.*

Monasticorum & Mendicantium Ordinum habitus proprio colore distinguitur.

§. 11. Si quis autem aliquid objiciendum censeret, ex eo desumptum, quod Cardinales in Ordinibus Monasticis aut Mendicantibus olim Professi Vestibus utuntur illius coloris, cujus est habitus proprii cujusque Ordinis; quod contra fit a te, qui purpureis vestibus perinde uteris, ac alii è Clero Sæculari Cardinales;

L'Abito degli Ordini Monastici e Mendicanti si distingue anche nel colore.

§. 11. E quando mai da taluno si dicesse, che dai Cardinali Monaci, e Frati si porta l'Abito del colore dell'Abito del loro Istituto, il che non si fà da Voi, che vestite di rosso, come vestono i Cardinali del Clero Secolare, non mancherebbe una soda risposta: e sarebbe, che l'Abito de' Monaci, e Frati è

solida quidem responsio in promptu esset: certa nimirum lege præscriptum esse, ut habitus Monachorum & Fratrum ex eo panno fiat, ejusque coloris sit, qui ab omnibus conspicitur. At verò Professorum Ordinis Jerosolymitani habitus in octogona Cruce unicè consistit; sublata nimirum veteri obligatione deferendi Togam nigri coloris, eâque receptâ lege, ut unusquisque Professus pro statu sui conditione indutus incedat, modò Crucem octogonam, ad quam Professorum habitus redactus est, continenter gerat.

determinato e stabilito in quella saja, in quel colore, che da ognuno si vede; ma l'Abito de' Professi di Malta unicamente consiste nella Croce ottogona, essendo già stato levato l'antico obbligo di portare la Toga nera, come di sopra si è detto, ed essendosi già fissato, che ogni Professo vesta come porta il suo stato, purchè sempre porti la Croce ottogona, alla quale è ridotto l'Abito proprio de' Professi di Malta.

II. Preces Religionis nomine Pontifici oblatæ.

§. 12. Atque hæc de prima circumstantia Nos impellente dicta sint. Altera est, quod ultima vice, qua Dilectus Filius Jerosolymitanæ Militiæ vestræ Orator ad audientiam nostram accessit, ejusdem Militiæ universæ nomine, demissas Nobis de hoc ipso obtulit preces; ac præter ea, quæ verbo exposuit, supplicem quoque Libellum scripto exaratum in eamdem sententiam Nobis reliquit.

§. 12. Dopo avervi esposta la prima circostanza, faremo passaggio alla seconda; ed è, che nell'ultima udienza data da Noi all'Ambasciadore della vostra Religione Gerosolimitana, da esso in nome della medesima ci fu fatta premurosa istanza per questo stesso negozio non meno in voce, che in carta, avendocene lasciato un Memoriale.

II. Istanza fatta in nome della Religione.

Pontificis studium erga Ordinem Jerosolym. & exempla, quæ petitioni annuendum suadent.

§. 13. Et Nos quidem, ut Tibi optimè perspectum est, benevolentiâ ac studio erga inclytum Ordinem vestrum, nemini Prædecessorum nostrorum concedimus; ac Jerosolymitanam Militiam tamquam validissimum Christianæ Reipublicæ propugnaculum, atque firmissimum tutissimumque communis salutis præsidium meritò reputamus. Sed sepositò parumper benevolentiæ nostræ affectu, id Nobis examinandum suscepimus, an ad intrinsecas rationes superiùs explicatas, extrinsecæ præterea adjungi possent, cujusmodi ab exemplis & factis desumi consueverunt.

§. 13. Come bene siete informato, Noi non cediamo a veruno de' nostri Predecessori nell'affetto verso la vostra inclita Religione; valutandola come un' antemurale fortissimo della Cristianità, ed un fermissimo, e sicurissimo propugnacolo della Cristiana Republica. Ma, posto per un poco da parte l'affetto, ci applicammo a vedere, se alle ragioni intrinseche, già di sopra dedotte, vi fosse campo di aggiungere l'estrinseche, che si sogliono desumere dai fatti, e dagli esempj.

Affetto del Papa verso di essa, ed esempj, che persuadono ad accordare quanto si chiede.

Card. *de Aubusson* M. Militiæ Magister Crucem vestibus Cardinalitiis superimpositam detulit.

§. 14. Petrus de Aubusson Jerosolymitanæ Militiæ Magnus Magister *anno* 1484. a Prædecessore nostro Innocentio Papa VIII. inter S. R. E. Cardinales cooptatus, supremum Ordinis Magisterium unà cum Cardinalatu retinuit, nec unquam Romam accessit, ad Rhodum Insulam a Turcarum insidiis & impetu defendendam semper intentus. Hic anno 1503. è vita migravit, ejusque laudabilia gesta legi possunt, tum apud Episcopum de Attichi, in ejus opere inscripto: *Flores Historiæ Cardinalium tom. 2. pag. 416. num. 38.*, tum apud Ciacconium *tom. 3. pag. 134. & seqq.* Porrò hic Crucem octogonam in Mozzetta gestavit, ut ex sequentibus patebit.

§. 14. Nell' *anno* 1484. Pietro de Aubusson Granmaestro di Rodi fu fatto Cardinale dal nostro Predecessore Innocenzo VIII., ritenne col Cardinalato il Granmagistero, nè mai venne a Roma, essendo stato sempre intento a guardare l'Isola di Rodi dai Turchi. Morì nel 1503., e le di lui glorioſe gesta si possono leggere nel Vescovo d'Attichy nella sua Opera intitolata = *Flores Historiæ Cardinalium, al tom. 2. pag. 416. num. 38.*, e nel Ciacconio *al tom. 3. pag. 134., e seqq.*; Ed il Cardinale de Aubusson portò la Croce ottogona nella Mozzetta, come or'ora accenneremo.

Il Card. *d'Aubusson* Gran Maestro portò la Croce sopra gli Abiti Cardinalizj.

Idem factitatum fuit a M. Mag. de *Verdala* S. R. E. Cardinale.

§. 15. Romæ mortuus est Levesquius de la Cassiere ejusdem Ordinis Magnus Magister; cumque Summus Pontifex Gregorius XIII. tres ad hujusmodi Magisterium nominasset, ex his Hugo Verdala in demortui locum subrogatus est. Hic deinde ab alio Prædecessore nostro Sixto Papa V. anno 1587. Romam evocatus, ibidem ad Cardinalatum evectus, aliquo tempore elapso, Melitam reversus est, Magni Magistri munus cum Cardinalatus dignitate simul retinens, & anno 1595. è vita decessit. Ephemerides, seu Diaria Pauli Alaleonii Pontificii Cæremoniarum Magistri, *tom. 1. par. 2. pag.* 502. ritum exhibent, quo Birretum Cardinalitium eidem Verdalæ, aliisque simul cum ipso promotis, a Pontifice traditum fuit; ubi ad rem nostram infrascripta verba leguntur: *Magnus Magister venit ad Consistorium, ad accipiendum Birretum rubrum cum veste nigra indutus, quam vocant* la veste de Ponta, *quem habitum portant præcipuè quando se communicant, & cum Bireto Presbyterali nigro, & corona; & habito Bireto rubro, in Cameris Cardinalis de Montalto, relicta dicta veste, induit se more Cardinalium, portans Crucem albam magnam, juxta Ordinem suæ Religionis, supra Mozettam ante pectus tantùm.* Id autem aliquibus admirationi fuisse oportet; cumque a Cardinalibus contenderetur, nullius Ordinis insignia supra Purpuram eorum

§. 15. Morì in Roma Levesque de la Cassiere Gran Maestro di Malta; ed avendo il Pontefice Gregorio XIII. nominati tre al Magistero, fra quali Ugone Verdala, esso fù il Granmaestro. Fu di poi chiamato a Roma da Sisto V. *nel* 1587., che in Roma lo fece Cardinale, ove pure si trattenne qualche tempo; dopo il quale ritornò a Malta, avendo ritenuto col Cardinalato il Granmagistero, e morì *l'anno* 1595. Nei Diarj di Paolo Alaleone Maestro Pontificio delle Cerimonie *al tom. 1. par. 2. pag.* 382., si descrive la funzione della Berretta Cardinalizia data dal Papa ad esso, ed agli altri suoi Compagni nella Promozione, ed al proposito nostro così *nel luogo citato* si legge: *Magnus Magister venit ad Consistorium ad accipiendum Birretum rubrum, cum veste nigra indutus, quam vocant* la veste de Ponta, *quem habitum portant præcipuè quando se communicant, & cum Bireto Presbyterali nigro, & corona; & habito Bireto rubro, in Cameris Cardinalis de Montalto, relicta dicta veste, induit se more Cardinalium, portans Crucem albam magnam, juxta Ordinem suæ Religionis, suprà Mozettam ante pectus tantùm.* E d'uopo, che ciò recasse qualche maraviglia, ed avendo i Cardinali preteso, che non si potesse portare alcun'altra insegna di Religione sopra la Porpora Cardinalizia, e che però esso dovesse levar la Croce, postosi il punto in controversia, ed avendo

Lo stesso pratticò il Gr. M. *Verdala* fatto Cardinale.

Collegii propriam gestari posse, adeoque prædictam Crucem a Verdala dimittendam esse; re in deliberationem & controversiam adducta, Jacobus Bosius tunc Jerosolymitani Ordinis negociis gerendis Romæ præpositus, veterem tabulam circumferendo, in qua picta erat imago supradicti Cardinalis de Aubusson, alba Cruce supra purpuream Mozzettam impressa, effecit, ut Cardinalium Collegium acquiesceret; & Cardinalis Verdala Crucem octogonam in Mozzetta semper retinuit. Rem totam, ut a Nobis exposita est, latius recenset Eques a Puteo in sua Historia Ordinis Jerosolymitani, *par.* 1. *lib.* 6. *pag.* 301. Idemque ex his, quæ mox subjiciemus, plenius etiam comprobatur.

Giacomo Bosio, Agente in quel tempo della Religione di Malta in Roma, portato in giro un'antico Ritratto del Cardinale de Aubusson colla Croce bianca su la Mozzetta rossa, restò appagato il Sacro Collegio; ed il Cardinal Verdala proseguì a portare la Croce ottogona sopra la sua Mozzetta. Il fatto è pienamente riferito nella Storia di Malta del Commendator del Pozzo *par.* 1. *lib.* 6. *pag.* 301., e resta altresì pienamente comprovato da quanto siegue.

Numisma Cardinalis de Verdala Crucem exhibet in pectore patentem.

§. 16. Magno huic Magistro Verdalæ multi adversarii, atque obtrectatores fuerunt; quorum fortasse accusationibus Pontifex permotus, opportunum judicavit, explorandæ veritatis gratia, eumdem Romam accersere. Ut autem deinceps victoriam de malevolis a se reportatam significaret, acutum illi & lepidum dictum in familiari sermone solemne erat, quo cum Fedinando Ozes Magistro Rationali de criminibus sibi impictis agens, usus fuisse narratur; se nimirum multis coloribus ab Adversariis Romæ depictum, verumtamen purpureum Melitam rediisse. Insuper Numisma sibi cudi jussit, quod describit Ciacconius in ejus vita *Tom.* 4. *pag.* 185. in cujus antica parte ipsius imago erat, adjecto nomine: Frater Hugo de Loubenx Verdala Cardinalis, in aversa verò Neptunus exhibebatur currui insidens cum hac Epigraphe: Collectasque fugat nubes, Solemque reducit; quæ omnia ad superatos ab eo inimicorum conatus referuntur. Hoc Numisma, de quo Ciacconius agit, in manibus habuimus, & diligenter inspeximus; & quidem in postica parte, præter Neptunum Currui insidentem, Solem præterea vidimus, nubes ac procellas dissipantem: in anteriore autem, post verba a Ciacconio relata, sequentes siglas deprehendimus: M. M. Princ. Mel. et G.; videlicet *Magnus Magister Princeps Melitæ & Gaudi.* Quod autem ad rem nostram præcipue pertinet, ejusdem Verdalæ imaginem observavimus, Cardinalitio habitu, & Magna Cruce octogona supra Mozzettam pectori insculptâ; quod nec ipse fieri mandasset, nec toleratum fuisset, nisi eidem confirmatum fuisset jus ejusmodi Crucis supra Mozzettam deferendæ.

Medaglia del Cardinale di Verdala con la Croce visibile.

§. 16. Ebbe il Granmaestro Verdala molti Emoli, per le rappresentanze forse de' quali fù dal Papa creduto bene farlo venire a Roma, per accertare la verità. Aveva esso un detto assai arguto, allusivo alla vittoria ottenuta contro i Malevoli, e discorrendo con D. Ferrando Ozes Maestro razionale de' mali uffizj fatti contra di lui in Roma, diceva, che i suoi nemici l'avevano dipinto a Roma di molti colori, ma, che era ritornato a Malta rosso. Fece in oltre incidere una Medaglia descritta dal Ciacconio nella di lui vita *al tom.* 4. *pag.* 185., nel dritto della quale dice, che vi era il di lui ritratto col di lui nome Frater Hugo de Loubenx Verdala Cardinalis, e nel rovescio un Nettuno assiso nel Carro col seguente motto, Collectasque fugat nubes, solemque reducit. Cose tutte allusive alla vittoria ottenuta nelle sue persecuzioni. Noi abbiamo avuta nelle mani, e veduta la Medaglia, di cui parla il Ciacconio; e quanto al rovescio, vi abbiamo veduto il Nettuno assiso nel Carro, ma coll'aggiunta di un Sole, che dissipa le nubi, e le procelle; ed in ordine all'altra parte della Medaglia, dopo le parole riferite dal Ciacconio, vi abbiamo lette queste altre, M. M. Princ. Mel. et G.; cioè Granmaestro di Malta, e del Gozo; e quello, che più importa al caso nostro, vi abbiamo veduto scolpito il di lui ritratto coll' Abito Cardinalizio, e la Grancroce ottogona nel Petto su la Mozzetta: il che certamente non si sarebbe fatto fare da lui, nè si sarebbe lasciato correre, se non fosse stato assicurato il punto di portare la Croce ottogona sopra la Mozzetta.

Prædicti Magni Magistri Crucem ideo gestarunt, quia Equites Professi erant.

§. 17. Duobus hisce exemplis magnopere permoti sumus, ut tibi etiam, Dilecte Fili noster, licitum judicaremus in Mozzetta Crucem gestare, quemadmodum antiquiores duo Equites Professi ejusdem Jerosolymitanæ Militiæ gestarunt. Neque enim putamus, in casu, de quo agitur, discrimen ullum inter te, & illos rationabiliter constitui posse, eò quod tu quidem Eques Professus Magnæ Crucis, illi autem Equites Professi, & Magni ipsius Militiæ Magistri essent. Etenim octogona Crux peculiare non est Magni Magisterii insigne; sed, ut jam pluriès dictum fuit, habitus est proprium Equitum Professorum. Quod intelligi facile poterit ab his etiam, qui Constitutiones vestras ignorant, si observent, præfatum Alaleonium, dum habitum describit, quo indutus erat Magnus Magister Verdala post acceptum Biretum Cardinalitium, Magnam Crucem designare, non tamquam supremi ipsius Magisterii propriam, sed *juxta Ordinem suæ Religionis;* Sacrum verò Cardinalium Collegium, quum ejusdem Crucis delationi supra Mozzettam se opponeret, ut etiam superiùs innuimus, eas potissimum leges in medium protulisse, quibus interdictum est,

I due predetti Gr. Maestri portarono la Croce, per ragione della loro Professione.

§. 17. Questi due esempj ci hanno dato un gran fondamento per credere, poter'ancor voi portare la Croce nella Mozzetta, come l'hanno portata due altri vostri Predecessori Cavalieri Professi della Religione Gerosolimitana. Nè crediamo poter correre ragionevole disparità, nel caso, di cui si tratta, frà voi, ed essi, essendo voi Cavaliere Professo, e Grancroce, ed essendo essi Professi, e Granmaestri dell' Ordine: imperocchè la Croce ottogona non è divisa particolare del Granmaestro di Malta; è, come più volte si è detto, l'Abito proprio de' Cavalieri Professi: il che facilmente potrà comprendere anche chi non è pratico delle vostre Costituzioni, se rifletterà, che l'Alaleoni di sopra citato, descrivendo l'Abito, che portossi dal Granmaestro Verdala dopo ricevuta la Berretta Cardinalizia, dice la Grancroce, non propria del Magistero, ma della sua Religione, *juxtà Ordinem suæ Religionis;* e che il punto promosso dal Sagro Collegio contro il portare la detta Croce nella Mozzetta, come pure abbiamo detto di sopra, appoggiossi al non doversi porre sopra la Porpora Cardinalizia alcun'altra insegna di Religione. In quella guisa appunto, che avendo la Santa

cujuscumque Ordinis insignia supra Purpuram Cardinalitiam apponere. Ita porrò, quum san. mem. Prædecessor noster Benedictus Papa XIII. Cardinalem renunciasset Fr. Laurentium a S. Laurentio, qui Cardinalis Cozza nuncupatus est, quique tunc Minister Generalis erat Ordinis Minorum; cumque eodem tempore per suas Litteras in forma Brevis datas *die 19. Decembris anni 1726.* statuisset, eundem in Officio Ministri Generalis perseverare: *Decernentes munus Ministri Generalis hujusmodi, ob tuam ad Cardinalatus dignitatem Promotionem factam, ut præfertur, durante nostro, & dictæ Sedis beneplacito præfato, non cessare;* nemo fuit, qui illum, dum Cardinalis, & Minister Generalis simul fuit, idcirco S. Francisci Habitum retinuisse putaverit, quòd supremum Ordinis Ministerium gereret; quum unicuique satis exploratum esset, hujusmodi Habitum ideo ab eo retineri, quia Frater erat expresse Professus Ordinis Sancti Francisci.

Memoria di Benedetto XIII. creato Cardinale il Padre Lorenzo da S. Lorenzo, chiamato Cardinale Cozza, che era Generale dell'Ordine de' Minori, ed avendo nello stesso tempo stabilito con suo Breve spedito *sotto il giorno 29. di Dicembre 1726.*, che continuasse nell'uffizio di Generale: *Decernentes, munus Ministri Generalis hujusmodi, ob tuam ad Cardinalatus dignitatem Promotionem factam, ut præfertur, durante nostro, & dictæ Sedis beneplacito præfato, non cessare*: non vi fù chi pensasse mai di attribuire la ritenzione dell'Abito Francescano, che esso usò nel tempo ch'era Cardinale e Generale, all'esser Generale; essendo ognuno ben persuaso, che la ritenzione era un effetto della sua Professione fatta nella Religione di S. Francesco.

Pont. petitam facultatem indulget.

§. 18. Atque hæc sunt, quæ Nos, paucis horis ab assidua occupatione nostra subtractis, colligere potuimus, ut quæstioni a te jam pridem propositæ responsum redderemus; & consentanee petitam a te, & a Religione tua, facultatem concederemus, ut tu videlicet Magnam Crucem octogonam ex alba tela supra Mozzettam gestares; quod Tibi per præsentes permittimus; Tibique, Dilecte Fili Noster, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

§. 18. Ed eccovi quanto in poche ore sottratte alle nostre continue applicazioni abbiamo potuto raccorre per rispondere all'antico vostro quesito, e per concedervi fondatamente la licenza richiesta da voi, e dalla vostra Religione, di portare sopra la Mozzetta la Croce ottogona di tela bianca, il che facciamo colla presente; dandovi con pienezza di cuore l'Apostolica Benedizione.

Si concede la richiesta licenza.

Dat. die 13. Octobris 1745.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 13. Octobris 1745. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 13. Octobris 1745. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Dat. die 13. Octobris 1745.

LXVIII.

Sponsis Catholicis, qui in Fœderati Belgii regionibus, coram Civili Magistratu, aut Hæretico Ministro dumtaxat, mutuum consensum in Matrimonium de præsenti declararunt, quælibet conjugalis consuetudo interdicta decernitur, donec Matrimonium ad formam Concilii Tridentini ritè celebraverint.

Dilecto Filio Paulo Simoni a Sancto Joseph, Carmelitæ Excalceato.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Recursus ad Sedem Apostolicam habitus, a Pontifice benignè excipitur.

REdditæ sunt Nobis per Dilectum Filium, eumdemque primarium administrum nostrum, Silvium Cardinalem Valenti, vestræ litteræ, quibus subortam inter vos in re gravis sanè momenti controversiam exponitis, eamque judicio nostro subjicitis. Non possumus equidem non magnopere commendare propositum vestrum, quo Sedem Apostolicam consulendam censuistis, ejusque definitionem exposcendam, ut eam unanimi consensu amplectamini; quam si omnes, cum similes emergunt quæstiones, pari docilitate exquirerent, & sequerentur, non tanta succresceret in dies, inter Evangelicos Operarios, opinionum varietas, nec doleremus aliquando, ob eorumdem in tradenda morum doctrina diversas sententias, in partes distrahi Christianum populum, eamque scindi mentium animorumque concordiam, quam Christus Dominus Ecclesiæ suæ commendatam voluit usque adeo, ut ea præsertim, quasi tessera, discipulos suos cognoscendos prædixerit.

Quæstionis propositæ status.

§. 1. Exposuistis itaque Nobis, non rarò istic contingere, ut Catholici Matrimonium inter se contracturi, Civilem adeant Magistratum, aut Hæreticum Ministellum, quibus se sistere legibus Patriæ coguntur, & coram illis mutuum exprimant in Conjugium consensum, quem tamen postea renovare coram legitimo Ministro Catholico & duobus Testibus, uti Tridentinum præcipit, aut omnino negligunt, aut in longum tempus differunt: interim verò, perindè ac si legitimi Conjuges jam forent, nôn dubitant omnem Conjugalem consuetudinem inter se habere. Quæsivistis deinde, quid de illo consensu sentiendum sit, coram Civili Magistratu aut hæretico Ministello præstito: Num scilicet satis fuerit ad perficiendum Matrimonium validum, saltem in ratione contractus, quod alter ex vobis affirmat, alter inficiatur; etsi ad Sacramenti dignitatem non assurgat, quod nemo vestrum in quæstionem adducit; si enim res ita se haberet, uti primus existimat, subsequens inter consentientes copula, etiam ante renovatum coram Parocho Catholico consensum, omni flagitio vacaret, & suscepta exinde proles, absque ulla dubitatione, esset legitima reputanda.

Ubi promulgatum est Tridentini Decretum *de Reformat. Matrimon.* Conjugia aliter inita nulla sunt.

§. 2. Jam verò, ut postulatis vestris breviter simul & dilucidè respondeamus, unàque controversiam omnem judicio nostro præcidamus, sic habete: Ubicumque promulgatum & receptum sit Concilii Tridentini Decretum *Cap. 1. Sess. 24. de Reformat. Matrim.*, ibi nulla prorsus, atque in omni ratione irrita esse conjugia, aliter quam coram alterutrius contrahentium legitimo Parocho, aliove Sacerdote Parochi vices agente, & duobus Testibus, celebrata. Scimus profectò esse Theologos, qui in ipso Fidelium Matrimonio Contractum a Sacramento ita dividunt, ut illum omnino perfectum quandoque consistere credant, quin ad Sacramenti excellentiam pertingat; sed quid-

Et quidem tam in ratione contractus, quàm in ratione Sacramenti.

quid sit de hac opinione, quam Nos quidem

nunc in medio relinquimus, ea certè, quod attinet ad rem præsentem, locum nullum sibi vindicare potest apud eos, qui Tridentina lege obstringuntur: Etenim qui præter formam a se præscriptam, Matrimonium contrahere attentant, eorum Tridentina Synodus non Sacramentum modo, sed Contractum ipsum irritum disertè pronunciat, atque ut ejus verbis utamur: ***Eos ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & hujusmodi contractus irritos esse decernit.*** Quare, cum inter Catholicos in istis Provinciis degentes & promulgatum & receptum jam fuerit illud Tridentini Decretum, quod ambo fatemini; perspicuum est, Matrimonium ab ipsis invicem initum coram Civili Magistratu aut Acatholico Ministello, & non item coram proprio alterutrius contrahentium Parocho & duobus Testibus, neque in ratione Sacramenti, neque in ratione Contractus sustineri, aut ullo pacto validum reputari posse. Neque verò rationes, propter quas valida pronunciavimus Matrimonia, quæ aut ab hæreticis inter se, aut a Catholicis cum hæreticis, in istis fœderatis Provinciis contrahuntur, non servata forma Tridentini, aptari queunt Conjugiis inter se initis a Catholicis, quorum quilibet Tridentini Decreto se obstrictum agnoscit, ejusque se auctoritatem sequi profitetur.

Publicatio Decreti inter Catholicos Fœderati Belgii, in dubium non revocatur.

Præmissæ Doctrinæ consectaria, circa naturam præstiti consensus.

§. 3. Sciant itaque Catholici vestræ curæ concrediti, cum Civili Magistratui, aut hæretico Ministello Matrimonii celebrandi causa se sistunt, actum se merè civilem exercere, quo suum erga Leges & Instituta Principum obsequium ostendunt: Cæterum tunc quidem nullum a se contrahi Matrimonium. Sciant, nisi coram Ministro Catholico & duobus Testibus nuptias celebraverint, numquam se, neque coram Deo, neque coram Ecclesia, veros & legitimos Conjuges fore: nec, si interim conjugalem inter se consuetudinem habuerint, eam gravi culpa carituram. Sciant denique, si qua ex hujusmodi conjunctione orietur soboles, eam, ut pote ex non legitima uxore natam, in oculis Dei fore illegitimam, & nisi conjuges consensum ex Ecclesiæ præscripto renovaverint, illegitimam perpetuo futuram etiam in Ecclesiæ foro.

Circa necessitatem ritè celebrandi Matrimonium ante conjugalem consuetudinem.

Et circa conditionem prolis, si quæ interim procreetur.

§. 4. Erit porro officii vestri, hæc omnia, cum commoda se obtulerit occasio, atque eâ, quam rerum circumstantiæ vobis adhibendam suaserint, circumspectione & cautelâ, singulis explicare prolixius, simulque omnes commonere, ut siquidem Regionis consuetudini, & terreni Principis sanctionibus obtemperare coguntur, faciant illi quidem, sed Religione salva, potioresque ducant sanctissimas Ecclesiæ leges, quibus fidelium Matrimonia constringuntur. Illud præterea vobis curandum est, ne, etiamsi duo Catholici civilem illam ac merè politicam coram hæreticis cæremoniam peregerint, nimirum inter se familiariter agant, aut sub eodem tecto in communi habitent, nisi se prius veris & legitimis nuptiis, ex norma Tridentini, alligaverint; quamquam enim ea familiaritas esse possit sine flagitio, flagitii certè periculo & suspicione non vacat: utrumque autem probis & benè moratis Christifidelibus cavendum est. Ad ejusmodi porro evitanda pericula, cognoscimus, consultiùs utique fore, ut Catholici, nonnisi Matrimonio jam antea in faciem Ecclesiæ inter se legitimè celebrato, ad illam explendam civilem cæremoniam, sæcularem Magistratum, seu hæreticum Ministellum adirent; sed quoniam ex vestris litteris deprehendimus, id non sine periculo, & perturbationibus posse adimpleri, id saltem pro viribus satagite, ut, postquam Reipublicæ morem illi gesserunt, non diù differant Ecclesiæ legibus parere, & conjugale fœdus juxta præscriptam a Tridentino normam ritè & sanctè inire; & si quid tum super hac re, tum super aliis, quæ istam Missionem respiciunt, Nobis suggerendum esse putetis, communicato inter vos consilio, operam nostram implorate, quam semper præsentem invenietis.

Quid præcipiendum, quidque suadendum earum Regionum Catholicis.

§. 5. Epistola hæc nostra tibi, dilecte fili, Paule Simon a Sancto Joseph, inscripta est: eam tamen volumus a te communicari etiam dilecto filio Hadriano Augustino Won-Dück Pastori Leidensi, cujus scriptum super ea, de qua nunc agitur, controversia, a supradicto Cardinali de Valentibus nobis oblatum libenter perlegimus.

§. 6. Postremo vos hortamur majorem in modum, ut istam Dominici Gregis non contemnendam portionem sedulo, sicuti laudabiliter hactenus fecistis excolere, atque ad omnem pietatem informare pergatis; Vobisque interim Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 17. Septembris 1746. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Dat. die 17. Sept. 1746.

LXIX.

Veronensis Ecclesiæ Capitulo nonnulla Privilegia conceduntur: simulque providetur, ut Canonici in Choro Divina Officia cum aliis canere non omittant.

Dilecto Filio Nostro Danieli Tituli S. Mariæ supra Minervam Presbytero S. R. E. Cardinali Delphino nuncupato, ex concessione & dispensatione Apostolica Patriarchæ Aquilejensi.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Noster, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Procœmium.

PRæclara decora, insignia ornamenta, ac tot tantaque privilegia, quibus a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, Imperatoribus, Regibus, Principibus, ac Ducibus, Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Veronensis instructum cumulatumque a priscis temporibus, adhuc excellere perspicitur, ita nobis comperta & explorata sunt, ut Nos dum in minoribus constituti pro nostri muneris debito certam omnium Ecclesiarum, ac præsertim Cathedralium notitiam Nobis compararemus, prope in admirationem adduxerint.

Capitulum Veronense ab Episcopo immune.

§. 1. Illud potissimum animo versabatur, quod bo. mem. Rotaldus Episcopus Veronensis Anno DCCCXIII., post abdicatam a se, suisque successoribus omnem in ipsum Capitulum jurisdictionem & auctoritatem sub tutela & refugio Patriarchæ pro tempore existentis Aquilejensis, cujus Suffraganeus etiamnum est Episcopus Veronensis, ita reposuerit, ut liberum & immune ab omni Veronensis Antistitis potestate & jurisdictione sit & habeatur.

Novis privilegiis decoratur.

§. 2. Quoniam autem a Nobis supplex postulasti, ut insigne hujusmodi Capitulum Tibi, Tuisque successoribus Patriarchis Aquilejensibus, ut præmittitur, subjectum, novis Apostolicæ etiam nostræ benignitatis auctoritatisque documentis ornare, & augere dignaremur; Nos sane, qui eximias, Pastoralesque virtutes tuas Pontificiis laudibus prosecuti, in amplissimum quoque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Collegium te cooptavimus, votis tuis hac in parte, quoad Nobis integrum est, obsecundare libenti animo gaudemus.

Palmulæ sive Bugiæ usus in Missis tribuitur.

§. 3. Itaque modernis, & pro tempore existentibus ejusdem Cathedralis Ecclesiæ Veronensis Canonicis usum Scotulæ, sive Palmulæ, vulgo *Buggia*, ad instar Episcoporum, tam in Missis privatis, quàm in solemnibus cum cantu, sive in eadem, sive in aliis ipsius Civitatis, & Diœcesis Veronensis, atque aliarum etiam Diœcesum Ecclesiis, in perpetuum concedimus, & elargimur.

Altare privilegiatum personale bis in Hebdomada ipsis conceditur.

§. 4. Præterea iisdem, ut præmittitur, Canonicis in perpetuum indulgemus, ut Sacrosanctum Missæ Sacrificium, quod ad quodcumque Altare bis in hebdomada quilibet eorum pro animabus Christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ex hac vita migraverint, celebraverit, perinde iisdem suffragetur, ac si ad Altare Privilegiatum fuisset celebratum.

Item domesticum Oratorium in Villa Angiari dicta.

§. 5. Insuper spirituali consolationi singulorum ex iisdem modernis & pro tempore existentibus Canonicis, quantum cum Domino possumus, benigne consulere volentes, cuilibet ipsorum, ad memorati Capituli Villam Angiari dictam, ut bonis, redditibus, proventibusque advigiletur, adeunti, & commoranti, Apostolica auctoritate tribuimus & impertimur facultatem celebrandi, sive celebrari faciendi Sacrosanctum Missæ Sacrificium in ædium ejusdem Villæ Oratoriis ad hoc decenter muro extructis, & ornatis, seu extruendis, & ornandis, ab omnibus domesticis usibus liberis, prius tamen ab Archipresbytero ejusdem Capituli visitandis & approbandis, in cujuslibet Canonici, & sibi inservientium inibi famulorum præsentia, ita ut diebus festis de præcepto ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia liberi, & immunes habeantur; salvis tamen juribus Parochialibus.

Usus non canendi in Choro inter privilegia recenseri nequit.

§. 6. Porro nolumus inter tot tantaque privilegia eidem Capitulo & Canonicis concessa numerandum esse illud, quod, quemadmodum Tibi æque ac nobis notum est, antiqua traditione, contra Sacrorum Canonum Sanctiones, ac nostram præsertim Constitutionem, cujus initium est: *Cum semper oblatas*: invectum, ab ipsis Canonicis non modo contenditur, sed etiam servatur, interessendi dumtaxat Choro, & cum cæteris Mansionariis, Cappellanis, Acolytis & Clericis canentibus psallentibusque adsistendi, nunquam vero cum iisdem canendi psallendive; etsi nonnullos eorumdem esse accepimus, qui aliter sentientes, a conscientiæ angoribus agitantur, ex eo quod eapropter se non feciss fructus suos existiment.

Hortatio ad Patriarcham ut eum abusum evellat.

§. 7. Itaque a Te, Dilecte Fili Noster, poscimus, & flagitamus, ut non solum hujusmodi abusum & corruptelam ab Ecclesiastica disciplina absonam, & Canonicis Ordinationibus, ac nostræ quoque Constitutioni contrariam, penitus evellere & eradicare adnitaris; verum etiam ipsos suaviter fortiterque admoneas & horteris, ut in posterum eâ, qua decet, & tenentur, reverentia Choro intersint, adsistantque, nec non pari pietate, attentione, ac vigilantia, omnino canere, vel psallere cum cæteris studeant & contendant.

Declaratur Canonicos non facere fructus suos, nisi in Choro psallant.

§. 8. Deinde iisdem edicas & notum facias, Nos, quemadmodum per hasce nostras in forma Brevis litteras Tibi declaramus & injungimus, decernere atque statuere, sicut in eadem Constitutione nostra innuimus, ipsos suosque successores Canonicos, Choro quidem interessentes adsistentesque, minime vero canentes psallentesque, nullo pacto ex Præbendis & Distributionibus facere fructus suos, atque adeo restitutioni obnoxios esse ac fore.

Facultas tribuitur Patriarchæ absolvendi eos, qui hactenus in hoc defecerunt.

§. 9. Verum cum iis, qui hac super re, conscientiæ stimulis acti, ad Te confugerint, benigne indulgentes, Tibi facultatem tribuimus, & impertimur, ut sive per te ipsum, sive per alios a te deputandos, unusquisque Canonicus, qui se in canendo psallendove in Choro cum aliis defeciss animadverterit, (dummodo promittat se deinceps omnino curaturum, ut in Choro & præsens adsistat, & cum aliis canat, psallatque) absolutionem a culpa, & super omnibus fructibus indebite perceptis dispensationem, obtinere possit & valeat.

Neque aliter concessis privilegiis gaudere possunt.

§. 10. Cæterum volumus & mandamus, ut nulli eorumdem Canonicorum, qui licet præsens in Choro adsistat, tamen minime canat psallatve, suffragentur hujusmodi indulta ac privilegia, quæ unicuique moderno & pro tempore existenti Canonico, ad tuorum meritorum intuitum, per easdem præsentes litteras concedimus, & elargimur.

Suadetur Patriarchæ, ut omne studium in hoc adhibeatur.

§. 11. Cæterum te, Dilecte Fili noster, rogamus & in Domino hortamur, ut iisdem studiis, quibus Nos, supplicationibus tuis inclinati, eosdem Canonicos novis Apostolicæ benignitatis, auctoritatisque Privilegiis adauximus, nostris tuisque rationibus Pastorum Principi Jesu Christo æterno Judici reddendis satisfaciendum cures; & abusu & corruptela hujusmodi penitus sublata, Divinum cultum per Divinæ Psalmodiæ cantum promovere & augere satagas, ut non minus ipsi Canonici, quam Nos ipsi invicem, æternam mercedem a bonorum omnium largitore Deo consequi mereamur.

§. 12. Interim cœlestis præsidii auspicem, & studiosæ nostræ ad Tibi gratificandum voluntatis pignus esse cupimus Apostolicam benedictionem, quam Tibi, Dilecte Fili Noster, & iisdem Canonicis, peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIX. Januarii MDCCXLVIII. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

Dat. 19. Januarii 1748.

Cajetanus Amatus.

S. Franciscus Xaverius Indiarum Orientalium Patronus Principalior declaratur.

LXX.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

S. Franciscus Xaverius ab Indiarum Gentibus præcipue honorandus.

INdiarum Gentibus Beati Francisci Xaverii Societatis Jesu, qui Apostolicis charismatibus affluenter decoratus, novarum Gentium Apostolus unanimi totius Christiani Orbis consensu meruit appellari, prædicatione & miraculis, ex tot tamque dissitis regionibus Catholicæ Ecclesiæ aggregatis, ut glorioss ejusdem merita alacrius venerantes, & relicta sibi quoque præclara virtutum exempla ardentius imitantes, præsentissimum illius in Cœlis apud mirabilem in Sanctis suis Deum sibi patrocinium certò polliceri valeant, ipsum Sanctum Franciscum novis honorum incrementis colendum, novoque titulo in terris decorandum invocandumque proponimus, atque mandamus.

Instantia Regis Portugalliæ, & persecutio in Oriente desæviens, eumdem Patronum Principaliorem In-

§. 2. Etsi autem pro singulari pietate, & incredibili erga res Sacras, Sacrosanctæ Religionis rationes, & Sanctorum reverentiam zelo suo, Carissimus in Christo Filius noster Johannes Portugalliæ, & Algarbiorum Rex Illustris, per dilectum Filium Emmanuelem Pereira de Sampajo Militiæ Jesu Christi Commen-

diarum Regionibus dandum suadent.

datorem, ejusdem Johannis Regis negotiis apud Nos, & Apostolicam hanc Sedem expediendis Præpositum, Nobis supplicavit, ut tanti Indiarum Apostoli cultum, & venerationem in terris, quantum Nobis ex alto conceditur, adaugere satagamus; ipsa tamen in Sinarum maxime Regno in Christideles ibi degentes mota, atque in Evangelicæ præsertim prædicationis Operarios sæviens persecutio, ut piis laudati Johannis Regis votis ac precibus paterna benignitate obsecundantes, id præstemus alacriùs, vehementer urget & exstimulat.

Eo Titulo colendus edicitur, cum Officio Duplici I. Classis, & Octava.

§. 3. Itaque, ad majorem Dei laudem, divinique cultus augumentum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, Sanctum Franciscum Xaverium Patronum principaliorem ac Protectorem Indiarum, quæ numerantur a Capite *Bonæ Spei* dicto, usque ad Regna Sinarum, & Japoniæ, eisque adjunctarum Provinciarum, & adjacentium Insularum, cum omnibus, & singulis prærogativis, quæ, juxta Breviarii & Missalis Rubricas, Sanctis Patronis principalioribus & Protectoribus competunt, habendum, invocandum, & colendum esse statuimus, declaramus, atque jubemus. Præterea, ut imposterum solennis tanti Patroni memoria majori, quam antea celebrabatur, pietate, ac debitis laudum præconiis quotannis recolatur; volumus, & omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, auctoritate & tenore paribus indulgemus, atque mandamus, ut annua ipsius Sancti Franciscì Xaverii dies sub Ritu Duplici Primæ Classis cum Octava peragatur.

De Litterarum perpetuo vigore.

§. 4. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, & illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

De Exemplorum auctoritate.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum Transumptis, seu Exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur iisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 24. Februarii 1748. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

Dat. die 24. Februarii 1748.

Cajetanus Amatus.

INDEX
RERUM, ET VERBORUM,

Numerus Romanus Constitutionem denotat : Arabicus autem paragraphum, & paginam designat.

A

Abbati Monasterii Campidunensis in Svevia conceditur a Pont. Indultum perpetuum conferendi Sacramentum Confirmationis. Constitut. VII. §. 1. pag. 29. Vid. *Campidunense.*

Abbates Monasteriorum S. Basilii Missam Græco ritu celebrare jubentur, sub gravi pœna. XLVI. §. 3. pag. 207.

Abbatia *S. Barbati de Pollutro* Provinciæ Theatinæ unita fuit Sacrario Basilicæ Vaticanæ. LXII. §. 50. p. 293. & seq.

Abbatiæ *S. Martini de Fara*, & *S. Salvatoris de Majella* ejusdem Provinciæ, Mensæ Capitulari Vaticanæ fuerunt attributæ. *ibid.*

Abbatia S. Martini, ex conventione cum Archiepiscopo Theatino, Capituli Vaticani jurisdictioni subest. Abbatia verò S. Salvatoris subjecta est eidem Archiepiscopo, certis utrimque pactis conventis quoad collationem Beneficiorum Parochialium, & simplicium, quoad Oeconomorum deputationem, visitationem, exactiones &c. *ibid.*

Abbatiæ S. Ruffilli Foripompilii, S. Martini in Montibus, & aliæ, cum omnibus ad ipsas spectantibus, attributæ sunt eidem Mensæ Capitulari Vaticanæ. LXII. §. 52. p. 294. Cum exemptione a jurisdictione Ordinariorum, in quorum Diœcesibus existunt. §. 54. p. 294. Capitulum Vaticanum Jurisdictionem quasi Episcopalem in eas habet. §. 56. 57. p. 295. & seq. Quindennia, & alia onera pro ipsis non solvit. §. 53. p. 294.

Abbatissa Burgensis in Hispania ab Episcopi jurisdictione exempta est: Capitulum generale celebrat, & in plura Monasteria jurisdictionem habet. VIII. §. 17. p. 35. & seq.

Absolvendi facultas ex verbi proprietate, refertur ad peccata, & censuras proprie dictas; non verò ad Irregularitates. XXII. §. 50. p. 121. & seq. Vide *Censura.*

Absolutio in Sacramentali Confessione cautè danda, vel deneganda, aut differenda. XX. §. 22. p. 91.

Absolutio datur a censuris nominatim latis a Judice, ad solum effectum, consequendi Indulgentias Jubilæi, cum reincidentia in easdem, & obligatione parendi sententiæ ipsius Judicis, & petendi absolutionem ab eo. XXI. §. 6. pag. 98.

Facultates absolvendi pro Anno Sancto. Vid. dicta Constit. XXI. per totam. p. 97. & seq. & Constit. XXV. pag. 149. & XXVIII. pag. 153.

Accoramboni Cardinalis sacram Sacelli sui domestici suppellectilem hæredis Sacello per testamentum legavit. VI. §. 1. p. 26. Vid. *Sacellum.*

Acta coram Vicario Foraneo novæ Civitatis Pergulæ asservanda sunt apud Notarium publicum ejusdem Civitatis, indeque desumpta exempla authentica fidem obtinere debent. LXIV. §. 11. p. 302. & seq.

Actus moraliter bonus in statu peccati fieri potest, quamvis ad æternæ vitæ meritum nihil prosit. XXII. §. 75. p. 136. & seq.

Ægyptiæ Missionis Præfecto conceditur ad tempus facultas exttaordinaria conferendi Sacramentum Confirmationis, cum Chrismate ab Episcopo benedicto. XXXI. §. 4. p. 166.

Agapæ quid fuerint, & quare sublatæ. XL. §. 12. p. 189.

Aggregationes Ecclesiarum, aliorumque piorum locorum quomodo a Capitulo Lateranensis Basilicæ fieri possint. XLVI. §. 16. p. 209. & 210. Aggregatis Ecclesiis quænam Indulgentiæ, & privilegia competant. §. 8. & seqq. p. 208. & seqq.

Aggregationes similes quomodo a Capitulo Basilicæ Vaticanæ fieri possint. LXII. §. 45. & seqq. p. 291. & seqq. Aggregatis Ecclesiis, & piis locis plures Indulgentiæ conceduntur. §. 46. & seqq. pag. 292. & 293.

Agnes, Imperio, & pietate conspicua, Confessionem Sacramentalem apud Beatum Petrum Damiani, nulla sibi ab eo imposita satisfactione, peregit. XX. §. 23. & 24. p. 93. & 94.

Agnus Dei, seu Cereæ formæ, quarum usus antiquissimus est, ex cerâ mundâ, aliisque rebus aliquid significantibus conficiuntur. LIX. p. 263. A Summo Pontifice benedicuntur, ob cujus benedictionem, & preces plura beneficia a Deo obtinentur. *ibid.*

Agricolæ. Vide *Spicarum collectio.*

Agricolæ tempore belli non sunt pars Reipublicæ nocentis; ideò non lædendi. LX. §. 5. 6. & 7. p. 268. & 269.

Alexander V. antea Franciscanus, Bononiæ, non Cretæ, ortus, ibidem Rosam Auream benedixit, & Marchioni Estensi dedit, ibique obiit. XLIII. §. 3. & 4. p. 195. & 196.

Altare totum consecratum, vel lapidem consecratum superimpositum habens, requiritur apud Latinos pro Missæ celebratione. XLIV. § 4. p. 205. & 206. Quoad Græcos verò, vide : *Antimension.*

Altare unicum olim erat in Græcorum Ecclesiis, super quo unica per diem Missa celebrari poterat. XLIX. §. 10. pag. 217.

Ad Altare Majus Confessionis S. Petri, sine obtenta per Litteras Apostolicas Romani Pontificis licentiâ, nemini Missam celebrare licet. LXII. §. 16. p. 285. Ibi Romanus Pontifex recens electus solemnem Consecrationem, & Pallium recipere debet. *ibid.*

Altaria Basilicæ Vaticanæ, & Ecclesiarum illi subjectarum, a quo consecrari possint. LXII. §. 8. p. 282.

Altare Majus Basilicæ Liberianæ a Summis Pontificibus olim erectum, & consecratum, nuper a Benedicto XIV. munificentius restitutum, & in honorem Beatæ Mariæ Virginis adinstar veteris dedicatum est. XXXV. pag. 176. Allocutio ea occasione a Pontifice habita. p. 177. Idem Altare Pontificium declaratur, interdicta cuilibet ibi celebrandi facultate sine peculiari indulto. XXXVI. §. 3. & 4. pag. 177. Expleta Consecratione permisit Pontifex, ut in eo Missam celebraret Cardinalis Gentili. *ibid.*

Altaris portatilis, seu Viatici privilegio gaudent Episcopi, super quo Missam celebrare, vel celebrari facere possunt, etiam extra propriam Diœcesim in Ædibus suæ habitationis, vel in quibus hospitio recipiuntur. XLIX. §. 5. & seqq. pag. 216. & seqq. Non tamen in aliis Laicorum domibus, in quibus actu hospitati non fuerint. *ibid.*

Altaris portatilis privilegium Regularibus ſublatum eſt. XLIX. §. 28. & ſeqq. p. 220. & ſeqq.

Altare privilegiatum perſonale duobus diebus per hebdomadam conceſſum Canonicis Veronenſibus. LXVIII. §. 4. p. 314. Vid. *Veronenſe.*

Americani muſicam facile addiſcunt. IV. §. 5. pag. 15.

Amphitheatrum Flavium, ſeu Coloſſæum, inſcriptionibus, & monumentis ad denotandam Martyrum fortitudinem ornatum fuit, quæ, Benedicto XIV. jubente, marmore inciſa ſunt, ne perirent. XVI. §. 8. p. 67. Profana ſpectacula in eo edita Divinam ultionem concitarunt. *ibid.*

Anglicanarum Virginum a patriâ ob Catholicam Fidem expulſarum Inſtitutum a Congregatione Concilii Tridentini approbatum: atque hæc approbatio a Clemente XI. confirmata fuit, pluribus Germaniæ Principibus petentibus. VIII. §. 2. pag. 32.

Conſervatorium iis conſtituit Bavariæ Dux. §. 4. p. 32.

Earum Inſtitutum non eſt idem ac Jeſuitiſſarum. §. 8. pag. 33. Vid. *Jeſuitiſſæ.* Nec ipſis licet Mariam Warth, tamquam ſuam inſtitutricem agnoſcere. §. 11. p. 33. Multò minus publicum cultum illius memoriæ exhibere. §. 12. p. 34.

In Puellarum inſtructione ſe exercent. §. 4. pag. 32. Conſtitutiones a Clemente XI. confirmatas ſolummodo obſervare debent. Poſſunt tamen Sanctam Sedem ſuper aliis edendis conſulere. §. 3. pag. 32. §. 8. pag. 33. §. 13. p. 34.

Earumdem Inſtitutum utile cenſetur, & Epiſcopis commendatur. §. 20. & ſeqq. p. 36.

Earum tamen Conſervatoria a Sede Apoſtolica non approbantur, tamquam vera Monialium Monaſteria, ſed tolerantur. §. 5. p. 33. §. 13. p. 34.

Non ſunt veræ Religioſæ, earumque vota ſunt tantùm ſimplicia. §. 13. & 14. p. 34. & 35.

Ordinariæ Epiſcoporum auctoritati ſubſunt, & ab iis Confeſſarios, & Directores ſpirituales accipere debent. §. 13. & 14. p. 34. & 35.

Plura earum Conſervatoria in Germaniâ duas habent Superioriſſas Generales. §. 15. p. 35. Harum auctoritas in ſua Conſervatoria coërcetur, & Epiſcopis ſubditur. §. 16. p. 35.

Superioriſſis iiſdem non licet Virginem ullam ad Profeſſionem admittere, inconſulto Epiſcopo. §. 18. p. 36. Poſſunt ſua Conſervatoria viſitare, & Virgines de uno in aliud transferre, conſulto ſemper Epiſcopo. §. 16. p. 35. A cujus ſubjectione non eximit juramentum obedientiæ a Virginibus Superioriſſæ Generali præſtitum. §. 20. pag. 36. & §. 23. pag. 37.

Anglicanarum Virginum Conſervatorium Auguſtæ Vindelicorum erectum ordinariam Epiſcopi juriſdictionem agnovit: alterum Mindelheimii exiſtens renuit. §. 1. pag. 30. Pontificia auctoritate permittitur, ut in hujus Eccleſia, dummodo Virgines Epiſcopo obediant, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum conſervetur, ſine præjudicio jurium Parochialium. §. 24. pag. 37.

Animalia ad paſcendum immitti nequeunt in prædia, e quibus frumenti meſſis collecta eſt, per eos dies, qui pauperibus ad ſpicas relictas colligendas permitti jubentur. XLVII. §. 6. p. 211.

Animalia Eccleſiaſticorum, & Laicorum in cauſis de damno dato quænam intelligantur, & quomodo dimittenda. XL. §. 8. & ſeqq. p. 181. & ſeqq.

Anniversariorum reductiones Capitulo, & Clero Vaticano conceſſæ confirmantur. LXII. §. 35. p. 288.

Anniverſariæ exequiæ pro defunctis poſſunt ab eodem Capitulo in feriam ſecundam per annum, in Sabbatum verò per Quadrageſimam anticipando transferri, licèt Officium duplex tunc occurrat; niſi certa dies a Benefactoribus ſub pœnâ caducitatis aſſignata ſit. *ibid.*

Annulus aureus recens inventus quibuſdam ſignis indicat, filios impuberes olim ſtatui Clericali a parentibus oblatos. LVI. §. 4. p. 248.

Annus Sanctus. V. *Jubilæum.*

Antibarensis Civitas nonnullis ab hinc ſæculis condita in Albaniâ, cur ità appelletur. LX. §. 1. p. 266. Othomanis ſubeſt, nec a Venetis recuperari potuit. *ibid.*

Antibarenſis Archiepiſcopatus, qua occaſione conſtitutus. *ibid.*

Archiepiſcopus modernus laudatur, qui, Diœceſi viſitatâ, multa Congregationi de Propaganda Fide ſignificavit quoad bona Eccleſiaſtica a Chriſtianis uſurpata poſtquam Turcæ Albaniam occuparunt, & quid agendum eſſet requiſivit. §. 2. pag. 267. & 268. Quomodo in his procedendum. §. 25. & ſeqq. p. 278. & ſeqq.

Antimension, ſuper quo Græci Miſſam celebrant, quid ſit. XLIV. §. 4. p. 205.

Permittitur Presbyteris Latinis in Ruſſia Polonicâ, ut ſuper Antimenſiis Miſſam celebrent, §. 8. p. 206. ſub quibuſdam conditionibus. §. 9. & ſeqq. pag. 206.

Apostatis, ſeu Fugitivis cujuſcumque Ordinis Regularis, Anno Jubilæi, indulgetur, ut ad ſuos Ordines intrà præſcriptum tempus redire poſſint, condonatâ illis omni pœnâ propter Apoſtaſiam debitâ. XXVI. §. 1. p. 151.

SS. Apostolorum Petri & Pauli Feſtum, & Octava ut ſolemniùs in Urbe celebrentur ſtatutum eſt. LXII. §. 12. pag. 284. Olim Epiſcopi plures conveniebant ad illud cum Summo Pontifice concelebrandum. XX. §. 7. p. 81.

Ad eorum Sepulcrum magni Principes acceſſerunt, & frequentes fuerunt peregrinationes ad Limina Apoſtolorum. §. 1. & 4. pag. 78. & 79. & LXII. §. 18. p. 285. Omnes ad illud invitantur Anno Jubilæi. XX. §. 9. p. 83.

Sacros eorum Cineres S. Joannes Chryſoſtomus præſens venerari peroptabat. §. 8. p. 83.

Apparitio S. Petro ab Urbe fugienti facta a Chriſto dicente, *venio iterùm crucifigi*, certa ex teſtimonio præſertim S. Ambroſii reputatur; ſed Apparitionis locus incertus remanet, licèt Sacella ad id extructa conſpiciantur. XVI. §. 9. & ſeqq. pag. 67. Ab his Sacellis inſtaurandis Benedictus XIV. conſultò abſtinuit, & quare. §. 11. p. 68.

Appellatio in cauſis de damno dato ad eos Judices deferenda, ad quos pertinet aliarum cauſarum criminalium cognitio in ſecunda, & ulterioribus inſtantiis. XXXIX. §. 17. p. 183.

Appellatio in cauſis civilibus, & criminalibus Peregrinorum, & Advenarum, Anno Sancto, ipſis ſolis conceditur, & quomodo facienda, XXIII. §. 1. & 2. p. 145. & 146.

Aquilejensi Eccleſiæ, Patriarchatûs denominatio acceſſit ſæculo ſexto, in ſchiſmate occaſione damnationis trium Capitulorum conflato. LI. §. 4. p. 224.

Aquilejenſis Civitatis conditio miſera eſt, & Patriarcha alibi diù reſedit. LII. §. 7. p. 236.

Aquilejenſis Patriarchatus plurium ſæpè perturbationum, & calamitatum cauſa extitit. *ibidem.*

Aquilejenſis Diœceſis pars Auſtriaco dominio ſubjecta plura in rebus ſpiritualibus incommoda diù ſuſtinuit, & quare. LI. §. 2. p. 227. Diverſa remedia multoties tentata fuerunt, ſed fruſtrà. *ibid.* & §. 3. pag. 227. Ad hæc tollenda Vicarius Apoſtolicus pro illâ parte conſtitutus fuit cum opportunis facultatibus. *ibid.* & §. 4. & ſeqq. p. 227. & ſeq. Salvis Eccleſiæ Patriarchalis juribus. LI. §. 11. p. 231. Vide *Vicarius Apoſtolicus.*

Partes olim diſſentientes, de futuro ſtatu Patriarchatus Aquilejenſis in pluribus inter ſe convenerunt, & pro rerum conventarum effectu, auctoritatem Apoſtolicam concorditer implorarunt. LII. §. 1. ad 4. p. 235. ubi conventionis articuli inſeruntur.

Conventiones communi plauſu receptas. §. 6. p. 236. Summus Pontifex approbavit. §. 8. p. 237.

Aquilejenſis Patriarchatus, & Cathedra penitùs extinguuntur,

guntur, & in ejus locum duo Archiepiscopatus, Utinensis nempe, & Goritiensis eriguntur, quibus Diœceses, & Suffraganei assignantur, remissivè. §. 9. 10. & 11. p. 237. & LI. §. 3. p. 224.

Aquilejensis Civitatis, utpote in Austriacâ ditione constitutæ spirituale regimen ad Goritiensem Archiepiscopum pertinebit. LII. §. 14. p. 238. Parochia in Patriarchali olim Ecclesia constituta supprimitur, & spirituale populi regimen alteri ejus Civitatis Parochiæ adnectitur. *ibid.*

Patriarchalis quondam Ecclesia ab omni Archiepiscopali, & Episcopali jure eximitur, & Sedi Apostolicæ immediatè subjicitur, ejusque cura Apostolico Delegato ibi jam pridem ad Monialium regimen constituto committitur. §. 15. p. 238.

Archiepiscopatus Utinensis, & Goritiensis, suppresso Aquilejensi Patriarchatu, erecti, LII. §. 10. & 11. pag. 237.

Archipresbyter Basilicæ Vaticanæ ordinariam in spiritualibus jurisdictionem suæ dignitati annexam habet in eamdem Basilicam, ejusque Seminarium, & adnexa ædificia, ac in personas Canonicorum, Beneficiatorum, aliorumque inservientium Basilicæ, in his, quæ ad illius servitium pertinent. LII. §. 5. pag. 281.

Potest per se, vel per alium Episcopum, Ordines Sacros absque alterius licentia conferre Canonicis, & aliis Basilicæ inservientibus, sine dimissoriis, & examine Ordinarii eorum originis, quæ tamen requiruntur quoad Convictores Seminarii. §. 6. p. 282.

Potest pro iisdem Ordinandis Examinatores è Canonicorum cœtu deputare, super interstitiis dispensare, & ordinatis licentiam celebrandi concedere. §. 7. p. 282.

Potest per se, vel per alium idoneum, consecrare Altaria Basilicæ, Ecclesias illi subjectas, utensilia, & vestimenta benedicere, & Pontificalia in eadem Basilica celebrare. §. 8. pag. 282.

Archipresbyteri Basilicæ semper fuerunt Præfecti Fabricæ ejusdem, & Congregationis Fabricæ. LV. §. 3. p. 245.

Archipresbyter, & Archipresbyteratus Terlitiensis. Vid. *Terlitiensis.*

Aubusson, Petrus, Jerosolymitanæ Militiæ Magister, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Romam nunquam accessit. LXVII. §. 11. p. 311. Albam Crucem tamquam Ordinis sui habitum supra Mozzettam semper gestavit. *ibid.*

Auditor Cameræ locum habet in visitatione carcerum, X. cap. 2. §. 7. p. 44.

Auditores criminales. Vid. *Criminales.*

S. Augustinus ad suavem hymnorum cantum in Ecclesia piè lacrymabatur. IV. §. 9. p. 20.

Augustanæ Episcopalis Curiæ Ordinaria Jurisdictio asseritur in Conservatoria Virginum Anglicanarum. VIII. §. 1. p. 30.

Avia sub appellatione parentum continetur, & ad tutelam admittitur. LVI. §. 22. p. 257. Vid. *Tutela.* Patriam tamen potestatem non habet. *ibid.* §. 9. p. 252. & §. 16. p. 254.

Avia Neophyta jure obtulit ad Baptismum nepotes ex filio defuncto, etiam contradicentibus eorum matre Judæa, & Tutoribus a patre relictis. §. 17. & seqq. pag. 254. & seqq. & a §. 25. ad ult. pag. 258. & seqq.

Aurea Rosa benedicta. XLIII. tot. pag. 195. Vid. *Rosa.*

Austriæ Archidux, Maria Theresia, Hungariæ & Bohemiæ Regina, Romanorum Imperatrix Electa, in Aquilejensis Patriarchatus negocio, summa Religionis & Prudentiæ laude se gerit. LII. §. 6. p. 236. & LII. §. 3. p. 235.

Authentica folia pro identitate Velorum Beatæ Mariæ Virginis Lauretanæ, quis dare possit. XI. §. 3. & seqq. p. 52. Vid. *Lauretana.*

Avus patriam potestatem habet in nepotes, & jus offerendi eos ad Baptismum. LVI. §. 1. & 12. p. 247. & 253. Avus & Avia ad curam filiorum & nepotum jus habent. *ibid.* §. 25. pag. 259.

B.

Bacchanaliorum nonnullæ consuetudines pravæ in ditione Pontificiâ emendatæ sunt. XL. §. 1. pag. 186. De Vigilia S. Mathiæ ultimo Bacchanaliorum die occurrente. Vid. in verb. *Vigilia.*

S. Balbinæ Prioratus de Urbe a Pio IV. unitus fuit Mensæ Capitulari Basilicæ Vaticanæ. LXII. §. 52. p. 294.

Banchum publicum Depositorum Archihospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe Paulus V. erexit, ejusque administratores designavit. XXXIII. §. 1. p. 169. & seqq. ubi referuntur ejus Litteræ Apostolicæ super hac institutione.

Banchum idem etiam a Sæcularibus administrari potest. §. 2. p. 171. ejus Capsæ Claves a quibus sint custodiendæ. §. 1. p. 169.

Banchi debitores, etiamsi loca Pia aut Religiosa sint, obligari in formâ Cameræ remanent ex Brevi Innocentii XI. §. 3. p. 172.

Banchi Ministri statuta, & ordinationes facere, & mutare possunt, sub quibusdam tamen conditionibus, & quinam sint Ministri. §. 11. p. 173. Emolumenta pro Ministris unde detrahenda. §. 9. p. 173.

Congregationes duæ super Banchi statu habendæ sunt, & quando, & qui intervenire debeant. §. 10. pag. 173.

Computorum collatio, vulgò *Bilancio*, singulis annis mense Januarii fieri debet, ejusque exemplaria duo speciali modo conficienda, & custodienda, quorum unum erit Summo Pontifici exhibendum. §. 7. pag. 173.

Apud Capserium Banchi relinquenda est pecunia pro solutionibus sufficiens ad arbitrium Commendatarii. §. 8. p. 173.

Pecunia in hoc Bancho deposita in Locorum Montium non vacabilium emptionem dumtaxat converti potest. §. 1. p. 169. & seqq. & §. 6. p. 172. Si in alios usus convertatur, Præceptor, & Ministri ad restitutionem etiam de proprio obligantur. §. 6. pag. 172. Nisi Pontifex id permittat: & tunc in Chirographis manu Pontificis signandis specialis mentio, & derogatio hujus Constitutionis Benedicti XIV. est facienda sub pœnâ nullitatis. *ibid.*

Pecunia ejusmodi per litteras, & Cedulas solvi potest. §. 2. p. 171.

De hoc Bancho, quæ a Paulo V. & Innocentio XI. statuta sunt, confirmantur sine præjudicio actionum, quæ Archihospitali, & Bancho eidem contrà alias personas, & loca ob statutorum inobservantiam competerent. §. 4. pag. 172.

Baptismi Sacramentum est janua cæterorum. III. §. 20. pag. 9.

Baptismus ab Hæreticis ritè collatus validus est, nec iterandus, & sic baptizatus sit Ecclesiæ membrum, ejusque legibus subditur. III. a §. 12. ad 16. p. 7. & 8. Ab unitate Ecclesiæ repellitur si ad usum rationis perveniens hæresi adhæreat. §. 14. p. 7.

Baptizandi non sunt infantes Infidelium sine parentum consensu. LVI. §. 10. pag. 252. & §. 21. pag. 256.

Baptismo offerre infantes, & impuberes potest quisquis patriâ potestate præditus est. §. 16. & seqq. p. 254. & seqq. Idipsum in favorem Religionis aliquando potest, qui patria potestate caret. §. 19. pag. 256. Id admittitur in Avia Neophyta quoad nepotem ex filio defuncto, etiam contradicente Matre. §. 25. & seqq. p. 258. & seqq. Vid. *Avia.*

Baptismo offerri infantes, & impuberes possunt a parentibus Neophytis, Ethnicis, & Judæis, dummodo id bonâ fide fiat, & baptizatus apud Christianos remaneat.

§. 10. p. 252. Et a patre, etiamsi mater Infidelis dissentiret, & contra. §. 11. p. 252.
Idem jus habet avus respectu nepotum, licet patre, aut matre contradicente. §. 12. p. 252. & 253. Idem jus habent tutores. §. 13. p. 253. & domini, quoad filios servorum pœnalium. §. 15. p. 253. & §. 26. pag. 259. Non idem procedit quoad filios servorum civilium: dicto §. 15. p. 253.
Baptismo offerri Judæorum filii in mortis discrimine constituti, aut a parentibus derelicti, possunt a quocumque, licet parentes contradicerent. §. 14. pag. 253.
Baptismus solemnis olim in Basilicâ Vaticanâ in Sabbato Sancto administrabatur. LXII. §. 12. p. 284. Nunc etiam obtinet, ut quicumque, & quandocumque in eâdem Basilicâ baptizentur. §. 14. p. 284.
Parochis Romæ sub pœnis interdicitur, ne suos Parochianos ab hoc avertant, & mandatur, ut schedulas necessarias certâ formâ conceptas baptizandis tribuant. §. 15. p. 284.
Baptismus in privatis Oratoriis quando administrari possit. L. §. 19. p. 218.

S. Barbati Abbatia. Vid. *Abbatia.*

Baroncellus Urbis, & alter, qui appellatur *di Campagna*, ut integrum satellitum, & equorum numerum sibi præscriptum alere non omittant, Gubernatoris Urbis vigilantiæ committitur. X. §. 8. p. 42.

Basilianis Monachis ad Capitulum Generale convocatis mandatur, ut Catholicum Græcum ritum custodiant. XLV. §. 2. p. 207.
Basiliani Abbates Monasteriorum Græci ritûs Missam eodem ritu celebrent. §. 3. p. 207.
Statuta in eodem Capitulo ad Summum Pontificem deferant confirmanda. §. 4. pag. 207. Græcam linguam perfectè addiscant. §. 5. p. 207.

Basilicæ quatuor Urbis pro lucrando Jubilæo designatæ sunt, & successivè visitari possunt. XVI. §. 4. p. 67. Quot vicibus visitari debeant. XVIII. §. 6. pag. 72.
Basilicæ a Benedicto XIV. reparatæ, & ornatæ recensentur. XVI. §. 4. & seqq. p. 67. & seqq.
Basilica Lateranensis. Vid. *Lateranensis.*
Basilica S. Mariæ Majoris. Vid. *Liberiana.*
Basilica Vaticana. Vid. *Vaticana.*

Beati titulus nulli tribuendus, absque auctoritate Sedis Apostolicæ. VIII. §. 12. p. 34.

Beatificationes in Basilicâ Vaticanâ sunt peragendæ. LXII. §. 20. p. 286.

Beatificatio Ven. Joannæ Franciscæ Fremiot de Chantal. LIV. *tot.* p. 243. & seqq.

Beguinarum secta in Concilio Viennensi abolita fuit; toleratis posteà quibusdam honestè viventibus. VIII. §. 7. p. 33.
Beguini, seu Bizochi, habitum proscripti sui Instituti perperàm a quibusdam Præsulibus susceperunt. VIII. §. 3. pag. 32.

Bellum a Turcis illatum Christianis rapinæ cupidine, injustum est, ideò Turcæ restituere deberent, quæ occuparunt. LX. §. 5. pag. 268.
In bello injusto rapina est quidquid occupatur, adeoque restituendum. §. 4. p. 267., ubi vide nobile exemplum ex antiquis Romanis. Res occupatæ an possint ab aliis emi, & emptores teneantur restituere accepto pretio. §. 10. & seqq. p. 269. & seqq. In bello justo, quæ occupantur ad victorem pertinent: mobilia ad primum occupantem, immobilia ad supremum Principem. dict. §. 4. pag. 267.
In bello non sunt lædendi Ecclesiastici, Peregrini, Mercatores, & Agricolæ, & quare. §. 5. 6. & 7. p. 268. & 269.

Benedictionem Apostolicam elargiendi populo in aperiendis, & claudendis Portis Sanctis Anno Jubilæi facultas conceditur Cardinalibus de Latere Legatis ad hoc designatis. XXIV. §. 9. p. 148. & XXVII. pag. 152.

Benedictionem solemnem post Missam, vel trino ductu cum Sanctissimo Sacramento dare prohibentur Canonici Urbinatenses, licet habentes Indultum Pontificalium. LVII. §. 4. ad VI. VII. & VIII. p. 261. & 262.
Nec ullo modo permittuntur Benedictionem dare post Vesperas, aut Matutinum, etiam in Pontificalibus celebratum. *ibid.* ad VI.

Benedictio Rosæ Aureæ. Vid. *Rosa.*

Benedictiones utensilium, & vestium Basilicæ Vaticanæ, & Ecclesiarum illi subjectarum, a quo sint peragendæ. LXII. §. 8. p. 282.

Benedictus XIII. de Ecclesiastica disciplina, Ecclesiarumque decore sollicitus erat. IV. §. 1. pag. 10. Et erga Purgatorii animas piissimus. XXII. §. 24 pag. 112.
Ejus Constitutio super Immunitate Ecclesiastica confirmatur, & declaratur. XXX. per tot. pag. 161. & seqq.
Ejusdem Indultum pro usu Pontificalium Canonicis Urbinaten. concessum, declaratur. LVII. per tot. pag. 261. & seqq.

Beneficia ad Archihospitale Sancti Spiritus spectantia a quo conferri debeant. V. §. 1. p. 24. Exempta sunt a spolio. *ibid.* Vid. *S. Spiritus.*

Beneficia perpetua in Basilicâ Vaticanâ existentia, & alia dependentia a Monasteriis, Abbatiis, & Prioratibus eidem Basilicæ unitis, ab Archipresbytero, & Canonicis Basilicæ per assignatum turnum sunt de more conferenda, salvo Sanctæ Sedis, & Datariæ jure, quoad reservata, & affecta. LXII. §. 39. pag. 289. §. 50. p. 293. §. 52. p. 294.

Beneficia a Monasterio S. Ruffilli Foripompilii dependentia, ab eodem Capitulo Vaticano conferenda sunt Clericis illius territorii. §. 62. p. 297.

Beneficiorum collatio in parte Diœcesis Aquilejen. Vicario Apostolico commissâ, reservatur Sedi Apostolicæ. LI. §. 7. p. 230. Exceptis iis, quæ spectant ad collationem Capituli Aquilejen. & relictâ Vicario Apostolico facultate instituendi in Benef. de Jurepatronatus, & habendi Concursus super vacantibus Ecclesiis, & Præbendis, quibus imminet Animarum cura. *ibid.*

Beneficiorum collatio, seu Vicariorum deputatio, & respective approbatio, & institutio in locis a Præpositura Sanctæ Mariæ de Pomposia dependentibus, deputato Vicario Apostolico, iis reservatur, ad quos anteà spectabat. LI. §. 6. p. 234.

Beneplacitum. Gratiæ concessio, aut suspensio, duratura *ad beneplacitum Sedis Apostolicæ*, non expirat morte Pontificis concedentis, aut suspendentis. XXII. §. 18. pag. 109. & 110. Secus, si Pontifex aliquid indulgeat, aut suspendat, *usque ad suæ voluntatis beneplacitum. ibid.*
Quomodo autem dari possit virtualis revocatio hujusmodi concessionum, aut suspensionum. Vid. *ibid.* §. 20. p. 110.
Ad Beneplacitum Sedis Apostolicæ semper fieri solent deputationes Vicariorum Apostolicorum; nec alterius nominationi permittitur eorum electio. LI. §. 4. p. 227. & 228. Atque id factum fuit in deputatione tum Vicarii Apostolici in parte Diœcesis Aquilejensis. *ibid.* p. 225. & p. 228. §. 1. Tum Vicarii Apostolici in Locis a Pomposiana Præpositura dependentibus. *ibid.* p. 233.

Beneplacito Sedis Apostolicæ non indiget Capitulum Basilicæ Vaticanæ pro faciendis, & renovandis locationibus bonorum Basilicæ, & Mensæ Capitularis ad novennium. LXII. §. 31. p. 287. Neque pro condonandis caducitatibus ante captam possessionem. §. 33. pag. 288.

Bilancio, seu collatio computorum Banchi Sancti Spiritus quando, & quomodo fieri debeat. XXXIII. §. 7. pag. 173.

Birruariorum numerus præscriptus pro servitio Tribunalium Urbis ne imminuatur, eorum census a Gubernatore Urbis identidem habendus præcipitur. X. §. 8. pag. 42. & 43.

Bizochi. Vid. *Beguini.*

S. Blasii, *della Pagnotta* nuncupat. Monasterium in Via Julia, ab Eugenio IV. unitum fuit Basilicæ Vaticanæ. LXII. §. 42. p. 290. Vid. *Parochialis.*

Bona Fides ad inducendam præscriptionem necessaria est non solùm in initio adeptæ possessionis, sed etiam in progressu & fine. LX. §. 23. p. 276. Qua in re per Sacros Canones correcta est nimia laxitas auctorum Juris Civilis. *ibid.*

Bona Christianorum mobilia a Piratis infidelibus rapta, possunt alii Christiani tam liberi quàm captivi licitè emere, etiam vili pretio, & retinere, etiamsi bona sint Ecclesiarum mobilia. LX. §. 10. & seqq. pag. 269. & seqq. Animo tamen ea restituendi domino comparenti pro justo pretio. *ibid.*

Bona immobilia, & mobilia ab hostibus in bello injusto occupata, & ab aliis empta, differentiam important in obligatione restitutionis, §. 16. & 17. pag. 271. & 272. Et quoad eorum emptores. §. 21. p. 275.

Bona Ecclesiarum in Albaniâ a Turcis eversarum Christiani quidam usurparunt, alii a Turcis emerunt. §. 2. p. 266. Congregatio de Propagandâ Fide ab Archiepiscopo Antibarensi requisita, modum insinuavit, quo possidentium conscientiis consuleretur. *ibid.* & §. 3. pag. 267. Cautè in hoc procedendum. §. 25. & 29. p. 277. & 279.

Bona Ecclesiastica immobilia ab Hæreticis, & Infidelibus occupata, & a Christianis empta, restituenda sunt cum fructibus perceptis, sine soluti pretii repetitione. a §. 16. ad 22. p. 271. *& seqq.* ubi referuntur Auctorum sententiæ.

Bona ejusmodi multo magis tenetur restituere, qui ea usurpavit; etiam in regionibus occupatis ab Infidelibus. §. 23. p. 276. & 277.

Bona Ecclesiastica ab Hæreticis usurpata, nonnullis eorum unà cum fructibus relinquenda esse censuit Apostolica Sedes; eosdemque a censuris absolvit, si ad Ecclesiæ Romanæ sinum redirent. §. 26. p. 278.

Bona Ecclesiastica quænam intelligantur in causis de damno dato. XL. §. 9. p. 182.

Bona derelicta quænam sint. LX. §. 24. p. 277.

Bona Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia obligata sunt mensæ nummariæ in eodem erectæ. XXXIII. §. 1. & seqq. p. 169. & seqq. Eadem a spolio exempta sunt. V. §. 3. p. 25. Vid. *S. Spiritus.*

Bonitas moralis actuum subsistit etiam cum statu peccati, quamvis hujusmodi actus æternæ vitæ meritorii esse nequeant. XXII. §. 75. p. 136.

Bononia Alexandri V. Pontificis Patria asseritur. XLIII. §. 4. p. 196.

Ex eadem Civitate originem duxit S. Pius V. Pont. Max. XVII. §. 7. p. 70.

Bononiensi Ecclesiæ Metropolitanæ Rosam Auream a se benedictam Pontifex dono mittit. XLIII. *per tot.* p. 195. & seqq. Eadem Ecclesia a Gregorio XIII. simili munere decorata fuerat. *ibid.* §. 5. p. 196.

Bugiæ, seu Palmatoriæ usus asseritur Canonicis & Vicario Basilicæ Vaticanæ. LXII. §. 38. p. 289.

Idem conceditur Canonicis Veronensibus. LXX. §. 3. pag. 315.

Hujusmodi privilegium comprehendi negatur in Indulto Pontificalium Urbinatensi Capitulo, & Canonicis concesso. LVII. §. 4. *ad* IV. p. 261.

Bulla Cœnæ. Vid. *Censuræ.*

Burgensis Abbatissa. Vid. *Abbatissa.*

C.

Caducitates bonorum Basilicæ Vaticanæ quacumque ex causa incursas potest Capitulum ejusdem Basilicæ absque S. Sedis Beneplacito, condonare, per expressum tamen actum, & consensum, dummodo actualem rei possessionem non apprehenderit: aliter requiritur Beneplacitum sub pœna nullitatis. LXII. §. 33. p. 288.

Cæremonialis Episcoporum Rubrica super delatione Crucis Ordinum Militarium, limitatur quoad Fratres Professos S. Joannis Jerosolym. LXVII. §. 9. pag. 310.

Calices lignei & vitrei olim in usu fuerunt pro Missæ Celebratione. XLIV. §. 3. p. 205.

Calices stannei Presbyteris Latinis in Russia Polonica permittuntur; quibus etiam alibi Sacerdotes pauperes uti possunt. *ibid.*

Calicis oblatio. Vid. *Conservatores Cameræ Capitolinæ.*

Cambiani mulier Jesuitissa, tamquam Instituti Visitatrix, illius suppressionem a Sede Apostolica decretam impedire studuit. Ad Urbem deducta, & in libera custodia detenta fuit. VIII. sub §. 2. num. IV. VI. & VII. pag. 31. & 32.

Cameræ Apostolicæ Tribunal coram Pontifice sententiam dicit in Causa sacræ suppellectilis Cappellæ privatæ defuncti Card. Accoramboni. VI. §. 1. p. 26. ejusque sententia a Pontifice confirmatur. *ibi per tot.*

Camera Capitolina. Vid. *Conservatores.*

Campidunense Monasterium in Svevia a Beata Hildegarde fundatum inter præcipua Ordinis S. Benedicti Monasteria numeratur. VII. §. 1. p. 29.

Sedi Apostolicæ immediatè subjectum est: Jurisdictionem habet in parochiali Ecclesia Sancti Laurentii Oppidi Campidunensis; & pluribus privilegiis, Pontificia, & Imperiali auctoritate concessis fruitur. *ibid.*

Campidunensis Abbas insignes gradus inter Principes S. R. Imperii obtinet; jurisdictionem temporalem habet; eique indulta fuit facultas consecrandi quamdam Ecclesiam. *ibid.*

Indultum perpetuum ipsi conceditur ministrandi Sacramentum Confirmationis his, qui ejus jurisdictioni spirituali subditi sunt, accepto sacro Oleo ab aliquo Catholico Episcopo. §. 2. p. 29. & 30. Hæreticos Oppidi Campidunensis ad Fidem Catholicam revocare satagit. *ibid.*

Canones licet actu & per abusum neglecti, attendi debent in conscientiarum directione. LX. §. 5. & 8. pag. 268. & 269.

Canones Pœnitentiales antiquos in praxi temperavit pia Mater Ecclesia, quos tamen Confessarii præ oculis habere deberent. XX. §. 23. p. 93. & 94.

Canones a Conciliis Provincialibus conditi Ecclesiam universalem non obligant. III. §. 9. p. 6.

Canonici Choro interesse, & cum aliis psallere & canere tenentur. IV. §. 2. p. 11. & LXX. §. 6. & seq. pag. 315.

Canonici Basilicæ Vaticanæ cui sint subjecti. LXII. §. 4. & 5. pag. 281. & a quo possint ordinari. §. 7. p. 282.

Ex iis deliguntur Examinatores Ordinandorum ab Archipresbytero Basilicæ. §. 7. pag. 282. Qui sunt Presbyteri, possunt, de mandato & delegatione Archipresbyteri, benedicere vestes, & utensilia Ecclesiæ, in quibus sacrum Oleum non adhibetur. §. 8. pag. 282.

Protonotarii Apostolici sunt, aliisque honorificis titulis gaudent apud Sedem Apostolicam; & in quibuscumque Ecclesiis palmatoria, vulgo *bugia*, uti possunt, dum Missam celebrant. §. 38. p. 289.

Consueto habitu Chorali uti possunt in functionibus, & Processionibus ad Ecclesias Basilicæ filiales peragendis. *ibid.*

Canoni-

Canonicus Altariſta, vel antiquior, ſi Presbyter ſit, poteſt Baſilicam, ſi polluatur, reconciliare, aqua tamen ab Epiſcopo benedicta. LXIII. §. 8. p. 282.
Canonici iidem quomodo ſe immiſcere poſſint cauſis criminalibus locorum ipſis ſubjectorum. §. 63. pag. 297.

Canonici Regulares privilegium habent non utendi ſuis religioſis veſtibus, ſi ad Epiſcopatum promoveantur, & quare. LXVII. §. 3. pag. 307.

Canonici Regulares Lateranenſes, & SS. Salvatoris, veri Regulares ſunt, & diſpenſatione indigent, ut Beneficia curata, & reſidentialia obtineant. LIII. §. 1. pag. 241. *remiſſivè.*

Canonici Archihoſpitalis S. Spiritus in Saxia ſub Regula S. Auguſtini militant. XXXIII. §. 1. p. 169. & 170. Commendatario Archihoſpitalis ſubjecti ſunt. V. §. 1. p. 24. & 25.
Canonici Veronenſes. Vid. *Veronenſe.*
Canonici Urbinatenſes. Vid. *Urbinatenſis.*

Canonizationes Sanctorum in Baſilica Vaticana ſunt peragendæ. LXII. §. 20. pag. 286. Canonicis, & Clero Baſilicæ in ejuſmodi ſolemnitate peculiaris locus eſt præſervandus. §. 21. p. 286.

Canonizatio S. Birgittæ in Sacello Palatii Pontificii peracta fuit. VI. §. 4. p. 27.

Cantus. Vid. *Canonici in Choro.*

Cantus in Eccleſiis talis ſit, ut verba diſtinctè intelligantur. IV. §. 9. pag. 18. & ſeqq.
Cantus Muſicus. Vid. *Muſica.*
Cantum planum, ſeu firmum, S. Gregorius Magnus ordinare ſtuduit. IV. §. 2. pag. 11. & 12.
Cantus hujuſmodi ad pietatem excitat; a piis viris Muſicæ præfertur; a Concilio Tridentino commendatur, & in Choro ritè ſervandus. *ibid.*
Cantum eumdem Monachi a Presbyteris ſæcularibus didicerunt, & diligenter tractant. *ibid.*
Cantum Romanum in Gallicanas Eccleſias Carolus Magnus invexit, accitis ab Urbe Roma Cantoribus. IV. §. 14. p. 23.

Capena Porta Urbis, nunc *S. Sebaſtiani*, ab uno in alium locum translata fuit: in ea Chriſtus S. Petro fugienti apparuiſſe dicitur. XVII. §. 12. p. 68.

Capitolina Camera. Vid. *Conſervatores.*

Capitolinus carcer. Vid. *Carcer.*

Capitulum Juvenacenſe. Vid. *Juvenacenſe.*
Capitulum Lateranenſe. Vid. *Aggregatio.*
Vid. *Lateranenſe.*
Capitulum Terlitienſe. Vid. *Terlitienſe.*

Capituli Vaticani privilegia recenſentur, & ampliantur. LXII. *a §. 4. & deinceps* p. 281. *& ſeqq.* Vid. *Vaticana Baſilica.*
Quomodo congregandum pro acceptandis oneribus communibus. LXII. §. 36. p. 289.
Capitulum Veronenſe. Vid. *Veronenſe.*
Capitulum Urbinatenſe. Vid. *Urbinaten.*
Capitulo Generali Monachorum S. Baſilii nonnulla ſtatuenda declarantur. XLV. *tot.* p. 207.
Capitulum Generale a Piis Operariis celebrandum eſſe Romæ, & Neapoli alternatim ſuadetur. LIV. §. 2. pag. 299.

Cappæ uſus Capitulo & Clero Vaticano conceditur in Eccleſiis etiam Filialibus Baſilicæ, & in Proceſſionibus circa eas occurrentibus. LXI. §. 38. p. 289.

Cappellæ nomine, utrum, & quando veniant Oratoria in privatis domibus erecta. VI. §. 7. p. 27. Vid. *Oratorium. Sacellum.*

Cappellarum privatarum ſupellex, ex Conſtitutione S. Pii V. ab Epiſcopis, aliiſque Beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, nemini legari poteſt, vigore cujuſcumque Indulti, nec etiam inter ſpolia Cameræ Apoſtolicæ debita comprehenditur, ſed pertinet ad eorum Eccleſias, & Beneficia. VI. §. 9. p. 28. *&* LXII. §. 27. p. 286. & 287.

Hujuſmodi Conſtitutionis obſervantiæ conſulitur favore Sacrarii Baſilicæ Vaticanæ, quoad Cappellas Canonicorum, Beneficiatorum &c. LXII. §. 27. p. 286. & 287.

Cappella Pontificia organum numquam recepit: cantum muſicum, ſed gravem admittit. IV. §. 3. p. 12. De juribus ipſius Cappellæ, plura vide in verbo: *Sacellum.*

Cappuccinorum Eccleſiæ pauperes ſunt, ſed mundæ. IV. §. 1. p. 10.

Cappuccinarum Monialium Monaſterium in Terra Meldulæ Territorii S. Ruffilli, ſubeſt juriſdictioni Capituli Vaticani privativè quoad alios Ordinarios. LXII. §. 58. p. 295.

Carcer Capitolinus deſtinatur his, qui juſſu Senatoris, & aliorum quorumdam Judicum, carceribus mancipantur. X. *cap.* 2. §. 2. p. 43.
Carcer Innocentianus, vulgo *Carceri nuove*, iis ſervatur, qui in carcerem detruduntur juſſu Cardinalis Vicarii, Gubernatoris, & aliorum Judicum, qui memorantur. *ibid.* Quoad Carceratos in utriſque carceribus quid obſervandum in carcerum viſitatione. §. 8. & ſeqq. p. 44. & ſeqq. Vid. *Viſitatio.*

Carcerati ob crimina, monendi ſunt a Confeſſariis de obligatione aperiendæ veritatis Judicibus legitimè interrogantibus, ut ritè confiteantur tempore Jubilæi. XXVI. §. 8. pag. 150.

Cardinales ex Indulto poſſunt de bonis, etiam ex proventibus Eccleſiaſticis acquiſitis, teſtari. VI. §. 7. pag. 27. excepta ſacra ſupellectili, quæ ad Sacellum Pontificium pertinet in vim Conſtit. Urbani VIII. *ibid. per tot.* Vid. *Sacellum.*
Iidem altero ſpeciali indulto gaudentes teſtandi de ſacra ſupellectile, hanc relinquere debent Eccleſiis, aut Cappellis publicis, ſeu Locis Piis. VI. §. 7. p. 27. & §. 9. p. 28. Præcipue vero ipſis commendantur Eccleſiæ, quarum Titulum, aut regimen obtinuerunt. *ibid.*
Cardinales hortatur Pontifex, ut ſuas Eccleſias, imminente Jubilæo, reparare, & ornare ſtudeant. XVII. §. 14. p. 68.
Cardinales exempti ſunt a pœnis de damno dato. XL. §. 4. p. 181.
Cardinales ſi ex Ordine Equeſtri Jeroſolymitano aſſumantur, Crucem octogonam Mozzettæ adſutam deferre poſſunt. LXVII. §. 10. & 11. p. 310. & 311. Exempla. *ibid.* & §. 14. 15. & 16. pag. 311. & 312. Id nuper conceſſum eſt Cardinali Portocarrero. §. 10. p. 310. & §. 17. p. 312.
Cardinalis Major Pœnitentiarius. Vid. *Pœnitentiarius.*
Cardinalis Vicarius Urbis. Vid. *Vicarius.*

Carnisprivium. Abſurda quædam eo tempore invaleſcentia a Pontifice ſublata. XL. §. 1. p. 186.
De Vigilia S. Mathiæ ultimo die Carniſprivii occurrente. Vid. *ibi, & infra in verbo: Vigilia.*

S. Carolus Borromæus Eccleſiaſticæ diſciplinæ inſtaurator. XXIX. §. 15. p. 162. & 161.
Ejus monita ad Confeſſarios præ oculis habenda commendantur. XVII. §. 4. p. 69.
Quomodo ſe geſſerit in præparandis populis ad Jubilæum conſequendum. XX. §. 11. p. 85. & XXIX. §. 13. p. 160.
Jubilæi extenſionem ad ſuam Diœceſim a Gregorio XIII. impetravit. XXIX. §. 3. p. 157.
Carolus Magnus cantum in Gallicanis Eccleſiis reformavit. IV. §. 14. p. 23.

Casus, qui reſervari poſſunt, & atrociores, quinam ſint. LI. §. 8. p. 223. & 224.
Caſus in antiquis Jubilæi Indultis reſervari ſoliti. XXII, §. 37. p. 119.
Caſus non comprehenſi in facultatibus ordinariis Cardinalis Majoris Pœnitentiarii. *ibid.* §. 39. p. 120.
Epiſcopis inſinuatur, ut facultatem abſolvendi a caſibus ſibi reſervatis concedant Confeſſariis quoad quaſdam perſonas. XXVI. §. 10. p. 151.

S. Catharinæ de Rota Eccleſia Baſilicæ Vaticanæ ſubjecta. LXII. §. 42. pag. 290.

Causæ tàm civiles, quam criminales Peregrinorum, & Advenarum per Annum Sanctum, & per ménsem ante, & post, in Urbe quomodo, & a quibus sint expediendæ. XXIII. *tot.* p. 145. & seqq.
Causæ Criminales. Vid. *Criminales.*
Causæ *de damno dato*, in quibus casibus, ratione personarum, locorum, & animalium, spectent ad Forum Ecclesiasticum, vel ad sæculare, & quomodo introducendæ, & cognoscendæ. XXXIX. §. 5. & seqq. pag. 181. & seqq. Vid. *Damnum datum.*
Causæ pertinentia. Vid. *Pertinentia.*

Cedulæ de pecuniis in Bancho S. Spiritus depositis creditum habere debent. XXXIII. §. 2. p. 171.

Cencii Camerarii Liber Censuum Ecclesiæ Romanæ sub finem sæculi XII. conscriptus, minus integrè Typis editus. XLIII. §. 8. p. 198.
Censuræ nomine potissimum venit Interdictum, Suspensio, & Excommunicatio. XXII. §. 48. p. 124. An etiam Irregularitas ex delicto. Vid. *ibid.* Habens facultatem absolvendi a Censuris, non potest dispensare super irregularitate. *ibid.* §. 50. p. 124. & 125. Vid. *Absolutio.*
Qui habet facultatem absolvendi a Censuris in Bulla Cœnæ reservatis, non ideo potest absolvere a Censuris proter hæresim formalem externam, etiam occultam, incursis. XXI. §. 53. p. 101.
Censuras qui incurrit ob violatam clausuram ad turpem finem, & ob lectionem librorum prohibitorum, quomodo sit absolvendus Anno Jubilæi. XXI. §. 28. 29. & 30. p. 99. & 100.
Pœnitentiarii eodem Anno quomodo a Censuris absolvere possint. §. 5. & seqq. p. 98. & §. 24. & seqq. p. 99. & seq.
Absolutio a Censuris cum serio consequendi Jubilæi proposito obtenta subsistit, etiamsi quis a proposito postea resiliret; sed is peccat mortaliter. XXII. §. 86. p. 143.
Censuum liber Cencii Camerarii. Vid. *Cencii.*

Centenaria præscriptio dumtaxat adversus Ecclesiæ Romanæ jura valere potest. LXIII. §. 30. p. 287. Idipsum procedit quoad bona & jura Basilicæ Vaticanæ. *ibid.*
Cereæ Formæ. Vid. *Agnus Dei.*

Chantal. Vid. *B. Joanna Francisca.*

Chartarius Carolus, Advocatorum Consistorialium Decanus, auctor plurium Librorum, & præsertim Operis *de Rosa aurea.* XLIII. §. 5. p. 196.

Chordigeri dicuntur, qui laneum cingulum S. Francisci de Paula portant. LIX. §. 1. p. 264. Cingulum benedictum ab aliquo ex Fratribus Minimis ad id deputato accipiunt; idque ab eodem S. Francisco institutum esse piè creditur. §. 6. p. 264. A Tertiariis ejusdem Ordinis distinguuntur. *ibid.*
Chordigeris peculiares Indulgentiæ conceduntur. §. 7. & 8. p. 265. Vid. *Indulgentia.*

Chrisma singulis annis Feria V. in Cœna Domini renovandum est; nec licet uti veteri, nisi in necessitate. XXXI. §. 5. p. 166.
Chrisma ab Episcopo benedictum adhiberi debet a simplici Presbytero habente facultatem extraordinariam conferendi Sacramentum Confirmationis. VII. §. 3. p. 30. & XXXI. §. 4. p. 166.
Chrisma in Basilica Vaticana quotannis solemni ritu conficitur. LXIII. §. 9. p. 282.
Ejus confectioni quinam interesse teneantur. *ibid.*

Christiani capti in bello inter Christianos non fiunt capientium servi. LVII. §. 15. p. 253. & 254.
Christianorum bona. Vid. *Bona.*

Clausuræ legibus non obstrictæ Religiosæ Mulierum domus ab Apostolica Sede non approbantur in statu veræ Religionis, nec ab Ordinarii jurisdictione eximuntur. VIII. §. 5. p. 33. & §. 23. p. 36. & 37. Vid. *Tertiariæ.*
Clausuram violantes ad malum finem, sub quibus conditionibus absolvendi sint a Censuris Anno Jubilæi. XXI. §. 28. & 29. & XXII. §. 66. p. 131.

Clemens VIII. quid circa pœnas de damno dato constituerit. XXXIX. §. 2. p. 181.

Clementis XI. Decretum contra Altaris portatilis, & indebitæ celebrationis Missæ abusum. L. p. 221.

Clemens idem Anglicanarum Virginum Regulas admisit. Vid. *Anglicanæ.*

Clementis XII. Litteræ Apostolicæ contra cœtus, vulgò *de' liberi Muratori*, confirmantur. XLVIII. *tot.* p. 213. & seqq. Ejusdem Constitutio super Immunitate Ecclesiastica confirmatur, & declaratur. XXX. §. 7. pag. 162. & seqq.

Clerici quando privilegia amittant. Vid. *Privilegium.*

Clesselius Cardinalis contra Jesuitissas plura Romæ egit. VIII. sub §. 2. n. III. & v. p. 31.

Codellius, Augustinus, Goritiensis, pro Vicarii Apostolici in ea Civitate constituendi residentia & sustentatione, proprias ædes, & certos fundos pia liberalitate donavit. LI. §. 3. p. 226. & §. 1. p. 228. & 229.

Coeremoniale Augustini Piccolomini Christophorus Marcellus tamquam opus suum edidit. VI. §. 4. p. 27. Vid. *Cæremoniale.*

Collegia Tertiariarum Clausuræ legibus non obstricta, a Parochi juribus exemptionem non obtinent. XII. *per tot.* p. 54.

Collegiata Terlitiensis. Vid. *Terlitiensis.*

Coloni. Vid. *Episcoporum Familiares.*

Colosseum. Vid. *Amphitheatrum.*

Comaclensis Episcopus in Vicarium Apostolicum deputatur ad spirituale regimen eorum locorum, in quæ Præpositi S. Mariæ de Pomposia jurisdictionem quasi Episcopalem sibi asserebant. LI. §. 3. p. 232. Vid. *Vicarius Apostolicus.*

Commendatarius S. Spiritus in Saxia. Vid. *Banchum.* Vid. *S. Spiritus.*

Commendatitiæ Litteræ olim dabantur peregrinantibus ad Limina Apostolorum, quarum formula exhibetur. XX. §. 4. p. 79.

Commercium liberum & reciprocum frumenti, & aliorum generum, inter pleraque loca, & Provincias ditionis Pontificiæ stabilitur. IX. §. 3. & seqq. p. 39. & seqq. Annullantur Edicta contraria a Præsidibus publicata, & pœnæ revocantur. §. 4. & 5. p. 39. & præsertim tollitur obligatio denunciandi quantitatem frumenti, & similium. §. 6. p. 39. Prohibetur tamen extractio earum rerum a Statu Ecclesiastico. §. 6. & 7. p. 39. & 40.

Commissiones quæcumque, & a quocumque Romanæ Curiæ Tribunali expediendæ ad partes, quoad personas subditas nonnullis Abbatiis Capitulo Vaticano unitis, dirigendæ sunt Vicariis Generalibus ab eodem constitutis. LXIII. §. 59. p. 295. & 296.

Communicatio Indulgentiarum, & Privilegiorum, Ecclesiis aliisque locis Basilicæ Lateranensi subditis, aut aggregatis, facta, aut facienda quomodo subsistat. XLVI. *tot.* p. 208.
Communicatio hujusmodi certo modo a Capitulo Vaticano fieri permittitur. LXIII. §. 45. & seqq. pag. 291. & seqq.

Communio alia sacramentalis, alia spiritualis, alia sacramentalis simul & spiritualis: & hanc Benedictus XIV. injungere intellexit pro Jubilæo lucrando. XXII. §. 2. p. 104. Pueris Jubilæum lucraturis non est necessaria, sed a Confessariis in aliud pium opus commutari potest. §. 80. p. 140. & XXI. §. 48. pag. 101.
Communio Paschalis in Parochiali Ecclesia est facienda, nec alibi, nisi de Episcopi, aut Parochi licentia. XLIX. §. 21. pag. 219. Qui eam facit in Ecclesiis Regularium, non satisfacit præcepto Paschali. §. 22. p. 219.

Com-

Communio aliis temporibus non est facienda in privatis Oratoriis, sine Episcopi licentia. XLIX. §. 23. & 24. p. 219.

Communio Sacramentalis an sit necessaria pro Indulgentiis consequendis. XXII. §. 80. p. 140.

Commutatio votorum a dispensatione differt. XXII. §. 45. & seqq. p. 122. & seqq.

Commutare Vota simplicia quomodo Pœnitentiarii possint Anno Jubilæi. §. 41. & seqq. p. 121. & seqq. Quomodo, & quæ alia pia opera ad Jubilæum consequendum injuncta. §. 51. & seqq. pag. 125. & seqq.

Complicem peccati inhonesti nullus Confessarius absolvere potest, ne Jubilæi quidem occasione, sub pœna nullitatis, & incurrendæ excommunicationis Majoris Summo Pontifici reservatæ, excepto mortis articulo, cum adjunctis circumstantiis. XXI. §. 23. p. 100. XXII. §. 36. & seqq. p. 127. & XXVIII. §. 5. p. 154.

Complicis peccati nomen non licet Confessariis exquirere. XIV. §. 1. & seqq. pag. 56. Vid. *Confessarius.*

Concessio. Vid. *Beneplacitum.*

Concilium Tridentinum matrimonia clandestina irritavit. III. §. 17. p. 8.

Concilii Congregatio. Vid. *Congregatio.*

Concionatores pro locis inter Episcopum Comaclensem, & Præpositum S. Mariæ de Pomposia controversis, eligendi sunt ab eodem Præposito, sed a Vicario Apostolico benedictionem petere debent. LI. §. 6. p. 234.

Concordata. Vid. *Conventiones.*

Confessarii probi, ac docti esse debent. XX. §. 18. pag. 89. Criminum circumstantias, & pœnitentium indolem advertere, eosque prudenter interrogare, & curare. §. 19. pag. 89. & 90. præsertim si ignorantes sint. §. 20. p. 90. & 91.

Confessarii in dubiis, & arduis casibus quomodo se gerere debeant. §. 21. pag. 91. & 92. & in conferenda, vel deneganda, aut differenda absolutione. §. 22. pag. 92. Eorum hortamenta in foro Pœnitentiæ efficaciora sunt sacris Oratorum concionibus. *ibid.* Satisfactionem præteritæ vitæ proportionatam imponant, quæ etiam futuræ prosit. §. 23. & seqq. pag. 93. & seqq.

Confessariorum quorumdam praxis damnatur exquirendi in Sacramentali Confessione a pœnitentibus nomen, & locum habitationis personæ complicis in peccato, denegando absolutionem reticentibus. XIV. §. 1. 2. & 6. p. 56. & 57.

Contra Confessarios, aliosque ejusmodi damnationem perversè interpretantes, aut praxim ipsam pertinaciter retinentes, potest Tribunal Inquisitionis Portugalliæ procedere. §. 3. & 6. p. 56. & 57. Confessarius praxim eamdem imprudenter sequens sine pravi dogmatis suspicione, ab Ordinario erit puniendus. §. 5. pag. 57.

Confessarii omnes in hoc delinquentes denunciandi sunt Tribunali S. Officii. §. 7. p. 57. Eos autem sic denunciatos, aut S. Officii carceribus mancipatos, si Ordinarius contendat ad suum Tribunal pertinere, dubium super causæ pertinentia in eodem Tribunali S. Officii est discutiendum: aliter consequens processus erit nullus. §. 8. & 9. p. 57. & 58. Si reus ad S. Officium pertineat, illi relinquatur; si ad Ordinarium, est dimittendus, ut Ordinarius contra ipsum procedat. §. 10. p. 58.

Confessarius complex in peccato inhonesto, a complice eligi nequit vigore cujuscumque Indulti, etiam Jubilæi Universalis. XXI. §. 23. p. 99. XXII. §. 56. pag. 127. XXVIII. §. 5. pag. 154.

Confessariis pœnitentiariis, Jubilæo imminente, instructiones, & facultates præmittuntur, & liber monitorum S. Caroli Borromæi commendatur. XVII. §. 4. & 5. p. 69.

Confessarii plures a Cardinali Urbis Vicario deputandi sunt pro Anno Jubilæi. XXI. §. 2. p. 98. Quibus amplæ facultates conceduntur, quæ recensentur. §. 35. & seqq. p. 100. & seqq. & XX. §. 13. p. 86.

Confessariis Regularibus eædem facultates tribuuntur quoad pœnitentes suorum Ordinum, cum quibus dispensare etiam poterunt super irregularitate occulta ex censurarum violatione contracta. XXI. §. 41. p. 100. Etiamsi Confessarii Regulares non essent pro Anno Sancto deputati, sed solùm a Cardinali Vicario approbati ad excipiendas sæcularium Confessiones in Urbe. XXII. §. 88. p. 144.

Confessarii quinam eligi possint a Monialibus, aliisque Mulieribus in Communitate conviventibus; & ab Anachoretis, Carceratis, Captivis, Infirmis, & aliis, qui recensentur, ut Jubilæum Anni Sancti juxta Pontificium Indultum lucrentur. XXVI. §. 8. p. 150. A quibus peccatis, & censuris iidem Confessarii absolvere possint. *ibid.*

Confessariis aliis ordinariis Urbis, pro Anno Sancto non deputatis, nulla additur, neque demitur facultas. XXII. §. 89. p. 144. Ideo suas facultates benè perpendant. §. 90. p. 145.

Confessarii quinam eligi possint occasione Jubilæi, quod Romæ celebratum ad totum Orbem extenditur, & quæ facultates illis dentur. XXVIII. §. 4. p. 154. & XXIX. §. 9. & seqq. p. 158. & seqq. Quinam eligendi a Monialibus. *ibid.* & §. 11. p. 159.

Confessarium approbatum potest quisquis ex Capitulo, & Clero Vaticano sibi eligere, a quo semel in anno &c. a casibus Sedi Apostolicæ reservatis absolvatur. LXII. §. 37. p. 289.

Confessio Sacramentalis Generalis utilissima est, & omnibus commendatur. XX. §. 17. p. 88.

Confessio invalida necessariò est iteranda. Utile est peccata iterum confiteri. §. 16. p. 88.

Confessio Sacramentalis Romipetis ante discessum commendatur. §. 26. p. 94. & 95.

Confessio actualis requiritur ad consequendam Jubilæi Indulgentiam; quamvis nonnulli senserint sufficere *in voto.* XXII. a §. 3. ad 7. p. 104. & 105. Potest sufficere in voto, si Summus Pontifex id expressè concedat, sicuti concessit Missionariis *in partibus* pro consequendis Indulgentiis. §. 6. p. 105.

Confessionis Divinum præceptum sola peccata mortalia comprehendit. Pro consequendo tamen Jubilæo peragenda est etiam ab his, qui venialiter dumtaxat peccarunt, cum Confessio inter opera præscripta recenseatur. §. 77. & seqq. p. 138. & seqq. Præmittenda esset visitationibus Basilicarum, non tamen necessariò. §. 73. & seq. pag. 135. & seqq. Iteranda est ab eo, qui, illa jam facta, & Basilicis aliquoties visitatis, in lethale peccatum relabitur, aut alicujus peccati in prima Confessione oblitus fuit. §. 79. pag. 139. & XXI. §. 45. & seqq. p. 101.

Confessio Sacramentalis quando in privatis Oratoriis, & domibus fieri possit. L. §. 20. p. 218. & 219.

Confirmationis Sacramentum olim statim post Baptismum conferebatur. LXII. §. 12. pag. 284. Idque Græci faciunt, etiam cum Infantibus. XXXI. §. 4. & 5. p. 166.

Confirmationis Sacramentum a Cardinali Archipresbytero Basilicæ Vaticanæ, vel de ejus mandato, in eadem Basilica, semper conferri potuit personis illius jurisdictioni subjectis. LXII. §. 10. p. 282. & 283. Quoad alias personas ipsi non subjectas, controversia mota fuit a Capitulo Basilicæ Lateranensis. *ibid.* & *pag. seqq.*

Ea lis extinguitur, decernendo, Confirmationem quolibet tempore in Basilica Lateranensi a Card. Urbis Vicario, aut ab ejus Vices-Gerente, vel alio Antistite ab eo deputato administrari posse. LXII. §. 11. p. 283. ac permittendo, ut etiam in Basilica Vaticana infra Octavam SS. Petri, & Pauli a Basilicæ Archipresbytero, vel ab ejus Vicario, si sint Episcopi, vel ab alio Antistite de gremio Capituli, aut aliter deputando, omnibus id expetentibus conferri valeat. *ibid.* §. 11. p. 283.

De

De ritu, & ordine ea occasione servando; de conficiendo retinendoque Confirmatorum Regesto. LXII. §. 13. p. 284.

Confirmatio infantibus utriusque sexus in Archihospitali S. Spiritus expositis conferri potest a quocumque Catholico Episcopo, volentibus Commendatario, aut Canonicis Archihospitalis, ex Privilegio Nicolai IV. XXXVIII. *init.* p. 179. Infirmis ætate provectis nondum confirmatis ad idem Archihospitale accedentibus conferri posse conceditur, tam a Commendatario si sit Episcopus, quam ab alio Catholico Antistite, volentibus eodem Commendatario, aut Priore Archihospitalis. *ibid.* §. 1. & 2. p. 179.

Confirmationis administrandæ Indultum perpetuum conceditur Abbati Monasterii Campidunensis in Svevia, quoad personas suæ Ordinariæ jurisdictioni subjectas, adhibito tamen Chrismate ab Episcopo benedicto. VII. §. 2. & 3. §. 29. & 30.

Eadem facultas datur Præfecto Missionum Ægypti, deficientibus in Ægypto Episcopis Catholicis, quoad baptizatos a Presbyteris Latinis, septennes, aut minores in periculo mortis constitutos. XXXI. §. 4. & 5. p. 166.

Ejusdem Sacramenti administratio permittitur Vicariis Apostolicis Episcopali charactere præditis, quoad personas eorum regimini subjectas, tam per se, quam per alios. LI. *in secund. Litt. Apost.* §. 5. & seqq. p. 230. & seq.

Confraternitates. Vid. *Aggregatio.*

Congregatio *Boni Regiminis* non potest assumere judicium causarum particularium de damno dato: sed tantummodo providere circa locationes proventuum inde obvenientium, seu circa Censum Cameræ Apostolicæ solvendum, & pœnarum erogationem, rectamque justitiæ administrationem. XL. §. 18. & seqq. p. 183. & seq.

Congregatio *Capitolina Criminalis* bis in mense a Conservatoribus Urbis habenda est super causis criminalibus locorum feudalium Populi Romani. XXXVI. §. 1. p. 178. Quid in eâ agendum, quinam intervenire debeant, & votum consultivum, aut decisivum habeant. *ibid.*

Congregatio eadem potest approbare, & corrigere quidquid Conservatorum antiquior super iisdem causis in urgenti casu decrevit. *ibid.*

Congregatio *Concilii Tridentini* quid senserit de Parochiis conferendis Clericis Sæcularibus in Indiis Occidentalibus. LIII. §. 3. p. 241. Ejus Decretum, ut Tertiariæ Ordinis S. Dominici Civitatis Januensis subjiciantur jurisdictioni Parochiali, confirmatur. XII. *tot.* pag. 54.

Congregatio *Consultæ* non potest assumere causas de damno dato, nisi actus fuerit ejusmodi, ut transeant in nomen alterius delicti, pro quo in Bannimentis Generalibus imposita sit pœna triremis, aut mortis. XXXIX. §. 18. p. 183.

Congregatio *Fabricæ* Basilicæ Vaticanæ, loco Collegii Curialium olim pro eadem Fabrica deputati, instituta, pluribus Cardinalibus & Prælatis componitur. LV. §. 2. p. 245.

Ejus Præfectus constanter esse solet Cardinalis Basilicæ Archipresbyter. §. 3. p. 245.

Congregatio hæc examinat cursum causarum, in quibus ordinarius Fabricæ Judex sententiam tulit, & œconomicum Fabricæ regimen dirigit. §. 4. & 5. p. 245. & 246.

Congregatio ejusmodi Generalis, quoad causas, & lites, saltem bis in singulos annos est convocanda a Cardinali Præfecto, & quid in ea præstandum sit. §. 4. p. 245. Sed pro œconomia Fabricæ, Congregatio Particularis instituitur, a Cardinali Præfecto, & tribus aliis designatis Cardinalibus constituenda, cui etiam ejusdem Fabricæ Oeconomus, & Judex Ordinarius interfiunt cum voto consultivo. §. 6. & 7. p. 246. Quater saltem in anno est convocanda, adstantibus ad Aulæ limen aliis Fabricæ Officialibus. §. 9. p. 246. Examinare debet omnes expensas pro Fabrica faciendas excedentes summam quingentorum scutorum, ejusque resolutiones Summo Pontifici referendæ a Præfecto, vel Secretario. §. 8. p. 246. Eidem exhibendæ sunt rationes & computa Fabricæ singulis quatuor mensibus. §. 9. pag. 246. Ipsi demandatur, ut quantocius visitet Fabricam, ejusque statum œconomicum, ac sua Decreta Summo Pontifici referat. §. 10. p. 246.

Congregatio *Gubernii Urbis* singulis hebdomadis Feria III. & VI. coram Gubernatore haberi debet. X. cap. 1. §. 5. p. 42. Quænam personæ in hujusmodi Congregationibus interesse debeant, aut possint; quæque ex illis decisivum aut consultivum suffragium habeant; item divisionem rerum, quæ in una & altera Congregatione examinari, judicari, aut decerni debent. Vid. *ibid.* §. 6. & 7. p. 42.

Congregatio *Indulgentiarum* approbante Pontifice, respondit, Confessionem actualem requiri ad consequendas Indulgentias, quæ a confessis Fidelibus acquirendæ conceduntur. XXII. §. 6. p. 105. Ejusdem responsa, quoad Indulgentias Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci. XLII. §. 2. p. 192. Ejus facultas requiritur, ut Capitulum Lateranense possit duobus piis locis in una Civitate Aggregationem, & Indulgentiarum communicationem concedere. XLVI. §. 16. p. 210. Idem quoad Aggregationes per Capitulum Vaticanum faciendas. LXII. §. 45. p. 291.

Congregatio *particularis* quorumdam Cardinalium a Summo Pontifice deputata, in controversia inter Episcopum Augustæ Vindelicorum, & Conservatoria Virginum Anglicanarum. VIII. §. 1. pag. 30. Plura decrevit, quæ ab eodem Pontifice approbantur. §. 8. p. 33. §. 13. p. 34. §. 16. p. 35. §. 24. p. 37. Vid. *Anglicanæ.*

Congregatio *de Propaganda Fide* ab Archiepiscopo Antibarensi requisita modum insinuavit consulendi conscientiis Christianorum, qui in Albania Turcis subjecta, vel usurparunt, vel emerunt a Turcis bona Ecclesiarum. LXI. §. 3. p. 267. Ejus responsa ad dubia quædam a P. Francisco Longobardo Tuneti Missionario proposita. §. 9. & seqq. p. 268. & seqq.

Congregationis *Sac. Rituum* Decreta quoad ornamenta, & alia, quæ Capitulum Ecclesiæ Urbinatensis sibi competere putabat, vigore Indulti Pontificalium a Benedicto XIII. sibi concessi, confirmantur. LVII. §. 2. & seqq. p. 261. & 262.

Congregatio *Visitationis* carcerum. Vid. *Visitatio.*

Conjugati an peccent, & Jubilæum consequi possint, accedentes Romam sine conjugis venia. XXII. §. 68. p. 132.

Conjugium. Vid. *Matrimonium.*

Consecratio Altarium Basilicæ Vaticanæ, Ecclesiarum illi subjectarum, earumque Altarium, a quo sit facienda. LXII. §. 8. p. 282.

Consecratio aliorum Altarium, & Ecclesiarum. Vid. *Altare.* Vid. *Dedicatio.*

Consensus renovandus est post obtentam dispensationem, in matrimonio irrito. XXXI. §. 13. p. 167. Cum autem definitum non sit, irrita esse matrimonia a Diaconis Orientalibus contracta post Ordinem Sacrum; si dispensatio illis concedatur, conditio renovationis consensûs adjicienda non erit. *ibid.* pag. 167. Vid. *Matrimonium.*

Conservatores Cameræ Capitolinæ, Calicem valoris scutorum sexaginta, cum octo cereis facibus Basilicæ Vaticanæ quotannis in Festo SS. Petri & Pauli offerre tenentur. LXII. §. 24. p. 286. Ejus loco pretium persolvere possunt, in paramentis, aliisque utensilibus erogandum, cum appositis Insigniis Senatus Populique Rom. *ibid.*

Conservatores iidem interesse debent visitationi carceris Capitolini. X. cap. 2. §. 6. p. 44. Ipsi soli jurisdictionem habent in quatuor loca Populi Romani feudalia, quæ recensentur. XXXVI. §. 1. p. 178. Congregationem criminalem pro iisdem locis habere debent. *ibid.* Vid. *Congregatio.*

Conservatorum antiquior in Urbe existens potest in urgenti casu provisionem capere super causis eorumdem locorum. *ibid.* p. 178.

Conservatoria Virginum Anglicanarum. Vid. *Anglicanæ.*

Conservatoria Tertiariarum. Vid. *Collegia.*

Constantinus Imperator quasdam Ecclesias in Urbe construxit. XVI. §. 5. & 6. p. 67.

Constitutio unius Pontificis non indiget Successorum confirmatione, ut subsistat. XLVIII. §. 3. p. 213. Nihilominus Constitutio Clementis XII. adversus eos, qui vulgò *Liberi Muratori* dicuntur, confirmatur. §. 4. & seqq. p. 213. & 214.

Consuetudo generalis Ecclesiæ vim legis habet. III. §. 10. p. 6. Impedimenta matrimonium dirimentia inducit. *ibid.* Consuetudo peculiaris non tollit Legem a consuetudine generali provenientem, sed dispensationes faciliùs indulgeri suadet. *ibid.* §. 19. pag. 8.

Consuetudo quæ requiratur, ut Magistratus localis possit cognoscere causas de damno dato in Statu Pontificio. XXXIX. §. 11. p. 182. Consuetudines locorum attendendæ sunt quoad probanda damna data, & quoad eorum pœnas. §. 15. p. 183.

Consultæ Congregatio. Vid. *Congregatio.*

Consultæ Ponentes duo adjiciuntur, quorum munus, in Tribunali Gubernii Urbis sententiam dicere, & alia officia exequi. X. §. 2. p. 41. & seqq.

Contractus inter duas partes initus irritari potest vi legis, quæ unam dumtaxat ex contrahentibus partibus afficit. III. §. 7. & 8. p. 5. Vid. *Lex.*

Conventiones Imperatricem inter, & Rempublicam Venetam super rebus Patriarchatus Aquilejensis referuntur, & approbantur. LII. §. 5. p. 236. Vid. *Aquilejensis.*

Conventiones inter Catholicos Principes laicos, & Heterodoxos initæ super possessione, & detentione bonorum Ecclesiasticorum, ab Apostolica Sede improbantur. LX. §. 19. p. 273. & 274.

Cophtorum ritus conferendi Ordines ante legitimum tempus, & ministrandi Sacramentum Confirmationis infantibus statim post Baptismum, refertur, & super his Decreta quædam ad Præfectum Missionis transmittuntur. XXXI. §. 1. & seqq. p. 165. & seqq.

Cozza Minister Generalis Ordinis Minorum ad Cardinalatum assumptus Ministerium idem simul retinuit. LXVII. §. 17. p. 312. & 313.

Criminales Auditores Ordinariorum, & aliorum Romæ residentium, quas causas criminales agitare possint, & quæ requisita habere debeant. X. *in ult. sched.* §. 10. p. 50.

Criminalium Causarum celeri expeditioni consulitur. X. §. 7. p. 42.

Criminalium causarum agitatio, & criminalis professio iis solis permittitur, qui ad id examinati, & approbati fuerint, & alia requisita habeant, exclusis aliis etiam actu professionem criminalem exercentibus. X. cap. 3. §. 9. p. 47. Et *in sched. seq.* §. 11. & seqq. p. 50. & 51. Ideo Gubernator Urbis elenchum omnium, qui professionem hanc exercere Romæ poterunt, conficere debet, exceptis his, qui Tribunali Sanctæ Inquisitionis inserviunt. *ibidem.* §. 15. p. 51. Qui certas causas jam agitabant, iis permittitur, ut eadem prosequantur usque ad novum designatum examen. §. 11. p. 50.

Criminalium causarum agitatio Procuratoribus pauperum contra reos, & Officialibus Fisci contra Fiscum, Judicibus vero omnimode, sub gravi pœnâ prohibetur. X. cap. 3. §. 10. p. 47. *Et in sched.* §. 4. pag. 49.

In criminali causâ votum non habet iis, cujus minister in eâdem causâ Judicis officio functus est. X. cap. 3. §. 10. p. 47.

Criminalibus causis Castri S. Petri in Formis, & aliorum locorum Capitulo Vaticano subjectorum, poterunt Canonici quidam licitè se immiscere, absque irregularitatis, aut censuræ incursu, dummodò a sententiâ sanguinis abstineant. LXII. §. 63. p. 297.

Criminales causas judicare potest Vicarius Foraneus in novâ Civitate Pergulæ constitutus, sub quibusdam tamen limitationibus. LXIV. §. 7. & 8. p. 302.

Criminales causæ locorum feudalium Populi Romani quomodo discutiendæ sint. XXXVI. *tot.* pag. 178. & seq.

Criminales Judices. Vid. *Judex.*

Criminales Officiales, & Ministri cujuscumque Congregationis, aut Tribunalis Urbis, non debent, sub proprio, aut alterius nomine, causam criminalem, in cujus construendis processibus partem habuerunt, agitare pro reo, aut contra ipsum, in Tribunali, cui inserviunt, vel ad quod possit dari appellatio, aut recursus in eâdem causa. X. *in ult. sched. mot. pr.* §. 4. & seqq. p. 49. & seqq. Idipsum statuitur quoad Tribunalia Cameralia. §. 5. p. 49.

Criminalibus Relatoribus, Substitutis, & aliis, permittitur exercitium proprii Officii, quod anteà habebant, sine prævio examine, post publicationem Constitutionis. X. Vid. *in sequenti sched. ibid.* §. 3. pag. 49.

Cruces Consecrationis indices in Basilicâ Liberiana jussu Benedicti XIV. appositæ sunt. XXXV. §. 2. pag. 176.

Crucis præferendæ mos a Summo Pontifice ad Legatos, & Antistites deductus est. LXVI. §. 1. p. 305. Hæc facultas conceditur Episcopo Warmiensi, & Sambiensi in suis Civitatibus, & Diœcesi, dummodo non adsit Legatus, aut Nuncius Apostolicus. §. 2. & 3. pag. 305.

Crux octogona est verus habitus Fratrum Militiæ Equestris Jerosolymitanæ, seu Equitum Melitensium. LXVII. §. 1. p. 306. & §. 11. p. 310. Non aurea Crux a pectore pendens, quæ ipsis aliquando vetita fuit. §. 4. p. 307.

Crucem ejusmodi Melitensis Episcopus Mozzettæ in Civitate Melitensi, Mantellettæ verò assutam Romæ deferre consuevit. §. 8. & seqq. p. 309. & seqq. Nec illam deposuit Episcopus Molina, licet ad aliam Ecclesiam translatus, & quare. §. 10. p. 310.

Crucem eamdem, tanquam Religionis suæ habitum, supra Vestes exteriores, & præcise supra Mozzettam, deferre possunt Cardinales ex eodem Ordine assumpti. *ibid.* & §. 11. p. 310. Plura exempla, ex quibus evincitur id licitum esse Cardinali Portocarrero. §. 10. pag. 310. & §. 14. & seqq. pag. 311. & seqq.

Crucesignati ad recuperandam Terram Sanctam proficiscentes, Indulgentiam plenariam consequebantur. XXII. §. 15. p. 108.

Cultus publicus nemini tanquam Beato exhibendus, nisi Summus Pontifex permittat. VIII. §. 12. p. 34. Cultum publicum redolent actus privati, si ex iis sint, quos Ecclesia pro Beatorum veneratione instituit. *ibid.*

Cura animarum Regularibus in Titulum committi nequit sine dispensatione Apostolica; etiamsi sint Canonici Regulares. LIII. §. 1. p. 241. Limita quoad Canonicos Regulares Præmonstratenses. XXXV. §. 1. & 4. p. 174. & 175.

Cura

Cura animarum quoad Basilicam Vaticanam, habitualiter penès Capitulum, quoad exercitium penès Vicarium Curatum residet. LXIII. §. 40. p. 289. Olim ab uno ex Canonicis cum aliquot Presbyterorum auxilio exercebatur. *ibidem.*

Curati Ecclesiarum Basilicæ Vaticanæ filialium, aut subjectarum, quid præstare teneantur. LXIII. a §. 40. ad 44. p. 289. & seqq. Vid. *Vicarius.*

Curiæ Romanæ Tribunalia ferè omnia Benedictus XIV. præsentiâ sua decoravit. VI. §. 1. p. 26.

D

Damnatio duorum Librorum errores continentium. XXXVIII. pag. 180. Item Folii continentis Theses erroneas in Sorbona defendendas. LXII. p. 283. Vide *Libellus.* Vide *Theses.*

Damni dati causæ in Statu Pontificio ad forum Ecclesiasticum, vel Laicale pertinent, vel sunt mixti fori, ex diversitate personarum, & animalium damnificantium, & bonorum damnificatorum; ideo cognoscendæ a respectivis Judicibus, juxtà diversos casus: XXXIX. a §. 5. ad 8. p. 181. & 182. ad hunc effectum quænam dicenda sint Bona Ecclesiastica, & quænam animalia Ecclesiasticorum. §. 9. & 10. p. 182.

Damni dati causa ad forum laicale pertinens cognoscenda est in prima instantia a Magistratu locali, si hanc facultatem ei tribuat Statutum, vel consuetudo, & damnum sit simplex: alitèr a Gubernatore. §. 11. pag. 182.

Damna studiosa, & manualia, ad quem pertineant, & a quo judicanda sint. §. 9. & 11. p. 182.

Damni dati causæ quæcumque intra quadraginta dies expediantur; aliter ad Judicem superiorem devolvuntur. §. 14. p. 183. Quid de causis ante hujus Constitutionis publicationem introductis. *ibid.*

Damni dati causæ admittunt appellationem ad Judices Superiores. §. 17. p. 183. Quænam sportulæ in his causis exigendæ. *ibid.* Causæ eædem quando a Congregatione Consultæ sint cognoscendæ. §. 18. pag. 183. Quando autem in negotiis hujus generis se ingerere possit Congregatio Boni Regiminis. *ibid.* §. 19.

Damni dati pœnæ exigendæ sunt juxtà locorum statuta, & consuetudines, etiam in foro Ecclesiastico, & quoad Ecclesiasticos. §. 15. p. 183. Idem servandum quoad probationes. *ibid.*

Damni dati pœnæ Communitatibus Statûs Pontificii attribuuntur. Olim aliter constitutum fuerat. a §. 1. ad 4. p. 181. A Judice minui aut condonari non possunt, & cui, & quando solvendæ. §. 16. pag. 183.

Damnificatus debet statuto tempore, & modo damnum suum denunciare; aliter querela non admittatur. §. 12. p. 182. Poterit animalia damnificantia, aut pignus super pastorem capere in suo fundo tantùm, eaque debet statim cui damni denunciatione deferre ad Judicem, qui accepta fidejussione omnia dimittat. §. 13. p. 182. & 183.

Decretum Gratiani, utpote auctoritate privata compilatum, auctoritatem per se non tribuit his, quæ continet. III. §. 9. p. 6.

Decretum Clem. XI. contrà abusus celebrandi Missam in Laicorum domibus, & adhibendi Altare portatile, refertur. XLIX. p. 221.

Decretum Congregationis Concilii super jurisdictione Parochi in Tertiarias in suâ Parochiâ conviventes, confirmatur. XII. *tot.* p. 54.

Decreta Congregationis S. Rituum circa usum Pontificalium Capitulo Urbinatensi concessum, confirmantur. LVIII. *per tot.* p. 261.

Dedicatio nova Ecclesiæ renovatæ facienda est. XXXV. §. 1. p. 176. Ritus consecrandi Ecclesias ex veteri Testamento in novum traductus, ipsis prioribus Ecclesiæ sæculis in usu fuit. Non autem constat, quando Cruces Consecrationis indices apponi cœperint. §. 2. p. 176.

Dedicatio Basilicæ Sanctæ Mariæ Majoris a Sancto Sixto III. facta creditur; Dedicationis verò indicia apponi, & Dedicationis Officium certâ die ab ejus Clero celebrari Benedictus XIV. jussit. *ibid.*

Delegatus Apostolicus ad regimen Monasterii Monialium Aquilejensium independenter ab Ordinario constitutus, ex Austriacorum Principum subditis in posterum eligendus, curam quoque Ecclesiæ olim Patriarchalis, nunc autem Apostolicæ Sedi immediate subjectæ, gerere debet. LII. §. 15. p. 238.

Denunciari debent Sanctæ Inquisitionis Officio Confessarii exquirentes a pœnitentibus complicum nomina &c. cum denegatione absolutionis &c. si adsit suspicio pravi dogmatis. XIV. §. 4. p. 57. Hoc tamen denunciandi præceptum non obligat pœnitentem in causa propria. *ibid.*

Denunciari jubentur eidem Tribunali in Portugallia etiam Confessarii in eadem materia delinquentes sine suspicione pravi dogmatis; ut, omnibus rite perpensis, judicari possit de pertinentia causæ ad ipsum Tribunal, vel potius ad Ordinarium, *ibid.* §. 7. & 8. p. 57. & 58.

Denunciationes frumenti, & similium in Provinciis Status Ecclesiastici exigi prohibetur. IX. §. 6. p. 39. Denunciari tamen jubetur quantitas frumenti extrahendi a Statu, etiam a Privilegiatis. *ibid.* §. 7. p. 40.

Deputati Ecclesiastici in singulis locis Ditionis Pontificiæ pro negociis ad Ecclesiasticos etiam pertinentibus in publicis Consiliis agitandis, eligendi sunt duo, unus ex Clero Sæculari, alter ex Regulari. Si Regulares desint, ambo ex Sæculari assumi poterunt. LXVI. §. 1. p. 304.

Deputati isti interpellandi sunt, ubi aliquid ad Ecclesiasticos pertinens pertractetur: si adesse neglexerint, quidquid decretum fuerit validum erit. §. 2. p. 304. Suffragium dumtaxat consultivum habent, cum facultate recurrendi ad Superiores, si Laici contrarium resolverint. §. 3. p. 304.

Deputati iidem vocandi sunt, dum ratio redditur expensarum, quæ ab Ecclesiasticis etiam tolerantur, iisque communicandi sunt libri computorum, & competit facultas recurrendi ad Superiores, si quid injustum deprehenderint. §. 4. p. 304.

Derelicta bona quænam sint. LXI. §. 24. p. 277.

Diaconatum pueris in ætate infantili conferunt Cophti. XXXI. §. 1. p. 165. Sic ordinati tamen non censentur ante decisumsextum ætatis annum ratam habuisse ordinationem, & obligationibus Ordini adnexis se devinxisse, etiamsi in Ordine susceptо, & in statu cœlibe ministraverint. §. 7. & 11. pag. 166. & 167. Ideò cum ad eam ætatem devenerint, interrogandi sunt a Præfecto Missionum Ægypti, utrùm velint in susceptо Ordine perseverare. §. 11. pag. 167.

Dimissoriales Litteras, seu celebrandi licentias ubique recipiendas potest Archipresbyter Basilicæ Vaticanæ concedere his, qui apud ipsum ordinati sunt. LXIII. §. 7. p. 282.

Dimissoriales ad Clericalem Characterem, omnesque Ordines suscipiendos potest Capitulum Vaticanum concedere suis subditis ratione quarumdam Abbatiarum, seu Monasteriorum, eidem Capitulo unitorum, & subjectorum. §. 51. p. 294. & §. 56. p. 295.

Dioeceses dividere, & unire ad Romani Pontificis auctoritatem pertinet. LII. §. 9. p. 237. & LI. §. 4. p. 224.

Diœcesis Aquilejensis dividitur. LII. §. 9. p. 237.

Diœceses Utinensis, & Goritiensis determinantur. LII. §. 10. & 11. p. 237.

Disparitas cultus. Vid. *Impedimentum.*

Dispensandi facultates Pœnitentiariis minoribus concessæ, occasione Jubilæi. XXI. §. 11. & seqq. pag. 99. Confessariis verò a Card. Vicario designatis, §. 39. p. 100. Et Confessariis Regularibus. *ibid.* §. 41. Confessariis autem eligendis extra Urbem in vim Bullæ extensionis ejusdem Jubilæi. XXVIII. §. 4. & 5. p. 154.

Dispensatio in Votis diversa est a commutatione. XXII. §. 45. & seqq. p. 122. & seqq.

Dispensatio super Irregularitate non comprehenditur in facultate absolvendi a censuris. XXII. §. 50. p. 124. & 125.

De dispensationibus quoad opera injuncta. *ibid.* §. 51. p. 125. & §. 80. p. 140.

Dispensationes cum serio lucrandi Jubilæi animo obtentæ subsistunt, licet postea animus mutetur: sed mutans peccati reum se constituit. XXII. §. 86. pag. 143. & XXVIII. §. 6. p. 154.

Dispensandi facultas super matrimoniis inter Orientales initis post Ordinem Sacrum, Apostolicæ Sedi reservatur. XXXI. §. 12. p. 167. Si hujusmodi dispensationes aliquibus ex iis concedantur, renovatio consensus exigenda non erit. *ibid.* §. 13.

Dispensationes Matrimoniales, aliæque Apostolicæ commissiones, pro subditis quorumdam Monasteriorum Capitulo Vaticano unitorum, Vicariis Generalibus ibidem constitutis sunt dirigendæ. LXIII. §. 59. p. 295. & 296.

Dispensatio non conceditur Regulari, ut ad animarum curam in Ecclesia sæculari administrandam deputetur, nisi instante Episcopo, pro necessitate, aut utilitate Ecclesiæ. LIII. §. 1. p. 241. Amplia, ut ea dispensatione indigeant etiam Canonici Regulares Lateranen. & Sanctissimi Salvatoris. *ibid.* Limita quoad Præmonstratenses. XXXIV. *per. tot.* p. 174.

Dispensationes ab Apostolica Sede concessæ Hæreticis ad Fidem conversis, ut bona Ecclesiarum pridem occupata retinere possent. LXI. §. 26. & seqq. p. 278. & seq.

Doctrinas in Occidentalibus Indiis soli Regulares obtinebant. LIII. *init.* pag. 240. & seqq. Vid. *Parochia.*

Dominica quarta Quadragesimæ dicitur, & est, dies lætitiæ, & quid in ea annuncietur. XLIII. §. 16. p. 201. In eâ Romanus Pontifex non solet Missam Pontificaliter celebrare. §. 7. pag. 188. Sed Rosam Auream benedicere consuevit. §. 1. &c. pag. 195. & seqq. & §. 17. p. 202. Vid. *Rosa.*

Dominium ab uno ad alium transfertur, vel dispositione juris, vel prioris domini voluntate. LXI. §. 21. p. 275.

Voluntas hæc concurrere censetur, ut bona mobilia per vim hostilem amissa transeant in dominium illius, qui ea a raptoribus emerit; sed id non præsumitur quoad immobilia. *ibid.*

Dominium rerum in bello justo captarum in victorem transfertur; mobilium scilicet in primum occupantem; immobilium verò in supremum Principem, qui bellum intulit. LXI. §. 4. p. 267. & 268. Vid. *Bona.* Vid. *Servus.*

Dotare filiam mater debet, impotente patre. LVII. §. 23. p. 257. Amplia quoad matrem infidelem erga filiam Christianam, etiamsi Pater Christianus ad eam dotandam impotens non probetur. *ibid.*

Dubia a P. Francisco Longobardo Tuneti Missionario transmissa ad Congregationem de Propaganda Fide, & ab hac ad Congregationem Sancti Officii remissa. LXI. §. 9. p. 269. & seqq. Quædam ex iis proposita fuerunt coram Urbano VIII. qui responsa edidit. De aliis non adsunt, nisi responsa Theologorum, & Consultorum earumdem Congregationum. *ibid.* pag. 269. & seqq.

Dubium ubi occurrit, in favorem Fidei est resolvendum. LVII. §. ult. p. 260.

E

Ecclesias summopere decet cultus, atque mundities, licet pauperes sint. III. §. 1. p. 3. & seqq. Item cantus gravis, & universa Musicæ ratio a profanâ, & Theatrali omninò diversa. *ibid.* §. 6. p. 5.

Ecclesiis debentur supellex, & alia ornamenta Sacra Episcoporum, aliorumque Beneficia possidentium. VI. §. 9. p. 28. Vid. *Supellex.*

In Ecclesia quondam Patriarchali Aquilejensi extinguitur Cathedralitas, Capitulum &c., ac etiam Parochialitas supprimitur, & transfertur ad aliam Parochialem Ecclesiam ejusdem Civitatis. LII. §. 14. p. 238. Ipsa verò Ecclesia a cujuslibet Ordinarii jurisdictione exempta, Apostolicæ Sedi subjicitur, a Delegato Apostolico regenda. *ibid.* §. 15. p. 238.

Ecclesiarum Basilicæ Vaticanæ Filialium consecratio ad ejusdem Basilicæ Archipresbyterum spectat. LXIII. §. 8. p. 282.

Ecclesiæ quæcumque Capitulo Vaticano subjectæ interdici nequeunt ab Ordinariis Locorum, inconsulta Sede Apostolica, nisi quando generale fuerit Interdictum. LXIII. §. 44. p. 291.

Ecclesiarum bona. Vid. *Bona.*

Ecclesiastici in bellis non sunt pars Reipublicæ nocentis, ideò non lædendi. LXI. §. 5. 6. & 7. pag. 268. & 269.

Ecclesiasticorum bona, & animalia quænam intelligenda sint in casibus de damno dato in Ditione Pontificia, & ad quid teneantur. XXXIX. §. 5. & seqq. pag. 181. & seqq. Ecclesiastici ejusdem Ditionis suos Deputatos eligere debent. LXVI. §. 1. & seqq. p. 304. Vid. *Deputati.*

Ecclesiastici homicidæ Immunitate non gaudent; Eorum tamen causa a Judice Ecclesiastico cognosci debet. XXX. §. 6. p. 162. Vid. *Homicidæ.*

Edicta a Præsidibus Provinciarum Status Ecclesiastici publicata de denunciandâ quantitate frumenti, & similium irritantur. IX. §. 4. p. 39.

Eleemosynarum scandalosi Quæstores in tribus Oecumenicis Conciliis proscripti sunt. VIII. §. 9. p. 33. Tolerantur alii sub quibusdam legibus, dummodo *petitores*, non *quæstores* dicantur. §. 10. p. 33. & 34.

Emphyteutica bona Basilicæ Vaticanæ, & Ecclesiarum, & Locorum ab ea dependentium, ubicumque sita, si devolvantur, non sunt necessario reinvestienda, sed ammensari possunt, quibuscumque non obstantibus. LXIII. §. 32. p. 287. & 288. Caducitates ab emphyteutis incursæ, possunt a Capitulo ejusdem Basilicæ, ante captam realem possessionem, condonari, sine Beneplacito Apostolico. §. 33. p. 288.

Emptor rei mobilis, a pyratis, aliisque injustis hostibus raptæ, eam retinere, & in suos usus convertere potest, dummodo paratus sit priori domino illam pro justo pretio reddere. LXI. §. 13. 14. p. 270. & 271.

Emptor fundi immobilis in bello injusto ab hostibus occupati, nec illum invito domino retinere, neque pretium ab eo repetere potest. LXI. §. 17. & seqq. p. 272. & seqq.

Emptor rei furtivæ, licet ignarus furti, comparente legitimo domino rem restituere tenetur. LXI. §. 20. p. 274. Multò magis, si sciebat, vel dubitabat, aut suspicabatur, furtivam rem esse. *ibid.* §. 22. p. 275.

Engelbertus Abbas Monasterii Campidunensis Hæreticos ad Fidem Catholicam revocare studuit, & facultatem ministrandi suis subditis Sacramentum Confirmationis obtinuit. VII. §. 2. & 3. p. 29. & 30.

Episcopatus erigere, supprimere, dividere, & unire, ad jura Romani Pontificis pertinet. LII. §. 9. p. 237. &

& LI. §. 4. p. 224. ubi vide Aquilejenſis Patriarchatus ſuppreſſionem, ejuſque Diœceſis, & Provinciæ diviſionem, nec non erectionem Archiepiſcopatuum Utinenſis, & Goritienſis, cum reſpectiva Diœceſum, & Provinciarum attributione.

Epiſcopatus Terlitienſis erectio, ejuſque unio Juvenacenſi. XV. per tot. p. 59. & ſeqq.

Epiſcopatus ſuffraganei Metropolitanis Eccleſiis Utinenſi, & Goritienſi nuper erectis, ſubjecti. LII. §. 10. & 11. p. 237.

Epiſcopatus quoſdam in remotiſſimis regionibus Rex Portugalliæ fundavit. II. pag. 3.

Episcopi in myſtica Eccleſiæ militantis legione principem locum tenentes, doctrina & exemplo plurimum prodeſſe poſſunt. XXIX. §. 15. p. 160.

Eorum plurimi hæreſes, & corruptelas extirparunt. *ibid.* p. 160. & 161.

Eorumdem diligentia, aut incuria in Eccleſiarum, & Clericorum regimine, ex rerum Sacrarum cultu, aut neglectu dignoſcitur. V. §. 15. p. 23. & 24.

Quid ab iis requirat Pontifex, occaſione Jubilæi univerſalis Romæ indicti. XVIII. §. 11. & 12. pag. 74. & 75. & XX. *per tot.* p. 78. & ſeqq. Et occaſione ejuſdem ad univerſum Orbem deinde extenſi. XXVIII. §. 7. p. 154. & 155. XXIX. §. 12. p. 159.

Ipſi etiam Epiſcopi ad Urbem invitantur, ſi abſque Eccleſiarum ſuarum detrimento accedere poſſint. XX. §. 7. p. 81.

Licentiam tamen petere, & obtinere debent. XXII. §. 68. p. 132.

Epiſcoporum Officium eſt, curare, ut Canonicæ leges, & Synodales Prædeceſſorum ſuorum Sanctiones debitæ executioni mandentur. L. §. 6. & 7. p. 223. Quatione id obtinere valeant. *ibid.* §. 7. & 8. p. 223. Ubi de reprimendis Judæorum exceſſibus in Polonia.

Epiſcopi poſſunt Cenſuras ſtatuere, & Caſus reſervare, ut publica, & graviora, ac atrociora delicta è ſuis Diœceſibus eliminent. L. §. 8. p. 223. Pontifex eos hortatur, ut Confeſſariis tribuant facultatem abſolvendi a Caſibus ſibi reſervatis illos, quibus conceditur, ut Jubilæum extra Urbem conſequi valeant. XXV. §. 10. pag. 151.

Sine Epiſcopi, ſeu Ordinarii localis examine, & approbatione, nemini licet, cujuſcumque Ordinis, aut Inſtituti Regularis exiſtat, animarum curam aſſumere, & exercere. LIII. §. 7. p. 242. ejuſdemque Epiſcopi, ſeu Ordinarii correctioni ſubſunt hujuſmodi Regulares, non ſolum in concernentibus exercitium curæ Animarum, & adminiſtrationis Sacramentorum, ſeu, ut ipſi vocant, *in officio officiando*; ſed etiam in iis, quæ pertinent ad eorum vitam, & mores, quatenus relationem habent cum recto & utili eorum muneris exercitio. *ibid.* §. 5. p. 242. Epiſcopi judicium, quoad hæc, prævalere debet judicio Superioris Regularis. d. §. 5. *ibid.*

Si Epiſcopus Regularem a cura amovendum cenſeat, non tenetur Superiori Regulari cauſas ſignificare, & contra. *ibid.*

Epiſcopis a jure Canonico, & Concilio Tridentino commendata eſt cuſtodia clauſuræ Monialium. XIII. §. 3. p. 55. Unde nemini licet ſine eorum licentia, ad Monaſteria accedere. *ibidem.*

Epiſcoporum directivæ auctoritati, & conſtitutionibus, parere tenentur etiam ii, qui a coactiva eorum juriſdictione exempti ſunt, quantumvis pœnas & cenſuras ab iiſdem ſtatutas non incurrant. *d. Conſtit.* XIII. §. 3. & 5. p. 55. & 56.

Epiſcoporum Ordinariæ auctoritati ſubſunt Conſervatoria, ſeu Collegia Mulierum ſine Clauſura viventium. VIII. §. 13. & 23. p. 34. 36. & 37. Exemplum a Domibus *Magiſtrarum Piarum, & Magiſtrarum Sanctarum.* §. 21. & 22. p. 36. Hoc peculiariter ſtatuitur, quoad Conſervatoria Virginum Anglicanarum. *ibid.* §. 13. p. 34. Vid. *Anglicanæ.*

Epiſcopis a Concilio Tridentino ſublata eſt facultas concedendi erectionem Oratoriorum Domeſticorum in privatis Domibus. XLIX. §. 11. p. 217. & ſpecialiter injunctum, ne permittant cuilibet, etiam Regulari, Miſſam celebrare extra Eccleſias, & Oratoria publica. *ibid. & infra*, §. 29. p. 220.

Quare in hac materia procedere poſſunt jure delegato etiam contra Regulares. *ibid.*

Sine Epiſcopi licentia, nemini, quantumvis exempto, licet exorcizare. XLIX. §. 34. p. 221.

Epiſcopi licentia requiritur, ut quis in Oratorio Domeſtico ſibi alioquin permiſſo, Euchariſtiæ Sacramentum percipere valeat. XLIX. §. 23. p. 219.

Epiſcopi, iiſque Superiores Prælati, excluſis Ordinariis inferioribus, privativum jus habent demandandi extractionem reorum è locis immunibus, in caſibus per Conſtitutiones Apoſtolicas permiſſis; ita ut ſpro Locis *nullius Diœceſis*, ad viciniorem Epiſcopum recurri debeat. XXX. §. 12. §. 163. & XLII. *princip.* p. 190. & ſeqq.

Poſſunt tamen Vicariis Foraneis, aliiſve Perſonis Eccleſiaſticis committere, ut ſuper indiciis ad extractionem neceſſariis Proceſſum conficiant. *dicta Conſtit.* XXX. §. 12. p. 163. Quid maxime in hac materia præ oculis habere debeant. eod. §. 12. p. 163.

Epiſcopi auctoritas neceſſaria eſt, ad extrahendos è locis immunibus reos delictorum exceptorum, etiam pertinentium ad Forum Sancti Inquiſitionis Officii, dummodo non agatur de crimine hæreſis. XLIII. §. 4. p. 191.

Si Reus inquiſitus ſit de hæreſi, ſatis erit, ut honor Epiſcopo debitus ſervetur, eundem certiorare, vel ante, vel poſt extractionem. *ibid.* §. 3. p. 191. Eadem diſtinctio obſervanda quoad transfugas è carceribus, aut ex Triremibus, qui ad aſylum confugerint; prout eorum crimen, vel hæreſis erit, vel aliud ex delictis exceptis, *ibid.* §. 5. dicta p. 192.

Epiſcopi non poſſunt derogare, aut diſpenſare in iis, quæ in Apoſtolicis Conſtitutionibus, & in Jure Canonico ſtatuta ſunt. XL. §. 8. &c. p. 187. & ſeqq. Ideo Vigiliam univerſæ Eccleſiæ præſcriptam auctoritate ordinaria transferre nequeunt. *ibid.* §. 10. pag. 188.

Epiſcopi Oratorium privatum in propriis Epiſcopalibus Ædibus habere poſſunt, non ſolum pro Miſſarum celebratione, ſed etiam pro alia quacumque Functione, eorum Officii & dignitatis propria. XLIX. §. 1. & ſeqq. p. 215. & ſeqq. & Altari portatili uti poſſunt, tam in propria, quam in aliena Diœceſi. *ibid.* §. 4. &c. p. 215. & ſeqq. Quod tamen ipſis indiſtincte non licet, niſi in Domibus, in quibus verè moram traxerint, ſeu hoſpitati fuerint, occaſione viſitationis, itineris &c. *ibid.* §. 6. & 7. p. 216. Super quibus vide Decretum Clementis XI. p. 221. ejuſque interpretationem. d. §. 7. p. 216.

Epiſcopi ex Ordinibus Monaſticis, & Mendicantibus aſſumpti, habitum proprii Ordinis viſibilem geſtare debent. LXVIII. §. 3. p. 307.

Id non procedit quoad Canonicos Regulares, & Clericos Regulares. *ibid.* Sed rectè obſervatur a Fratribus Profeſſis Militiæ Equeſtris S. Joannis Jeroſolymitani, & ſignanter ab Epiſcopo Melitenſe, qui ab ordine, & ſtatu Fratris Cappellani aſſumptus, deinde qualitatem & gradum obtinet Procerum Magnæ Crucis. *ibid.* §. 8. p. 309. Et quid ſi ad aliam Eccleſiam transferatur. §. 10. p. 310. Quodque non obſtet Rubrica *Cæremonialis Epiſcoporum.* §. 9. p. 310.

Epiſcopis expedit, ut Inventarium rerum propriarum conficiant, cum primum ad ſuas Eccleſias accedunt; ne confundantur cum aliis rebus, quas ex earumdem Eccleſiarum fructibus acquiſituri eſſe præſumuntur. XXXII. §. 9. p. 169.

Epiſcoporum Familiares, ſeu Miniſtri, etiam Laici, & Coloni partiarii, in cauſis paſſivis de damno dato, apud Tribunal Eccleſiaſticum privativè conveniri debent. XXXIX. §. 5. p. 181.

Equites Sancti Joannis Jeroſolymitani, ſeu Melitenſes, ſunt veri Religioſi, & ſolemnia ſubſtantialia vota

emittunt. LXVIII. §. 2. p. 306. & §. 6. p. 308. Vid. *Votum.* Qualis sit eorum Habitus. §. 4. p. 307. Vid. *Crux. Habitus.* Si ad Episcopatum, aut Cardinalatum Professi promoveantur, habitum sui Ordinis deferre possunt, & quomodo. §. 7. & seqq. p. 309. & seqq. Id autem ab Equitibus aliarum Militiarum in exemplum trahi nequit, & quare. *ibid.* §. 5. & 6. p. 308.

EQUITII Titulus cur dicatur Ecclesia S. Martini in Montibus, cujus reparatio narratur. XVI. §. 6. p. 67.

ERECTIO Cathedralis Ecclesiæ Terlitien. ejusque unio cum Ecclesia Juvenacen. XV. p. 59.

Erectio Archiepiscopatuum Utinensis, & Goritiensis. LII. §. 10. & 11. p. 237.

Erectiones, suppressiones, uniones, divisiones Episcopatuum, Diœcesum, & Provinciarum, ad Romani Pontificis jura pertinent. LII. §. 9. p. 237. LI. §. 4. p. 224.

ESDRAS Hebræos ab uxoribus alienigenis separavit. III. §. 6. p. 5.

EUCHARISTIÆ Sacramentum non potest in Ecclesiis non Parochialibus retineri sine Apostolicâ auctoritate. VIII. §. 24. p. 37. Vid. *Communio.*

EUGUBINUS Episcopus Vicarium Foraneum in nova civitate Pergulæ constituere debet. LXV. §. 6. p. 302. Quas facultates illi dare possit. §. 10. p. 302. Dispendium, quod inde patitur, reficiendum est a Magistratu Pergulæ, & quomodo. §. 12. p. 303.

EXAMEN subeundum est ab omnibus, etiam Regularibus, ad animarum curam assumendis. LIII. §. 7. p. 242. Item ab iis, qui professionem criminalem exercere Romæ volunt. X. cap. 3. §. 9. p. 47. & *in Mot. propr.* §. 11. & seqq. p. 50.

EXAMINATORES ex Capitulo Vaticano assumendi sunt ab Archipresbytero Basilicæ Vaticanæ ad illos examinandos, qui ab eodem Archipresbytero sunt ordinandi. LXIII. §. 7. p. 282.

Examinatores Synodales Terlitienses. Vid. *Terlitien.*

EXCOMMUNICATIONI Summo Pontifici reservatæ subjacent, qui conventiculas *de' Liberi Muratori* frequentant, aut recipiunt. LVIII. §. 1. & seqq. p. 212. Facultates Pœnitentiariorum circa Excommunicationes Anno Jubilæi. Vid. *in Constit.* XXI. §. 4. p. 98. & seqq. & §. 23. & seqq. p. 99. & seqq.

Executores. Vid. *Birruarii.*

EXEMPTIONE non gaudent ab Episcopali jurisdictione, & a juribus Parochialibus Collegia Mulierum sine clausura viventium. VIII. §. 13. & 23. p. 34. 36. & 37. & XII. p. 54.

Exempti a jurisdictione coactiva Episcopi, directivæ nihilominus auctoritati ejusdem parere debent, & Constitutiones Diœcesanas servare. XIII. §. 3. & seqq. p. 55. & seqq.

Exempti servare debent Episcoporum Ordinationes in his, quæ pertinent ad Sacros Ritus, & Divinorum Officiorum celebrationem. IV. §. 13. p. 22. & 23.

Contra exemptos procedere potest Episcopus jure delegato, in his, quæ pertinent ad observantiam Decreti Concilii Tridentini, quo prohibetur celebratio Missarum extra Ecclesias, & Oratoria publica. XLIX. §. 29. p. 220.

Exemptionis privilegium concessit S. Leo IX. Monasterio S. Crucis in Alsatia. XLIII. §. 10. p. 199.

Simile privilegium concedit Benedictus XIV. Ecclesiæ Aquilejensi olim Patriarchali, quam Apostolico Delegato subjicit, nomine Sedis Apostolicæ gubernandam. LII. §. 15. p. 238.

Exemptæ ab Ordinariorum jurisdictione sunt Abbatiæ plures unitæ Mensæ Capitulari Vaticanæ, & loca ad ipsas pertinentia. LXII. §. 50. p. 293. & §. 56. & 57. p. 295. & seqq. Exemptione à Quindenniis, aliisque oneribus, gaudet Capitulum Vaticanum ratione earumdem Abbatiarum. §. 53. p. 294. & §. 60. p. 296.

EXERCITIA spiritualia a Congregatione Piorum Operariorum habenda. LXIV. §. 3. p. 299. & 300.

EXOMIS. Vid. *Mozzetta.*

EXORCIZARE non licet Regularibus sine Episcoporum licentiâ. XLIX. §. 34. p. 221.

EXPENSÆ quædam ab Ecclesiasticis unà cum Laicis tolerandæ cum sint in Statu Pontificio, de iis semel saltem in anno ratio reddenda est, & quomodo. LXVI. §. 4. p. 304.

EXTENSIO Jubilæi Romæ celebrati ad universum Catholicum Orbem. XXVIII. p. 153.

Ea postulatur a Principibus. *ibid.* §. 8. p. 155. & XXIX. §. 16. p. 161.

EXTRACTIO reorum. Vid. *Episcopi.* Vid. *Immunitas.* Vid. *Inquisitores.*

EXTRACTIO Frumenti, aliorumque generum a Statu Ecclesiastico nemini, quantumvis privilegiato, permittitur per eos menses, quibus generaliter interdicta est extractio de una Provincia ad aliam. IX. §. 8. pag. 40. Nec unquam fieri potest sine prævia denunciatione, cujus documentum extrahentibus gratis tradendum, & respectivè registrandum præcipitur. *ibid.* §. 7. p. 40.

Extractio hujusmodi prædictis etiam Privilegiatis prohibenda est, iis annis, atque temporibus, quibus Annonæ caritas in Provincia fuerit, *ibid.* §. 8. pag. 40. Vid. *Privilegium.*

EXTRAVAGANTIBUS Communibus honor debetur, sicuti & aliis Decretalibus. XXII. §. 17. p. 109.

F

FABRICA Basilicæ Vaticanæ multorum Pontificum zelo cœpta, & promota fuit. LV. §. 1. p. 244. & 245. Pro ejus constructione Collegium multorum Curialium deputatum, & huic specialis Congregatio subrogata fuit. *ibid.* & §. 2. & 3. p. 245. Vid. *Congregatio.*

Fabricæ ejusdem œconomia, quomodo administranda. LV. §. 4. & seqq. p. 245. & seqq.

FACULTATES plures Pœnitentiariis, & Confessariis tribuuntur Anno Jubilæi. XXI. §. 4. pag. 98. & seqq. Quibus tamen uti dumtaxat possunt cum habentibus serium consequendi Jubilæi propositum, & in actu Sacramentalis Confessionis. XXII. §. 61. & seqq. p. 128. & seqq. Vid. *Confessarii.* Vid. *Pœnitentiarii.*

Facultates aliæ, & Indulta absolvendi, Anno Jubilæi decurrente, suspenduntur, quibusdam exceptis. XX. §. 2. & 3. p. 79. & XXI. §. 55. p. 101. Vid. *Suspensio.*

FAMILIARIBUS Cardinalium, & aliorum, mercede conductis, & in Rotulo descriptis, jus asseritur quoad salarium certi temporis, & alia ipsis competentia, post mortem Dominorum, dummodo intra præscriptum tempus actionem proponant. XXXII. §. 5. p. 168. Familiares honorarii excluduntur. §. 6. Vid. *Honorarii.*

Familiares Episcoporum. Vid. *Episcoporum Familiares.*

FERIA VI. per hebdomades Bacchanalium tempore occurrentes in Ditione Ecclesiastica vetitum est larvi uti, & personatos homines incedere. XL. *init.* p. 186. & seqq.

FESTIS DIEBUS vetitum est in eadem Ditione personatos homines incedere, & Circulatores Populum detinere horis matutinis, necnon pomeridianis, dum Divina Officia celebrantur, & Christiana Cathechesis habetur. *ibid.*

Festis diebus qui Missam audiunt in Oratoriis privatis, quum non sint ex eorum numero, in quorum præsentia indultum est, ut Missa celebretur, vel illi absint, qui Missam celebrari facere possunt, Ecclesiæ præcepto non satisfaciunt. XLIX. §. 12. p. 217.

Festi dies solemniores excipi solent in Indultis celebrandi, & celebrari faciendi in Oratoriis domesticis. *ibid.* §. 12. p. 217.

FESTUM SS. Petri, & Pauli, & Octavam solemnius in Urbe celebrari sancitum est. LXIII. §. 12. p. 284. Olim Episcopi plures ad illud cum Papa celebrandum conveniebant. XX. §. 7. p. 81.

Feudalium Populi Romani locorum causæ criminales quomodo agitandæ. XXXVI. *tot.* p. 178.
Fidei favendum est in rebus dubiis. LVI. §. *ult.* pag. 260.
Fidelissimi Titulus Joanni V. Portugalliæ Regi, ejusque Successoribus perpetuò attribuitur. I. §. 2. p. 1. & II. p. 2. & 3.
Filii infantes, & impuberes olim a genitoribus poterant statui Clericali, & Monastico offerri: quod postea temperatum est. LVI. §. 3. & seqq. pag. 248. & seqq. Vid. *Impubes.*
Quæ fuerit in filios potestas apud Romanos. §. 7. p. 249. & 250.
Filii ad Baptismum offerri possunt a Parentibus, etiam Infidelibus. LVI. §. 10. p. 252. Vid. *Baptismus.*
Fiscalis Capitolinus quid agere debeat in Congregationibus criminalibus super causis Locorum feudalium Populi Romani. XXXVII. §. 1. p. 179. Non potest Judicem agere in causis ad forum Conservatorum spectantibus, neque citationes dare. §. 2. p. 179.
Fiscalis idem, & Fiscalis Generalis Romæ, eorumque Substituti, quando causas criminales agitare possint. X. *in Mot. propr.* §. 9. p. 50.
Fœminæ mendicantes, multo magis inhonestæ nec die, nec nocte in diversoriis, locisque frequentatis Urbis, aut extra per tria milliaria, recipiantur: necessaria verò in publicis viis, debito modo, illis dentur. X. cap. III. §. 6. pag. 46.
Fœminæ mendicantes in locis apertis minime pernoctent, sed ante horam 24. ad loca tuta secedant. Nemo in hujusmodi locis fœminas, nisi honestas, recipi sinat. §. 7. p. 46. & 47.
Fœminis contravenientibus si faveant Executores criminales, punientur: qui eas in vincula conjicient, præmium consequentur. §. 8. p. 47.
Fœminis suspectis quomodo facienda sint Præcepta. X. cap. III. §. 4. p. 46.
Folium continens theses in Sorbona defendendas sub titulo: *Cœlesti Hierusalem &c.* damnatur, & prohibetur, utpote continens propositiones falsas, erroneas &c. LXII. §. 1. p. 280.
Fontis Baptismalis benedictioni in Basilica Vaticana peragendæ, debent per se, vel per alios interesse Rectores Ecclesiarum illi subjectarum. LXIII. §. 9. pag. 282.
Fontebraldensis Ordinis Superiorissa ab Episcopi jurisdictione exempta dicitur. VIII. §. 17. p. 35.
Forenses quinam intelligantur Anno Jubilæi. XXII. §. 69. p. 133. & §. 72. p. 134. Hanc vocem *Forenses* nonnulli Pontifices adhibuerunt in suis Constitutionibus, alii recentiores omiserunt. *ibid.*
Formula antiqua litterarum commendatitiarum pro Peregrinis. XX. §. 4. p. 79.
Formula suspensionis Indulgentiarum, & Facultatum Anno Jubilæi. Vid. *Suspensio.*
S. Francisci Assisiensis Tertius Ordo. Vid. *Tertius Ordo.*
S. Franciscus de Paula, exemplum forsan Sancti Francisci Assisiensis præ oculis habens, Tertium & ipse Ordinem instituit. LX. §. 2. p. 264. Vid. *Tertius Ordo.*
S. Franciscus Salesius B. Joannam Franciscam de Chantal laudavit, eique auctor fuit instituendi Ordinem Monialium a Visitatione Sanctæ Mariæ. LV. §. 1. & 2. pag. 243. & seq.
Tertio Ordini S. Francisci de Paula adscriptus, se *Minimum* appellabat. LX. §. 2. p. 264.
S. Franciscus Xaverius ad Indos missus uberrimos Apostolicæ prædicationis fructus collegit. II. p. 2. & 3. Petente Portugalliæ Rege, & sæviente apud Sinas persecutione, Patronus principalior, & Protector Indiarum eligitur, cujus Festum sub ritu duplici primæ classis cum octava celebratur. LXXI. §. 1. & seqq. p. 315. & seqq.
Francs Maçons quinam sint. XLVIII. *tot.* p. 212. Vid. *Liberi Muratori.*
Frumenti, & similium rerum commercium liberum de uno ad alium locum Status Pontificii stabilitur. IX. §. 3. &c. p. 39. & seqq. Sublata penitus denunciandæ quantitatis obligatione. *ibid.* Omnibus tamen, exceptis privilegiatis, interdicitur extractio extra Statum. §. 7. p. 40. Vid. *Extractio.* Vid. *Privilegium.*
Fugitivi a carceribus, aut a triremibus, si ad Ecclesiam confugiant, aliquando Sedes Apostolica permittit Episcopis, ut eos extrahi faciant. XLII. §. 5. p. 192.
Si ad Tribunal S. Officii pertineant, quomodo facienda sit eorum extractio. *ibid.*
Furtum de solis rebus mobilibus intelligi voluerunt auctores juris civilis. LXI. §. 23. p. 276. Furatur qui res, ob naufragii periculum projectas, lucrari vult. §. 24. p. 277.
Furtivæ rei usucapio non admittitur, ne civili quidem jure. LXI. §. 23. p. 276. Furtivæ rei emptor, si novit, aut suspicatus est, furtivam rem esse, non potest a Domino repetere pretium. *ibid.* §. 22. p. 275. Amplia, ut etiamsi bona fide rem emerit, eam Domino reddere teneatur, neque jus habeat pretium repetendi. *ibidem.*

G

Gennadius Patricius, & Africæ Exarchus bella pro Christiana Republica feliciter gessit, ideo a S. Gregorio Magno laudatur. I. p. 2. & 3.
Gentili Antonio Xaverio Cardinali Indultum conceditur celebrandi Missam super Altari Pontificio Basilicæ Liberianæ, post solemnem ejusdem Altaris Consecrationem a Pontifice factam. XXXV. p. 176.
Goritiæ statuitur Sedes Vicarii Apostolici ad regendam partem Diœcesis Aquilejensis deputati. LI. *in primo Brevi.* §. 3. p. 226.
Goritiensis Archiepiscopatus, suppresso Aquilejensi Patriarchatu, erigitur, eique Diœcesis, & Suffraganei assignantur. LIII. §. 11. p. 227.
Jus nominandi futuros Archiepiscopos Mariæ Theresiæ Archiduci Austriæ, Reginæ, & Imperatrici tribuitur, ejusque Successoribus Austriæ Principibus. §. 12. pag. 238.
Græcam linguam ut addiscant Monachi Basiliani admonentur. XLV. §. 5. p. 207.
Græcos Ritus conservare Ecclesia Latina semper studuit. XLIV. §. 5. p. 206. Græcis prohibitum est, Missas, & Divina Officia Latino Ritu peragere, revocatis a S. Pio V. Indultis aliàs super hoc concessis. *ibid.* §. 9. p. 206.
Græci unici in Russia Polonica, si rerum opportunitas ita ferat, Missam celebrent super sacris Latinorum Tabulis lapideis. XLIV. §. 2. p. 205.
Græci quoad Sacramentum Confirmationis, & Ordinis. Vid. *Confirmatio.* Vid. *Ordines.*
Gregorius XIII. Jubilæum extendit ad Civitatem & Diœcesim Mediolanensem, instante S. Carolo Borromæo. XXIX. §. 3. p. 157.
Idem Rosæ Aureæ munere decoravit Ecclesiam Metropolitanam Bononiæ patriæ suæ. XLIV. §. 5. p. 169.
Gubernator Urbis est etiam S. R. E. Vice-Camerarius. X. cap. I. & II. §. 1. p. 41. & 43. Antiqua Privilegia ipsi confirmantur. *ibid.*
Plura pro recta Justitiæ administratione, & pro regimine Ministrorum Tribunalis Gubernii ab ipso præstanda recensentur. *ibid. per tot.* p. 42. & seqq.
Eidem duo Prælati Assessores, Consultæ Ponentes, adjiciuntur, quorum munera in Causarum judiciis, in visitationibus Carcerum &c. designantur. *ibid.* cap. I. §. 2. p. 41.
Gubernator in Congregationibus visitationum Carcerum, etiam Capitolii, primus sedere debet. *Cap.* II. §. 5. & 7. p. 44.
Ejusdem approbatio necessaria est, ut quis valeat Professionem Criminalem exercere. *Cap.* III. §. 9. p. 47. Ad quem effectum Congregatio instituitur, ex Prælatis, aliisque, qui cum eo votum decisivum, & respectivè consultivum habeant, composita; & approbatorum elenchus fieri & publicari jubetur. *ibid.*

H

Habitum proprii Ordinis deferre tenentur Regulares quicumque ad Cardinalatum, vel Episcopatum promoti,

promoti, exceptis Canonicis Regularibus, & Clericis Regul. LXVIII. §. 1. & 2. p. 306. & 307. §. 10. & 11. p. 310. & 311. Hanc disciplinam aliquis ex Fratribus Minoribus evertere studuit. §. 6. pag. 308.
Habitus proprius Equitum S. Joannis Jerosolymitani est sola linea Crux octogona. §. 4. & 9. p. 307. & 310. Olim, præter Crucem, peculiares etiam vestes deferre tenebantur. §. 4. & 11. p. 307. & 310. Crucem hujusmodi, exterioribus vestibus assutam, tamquam proprium habitum deferre hi Equites possunt, si ad Cardinalatum, aut Episcopatum promoveantur. §. 8. & seqq. p. 309. & seqq.
Hebræi. Vid. *Matrimonium.* Vid. *Judæi.*
Hæres illius, qui spolium commisit, quive mala fide alienam rem occupavit, quomodo ad restitutionem teneatur. LXI. §. 22. & 23. p. 276.
Hæresis. A Censuris propter hæresim formalem externam incursis nullus Confessarius, quibusvis amplissimis facultatibus munitus, vel etiam tempore Jubilæi, absolvere potest, nisi expressam ad id facultatem habuerit. XXII. §. 85. p. 143. Etiamsi occulta hæresis sit, & Confessarius facultatem habeat absolvendi a Censuris in Bulla Cœnæ reservatis. XXI. §. 53. pag. 101.
Quomodo ab ea absolvere possint Pœnitentiarii Anno Jubilæi. *ibid.* & §. 7. p. 98.
Hæresis crimen inter excepta numeratur, quorum Rei Immunitatis beneficio non gaudent. XLI. §. 1. & seqq. p. 190. & 191. Vid. *Immunitas.*
Hæretici ad sinum Ecclesiæ invitantur, occasione Jubilæi Universalis. XVIII. §. 10. p. 73.
Hæretici valide baptizant, si Sacramentum ministrent in Fide veræ Ecclesiæ, & sub forma præscripta, in iis, quæ pertinent ad validitatem. III. §. 13. p. 7.
Hæretici Ecclesiæ legibus, & universalibus consuetudinibus tenentur, & juxta eas judicandum est in casibus etiam ad hæreticos pertinentibus. III. §. 14. & seqq. p. 7. & seqq.
Ubi de Impedimentis Matrimonii dirimentibus. Vid. *Matrimonium.*
Hæretici Magistratus, & Ministri, in Fœderati Belgii regionibus, Catholicos Matrimonium contrahere volentes cogunt ad contrahendum coram ipsis. LXIX. §. 1. & seqq. p. 313. Multa de hoc declarantur, & statuuntur. *ibid.* Vid. *Matrimonium.*
Hæretici Ecclesiarum bona occupantes, ad restitutionem fundorum, & fructuum inde perceptorum tenentur. LXI. §. 18. p. 273. & seq.
Hæreticis ad Fidem Catholicam revertentibus Sedes Apostolica aliquando permisit, ut Bona Ecclesiastica ab ipsis antea occupata retinere possent. LXI. §. 26. & seqq. p. 218. & seqq.
Hebdomadæ Sanctæ dies Musica valde dedecet, ideo in quibusdam locis vetita. IV. §. 13. p. 21. & 22.
S. Hieronymus antiquis Romanis in suis scriptis ob zelum multa exprobravit. Idem ab eorum posteris piissimè colitur. XXXV. §. 5. p. 177. Ejus agendi ratio erga S. Siricium a Pontifice explicata, & vindicata. *ibid.*
Ejusdem Corpus in antro Bethleemitico sepultum, inde, Jerosolyma a Saracenis capta, Romam translatum, in Basilica Liberiana ignotum quiescit. *ibid.*
Hispaniæ Rex Ferdinandus VI. Pontificis providentiam implorat quoad Parochias Indiarum Occidentalium, quæ solis Regularibus committi solebant. LIII. *princ.* pag. 240. & seqq.
Homicidium proditorie committentes, ac etiam dumtaxat animo præmeditato & deliberato, Immunitate Ecclesiastica non gaudent. XXX. §. 1. p. 161. Amplia, quoad Statum Ecclesiasticum, ex Constitutione Clementis XII. & quoad alias Regiones, ex Indultis aut Concordatis specialibus, etiamsi homicidium in rixa sequatur, dummodo non casualiter, vel ad propriam defensionem. *ibidem.* Et quoad Ecclesiasticos homicidium committentes, ex eadem Constitutione Clementis XII. *ibid.* §. 6. pag. 162.
Quod etiam extendi decernitur ad Regulares cujuscumque Ordinis, Militiæ, & Instituti. *ibidem.* §. 7. Item ad Mulieres, & Milites. §. 8. Et ad eos, qui homicidium ita patraverint baculo, aut saxo. §. 9. pag. 162. Vid. *Immunitas.* Vid. *Extractio.*
Homicida reputatur etiam, qui proximum ita vulneravit, ut ex eo vulnere intra certum tempus moriatur; unde si Periti *grave vitæ periculum* vulnerato imminere pronuncient, percussor e loco immuni extrahi debebit; restituendus tamen, si vulneratus ultra definitum tempus superstes vixerit. XXX. §. 10. & 11. pag. 163.
Honorarii familiares Cardinalium, & aliorum Rom. Curiæ Procerum plures esse student. XXXII. §. 1. p. 168. Defunctis Dominis, salarium, & alia sibi deberi sæpe contendunt. §. 2. 3. & 4. p. 168.
Honorarii hujusmodi, si in peculiari Rotulo cum Honorariorum denominatione describantur, nulla ipsis actio in posterum suffragabitur contra defuncti hæreditatem, seu pro minuendis Legatis, quæ veris familiaribus relicta fuerint. *ibid.* §. 6. & 7. pag. 168. & 169.
Horæ Canonicæ devotè recitandæ sunt. Eas quotidie in Choro cantare debent, ordinato modo & cantu, qui Choro tenentur. IV. §. 2. p. 10. & 11. Obligationi non satisfacit, qui illas sine debita attentione canit. *ibidem.*
Hungariæ Regina. Vid. *Austria.*

I

Sancti Jacobi *a Scosciacavalli* Parochia. Vid. *Parochialis.*
Jejunium si in Festum Sancti Patroni alicujus loci, aut in diem Dominicum incidat, anticipatur in præcedentem diem, & quare. XL. §. 5. & 6. p. 187.
Jejunium Vigiliæ S. Joannis Baptistæ incidens in solemnitatem Corporis Christi, anticipatur in Feriam IV. *ibid.* §. 5. p. 187.
Jejunium Vigiliæ in universa Ecclesia præscriptæ non possunt Episcopi auctoritate ordinaria anticipare. §. 8. 9. & 10. p. 187. & 188.
Jejunium Vigiliæ S. Mathiæ Apostoli præcipitur in Decretali Innocentii III. §. 10. p. 188. Permittitur hujus jejunii anticipatio anno 1751. quo anno illud incidit in postremum Bacchanaliorum diem. §. 11. pag. 189. Ecclesiastici tamen monendi sunt, ne hac anticipatione utantur. §. 13. p. 189. & 190.
Jephte utrum peccaverit, faciendo, & adimplendo votum sacrificandi Deo primum e domo occurrentem sibi redeunti e prælio. LVII. §. 7. p. 249. & 250. Utrum filiam sacrificando verè occiderit, an solùm perpetuæ virginitati addixerit. *ibid.*
Jerosolymam insignes viri & mulieres perrexerunt, ut sacra Loca visitarent. XX. §. 3. p. 79. Nonnulli ex iis recensentur. §. 7. p. 81. Proficiscentibus ad recuperandam Jerosolymam olim Indulgentia Plenaria concessa fuit. *ibid.*
Jerosolymitana Militia. Vid. *Equites.* Vid. *Militia.*
Jesuitis vetita est cura, & regimen Monialium, ac Mulierum in Religiosis Domibus conviventium. VIII. *sub* §. 2. n. III. p. 31.
Jesuitissas pluribus in locis instituit Maria Warth anno 1619. ac Romam venit anno 1621. confirmationem hujusmodi Instituti postulatura. VIII. §. 1. p. 30. & *sub* §. 2. num. 1. p. 31.
Jesuitissas detrimento esse Missionibus exposuit Procurator Cleri Anglicani. n. II. p. 31. Cardinalis Clesselius Viennæ Episcopus apud Congregationem de Propaganda Fide conquestus est, Jesuitissarum domum in ea Civitate, se inconsulto, apertam fuisse. n. III. p. 31.
Jesuitissæ a Jesuitis se directas esse jactabant. Earum suppressio Nuntiis Apostolicis demandata fuit. *ibid.* Obstitit Cambiani Mulier tamquam earum Visitatrix a Maria Warth Præposita Generali constituta. n. IV. pag. 31. Res ad Congregationem S. Officii remittitur, extirpatis in Italia earum domibus. num. V. pag. 31.
Jesuitissarum Institutum Urbanus VIII. penitus, ac perpetuo, sub gravibus pœnis abolevit. n. VI. p. 31. & 32. Abolitio effectum habuit. n. VIII. p. 32. Earum Fundatrice,

Fundatrice, & Visitatrice in custodiam datis. num. VI. pag. 31. Vid. *Maria*. Vid. *Cambiani*.

Jesuitissæ nonnulla sibi munera arrogabant, ingenii & sexus imbecillitati, ac muliebri modestiæ inconvenientia. §. 5. p. 33.

Jesuitissarum Institutum revixisse, erectis Anglicanarum Virginum Conservatoriis, nonnulli perperam arbitrati sunt. §. 3. & seqq. p. 32. & seqq. Vetitum est asserere, Jesuitissas fuisse a Clemente XI. restitutas. §. 8. p. 33. Vid. *Anglinanæ*.

S. Ignatius a Sede Apostolica obtinuit, ut suum Institutum a cura Religiosarum Mulierum perpetuò esset immune. VIII. *sub* §. 2. n. III. p. 31.

Ignorantia in pœnitentibus attentè a Confessariis discutienda. XX. §. 19. & 20. p. 89. & 90.

Immunitate Ecclesiastica non gaudet, qui homicidium deliberatè committit. XXX. §. 1. pag. 161. Vid. *Homicidium*.

Item Rei aliorum criminum, quæ recensentur in Constit. Gregorii XIV. & Benedicti XIII. *ibid.* §. 2. p. 161. De crimine hæresis & apostasiæ specialiter. XLI. §. 1. p. 190. & 191.

De Immunitate plura decrevit Clemens XII. pro sola Ecclesiastica ditione, quæ deinde ad alias Regiones extensa fuerunt per viam Indulti, aut Concordati. XXX. §. 1. & 4. p. 161. & 162. His alia nonnulla adjecit Pontifex, d. Constit. XXX. *per tot.* p. 161. & seqq. Vid. *Extractio*. Vid. *Homicidium*.

Immunitatis violatæ reatus & pœnas ubique incurrunt, non solum qui reos per vim extrahunt e locis immunibus, aut sine Episcopi auctoritate, sed etiam qui eos ibi obsident, & ad deditionem compellunt. *ibid.* §. 14. pag. 163. & seq. Iidem Ecclesiastici confugii beneficio perpetuò privantur. *ibid.*

Immunitatis beneficio gaudere debent Rei criminis ad S. Officii Tribunal spectantis, nisi crimen expressè exceptum dignoscatur. XLIII. §. 4. p. 191. etiamsi, post condemnationem, e triremibus, aliove relegationis loco a ministrorum manibus liberi aufugerint. §. 5. p. 192. Nisi Episcopus Indultum habeat extrahendi ab Ecclesia fugitivos a triremibus. *ibid.*

Impedimenta Matrimonium dirimentia Principis sæcularis lege induci nequeunt. III. §. 7. p. 5.

Impedimentis Matrimonium dirimentibus ab Ecclesia statutis irritantur etiam Hæreticorum Matrimonia. *ibid.* §. 16. p. 7. & 8.

Impedimentum *Disparitatis cultus* Matrimonium dirimit. III. §. 1. p. 3. §. 16. p. 7. & 8.

Impedimentum hoc non positivo aliquo Juris Canonici Decreto, sed communi Ecclesiæ consuetudine inductum. §. 9. & 10. p. 6. non afficit eos, qui numquam baptisma susceperunt: neque Baptizatos, licet alteruter sit hæreticus; sed eos quorum unus baptizatus est, alter non, etiamsi esset Cathecumenus. a §. 11. ad 19. p. 6. & seqq.

Super Impedimento hujusmodi dispensare possunt Vicarii Apostolici, & Missionarii apud Sinas, & Japoniam, ex Privilegio Apostolico. §. 19. p. 8. & 9.

Impedimentum *Clandestinæ desponsationis*, Matrimonium irritans, a Concilio Tridentino inductum, non afficit Matrimonia, quæ contrahuntur in locis, ubi promulgatum non est Concilii Decretum. §. 17. pag. 8. & 9.

Impedimenta Matrimonialia quomodo a Pœnitentiariis Anno Jubilæi dispensari possint. XXI. §. 13. & seqq. pag. 99.

Imperatores Romæ non alibi coronari, & ungi debent, quàm in Basilica Vaticana. LXIII. §. 18. p. 285.

Imperatrix. Vid. *Austria*.

Impuberes, & infantes filii, olim poterant a genitoribus offerri permanenter Statui Clericali, vel Monastico. LVII. §. 3. 4. & 5. p. 248.

Impuberes sic oblati, quum ad discretionis annos pervenerint, possunt ex posterioribus statutis retinere statum, vel relinquere. §. 6. p. 249. Hæc disciplina, salvis Religionum Constitutionibus, & Concilii Tridentini decretis, adhuc viget, ita tamen ut pater non possit filium oblatum revocare, Religio autem possit illum dimittere, nisi aliter se obligaverit. *ibid.* Similis disciplina viguit, & moderata est quoad sponsalia impuberum. *ibid.*

Impuberis oblatio probabiliùs subsistit, si a patre fiat, dissentiente matre, quàm e contra. Samuel verò validè a matre in Templo oblatus fuit, quia pater consensit. §. 8. p. 251. Jus tamen impuberes offerendi Monasterio non minus a patre, quàm a matre exerceri potest. §. 20. p. 256.

Impubes oblatus Baptismo, & baptizatus, non potest Christianam Fidem deserere. §. 9. pag. 252.

Impuberes Infidelium filii, a quibus offerri possint ad Baptismum. §. 10. pag. 249. & seqq. Vid. *Baptismus*.

Incolarum nomine quinam intelligantur. XXI. §. 71. & 72. p. 133. & 134.

Indiarum Parochiæ, Doctrinæ, & alia officia ad animarum curam spectantia, solis Regularibus olim conferri solita, in posterum etiam Presbyteris sæcularibus conferri posse, statuitur. LIV. §. 1. & seqq. p. 241. & seqq.

Indiarum Patronus principalior S. Franciscus Xaverius. LXXI. p. 315. Vid. *S. Franciscus*.

Indicia de patrato delicto quænam sufficiant, ut Reus, Ecclesiastica immunitate indignus, e loco immuni extrahatur. XXX. §. 3. p. 161. Et a quo sint colligenda. §. 12. pag. 163. & §. 15. p. 164.

Indulgentiæ ex thesauro meritorum Christi, & Sanctorum depromuntur, quarum dispensator est Romanus Pontifex. XVIII. §. 4. p. 72. & XX. §. 13. & 14. p. 86. & 87. Debitè obtentæ, aut applicatæ, prosunt vivis, & defunctis ad delendam pœnam temporalem juxta dispensationis mensuram. XX. §. 14. p. 87.

Indulgentiarum usu Pœnitentia non tollitur, neque Christiani desides fiunt, aut a satisfactione pro peccatis debita avocantur, ut quidam impiè opinati sunt. §. 28. p. 96. Pia opera exercenda sunt tempore Indulgentiarum. *ibid.*

Indulgentia Plenaria primum concessa reperitur euntibus ad liberandam, vel recuperandam Terram Sanctam. XX. §. 7. p. 81. & XXIX. §. 14. p. 160.

Indulgentia altera Plenaria fuit magni Jubilæi. *ibid.* Hanc singulis annis sæcularibus acquiri a visitantibus Limina Apostolorum ex antiqua traditione disseminatum est per Europam sub Bonifacio VIII. qui proinde illam expressè concessit. XX. §. 10. p. 84. Vid. *Jubilæum*.

Ad Indulgentiam Jubilæi consequendam opera injuncta. XVIII. §. 6. pag. 72. Et declarationes super ipsis editæ. XXI. a §. 45. ad 51. pag. 101. & XXII. a §. 12. p. 104. ad §. 16. p. 108.

Indulgentia, etiam Jubilæi, per implementum ultimi operis ex injunctis ad eam consequendam, acquiritur; quod proinde in statu gratiæ est faciendum. XXII. §. 75. & 76. p. 136. & 137.

Ad Indulgentiam consequendam non suffragatur opus, ad quod ex alio titulo quis obligatur. §. 53. pag. 125. & 126.

Ut Indulgentia acquiratur, quæ concessa sit pro confessis & sacra communione refectis, requiritur Confessio actualis, & Communio Sacramentalis. XXII. §. 3. & seqq. p. 104. Et solis Missionariis in partibus Infidelium commorantibus indultum fuit, ut hujusmodi Indulgentias lucrari possint, præmisso Contritionis actu. *ibidem*. §. 6. p. 105.

Indulgentia Plenaria in certos dies aliquam Ecclesiam visitantibus, aut aliud pium opus peragentibus concessa, semel dumtaxat in die obtineri potest. §. 84. p. 142. & seqq.

Indulgentiam Plenariam Populo concedendi facultas datur Cardinalibus de Latere Legatis ad aperiendas, & claudendas Portas Sanctas Anno Jubilæi deputatis. XXIV. §. 9. p. 148. & XXVII. p. 152.

Indulgentiæ quæcumque, decurrente Jubilæi Anno, suspenduntur, nonnullis exceptis. XIX. §. 1. & 3. pag. 77. Vid. *Suspensio*.

De Indulgentiis nonnulla Clemens VIII. & Paulus V. ſtatuerunt, etiam quoad Baſilicam Lateranenſem. XLVI. §. 1. 2. & 3. p. 208.
Indulgentiæ plures eidem Baſilicæ conceſſæ confirmantur. §. 6. & 7. p. 208. & 209. Communicatæ Eccleſiis, aliiſque locis huic Baſilicæ ſubjectis, aut aggregatis, ſuſpenduntur, & aliæ determinatæ conceduntur. §. 8. & ſeqq. p. 209. & 210.
Indulgentiæ Baſilicæ Vaticanæ jam conceſſæ confirmantur. LXIII. §. 49. p. 292.
Indulgentiæ aliæ concedi, & communicari poſſunt Eccleſiis, Altaribus, Piiſque Locis eidem Baſilicæ aggregatis, aut aggregandis. §. 46. & ſeqq. p. 292. & 293.
Indulgentiæ hujuſmodi quomodo concedendæ a Capitulo; quid obſervandum circa Litterarum expeditionem, & alia; quid advertendum a Rectoribus Eccleſiarum, & a Miniſtris Locorum, quibus conceduntur, in earum publicatione, eleemoſynarum receptione, & erogatione. §. 48. p. 292.
Indulgentiæ Ordinibus Mendicantibus, & Tertio Ordini de Pœnitentia, ſub regula S. Franciſci Aſſiſienſis conceſſæ, quomodo a nonnullis Pontificibus, & a Congregatione Indulgentiarum declaratæ. XLII. §. 2. pag. 192.
Indulgentiæ determinatæ Fratribus ejuſdem Tertii Ordinis tam in Conventibus, ſive aliàs collegialiter, quàm in privatis domibus ſeorſim viventibus, conceduntur: aliæ olim controverſæ abrogantur. §. 5. & ſeqq. p. 193.
Indulgentiæ ſpeciales, etiam Plenariæ conceduntur perſonis utriuſque ſexus Tertium Ordinem S. Franciſci de Paula profitentibus. LX. §. 3. 4. & 5. p. 264. Et *Chordigeris*, qui nempe Cingulum ejuſdem S. Franciſci gerunt. §. 6. 7. & 8. p. 264. & 265. Omnes Animabus Purgatorii applicabiles. §. 9. p. 265.
Indulgentiæ aliæ abrogantur, ſiquæ prædictis omnibus conceſſæ circumferantur. §. 10. p. 265. Olim quoque aliæ ſublatæ fuerunt, quæ Chordigeris conceſſæ dicebantur. §. 1. pag. 264.
Indulgentiarum Congregatio. Vid. *Congregatio.*

Indultariæ perſonæ, quarum præſentia requiritur, ut in privatis Oratoriis Miſſa celebretur, quænam ſint. XLIX. §. 14. & ſeqq. p. 218. & ſeqq.
Indulto ſuperveniente, Anno Jubilæi, quomodo Baſilicarum viſitationes jam factæ computandæ ſint, aut quæ ſuperaddendæ. XXII. §. 82. p. 141.
Indultum Pontificalium. Vid. *Pontificalia.*

Infantes, aut impuberes quomodo poſſint a parentibus, aliiſque, offerri ad ſtatum Clericalem, vel Monaſticum, aut ad Baptiſmum, contradicentibus, aut non contradicentibus aliis. LVII. *tot.* p. 247. & ſeqq. Vid. *Baptiſmus.* Vid. *Impubes.*
Infidelium filii infantes, aut impuberes a quibus offerri poſſint ad Baptiſmum. LVII. §. 10. & ſeqq. p. 252. & ſeqq. Patri ad Chriſtianam Fidem converſo aſſignandus eſt filius, non matri in ſua infidelitate permanenti, & e contra. §. 18. p. 245. Vid. *Baptiſmus.*
Innocentius III., ædificato in honorem Beatæ Mariæ Virginis Monaſterio, potentiſſimum ejus auxilium moriens expertus fuit. XXXV. §. 4. p. 177.

Innocentianus carcer. Vid. *Carcer.*
Inquisitionis Tribunal ad capturam non procedit, niſi poſt ſemiplenam delicti probationem. XLI. §. 3. p. 191. Tribunali eidem in Portugallia denunciandi ſunt Confeſſarii exquirentes in Confeſſione nomen complicis. XIV. §. 7. p. 57. Vid. *Confeſſarius.*

Inquisitores poſſunt auctoritate propria ex locis immunibus extrahere Hæreticos, certiorato tamen ante, vel poſt, Epiſcopo loci Ordinario. XLI. §. 3. pag. 191.
Item fugitivos e Carceribus, ſeu Triremibus, aliove relegationis loco, ad quem ob hæreſis crimen damnati erant. *ibid.* §. 5. p. 192.
Si agatur de reis aliorum criminum exceptorum, ad S. Officii Tribunal pertinentibus, communicanda erunt Epiſcopo indicia, ejuſque Decretum pro extractione expectandum, aliaque in extractione ſervanda, quæ præſcribuntur in Conſtitutionibus Apoſtolicis. *ibid.* §. 4. p. 191.
Inscriptionem de Baſilica S. Mariæ Majoris a S. Sixto III. conſecrata apponi in eadem Benedictus XIV. juſſit. XXXV. §. 2. p. 176. Vid. etiam *Coloſſæum.*
Inſcriptiones Capituli, & veterum Archipresbyterorum Terlitienſium non ſunt delendæ. XV. §. 9. pag. 61. & 62.
Instrumenta muſica. Vid. *Muſica.*
Interdictum apponi nequit, inconſulto Romano Pontifice, in Eccleſiis Baſilicæ Vaticanæ ſubjectis, ubicumque ſint, niſi Interdictum ſit generale. LXIII. §. 44. p. 291.
Interdictum *Unde vi* quomodo a Jure Canonico correctum. LXI. §. 22. p. 276.
Inventarium rerum propriarum niſi fiat ab Epiſcopis, difficile erit eas ſecernere ab aliis, quas ex proventibus Eccleſiæ acquiſituri ſunt, quæque juribus Spolii ſubeſſe debent. XXXII. §. 8. p. 169.
Joanna Franciſca de Chantal nobiliſſimis orta parentibus, admirabili ſanctitate, teſte S. Franciſco Saleſio, floruit in triplici ſtatu virginitatis, matrimonii, & viduitatis. LIV. §. 1. p. 243. Votum emiſit faciendi quidquid perfectius eſſe cognoſceret. *ibid.*
Joanna eadem Sanctimoniales a Viſitatione Sanctæ Mariæ inſtituit, eodem S. Franciſco duce. §. 3. pag. 243. & 244.
Ejus Beatificationem Summus Pontifex, approbatis antea illius virtutibus in gradu heroico, & quatuor miraculis, decrevit, & celebrari mandavit, conſuetis conceſſis honoribus. §. 5. p. 244.
S. Joannes Chryſoſtomus ſepulcra SS. Petri, & Pauli præſens venerari peroptabat. XX. §. 4. p. 79. & §. 8. p. 82. & 83.
S. Joannis Jeroſolymitani. Vid. *Equites.* Vid. *Militia.*
Joannes V. Portugalliæ Rex. Vid. *Portugallia.*
Irregularitas utrum venire intelligatur ſub generali nomine Cenſurarum. XXII. §. 48. p. 124.
Irregularitatem incurrit, qui Sacris Ordinibus initiatus, & Cenſura ligatus, ſuos exercet Ordines. Controvertitur ab aliquibus de Clerico in Minoribus. *ibid.* §. 49. p. 124. Super ejuſmodi irregularitate occulta diſpenſare Pœnitentiarii poſſunt Anno Jubilæi cum Clericis tam Majoribus, quàm Minoribus. XXI. §. 12. p. 99. & XXII. §. 50. p. 124. & 125. Et Confeſſarii Regulares cum ſuis Regularibus. XXI. §. 41. p. 100. & XXII. §. 88. pag. 144. Item Confeſſarii eligendi occaſione extenſionis ejuſdem Jubilæi ad univerſum Catholicum Orbem. XXVIII. §. 4. p. 154.
Israelitæ ter quotannis ad Templum accedere debebant. XX. §. 2. p. 79.
Iter agentes quomodo Jubilæum conſequi poſſint. XXVIII. §. 3. p. 154.
Jubilæum Bonifacius VIII. ſub præſenti forma inſtituit, & recurrente centeſimo anno indicendum conſtituit. XVI. §. 1. p. 66. Clemens VI. ad quinquageſimum: Urbanus VI. ad trigeſimum tertium: Paulus II. ad vigeſimum quintum annum reſtrinxit: & a Bonifacio VIII. ſeptemdecim Jubilæi celebritates numerantur, imminente decimaoctava a Benedicto XIV. indicenda. *ibid.*
Jubilæo originem dediſſe dicitur fama ſub Bonifacio VIII. ex antiqua traditione mirabiliter vulgata, de Indulgentia plenaria quovis centeſimo anno conceſſa adeuntibus Limina Apoſtolorum. XX. §. 10. p. 84.
Jubilæum olim Feria V. Hebdomadæ Sanctæ, vel in Feſto SS. Petri, & Pauli, demum in ſolemnitate Aſcenſionis Domini indictum fuit, qui poſtremus indicendi modus retentus eſt. XVII. §. 2. p. 69. Secunda indictio ex Pontificio Palatio fit Dominica IV. Adventus. XXIV. §. 1. p. 147. Portæ Sanctæ aperiuntur. Vid. *Porta Sancta.*
Jubilæi Anno imminente, Eccleſiarum, & ſacræ ſupellectilis nitor, atque mundities omnibus ditionis Pontificiæ Epiſcopis commendatur. IV. §. 1. p. 10. & 11. Urbis Baſilicæ reparantur, & ornantur. XVI. §. 4 & ſeqq. p. 67. & ſeqq.

Jubilæo adventante præmittendæ Missiones, Confessarii admonendi de pluribus, & ad Episcopos dandæ Litteræ Encyclicæ, ut Annus Sanctus prosper succedat. XVII. §. 4. p. 69. Commendantur exactæ Confessiones, præsertim generales. XX. §. 16. & 17. pag. 87.

Ad Jubilæum invitantur Episcopi, Ecclesiastici Sæculares, & Regulares, Laici &c. §. 7. p. 81.

Jubilæi Annus incipit Vigilia Nativitatis Domini. §. 13. p. 86. & XVIII. §. 5. p. 72. Nonnulli Pontifices hunc Annum indixerunt, vel aperuerunt, sed non absolverunt morte præventi. XVI. §. 2. pag. 66. Olim pro Jubilæo lucrando visitabantur dumtaxat Basilicæ SS. Petri & Pauli, quibus Lateranensem, mox Lieranam alii Pontifices addiderunt. §. 4. pag. 67. & XX. §. 10. p. 84.

Jubilæum ut obtineretur olim Summi Pontifices Confessionem dumtaxat in suis Constitutionibus recensebant, Benedictus XIV. Communionem addidit. XVII. §. 3. p. 69. & XX. §. 10. p. 84.

Jubilæum lucraturi tam in itineribus, quàm Romæ laudabiliter se gerere debent. XX. §. 27. p. 95.

Jubilæi Annus sub Benedicto XIV. indicitur: monentur omnes, ut tantum Indulgentiarum thesaurum lucrari satagant. XXVIII. *tot.* p. 70. & seqq. In hujusmodi indictione elucet piæ Matris Ecclesiæ sollicitudo. §. 1. p. 70. Et Summorum Pontificum zelus, & vigilantia. §. 2. & seqq. p. 71. & seqq.

Jubilæi Indulgentia ut obtineatur, Confessio Sacramentalis, Communio Eucharistica, visitatio Basilicarum, & visitationum numerus, ac modus, & preces fundendæ injunguntur. §. 6. p. 72. Quomodo Jubilæum consequi possint qui ex legitima causa nequeunt opera injuncta exequi. §. 7. p. 72.

Jubilæum ut publicent, populosque verbo & opere edoceant, quid Jubilæi tempore agendum, admonentur Patriarchæ, & reliqui Catholici Antistites. §. 11. & seqq. p. 74. & seq. Principibus Catholicis commendatur Jubilæi progressus. §. 14. p. 75.

Jubilæi Anno decurrente, Indulgentiæ aliæ, & facultates suspenduntur, quibusdam exceptis. XIX. *tot.* p. 77. & seqq. Vid. *Suspensio.*

Jubilæi Anno amplæ facultates tribuuntur Pœnitentiariis Ecclesiarum Urbis. XX. §. 4. & seqq. pag. 98. & seqq. Tribuuntur & Confessariis. §. 35. & seqq. p. 100. & seqq. Adduntur instructiones. XX. §. 18. & seqq. p. 89. & seqq.

Circa Jubilæum dubia quædam expediuntur quoad personas Romam venientes, tam Urbis incolas, quàm exteras, quoad opera injuncta; quoad facultates absolvendi, dispensandi &c. quoad Indulta, & preces. XXI. §. 43. & seqq. p. 101. & seqq. XXII. a §. 2. ad 7. p. 153. & seqq.

Jubilæum pluries in decursu Anni Sancti lucrari poterunt, qui opera injuncta iteraverint. XXI. §. 52. p. 101. & XXII. §. 84. p. 142. & seqq.

Jubilæum conceditur Monialibus, aliisque mulieribus sub clausura, vel in piis domibus collegialiter viventibus, item Anachoretis, Eremitis, Infirmis, & in carcere, aut captivitate detentis, & quomodo ab his omnibus obtineri possit. XXV. *tot.* pag. 149. & seqq. Quinam eorum omnium nomine comprehendantur. §. 1. & seqq. p. 149. & seqq. Quid de iis, qui in carceribus S. Inquisitionis detinentur. §. 3. p. 149. Quid ab iisdem agendum pro Indulgentia consequenda. §. 6. & 7. p. 150.

Jubilæi Indulgentiam ii omnes Anno Sancto vertente bis lucrari poterunt. §. 7. p. 150.

Jubilæum consequi poterunt qui vel iter Romam versus instituerunt, vel illuc advenientes non potuerunt visitationes Basilicarum incipere, aut complere, dummodo confessi sint, & Sacra Communione refecti. XVIII. §. 7. p. 72. & XXII. §. 14. &c. pag. 107. & 108. Hoc Indultum non comprehendit Romanos, quibus impeditis alia ratione consulitur. XXII. §. 16. pag. 108.

Jubilæum Magnum nonnulli Pontifices ad alia extra Urbem Loca extendere denegarunt, etiamsi Reges petierint; alii quibusdam Principibus, Populis, & Ordinibus; alii singulis per Orbem Diœcesibus diversimodè concesserunt. XXIX. §. 2. & 3. pag. 156. & 157.

Jubilæum a Benedicto XIV. ad totum Orbem Catholicum, peracto Romæ Anno Sancto, extenditur, intra præfinitum tempus obtinendum. XXVIII. *tot.* p. 153. & seqq. Etiam ab his obtineri potest, qui illud Romæ, vel alibi lucrati fuerunt. §. 2. p. 153.

Jubilæum hoc ut obtineatur, quid agendum sit. *ibid.* Quid de navigantibus, iter agentibus, Regularibus, Monialibus, Anachoretis, & similibus. §. 3. p. 154. Quinam Confessarii ad hoc eligi possint, & quæ facultates illis dentur. §. 4. & 5. p. 154. Quid de iis, qui morte præventi, aut post obtentas dispensationes &c. præscripta ad lucrandum opera non perfecerunt. §. 6. p. 154.

Judæis Lege Mosaica vetitum erat Matrimonium cum alienigenis; quod tamen præceptum ipsi nonnumquam transgressi sunt. III. §. 3. p. 4. Incertum tamen, utrùm ea lege irritarentur Matrimonia ab iis contracta, cum alienigenis; & an præceptum comprehenderet alias nationes, præter Cananæas. §. 5. & 6. p. 4. & 5.

Judæis Matrimonium cum Christianis vetuit Theodosius sub gravibus pœnis. §. 7. p. 5. Matrimonium Judæi cum Hæretica. Vid. *Matrimonium.*

Judæi ad Fidem Christianam conversi & in Apostasiam lapsi, Ecclesiastica Immunitate non gaudent; & ab Inquisitoribus propria auctoritate e locis immunibus extrahi possunt, servato honore Episcopis debito. XLI. §. 3. p. 191.

Judæi sunt servi Christianorum servitute civili. LVII. §. 15. p. 253. & 254.

Judæus Christianam Religionem amplexus potest filium infantem, vel impuberem eidem Religioni offerre, licèt mater in Judaismo persistens contradicat. LVII. §. 1. p. 247. Eandem potestatem habent mater, & tutores. Item avi paterni quoad nepotes, quamvis pater, vel mater, vel utrique in Judaismo obstinati contradicerent. *ibid.*

Judæo patri ad Christianam Fidem converso assignandus est filius, si mater in Judaismo permaneat, & e contra. §. 18. p. 255.

Judæi olim poterant filios certæ vivendi rationi destinare permanenter. §. 7. pag. 250. Ter quotannis Templum adire debebant. XX. §. 2. pag. 79.

Judæi in Poloniæ Regno valdè multiplicati, multa ipsis non concedenda officia exercere dicuntur, & acerbum dominatum exercere in Christianos, quorum plurimos affligunt, & tamquam famulos habent. L. §. 2. & 3. p. 222. Pecunias fœnore accipiunt cum fidejussione suarum Synagogarum, & quare. *ibid.*

Judæorum superbiam ut cohibeant, & absurda illa eradicari curent, monentur Primas, Archiepiscopi, & Episcopi Poloni, & quomodo id præstandum sit. §. 6. & seqq. p. 223. & seqq.

Judæorum ingens numerus per Galliam, & Germaniam deletus fuit, Radulpho Monacho contra eos prædicante, cui S. Bernardus, & Petrus Cluniacensis Abbas se opposuerunt. §. 4. & 5. p. 223. Judæi persequendi non sunt, aut trucidandi, neque concessarum legum præsidio spoliandi. §. 4. p. 223.

Judæorum servitio ne Christiani se addicerent prohibuerunt Summi Pontifices, & alia multa de Judæis inter Christianos degentibus statuerunt, quæ omnino servari jubentur. *ibid.* & §. 6. p. 223.

Judex Ecclesiasticus in Statu Pontificio quando possit cognoscere causas de damno dato, & quando Judex sæcularis. XXXIX. §. 5. & seqq. p. 181. & seqq. Vid. *Damnum datum.*

Judex nullus potest damni dati pœnas, quamvis per edicta auctas, condonare, vel minuere, neque sibi aut suis ministris addicere. §. 16. p. 183. Pro se & ministris

ministris potest in his causis exigere emolumenta aliqua, juxta taxationem statutariam, post partis damnificatæ satisfactionem, & pœnæ damni dati solutionem. *ibid.* & §. 17. pag. 183.

Judices Criminales Romæ, præsertim Tribunalium Cardinalis Vicarii, & Capitolii, jubentur publicam exhibere audientiam diebus, & horis statutis. X. cap. III. §. 3. p. 46. Constitutiones 71. & 72. Pauli V. observare debent quoad emolumenta percipienda. §. 1. & 2. p. 45. & 46.

Judex ordinarius Fabricæ D. Petri a Summo Pontifice eligitur. LVI. §. 2. p. 245. votum consultivum habet in Congregatione œconomica ejusdem Fabricæ. §. 7. p. 246.

Judices a Capitulo Vaticano deputati pro territorio Abbatiæ S. Martini in Montibus Diœcesis Viterbiensis, & pro Castro S. Petri in Formis, vulgò *Campomorto*, licet extra suum districtum residentes, exercere possunt jurisdictionem in Civilibus, & Criminalibus. LXIII. §. 64. p. 297.

Juramentum, etiam obedientiæ, numquam juri Superioris officit. VIII. §. 20. 23. p. 36. & 37.

Juramentum de secreto servando quoad suas conventiculas interponitur ab iis, qui *Liberi Muratori* vulgo dicuntur. XLVIII. §. 7. p. 214.

Jurisdictio alia coactiva, & alia directiva. XIII. §. 5. p. 56. Vid. in verbo: *Episcopus*; ubi plura de Episcopali jurisdictione. Vid. etiam in verbo: *Exemptus*.

Jurisdictionem Ordinariam in spiritualibus habet Archipresbyter Basilicæ Vaticanæ in eamdem Basilicam, ejusque Seminarium, aliaque adnexa ædificia; & in personas Canonicorum, Beneficiatorum, Clericorum, aliorumque Basilicæ inservientium, in pertinentibus ad ipsum servitium. LXIII. §. 5. &c. p. 281. & seqq.

Jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem habet Capitulum Vaticanum in plures Abbatias ipsi attributas, & in Loca ad illas spectantia. LXIII. §. 50. p. 293. & §. 56. & 57. p. 295.

Jus Gentium, quo capti in bello capientium servi fiunt, locum non habet inter Christianos, sed tantum in bellis, quæ adversus Turcas, aliosque Infideles geruntur. LVII. §. 15. p. 253. & 254.

Jus naturale aliquando dicitur jus illud, quod quis habet a natura derivatum; alio autem sensu hoc nomine designatur Lex naturæ aliquid præcipiens, aut vetans. LVII. §. 26. p. 259. Et huic quidem nunquam derogari fas est; at illud aliquando cedere debet Juri Gentium, multoque magis Religionis causæ, & spirituali animarum saluti. *ibid.* p. 259. & 260.

Juvenacensis Ecclesia quando in Cathedralem erecta fuerit. XV. §. 2. p. 59. Controversiæ, & dissensiones inde subortæ inter Juvenacensem Episcopum, & Archipresbyterum Collegiatæ Terlitiensis. *ibid.*

Juvenacensi Episcopo multiplicem jurisdictionem Summi Pontifices supra eamdem Collegiatam concesserunt, quibusdam juribus Archipresbytero Terlitiensi reservatis. §. 3. pag. 59.

Juvenacensis Episcopi nominatio ad utriusque Siciliæ Regem pertinet ex Apostolico Privilegio. §. 5. p. 59.

Juvenacensi Cathedrali Terlitiensis Ecclesia Concathedralis efficitur, pluribus eidem Ecclesiæ, & Capitulo Terlitiensi reservatis, immutatis, & renovatis. §. 8. & seqq. p. 61. & seqq. Vid. *Terlitien.*

Juvenacense Capitulum Terlitiensi præcedat in Synodo Diœcesana. §. 9. p. 61.

L

Lætare. Vid. *Dominica.*

Lateranensis Basilica a duobus Summis Pontificibus Aureæ Rosæ munere donata fuit. XLIII. §. 6. p. 196. & 197.

In Lateranensi Basilica Sacramentum Confirmationis ministrari potest a Cardinale Urbis Vicario, ejusve Vices-Gerente, vel alio Antistite ab eo deputato, toties, quoties, quibusque temporibus, atque diebus ipsi Vicario opportunum videbitur. LXIII. §. 11. p. 283.

Lateranensi Basilicæ concessæ Indulgentiæ, quæcumque in ea, scientibus & consentientibus Romanis Pontificibus proponi consueverunt, licet concessionum monumenta forte non extent, a Pontifice approbantur & confirmantur. XLVI. §. 7. p. 209. Ejusdem Basilicæ Filialibus & subjectis Ecclesiis, Cappellis &c. communicatas Indulgentias suspendit, aliasque interim eisdem largitur, & respective communicari permittit. *ibid.* §. 8. & seqq. p. 209. & seqq.

Lateranense Capitulum diversas ubique constitutas Ecclesias, Cappellas &c. Ecclesiæ Lateranensi subjicere & incorporare consuevit, iisque non minus, quàm aliis in solo Lateranensi erectis, varias Indulgentias & spirituales gratias communicare. XLVI. §. 2. p. 208. In quo Paulus V. decrevit servandam esse ab eodem Capitulo formam a Clemente VIII. pro hujusmodi subjectionibus & communicationibus aliis præscriptam. *ibid.* §. 3. Quomodo deinceps idem Capitulum se gesserit. *ibid.* §. 4. Pontifex certam formam ejusdem Capituli rationibus aptam præscribit in posterum ab eo observandam. §. 16. pag. 209. & 210.

Lateranense Sacellum & Triclinium Benedictus XIV. restituit. XVI. §. 8. p. 67.

Lateranenses Canonici Regulares Beneficia curata obtinere nequeunt sine dispensatione Apostolica. LIII. §. 1. p. 241.

Latinis vetitum est Missas & Divina Officia Græco Ritu celebrare, abrogatis a S. Pio V. Indultis antea super hoc concessis. XLIV. §. 9. p. 206.

Latinis Presbyteris in Russia Polonica degentibus permittitur, ut, deficientibus lapideis Altaribus consecratis, Missam super Ruthenorum Unitorum antimensiis celebrent; & ut eorumdem Calicibus stanneis utantur. *ibidem.* §. 8. p. 206.

Lauretanæ Ecclesiæ Gregorius XIII. & Clemens VIII. Rosam auream benedictam dono dederunt. XLIII. §. 6. p. 197.

Lauretanæ sacræ Ædi, & Personis eidem inservientibus concessa Privilegia confirmata sunt, sicut & resolutiones editæ super controversiis inter Episcopos Lauretanos, & Gubernatores ejusdem Civitatis. XI. §. 1. pag. 52.

Lauretani Sacelli Custodibus tribus Presbyteris sæcularibus præservatur privativa facultas Vela admovendi sacræ statuæ Beatæ Mariæ Virginis in eadem Æde existenti, eademque obsignandi, & authenticis foliis muniendi, §. 2. & 3. p. 52.

Simul autem Pœnitentiariorum ibidem constitutorum Rectori permittitur, ut particulas ex dictis Velis præcisas obsignet, vetita tamen ipsi facultate alium subrogandi. §. 4. & 5. p. 52. & 53. Authentica horum Velorum folia solam B. Mariæ Virginis imaginem, receptamque attestationis formulam præferre debent. *ibid.*

Sub gravibus pœnis statuitur, ut hujusmodi Vela gratis omnino distribuantur. §. 6. p. 53.

Legati de Latere ad aperiendas, & claudendas Portas Sanctas. Vid. *Porta.*

S. Leonis Magni Corpus in Basilica Vaticana sepultum diùque ignotum, precibus S. Sergii Pont. inventum fuit. XXXV. §. 5. p. 177.

S. Leo IX. Monasterium S. Crucis in Alsatia a Progenitoribus suis fundatum, exemptione donavit, & Apostolicæ Sedi immediatè subjecit; impositio ipsi censu Aureæ Rosæ quotannis mittendæ Romano Pontifici ante Dominicam IV. Quadragesimæ, vel duarum unciarum auri ad eam conficiendam. XLIII. §. 8. pag. 198. Ideo ab aliquibus idem S. Pontifex creditus est Institutor Rosæ Aureæ. §. 9. p. 199. Sed cum ipse enunciet Rosam hujusmodi, dicta die, a Romano Pontifice *consuetè portari*; & eam præscribat factam esse

esse debere, *sicut fieri solet*; palam est, eum Ritum S. Leonis Pontificatu anteriorem esse. §. 13. & seqq. p. 200. & seqq.

Leonicus Michaël, Ap. Cæremoniarum Magister sub Paulo V. ingentem Operum Mss. copiam reliquit. XLIII. §. 14. p. 200. Hic Rosæ Aureæ Ritum S. Leone IX. anteriorem agnoscit. *ibid.*

Levesquius de la Cassiere Ordinis Equestris Jerosolymitani Magnus Magister Romæ obiit. LXVIII. §. 15. pag. 311.

Lex Naturæ. Vid. *Jus naturale.*

Lex Principis Laici in Matrimoniis vim non habet. III. §. 7. p. 5.

Lex Theodosii prohibens Matrimonium inter Christianos & Judæos, pœnam statuit, Matrimonium non dirimit. *ibid.*

Lex contractum prohibens uni ex partibus sub pœna nullitatis, contractum ipsum irritat indirecte etiam quoad alteram partem sibi non subjectam. III. §. 8. pag. 5. Diversus casus est, ubi Lex formam contrahendi dumtaxat uni ex partibus præscripsit, etiam sub pœna nullitatis, sed alteram partem adstringere consultò noluit. Vid. *d. Const.* III. §. 17. p. 8. & LXIX. §. 2. p. 313.

Libellus quando a Pœnitentiariis dandus sit Pœnitentibus absolutis a Censuris, ut eum deferant ad Officium Pœnitentiariæ, & consuetum Breve in forma *Remissi absoluti* recipiant. XXI. §. 5. & 6. p. 98.

Libellus inscriptus: *La voix du Sage, & du Peuple &c.* damnatur, ejusque usus sub gravi pœna prohibetur. XXXIX. *tot.* p. 180. Habentes illum, tradere debent Episcopis, aut Inquisitoribus comburendum. *ibid.* Idipsum statuitur de Libro inscripto: *Lettres avec ces mots latins: Ne repugnate &c.*

Liber *receptorum criminalium* a Notariis criminalibus ad quid retinendus sit. X. cap. III. §. 2. p. 46.

Liber specialis bene dispositus retinendus est in Actis criminalibus Conservatorum Urbis, in quo res criminales Locorum feudalium Populi Romani scribantur. XXXVI. *init.* & §. 1. *sub num.* VI. p. 178.

Libri duo bene dispositi retinendi sunt a Notariis Gubernii Urbis, in quibus denuntiationes criminales *sanguinis*, & *relationis* scribantur. X. §. 3. p. 42.

Libri prohibiti Inquisitoribus, aut Ordinariis tradendi sunt, ut quis a Censuris propter eorum lectionem incursis absolvatur Anno Jubilæi. XXI. §. 30. pag. 100.

Liberi Muratori, seu *Francs Maçons* vulgò dicti, conventiculas & societates faciunt sub arcto secreto per jusjurandum firmato, quæ, utpote suspectæ, perniciosæ, ac detestabiles, damnatæ sunt, & sub gravibus pœnis vetitæ. XLVIII. §. 1. & seqq. p. 212. & seqq.

Liberi Muratori a Principibus etiam sæcularibus proscripti fuerunt: admonentur iidem Principes, ut contra illos severè procedant. §. 9. p. 214.

Liberi Muratori quidam pœnitentes a censuris incursis absoluti sunt. §. 5. p. 213.

Liberiana Basilica, seu S. Mariæ Majoris, a Liberio Pontifice erecta, a S. Sixto III. restituta, & consecrata fuit, in qua Theodorus Pontifex Cunas Domini collocavit. XXXV. §. 2. pag. 176. Diversis nominibus appellari consuevit. §. 4. p. 177. Benedictus XIV. eamdem restauravit, & magnifice ornavit. *ibid.* Ejus Altare majus. Vid. *Altare.*

Limina Apostolorum frequentibus Imperatorum, Regum, & Principum, tum etiam Episcoporum, & Christifidelium omnium Ordinum visitationibus celebrari consueverunt. XX. §. 4. p. 79. LXIII. §. 19. p. 285.

Locatio. Capitulum Vaticanum locare potest bona Basilicæ ad novennium, sine Beneplacito Apostolico. LXIII. §. 31. p. 287. Idem ad relocandum iisdem conductoribus, aut eorum hæredibus, compelli nequit, etiam pro uberiori censu. *ibid.* §. 32. d. p. 287.

Lucensis Episcopi Edictum, quo prohibebantur Musici concentus in Ecclesiis per hebdomadam sanctam, a S. Pio V. approbatur, & servandum decernitur etiam ab exemptis. IV. §. 13. p. 21. & 22.

S. Ludovicus Galliæ Rex Judæos non observantes statuta contra eos a Sede Apostolica, a suo Regno exterminare proposuit. L. §. 5. p. 223.

Lugdunensis Ecclesia novitates respuit: Organa, aliaque Instrumenta Musica nunquam admisit. IV. §. 3. pag. 12.

M

Magistrarum *Piarum*, & *Sanctarum* Institutum in Diœcesi Montis Falisci cœptum, ad alia Loca propagatum, & in duas societates divisum, puellas instruit. VIII. §. 21. p. 36.

Magistrarum earumdem quilibet cœtus proprium habet Directorem spiritualem: Superioriissas Generales sibi constituunt, quæ plura peragunt, sed Episcopis subsunt. §. 22. p. 36.

Magistratus Locorum Ditionis Ecclesiasticæ judicare nequeunt in Causis *damni dati*, nisi id eis tributum dignoscatur a Lege Municipali, aut competere ex longa consuetudine, quæ minor non sit XL. annis. XXXIX. §. 11. p. 182. Et hi quoque solas cognoscere valent Causas damnorum *simplicium*, non verò *studiosorum*, & multò minus *manualium. ibid.*

Magistratus Pergulæ hujusmodi jure gaudet, aliisque prærogativis, quæ enunciantur. LXV. §. 1. p. 301. & amplificantur. §. 5. p. 301.

Mancipium. Vid. *Servus.*

Manichæi in contemptum Resurrectionis Christi, die Dominico jejunabant. XL. §. 6. p. 187.

Marcellus II. Papa Musicam ab Ecclesiis tollere proposuit, sed consilium mutavit. IV. §. 4. & 5. p. 13. & 14. Vid. *Musica.*

S. Mariæ Majoris Basilica. Vid. *Liberiana.*

Maria Theresia Hungariæ Regina &c. Vid. *Austria.*

Maria Warth, seu de Guardia Jesuitissarum Fundatrix. VIII. §. 1. & 2. p. 30. & 31. Tamquam Præposita Generalis, earum suppressionem impedire conata fuit per litteras encyclicas ad suas sequaces. *sub* §. 2. n. IV. p. 31.

Maria eadem Romæ in libera custodia detenta, in Belgium valetudinis causa ex permissione rediit. n. VII. p. 32. In Angliam marte suo transiit. §. 3. p. 32.

Maria Warth tamquam Fundatrix Virginum Anglicanarum immeritò habita, & tamquam Beata perperam invocata fuit. §. 11. p. 34.

S. Martini *de Fara*, *& in Montibus* Monasteria, seu Abbatiæ. Vid. *Abbatia.*

S. Martini Ecclesia Romæ, Titulo *Equitii* nuncupata, a Benedicto XIV. restaurata fuit. XVI. §. 6. p. 67.

Mater comprehenditur sub appellatione Parentum. LVII. §. 22. p. 257.

Mater jus naturale habet super educatione filiorum infantium. *ibid.* §. 26. p. 259. Quod ita intelligendum; non ut hoc jubeat lex naturæ immutabilis, sed ut jus illud a natura originem habeat, & limitari valeat jure Gentium, multoque magis favore Religionis. *ibid.* p. 260.

Mater jus æquum habet cum Patre, quoad retinendum filium in sua societate. *ibid.* §. 25. p. 259. Sed voluntas matris fidelis offerentis filium ad Baptismum prævalere debet repugnantiæ patris, propter spirituale commodum ipsius filii. *ibid.* Et præferri debet, propter favorem Religionis. §. 18. & 19. pag. 255. & seqq.

Mater ad filiorum tutelam admissa est per *auth. Matri & Aviæ. Cod. Quando mulier tutelæ off. fungi potest*, & quidem cum prælatione quoad aviam. LVII. §. 22. & 23. pag. 257. Quod autem ordo Legis procedat

tantummodo quoad illas, quæ Catholicæ Fidei sunt, eruitur ex *Novell.* 118. *de hæredibus ab inteſt. venien.*, ubi ordo ille etiam in ſucceſſionibus ſtatutus, quoad Perſonas Catholicas dumtaxat obtinere debere decernitur. §. 23. p. 257.

Mater filiam dotare non tenetur, niſi in ſubſidium Patris egentis. *ibid.* §. 23. p. 257. Limita, ut Mater infidelis Filiam Chriſtianam dotare debeat, quamvis Pater Chriſtianus pauper non ſit. *ibid.*

Mater filium, filiamve ad Monaſterium legitimè offert. LVII. §. 20. p. 256.

Mater contradicendi jus non habet voluntari Patris offerentis filium ad melioris vitæ propoſitum. LVII. §. 8. p. 251. Signanter quoad oblationem filii ad Baptiſmum. *ibid.* §. 11. p. 252. & §. 18. p. 255. Amplia ſi oblatio ad Baptiſmum fieret ab Avo Paterno. §. 12. p. 252. Ac etiam ſi, mortuo Patre, oblatio fiat ab Avia Paterna : quod firmatur *d. Conſt.* LVII. *per tot.* & definitur. §. *ult.* p. 260.

S. Mathiæ Vigilia cum jejunio in univerſa Eccleſia, ex præcepto in corpore Juris clauſo obſervatur. XL. §. 10. pag. 188. Ea anno 1751. quum in ultimum Bacchanaliorum diem incideret, ad evitanda tranſgreſſionum pericula, anticipari permittitur in Sabbatum Sexageſimæ. §. 11. p. 189.

Matrimonium Hebræis, lege Moyſi, vetitum erat cum alienigenis. III. §. 3. pag. 4. Sed non ſatis conſtat, utrum prohibitio extenderetur ad omnes nationes, an vero ſolas comprehenderet nationes Chanaan. §. 5. pag. 4. Neque clarum eſt, eam prohibitionem fuiſſe ſub pœna nullitatis. §. 4. p. 4. Nec id evincitur ex ſeparatione, quam Eſdras indixit Populo ab uxoribus alienigenis. §. 6. p. 5.

Matrimonium Hebræis cum Chriſtianis vetitum eſt lege Theodoſii Imperatoris. §. 7. p. 5. Sed non idcirco nullum, & irritum fore delaratum eſt, ſed tantummodo puniendum, ut adulterium. *ibid.*

Matrimonium irritantia impedimenta ſtatui nequeunt per legem Principis Laici. III. §. 7. p. 5.

Matrimonium inter hominem Judæum, & mulierem hæreticam, & generaliter inter perſonam baptizatam, aliamque non baptizatam, nullum eſt, propter impedimentum *diſparitatis cultus*; ideoque ſi Infidelis baptizetur, renovandum decernitur. III. *per tot.* p. 3. & ſeqq. Vid. *Hæretici.* Vid. *Impedimentum.*

Matrimonium poſt Ordines Sacros initum ab Italo-Græcis, nullum declaratur. XXXI. §. 13. pag. 167. An verò idem jus obtineat quoad Orientales, nullo adhuc Decreto Apoſtolico definitum ſuit; quamvis Tribunalia Urbis pro nullitate opinari conſueverint. *ibid.* Vid. *Conſenſus.*

Matrimonium contractum poſt Profeſſionem Regularem irritum eſt; & antea contractum, nec dum conſummatum, per eamdem Profeſſionem dirimitur. LXVIII. §. 6. p. 308. Ubi de Profeſſione in Ordine Equeſtri S. Joannis Jeroſolymit. quod idem operetur. *ibid.*

Matrimonium contractum non ſervata forma a Concilio Tridentino præſcripta, nullum eſt, tam ratione contractus, quàm ratione Sacramenti, in locis, in quibus Concilii Decretum promulgatum fuit, & inter perſonas eidem ſubjectas. LXIX. §. 2. p. 313. Ideo nullam Matrimonii rationem habere poteſt illud, quod in Fœderati Belgii regionibus a Catholicis contrahitur coram Civili Magiſtratu, aut coram hæretico Miniſtro, cui ſe ſiſtere iidem Catholici coguntur. *ibid.* & §. 3. pag. 314. Et niſi Matrimonium deinde ab iis celebretur, ſervata forma a Tridentino præſcripta, conjugalis conſuetudo peccaminoſa erit, & proles illegitima. *ibid.* Quid in hac materia inculcandum ſit Catholicis earum regionum. §. 4. pag. 314.

Matrimonia ibidem ab Hæreticis inter ſe, aut inter Catholicos, & Hæreticos, quamvis illicitè, contracta, non ſervato Concilii Tridentini Decreto, valida declarata fuerunt, utpotè non comprehenſa ſub ejuſdem Concilii lege. III. §. 17. pag. 8. & LXIX. §. 2. pag. 313.

Melitensis Epiſcopus gradum Procerum Magnæ Crucis obtinet inter Fratres Ordinis S. Joannis Jeroſolymitani, & Crucem octogonam Melitæ ſuper Mozzettam, Romæ ſuper Mantellettam defert. LXVIII. §. 8. & ſeqq. p. 309. & ſeqq. Etiamſi ad aliam Eccleſiam transferatur, & quare. §. 10. p. 310.

Melitenſes Equites. Vid. *Eques.* Vid. *Militia.*

Mendicare per Urbem poſt horam 24. abſque ſcripta licentia, quæ honeſtis dumtaxat perſonis, numquam verò fœminis juvenibus concedenda erit, interdicitur hominibus, & mulieribus. IX. cap. III. §. 5. p. 46. Vid. *Fœminæ.*

Mensa nummularia S. Spiritus. Vid. *Banchum.*

Mercatores in bello reputari non debent tamquam partes Reipublicæ nocentis, ideo non lædendi. LXI. §. 5. & ſeqq. p. 268. & ſeqq.

Milites homicidii rei militaribus privilegiis non juvantur. XXX. §. 8. p. 162.

Militia Hoſpitalis S. Joannis Jeroſolymitani laudatur. LXVIII. §. 13. p. 311. Ejus primus Magiſter fuit Raymundus de Podio. §. 4. p. 307. Duo ejuſdem M. Magiſtri, Petrus de Aubuſſon, & Hugo Verdala, inter S. R. E. Cardinales cooptati fuerunt. §. 14. & 15. pag. 311. Equites in ea profeſſi veri Religioſi ſunt, & votum Caſtitatis plenum & abſolutum emittunt. §. 6. pag. 308. Ejuſdem Militiæ nomine ſupplicatum eſt Summo Pontifici, ut definiret, Epiſcopos, & Cardinales ex ea aſſumptos habitum proprii Ordinis, videlicet lineam octogonam Crucem, exterioribus veſtibus aſſutam, viſibiliter geſtare debere. §. 12. p. 311. Id Pontifex concedit. *ibi per tot.*

Millinus Joannes Garzias Cardinalis, ſub Urbano VIII. in Aquilejenſi Patriarchatus negotio plurimum adlaboravit. LI. §. 7. p. 228.

Millinus Marius Cardinalis, in eodem negotio ſumma cum laude ſe geſſit. LII. §. 3. & 4. p. 235. & LI. §. 7. p. 225. & §. 7. p. 228.

Mindelheim, Oppidum Diœceſis Auguſtanæ, Anglicanarum Virginum Conſervatorium ibi exiſtens Epiſcopi juriſdictionem agnoſcere detrectat. VIII. §. 1. p. 30. Poſtea verò debitam obedientiam præſtat, ejuſque merito nonnullis gratiis, & indultis ab Epiſcopo, & a Summo Pontifice ditatur. §. 24. p. 37.

Miracula quatuor approbata fuerunt pro Beatificatione B. Joannæ Franciſcæ Fremiot de Chantal. LIV. §. 4. pag. 244.

Missam Apoſtoli in privatis domibus celebrarunt; iſque mos tempore perſecutionum ſervatus fuit. XLIX. §. 9. p. 217.

Miſſam in Eccleſiis, Oratoriiſque publicis Divino cultui deſtinatis dumtaxat celebrari Concilium Tridentinum decrevit, præcipiens Epiſcopis, ne in privatis domibus eam celebrari permitterent. §. 2. p. 215. §. 11. p. 217. & §. 29. p. 220. Privatarum tamen domorum nomine non cenſentur Ædes Epiſcopales, veluti Sacra Congregatio ejuſdem Concilii interpres ſæpe declaravit. *ibid.* §. 2. p. 220. & §. 8. pag. 216.

Miſſam in privatis Oratoriis, quæ in Laicorum domibus ſunt, celebrari vetuit Juſtinianus Imperator. XLIX. §. 9. pag. 217. Quam prohibitionem Leo Sapiens ſuſtulit, ob nimiam ejuſmodi Oratoriorum multiplicitatem. *ibid.* Sed ut in his Oratoriis Miſſa celebraretur, ſemper neceſſaria fuit Epiſcoporum licentia, quam ipſi facilè concedebant, præſertim in Eccleſia Orientali. §. 10. pag. 217. Et conceſſa cenſebatur, quoties Sacerdos ſuper Mappis ab Epiſcopo conſecratis celebraret. *ibidem.* Tandem a Concilio Tridentino adempta eſt Epiſcopis facultas concedendi

dendi Oratoria privata in Laïcorum domibus, ad hoc, ut Missa in iis celebretur; & hoc jus ad Sedem Apostolicam devolutum est: unde Indulto Apostolico absolutè opus est, ut Missa in privatis Laicorum domibus celebrari possit. §. 11. & 12. p. 217.

Missa in privatis Oratoriis celebrari nequit sine præsentia alicujus ex personis, quibus Indultum directè concessum est. §. 14. & 15. p. 218. Nec omnibus præsentibus suffragatur pro implemento Præcepti Festivi, sed tantùm iis, *in quorum præsentia* celebrari permittitur in Brevi Apostolico, *ibidem*. Reliqua vide in verbo: *Oratorium*.

Missam Episcopi in propriis Episcopalibus Ædibus, & in aliis domibus, in quibus hospitati fuerint, etiam extra propriam Diœcesim, celebrare possunt. XLIX. §. 2. & seqq. pag. 215. & seqq. Et ad hunc effectum uti possunt Altari portatili seu viatico. §. 4. & 5. p. 215. Ipsis tamen interdictum est, ne in Laicorum domibus, in quibus propriè hospitati non fuerint, Missam pro libito celebrent, tam in propria, quàm in aliena Diœcesi. §. 6. 7. & 8. p. 216.

Missam Græci Latino ritu, & Latini Græco ritu celebrare prohibentur; sublatis jam a Sancto Pio V. quibuscumque contrariis indultis, & facultatibus. XLIV. §. 9. p. 206. Basiliani Abbates Monasteriorum Græci ritus, nec non Priores & Magistri ejusdem Ordinis jubentur Missam ritu Græco celebrare. Una verò, aut altera Missa in iisdem Monasteriis, in quibus sex, aut plures Monachi sunt, celebrari Latino ritu potest per Monachos non graduatos. XLV. §. 3. pag. 207.

Missa in Ecclesia Latina celebranda est super Altari lapideo consecrato; vel saltem quod lapideam consecratam tabulam habeat superimpositam. XLIV. §. 4. pag. 205.

Græci verò celebrant super Antimensiis. *ibid.* Vid. *Antimension*. Idque Ecclesia Latina, non solùm in partibus Orientis, sed etiam inter Italo-Græcos permitti declaravit. XLIV. §. 5. pag. 206. Non licet tamen Presbyteris Latinis, inter hos Italo-Græcos commorantibus, Missam super ejusmodi Antimensiis celebrare. §. 6. p. 206.

Missionariis verò aliisque Sacerdotibus Latini ritus in Russia Polonica degentibus permittitur, ut, ubi Ecclesiæ, aut Oratoria privata Latinorum, ac lapideæ Altarium tabulæ consecratæ deficiunt, possint in Ruthenorum unitorum Ecclesiis, & super eorum Antimensiis Missam celebrare, ritu tamen Latino. §. 8. & seqq. p. 206. Eorumque stanneis Calicibus uti. *ibid.* Et Sacerdotes Rutheni non schismatici, opportunitate suadente, Missam in Ecclesiis Catholicorum Latini ritus celebrare possunt, Rutheno servato ritu, eorumque Altaribus, Calicibus, Vestibusque sacris uti. §. 2. p. 205. & §. 7. p. 206.

Missam super Altari Pontificio nemini, præter Romanum Pontificem, celebrare licet, sine speciali Indulto Apostolico. LXIII. §. 16. p. 285. & XXXV. §. 3. p. 177.

Missæ celebratio super Altari Pontificio Basilicæ Lateranæ a Pontifice restituto, & consecrato, permittitur Cardinali de Gentilibus ipsa Consecrationis die. XXXV. p. 176.

Missam celebrare non licet in honorem ejus, qui nondum ab Ecclesia inter Beatos, aut Sanctos adscriptus sit: etiamsi Missa esset de SS. Trinitate, vel de omnibus Sanctis. VIII. §. 12. p. 34.

Missa in honorem B. Joannæ Franciscæ Fremiot de Chantal celebranda conceditur pro determinatis locis. LIV. §. 5. p. 244.

Missæ partes nonnullæ cani possunt a Musicis, nempe, Introitus, Gloria, Graduale, Symbolum, & Offertorium. IV. §. 8. p. 17.

Missionarii inter Infideles commorantes Indulgentias ex speciali gratia consequi possunt præmisso Contritionis actu, cum voto Confessionis Sacramentalis. XXII. §. 6. p. 105.

Missionariis apud Japoniam a Gregorio XIII. concessum fuit, ut super impedimento disparitatis cultus dispensare possent cum novis Christianis earum Provinciarum, & Insularum. III. §. 19. p. 8. & 9.

Missionariis Latinis in Russia Polonica permittitur Missam celebrare super Antimensiis Græcorum unitorum, deficientibus lapideis Altaribus; & eorumdem Calicibus e stanno uti. XLIV. §. 8. p. 206.

Missionum Ægyptiarum Præfecto conceditur Indultum conferendi Sacramentum Confirmationis his, qui a Latino Presbytero baptizati fuerint; donec id ab Episcopo Catholico præstari possit. XXXI. §. 4. pag. 166.

Missiones sacræ Anno Jubilæi præmittendæ sunt. XVII. §. 4. p. 69. & XX. §. 13. & seqq. p. 86. & seqq. Præmissæ fructuosæ fuerunt. XXIX. §. 1. pag. 156. Quid maximè Populis ea occasione inculcari conveniat. XX. §. 13. & seqq. p. 86. & seqq.

Mitram in capite gestare in Processionibus Sanctissimi Corporis Christi prohibentur Canonici licet habentes usum Pontificalium. LVIII. §. 4. ad XIII. p. 261. & 262. Item Mitra uti in vestitionibus Monialium. *ibid.* ad X.

Mobilia, & Immobilia bona. Vid. *Dominium*. Vid. *Emptor*.

Monachi saltem semel in mense confiteri tenentur, etiamsi venialia dumtaxat peccata commiserint. XXII. §. 77. §. 138.

Monachi a Presbyteris sæcularibus Ecclesiastici cantus usum acceperunt, eumque laudabiliter adhibent. IV. §. 2. p. 12.

Monachi olim poterant, sine ulla dispensatione, Parochias obtinere; sed nunc Apostolica dispensatione indigent. LIII. §. 1. p. 241.

Monachi ad Episcopatum assumpti habitum proprii Ordinis visibiliter deferre tenentur. LXVIII. §. 3. pag. 307.

Monasterium. Vid. *Abbatia*. Vid. *Campidunense*. Vid. *Moniales*.

Monasterio filii impuberes a quibus offerri possint. LVII. §. 3. & seqq. p. 248. & seqq. Vid. *Impubes*. Vid. *Oblati*.

Monasterium S. Crucis in Alsatia a Progenitoribus S. Leonis IX. Papæ fundatum, idem Pontifex exemptum fecit, & S. Sedi immediatè subjecit, cum onere mittendi quotannis Pontifici Rosam auream, vel duas uncias auri ad eam conficiendam. XLIII. §. 8. & 9. p. 198. & 199.

Monasterium Capuccinarum Meldulæ subest jurisdictioni Capituli Vaticani, etiam quoad Clausuram, ex concessione Pontificis. LXIII. §. 58. p. 295.

Monialium Clausuræ custodia Episcopis commissa est, & pertinet ad eorum jus ordinarium, si Monasteria sint ipsis immediate subjecta, alioquin ad jus delegatum. XIII. §. 3. & 4. p. 55.

Monialium Monasteria adire, aut eas alloqui, sine Ordinarii localis permissione, nemini licet, neque Episcopo in aliena Diœcesi, neque Vice-Legato, neque Gubernatori, quamvis Præsuli in Statu Pontificio. *ibid.* §. 2. & seqq. pag. 55. & seqq. Siquis eorum aliquid contra attentaverit, pœnas quidem lege Diœcesana statutas non incurret, sed Episcopi Summum Pontificem, aut Congregationem Episcoporum & Regularium certiorem reddere jubentur, ut provideatur. §. 5. p. 56.

Moniales, aliæque Religiosæ Mulieres, quomodo Jubilæum consequi possint extra Urbem, durante Anno Sancto. XXV. *per tot.* pag. 149. Et quomodo post Annum Sanctum, concessa Jubilæi extensione ad universum Orbem Catholicum. XXVIII. §. 3. & 4. pag. 154. Quem Confessarium sibi ad hunc effectum eligere possint. XXV. §. 8. p. 150. XXVIII. §. 4. p. 154. & XXIX. §. 11. p. 159.

Monitorum Liber. Vid. *S. Carolus*.

Moteta, seu cantiunculæ, aut modulata carmina quædam, ex Missali, & ex aliis sacris libris desumpta, & a Sacra Rituum Congregatione approbata, cani in nonnullis sacris functionibus possunt. IV. §. 8. p. 17. & seqq.

Moz-

Mozzettæ usum in Urbe Patriarchis concessit Benedictus XIII. non autem Episcopis. LXVIII. §. 8. pag. 309. Eam Cardinales ubique gestare possunt. *ibid.* §. 10. p. 310. Super ea Crucem albi coloris apponere possunt & debent Episcopi, & Cardinales in Ordine Jerosolymitano Professi. *ibid.* & §. 18. pag. 313.

Mulieres veteri Romano jure a Tutelæ officio excludebantur. LVII. §. 22. p. 257. Id postea temperatum favore Matris & Aviæ. *ibid.*

Mulieres homicidæ, mendicantes, peregrinantes, suspectæ. Vid. *Fœminæ. Homicidium. Peregrinantes. Præceptum.*

Muscus in Ecclesia Græca usitatus etiam in confectione Chrismatis, adhibetur in benedictione Rosæ Aureæ. XLIII. §. 18. p. 203.

Musicus cantus, & musicalia instrumenta sunt in usu in Ecclesiis, quibusdam exceptis. IV. §. 3. p. 12. Nonnulli graves viri Musicam in Ecclesiis laudant: alii improbant. *ibid.* & §. 4. & 5. p. 13. & seqq.

Musica non erat in usu in Ecclesiis S. Thomæ Aquinati cognitis. §. 4. p. 13. Cardinalis Thomasius illam vetuit in sua Titulari Ecclesia. *ibid.* Marcellus II. Papa eamdem abolere deliberaverat, sed audita in Missis Musica excellentis auctoris, ad pietatem apta, voluntatem mutavit. §. 5. p. 14. & 15.

Musicam prohibere Concilium Tridentinum proposuit, sed Cæsareis Legatis suadentibus, illam, dummodo honestam, toleravit. §. 5. p. 14.

Musicus Ecclesiarum cantus debet a theatrali differre. §. 6. p. 16. Ac talis esse, ut verba distincte proferantur, & intelligantur. §. 9. p. 18. & seqq.

Musicæ periti fuerunt nonnulli Romani Pontifices. §. 7. p. 16. & 17.

Musica apud Hæbræos usitata fuit in Templo, non in theatris. §. 10. p. 20.

Musica in Ecclesiis improbatur tempore majoris Hebdomadæ, aliisque diebus. Olim in Ecclesia Lucensi per idem tempus abhibita, ab Episcopo, & a S. Pio V. vetita fuit. §. 13. p. 21. & 22. Reformari ad decentem gravitatem jubetur in Romanis, aliisque Ecclesiis. §. 14. p. 23.

Musici Cantores in sacris functionibus legem Chori sequi debent. §. 8. p. 17.

Musica instrumenta in veteri Testamento adhibebantur, & aliquid figurabant. §. 4. p. 13. Vetus Ecclesia ea non adhibuit, ut Christiani longius recederent a profanis ritibus Gentilium illa adhibentium. §. 5. p. 14. Nunc tamen harmonici cantus usus usque ad Paraguajam pervenit. *ibid.* p. 15.

Musica instrumenta quædam permittuntur in Musicis Ecclesiasticis, alia prohibentur. §. 11. p. 20. & 22. Eorum sonus talis sit, ut cantum juvet, non opprimat. §. 12. p. 21.

Mysteria, quæ designantur in benedictione Rosæ Aureæ. XLIII. §. 17. p. 202.

N

In Natali Domini tres Missæ celebrari possunt etiam in Oratoriis domesticis, in quibus unius tantum Missæ celebratio in singulos dies indulta est; nisi ab Indulto excepta sit, ut assolet, solemnis illa dies, cum aliis solemnioribus. XLIX. §. 18. p. 218.

Naturæ Jus. Vid. *Jus naturale.*

Naufragantium res in mare projectas, qui animo lucrandi occupat, furatur. LXI. §. 24. p. 277.

Navigantes quomodo Jubilæum consequi possint. XXVIII. §. 3. p. 154.

S. Nazarii *de Cuccaro* Abbatia. Vid. *Abbatia.*

Neophyta Avia potest nepotes offerre ad Baptismum. Vid. *Avia.* Vid. *Baptismus.*

Nepotes ad Baptismum offerri possunt ab Avo paterno, dissentientibus etiam Patre, & Matre. LVII. §. 12. p. 252. & seq.

Item ab Avia paterna, dissentiente Matre, & Tutoribus. §. 21. &c. p. 256. & seqq. *usque ad finem.*

S. Nicolai Sacellum Pontificium in Patriarchio Lateranensi Benedictus XIV. restituit. XVI. §. 8. p. 67.

Notarii Romæ jubentur retinere in suis Officiis expositam taxam a Paulo V. statutam. X. cap. III. §. 2. p. 46.

Notarii Criminales Gubernii Urbis debent in libro *receptorum criminalium* notare emolumenta pro actis percepta, & Chirographum receptionis dare Partibus. *ibid.* Et sine ullo emolumento legere Citationes in publica Audientia diebus juridicis; ac intimare præcepta Carceratis eodem die, quo lata sunt. §. 3. pag. 46.

Notarius Capitolinus prohibetur, indebitas Fiscalis citationes recipere, aut legere. XXXVII. §. 2. pag. 178.

Notarius hebdomadarius Gubernii Urbis causas quomodo scribere debeat. X. cap. I. §. 3. p. 42.

Notarius Foraneus Curiæ Episcopalis Eugubinæ publicum in nova Civitate Pergulæ Officium habens debet acta coram Vicario Foraneo ejusdem Civitatis asservare, eorumque authentica exempla petentibus dare, quæ debitam fidem obtinebunt. LXV. §. 11. pag. 202. & 203.

Numisma jussu Card. Verdalæ M. Magistri Ordinis Militaris Jerosolymitani cusum refertur, & exponitur. LXVIII. §. 16. p. 312.

O

Oblatio filiorum infantium, vel impuberum a genitoribus facta Clericali, aut Monastico statui, vel a parentibus infidelibus ad Christianam Fidem conversis, vel ab Avis, aut a Tutoribus facta ad Baptismum, contradicentibus aliis, quomodo subsistat. LVII. *tot.* p. 247. & seqq.

Oblati a genitoribus Statui Monastico olim ad seculum reverti non poterant; sed post Cœlestinum III. liberum eis est, cum ad pubertatem pervenerint, è Monasterio discedere. LVII. §. 5. & 6. p. 248. & 249. Sic oblati, a Religione acceptari possunt, nisi obstent peculiaria Ordinis statuta; & salvis Constitutionibus Apostolicis, & Concilii Tridentini Decretis, quoad ætatem, & tempus Tyrocinii, & Professionis. *ibid.* §. 6. p. 249.

Oblati hujusmodi, a parentibus nequaquam revocari possunt, etiam vigore patriæ potestatis; sed Religio potest illos dimittere, etiam ante pubertatem, nisi aliter se obligaverit. *ibid.*

Octava SS. Petri, & Pauli qua solemnitate peragenda sit in Urbe. LXIII. §. 12. p. 284.

Oeconomi Ecclesiarum Parochialium vacantium in territorio Monasterii S. Salvatoris de Majella a quo sint deputandi, eorumque merces assignanda. §. 50. p. 293.

Oeconomus Generalis Fabricæ D. Petri est Congregationis Fabricæ Secretarius Generalis, & in Congregatione particulari votum habet consultivum. LVI. §. 2. & 7. p. 245. & 246. Expensas aliquas pro Fabrica facere potest independenter a Congregatione. §. 8. p. 246.

Officia Divina a Latinis latino, a Græcis græco ritu omnino celebranda sunt. XLIV. §. 9. p. 206.

Officium in honorem B. Joannæ Franciscæ de Chantal concessum. LV. §. 5. p. 244.

S. Officii Tribunal. Vid. *Inquisitio.*

Olea Sancta, Feria V. in Cœna Domini, in Basilica Vaticana ab Archipresbytero, aut ab ejus Vicario, vel ab alio Episcopo, de Archipresbyteri licentia, benedicuntur, & pluribus Parochiis distribuuntur. LXIII. §. 9. p. 283.

Ejusmodi benedictioni intervenire per se, vel per alios debent Parochi Ecclesiarum filialium, & subjectarum, quin ab aliis compelli possint ad interveniendum simili functioni in alia Ecclesia. *ibid.*

Olea

Olea Sancta hujuſmodi recipere debent Eccleſiæ filiales, & ſubjectæ ejuſdem Baſilicæ, aliæque conſuetæ, & ad recipiendum compelli poſſunt, quin ab aliis moleſtentur, aut ad recipiendum ab alia Baſilica compellantur. *ibid.*

Onerum anniverſariorum Capituli, & Cleri Vaticani reductiones confirmantur. LXIII. §. 35. pag. 288. Onera ejuſmodi quomodo impoſterum acceptanda ſint. §. 36. p. 289.

Opera aliqua in ſtatu peccati mortalis facta, ſunt moraliter bona. XXII. §. 75. p. 136.

Opera injuncta pro Jubilæi acquiſitione, vide *in Conſtit.* XVIII. §. 6. p. 72. Declarationes autem ſuper ipſis editas. XXI. §. 45. & ſeqq. p. 101. & XXII. §. 52. &c. p. 125. & ſeqq. & §. 73. &c. p. 135. & ſeqq. Et pro eodem lucrando extra Urbem. XXV. §. 6. p. 150. & XXVIII. §. 2. p. 153.

Opinioni privatæ inniti non debent Confeſſarii, nec opiniones Scriptorum amplecti & ſequi in praxi, ſine delectu. XXI. §. 21. p. 91.

Oratio. Vid. *Preces.*

Oratorium in Epiſcopalibus Ædibus habere Epiſcopi poſſunt pro Miſſa per ſe, vel per alios celebranda. XLIX. §. 1. p. 215. Oratoriorum hujuſmodi duo antiquiſſima ſunt exempla SS. Epiſcoporum Caſſii Narnienſis, & Joannis Eleemoſynarii Alexandrini. *ibid.* Nec ſane ſublata fuerunt per Concilium Tridentinum. §. 2. p. 215. Vid. *Epiſcopus.* Vid. *Miſſa.*

Oratoria ad Miſſam celebrandam in privatis domibus extiterunt temporibus Apoſtolorum, perſecutionum, & deinceps, præſertim in Eccleſia Orientali, de quibus Imperatores nonnulla edixerunt. §. 9. & 10. p. 217. Neceſſaria tamen erat Epiſcoporum licentia, ut Miſſa in iis celebraretur. *ibid.*

Oratoria privata in Laicorum domibus concedendi facultas ſublata eſt Epiſcopis per Concilium Tridentinum, & ad S. Sedem devoluta. §. 11. p. 217. S. Sedes magnam moderationem adhibuit in permittendis iſtis Oratoriis, ac plures leges, & limitationes appoſuit in conſuetis conceſſionum Brevibus quoad eorum erectionem, & uſum. §. 12. pag. 217. Ampliores conceſſiones fiunt in quibuſdam Brevibus extraordinariis. §. 13. §. 218.

In Oratoriis privatis Miſſa non poteſt celebrari, niſi adſint Indultarii. §. 14. pag. 218. Hi ſunt, qui in fronte, vel inſcriptione Brevis nominantur. §. 15. p. 218. Alii verò nominati in iiſdem, poſſunt Miſſæ intereſſe, non autem facere, ut celebretur. *ibid.* Niſi ſint perſonæ, quibus in corpore Brevis nominatim ea facultas tribuatur. §. 16. & 17. p. 218.

In Oratorio privato ſi licentia conceſſa ſit, ut diebus ſolemnioribus Miſſa celebretur, poſſunt die Nativitatis Domini tres Miſſæ ab uno Sacerdote celebrari. §. 18. p. 218.

In Oratoriis privatis quando Sacramenta Baptiſmi, & Pœnitentiæ miniſtrari poſſint. §. 19. & 20. p. 218. Quando ſumi poſſit Communio Euchariſtica ab iis, qui Miſſam audiunt, & an Epiſcopi licentia ad id requiratur. §. 21. & ſeqq. p. 219. & ſeqq.

Oratorii privati Indultum conceditur Canonicis Veronenſibus pro celebratione Miſſæ in ædibus Villæ *Angiari.* LXX. §. 5. p. 315.

Oratoriorum domeſticorum ſupellex a S. R. E. Cardinalibus legari poteſt, ex Indulto, quibuſvis Eccleſiis, Cappellis publicis, aut Locis Piis; vel ipſis de ea non diſponentibus, ab hæredibus ſimiliter diſponi poteſt; alioquin ad Sacrarium Pontificiæ Cappellæ devolvitur. VI. *per tot.* ſignanter §. 7. pag. 27. Vid. *Cappella.*

Quæ autem extiterit in privatis Oratoriis aliorum Prælatorum, ſeu Beneficiatorum ex Conſtit. S. Pii V. defertur ad Eccleſias, quibus præfuerunt, vel in quibus Beneficia obtinuerunt; nec comprenhenditur ſub lege Spolii, aut in Indultis teſtandi. *ibid.* §. 9. p. 28. & LXIII. §. 27. p. 286. & 287. Ubi ſpecialiter *Bullarii Romani Contin.* Pars XII. de Oratoriis privatis Canonicorum, aliorumque de Clero Baſilicæ Vaticanæ.

Ordinarius. Vid. *Epiſcopus.*

Ordinarii Inferiores non habent facultatem decernendi de caſibus exceptis ab Immunitatis localis beneficio, & demandandi extractionem reorum; ſed pro delictis patratis in Locis *Nullius Diœceſis*, res deferenda eſt ad viciniorem Epiſcopum. XXX. §. 12. p. 163.

Ordinarii in Portugallia quando poſſint procedere contra Confeſſarios exquirentes in Confeſſione nomen Complicis in peccato. XIV. §. 5. p. 57. Vid. *Pertinentia.*

Ordinationes ſtatis anni temporibus ad S. Petrum habere Romani Pontifices conſueverunt. LXI. §. 16. p. 285.

Ordines Sacri apud Orientales. Vid. *Diaconatus.*

Ordines Sacros, quibus, & quomodo Archipresbyter Baſilicæ Vaticanæ conferre poſſit. §. 6. &c. pag. 282. & ſeqq.

Ordines Romani plures, a diverſis Auctoribus editi recenſentur, in quibus de Roſa aurea mentio fit. XLIII. §. 7. p. 197. & ſeq.

Alii quoque citantur, in quibus adeſt, aut deeſt mentio de Cappellis in Palatio Pontificio erectis pro ſolemnium Functionum celebratione. VI. §. 4. p. 27.

Organorum uſus a multis ſeculis in Eccleſia viget, quorum nomine etiam alia inſtrumenta harmonica deſignantur. IV. §. 5. p. 14.

Organa, aliaque muſica inſtrumenta non ſunt in uſu in Cappella Pontificia, neque in quibuſdam aliis Eccleſiis. §. 3. p. 12. & 13.

Organum muſicum ſub Pipino in Gallias delatum Cantores Roma profecti pulſare docuerunt. §. 14. p. 23.

Ostiensis Baſilica. Vid. *S. Pauli.*

Otiosos in Urbe Gubernator perquirere, & expellere debet. X. cap. 1. §. 9. p. 43.

P

Pallia Patriarchis, & Archiepiſcopis tradenda præſcripto ritu benedici debent in Baſilica Vaticana a Summo Pontifice, vel, eo abſente, a Cardinali Pontificalia celebrante, in privilegio SS. Petri & Pauli, ibique continenter aſſervari. LXIII. §. 17. p. 285.

Pallii uſus Epiſcopo Warmienſi & Sambienſi, ejuſque Succeſſoribus conceditur. LXVII. pag. 305. Singulis tamen vicibus de more poſtulandum; nec adhibendum extra Diœceſim, aut coram Apoſtolicæ Sedis Legato, vel Nuntio, aut aliquo ex Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus. *ibid.* §. 3. p. 305.

Pallium dimittere debet Archiepiſcopus, ſi ad Epiſcopatum transferatur. LXVIII. §. 10. p. 310.

Palmatoria. Vid. *Bugia.*

Papa. Vid. *Romanus Pontifex.*

Parentes poſſunt filios impuberes Monaſterio, & Clericatui offerre. LVII. §. 5. & ſeqq. p. 248. & ſeqq. Vid. *Impubes.* Et Baptiſmo. §. 10. & ſeqq. p. 252. & ſeqq. Vid. *Baptiſmus.*

Parentum appellatione quinam intelligantur. §. 22. p. 257.

Parochi juriſdictionem habent in puellas Tertiarias intra Parœciæ fines conviventes. XII. *tot.* p. 54.

Parochi Anno Sancto Romam, ſine Epiſcopi venia accedentes, peccant; ſed ſi hoc peccatum, una cum aliis, ex animo deteſtantes, confeſſi fuerint, Jubilæum conſequi poſſunt. XXII. §. 68. p. 132.

Parochis Urbis interdicitur, ne ullum a ſuſcipiendo in Baſilica Vaticana Baptiſmate avertant, neve ſchedulas ad hoc neceſſarias dare recuſent. LXIII. §. 15. p. 284.

Parochi Eccleſiarum Baſilicæ Vaticanæ Filialium, aut ſubjectarum. a §. 40. ad 44. p. 289. & ſeqq. Ubi plura

plura de eorum electionibus, & deputationibus, redditibus, oneribus &c.

Parochi Regulares Episcopo subjecti sunt quoad curam animarum, vitam, & mores, non autem quoad Regularis Instituti observantiam. LIII. §. 5. pag. 242. Si aliter ab Episcopo, & aliter a suo Superiore judicentur, Episcopi judicium est præferendum. *ibid.* Si alteruter eos a cura animarum removeat, neuter tenetur remotionis causam alteri significare. *ibid.*

Parochos Regulares Episcopi Indiarum sine causa verè rationabili ab animarum cura removere non debent. §. 6. p. 242. Nullibi Regulares ad animarum curam admittendi sunt sine prævio examine. §. 7. pag. 242.

Parochias etiam sæculares Canonici Regulares Præmonstratenses obtinere, & retinere absque ulla Apostolica dispensatione possunt. XXXIV. §. 1. p. 174. & §. 4. p. 175. Non item Canonici Regulares Congregationum Lateranensis, & SS. Salvatoris. §. 2. p. 174.

Parochiæ duæ olim erant in Civitate Aquilejæ: Una, quæ in Ecclesia quondam Patriarchali existebat, supprimitur, ac spirituale Populi regimen alteri Parochiæ attribuitur. LII. §. 14. p. 238.

Parochiæ, Doctrinæ, & alia Officia ad curam animarum spectantia in Indiis Occidentalibus, olim solis Regularibus ex Pontificiis Constitutionibus conferebantur. LIII. *init.* p. 240. Idque ob Presbyterorum Sæcularium defectum. §. 2. & 3. pag. 241. Quid hac de re aliquando senserit Congregatio Concilii Tridentini. *ibid.* Nunc denique permittitur, ut Presbyteris quoque Sæcularibus concedantur, Rege Catholico, Archiepiscopis, & Episcopis Indiarum id petentibus; & derogatur prioribus Pontificiis Constitionibus. §. 4. p. 241.

Parochiales Ecclesiæ plures Vaticanæ Basilicæ Filiales, aliæque eidem subjectæ, & unitæ recensentur. LXIII. §. 41. & seqq. p. 290. & seqq.

Parochiales Ecclesiæ in territorio Abbatiæ Sancti Ruffilli Foripompilii, Capitulo Vaticano unitæ & subjectæ, ab eodem Capitulo conferendæ sunt Vicariis idoneis ex eodem territorio eligendis, ad nutum amovibilibus. Collationes ab aliis, quàm a Capitulo factæ, & obtentæ, declarantur nullæ. §. 61. & 62. p. 296. & 297.

Parochiales quinque Ecclesiæ dependentes a Monasterio S. Salvatoris *de Majella* Basilicæ Vaticanæ unito, in quibusdam rebus subsunt Archiepiscopo Theatino, in aliis Capitulo Vaticano. §. 50. p. 293.

Pars læsa, ubi agitur de Censuris ob damnum alicui illatum inflictis, non intelligitur Judex, sed is, qui damnum passus est. XXII. §. 66. p. 131.

Paschale tempus a Dominica Palmarum ad Dominicam in Albis concluditur. XLIX. §. 21. & 22. p. 219.

Paschalis Communio in quibus Ecclesiis sit facienda. *ibid.*

Pater olim poterat filios impuberes offerre statui Clericali, vel Monastico, a quo non poterant filii resilire. LVII. §. 3. 4. & 5. p. 248. Hæc disciplina postea temperata est, & quomodo. §. 6. pag. 249. Vid. *Impubes.*

Pater Hebræus ad Fidem conversus, potest filios ad Baptismum offerre. §. 1. p. 247. Vid. *Judæus.*

Patres apud Romanos quid possent in filios. §. 7. p. 249. & 250.

Patrem Christianum sequi debet filius, non matrem infidelitati addictam. §. 18. & 19. p. 255. & 256. & §. 24. p. 258.

Patria potestas olim apud Romanos talis fuit, ut pater filios venundare, & occidere posset, sed postea ad moderatam in filios coercitionem restricta, qualis fuit etiam apud Judæos. LVII. §. 7. p. 249. & seqq.

Patria potestas in patre, non in matre residet. §. 8. p. 251. & §. 18. p. 255. Neque illam habet Avia. §. 9. p. 252. & §. 16. p. 254. Habet verò Avus in nepotes ex filio, ipso etiam filio superstite, & in ulteriores descendentes. §. 12. p. 252.

Patria potestate uti non potest Pater, ut repetat Filium Monasterio oblatum. LVII. §. 6. p. 249.

Patriæ potestatis jus transfunditur in Tutores, pro eo, quod pertinet ad pupillorum educationem. LVII. §. 13. p. 253.

Patria potestas non est unicus titulus, quo fieri possit Infantium oblatio ad Baptismum. LVII. §. 17. pag. 254.

Patriarchis in Urbe concessus est Mozzettæ usus. LXVIII. §. 8. p. 309.

Patriarchæ titulus Cardinali Delphino reservatur, licèt Aquilejensis Patriarchatus suppressus sit. LII. §. 13. p. 238.

Patriarchatus Aquilejensis a schismate, quod Trium Capitulorum dictum est, originem duxit. LI. §. 4. p. 224. Idem aliàs in duas partes sectus est, tum quoad Diœcesim, tum quoad Provinciam. *ibid.* Tandem supprimitur, ac in Utinensi, & Goritiensi Civitatibus olim illius Diœcesis, duo Archiepiscopatus eriguntur. *ibid.* & *Constit.* LII. *per tot.* pag. 235. & seqq.

Patruus, juxta Judæorum leges, præfertur matri in successione illius filiorum. LVII. §. 22. p. 257.

S. Pauli Apostoli Basilica extra muros Urbis, Via Ostiensi, a Benedicto XIV. Musivis operibus restitutis, aliisque ornamentis decorata. XVI. §. 4. p. 67.

Pauli V. providæ Constitutiones super Reformatione Tribunalium Urbis, & super Taxa Judicum, & Notariorum, omnino servari jubentur: eademque Taxa in publicis Officiis palam affixa retineri præcipitur. IX. cap. III. §. 1. & 2. p. 45. & 46.

Ejusdem Constitutio super erectione Banchi S. Spiritus confirmatur, & inseritur per extensum. *Const.* XXXII. p. 169. & seqq.

Pauperibus concedenda omnino est spicarum derelictarum collectio post messem in omni loco Sedi Apostolicæ immediatè, vel mediatè, subjecto, sub quibusdam regulis, & pœnis. XLVII. *tot.* p. 211. & seqq. Vid. *Spica.*

Peccatum mortale, quo infecta est conscientia illius, qui aliquod opus moraliter bonum operatur, non vitiat ipsam moralem operis bonitatem. XXII. §. 75. p. 136.

Percussor aliquando habetur pro homicida, & Ecclesiastici asyli beneficio privatur. XXX. §. 10. & 11. p. 163.

Percutiens baculo aut saxo, si mortem proximo intulerit, eodem jure habetur, ac si ferro & armis homicidium patrasset. *ibid.* §. 9. p. 162.

Peregrinationes sacræ perperam improbantur ab Hæreticis. XX. §. 1. 4. 5. & 6. p. 79. & 80.

Peregrinationes ad sacra Jerosolymorum loca improbasse propter abusus dicitur S. Gregorius Nissenus. §. 6. p. 80.

Peregrinationibus ad Limina Apostolorum, aut ad alia sacra loca, posse absque vera pœnitentia a peccatis purgari, olim quidam perperam opinati sunt. §. 12. p. 85.

Peregrinantibus olim Litteræ commendatitiæ dabantur. §. 4. p. 79.

Peregrini veri sunt benignè excipiendi, nec inter personas otiosas computandi. IX. cap. I. §. 9. pag. 43. Peregrinorum nomine quinam intelligantur. XXII. §. 72. p. 134.

Peregrini ad Jubilæum proficiscentes a Summo Pontifice commendantur Catholicis Principibus. XVIII. §. 14. pag. 75.

Peregrini ante discessum sacramentaliter confiteantur. XX. §. 26. pag. 94. & 95. In itinere, & Romæ laudabilem vitam exhibeant. §. 27. p. 95.

Peregrinis suscipiendis olim fuerunt, & nunc Romæ sunt hospitales domus. §. 29. p. 97.

Peregrinorum, & Advenarum Romam Anno Sancto adeuntium causæ civiles, & criminales quomodo, & a quibus per eumdem annum expediendæ. XXIII. *tot.* p. 145. & seqq. Quinam Peregrinorum nomine comprehendantur ad hunc effectum. *ibidem.*

Peregrini, tempore belli, non sunt membra Reipublicæ nocentis, ideo nullo modo lædendi. LXI. §. 5. 6. & 7. p. 267. & seqq.

Pergulæ. Oppidum pluribus fulget ornamentis. LXV. §. 1. p. 301. Privilegio gaudet extrahendi absque ulla datii solutione suos fructus ad unius dietæ distantiam. §. 4. p. 301.

Pergulæ Oppidum in Civitatem erigitur, cum omnibus juribus, & prærogativis Civitatum Ditionis Pontificiæ. §. 5. p. 301. Ecclesiæ tamen Eugubinæ subjecta hæc nova Civitas remanet, quin Episcopus in ea residere teneatur. *ibid.*

Pergulæ Vicarius Foraneus ab Eugubino Episcopo est constituendus, cui, si extraneus fuerit, Magistratus Pergulæ debet stipendium persolvere, & Episcopali Curiæ damnum compensare. §. 6. pag. 302. Vid. *Vicarius.*

Persecutio in Sinarum Regno mota contra Evangelicos Prædicatores. LXXI. §. 2. p. 315.

Personatos homines diebus Festis, nec non sextis feriis per hebdomadam, vagari in Ditione Pontificia prohibitum est; eaque prohibitio confirmatur, ac observari mandatur. XL. *init.* p. 185. & seqq.

Pertinentia causarum contra Confessarios exquirentes complicis nomen in Confessione, ubi, & quomodo cognoscenda, & discutienda. XIV. §. 8. & 9. p. 57. & seqq. Vid. *Confessarius.*

Pertinentia causarum de damno dato. Vid. *Damni dati.*

S. Petrus. Vid. *Apostoli.* Vid. *Apparitio.*

S. Petrus Thesauri Indulgentiarum dispensator, suprema ligandi & solvendi potestate a Christo donatus. XVIII. §. 4. p. 72.

S. Petri Basilica. Vid. *Vaticana.*

B. Petrus Damiani, audita Agnetis Imperatricis Confessione, nullam ei satisfactionem imposuit. XX. §. 23. & 24. p. 93. & seqq.

S. Petri Licosati Abbatia. Vid. *Abbatia.*

Pii Operariis Presbyteris in Congregatione viventibus suadetur, ut Capitulum Generale Romæ, & Neapoli alternatim celebrent, & Præpositus Generalis in his civitatibus alternatim resideat. LXIV. §. 2. p. 299.

Pii Operarii in sacris Missionibus præcipue occupantur; ideo absolvuntur ab onere Quadragesimalis Prædicationis obeundæ in Ecclesiæ S. Mariæ ad Montes; dummodo alia exercitia ad Populi institutionem apta ibi peragant. §. 3. p. 299. & seqq. Iisdem permittitur quindecim Missarum emolumentum in singulos menses, dummodo alias in Congregationis commodum celebrent. §. 4. p. 300.

Piis Operariis permittitur, ut post plures a media nocte horas surgant, & Officium Divinum opportunioribus horis recitent. §. 5. p. 300. Culcitris, & interulis ex lino utantur. Tibialia, thoraces &c. fusci coloris, uniformis tamen adhibeant. §. 6. p. 300.

Pileum Insigniis seu Armis Familiæ apponere prohibentur ii, qui habent simplex Indultum Pontificalium, & usum Mitræ. LVIII. §. 4. ad XII. p. 261.

S. Pius V. in Oppido Insubriæ natus, quod Boschum dicitur, e Bononia oriundus fuit, de cujus Canonizatione aliqua attinguntur. XVII. §. 7. p. 70.

Pœna imposita fœminis suspectis, earumque amasiis, qui in præcepta delinquunt, nunquam in pecuniariam commutetur sine Summi Pontificis rescripto. X. cap. III. §. 4. p. 46.

Pœnæ a Præsidibus Provinciarum Status Ecclesiastici impositæ iis, qui frumenti, aliarumque segetum quantitatem non denunciaverint, revocantur, itaut etiam exactæ restituantur. IX. §. 5. p. 39.

Pœnæ pro damnis datis in Statu Ecclesiastico addicuntur Communitatibus ejusdem Status, hisque pœnis omnes tam Sæculares, quam Ecclesiastici subjiciuntur, Cardinalibus, aliisque paucis exceptis. XXXIX. §. 4. pag. 181.

Pœnæ hujusmodi a Judicibus applicari nequeunt sibi, aut suis Ministris, sed Communitatibus solvi debent. §. 16. pag. 183. Nec etiam condonari, aut minui possunt. *ibid.*

Pœnitentia publica olim a quibus, & quomodo peragebatur. XXII. §. 75. pag. 136. & XXIV. §. 2. p. 147.

Pœnitentiæ Sacramentum, quomodo a Confessariis rite rectèque administrandum. XX. §. 18. & seqq. p. 89. & seqq.

Pœnitentiæ Sacramentum in privatis domibus, ne a Regularibus quidem, administrari potest extra casus a jure permissos. XLIX. §. 10. p. 218.

Pœnitentia salutaris imponenda est pœnitentibus, etiam iis, qui Jubilæum, aliasque Indulgentias consequi, & pia opera ad id præscripta exequi intendunt. XXII. §. 64. & seqq. p. 130. & seqq.

Pœnitentiales. Vid. *Canones.*

Pœnitentiarius Major S. R. E. Cardinalis quænam præstare debeat occasione Jubilæi. XXI. §. 1. pag. 98. & §. 34. p. 100.

Pœnitentiarius Major in suis ordinariis facultatibus non habet, ut a quibusdam casibus absolvere valeat. XXII. §. 39. p. 120.

Pœnitentiarii Minores in Basilicis Urbis, Romani Pontificis auctoritate, constituti, juxta plures auctores, ab unoquoque Fideli, etiam Regulari, haberi possunt pro deputatis a proprio Pastore; cum Summus Pontifex sit omnium Christi ovium, earumque Pastorum, supremus Pastor. XXII. §. 36. pag. 118.

Pœnitentiarii Minores Anno Jubilæi non solum numero augentur in tribus consuetis Urbis Basilicis, sed alii etiam deputantur in Basilica S. Pauli, & in plerisque Ecclesiis ipsius Urbis, præsertim Nationalibus. XXI. §. 1. p. 98.

Pœnitentiarii hujusmodi pluribus facultatibus instruuntur pro absolvendis pœnitentibus a peccatis & censuris, pro commutandis votis, aliisque oneribus, & pro concedendis dispensationibus. XXI. a *num.* 3. ad 21. p. 98. & seqq. Adjectis opportunis monitis & limitationibus. a *num.* 22. ad 34. p. 99. & seq.

Complura dubia circa has facultates occurrentia explicantur & resolvuntur. XXII. §. 34. & pluribus seqq. p. 118. &c. &c.

Pœnitentiariorum almæ domus Lauretanæ Rector potest particulas ex Velis Statuæ B. V. Mariæ admotis præcisas obsignare, & distribuere. XI. §. 4. p. 52. Vid. *Lauretana.*

Poloniæ Primati, Archiepiscopis, & Episcopis scribitur de removendis abusibus ex Oratoriis privatis, quæ sunt in domibus Laicorum. XLIX. p. 215.

Item alia Epistola, de his, quæ vetita sunt Hebræis habitantibus inter Christianos. L. p. 222.

Polonica Natio circa decimi sæculi finem Christianam Religionem suscepit, & contra alias sectas strenue propugnavit. L. *init.* p. 222. Insignes sanctitate viros protulit, & insignia Concilia apud ipsam celebrata sunt. §. 1. p. 222.

Polonico in Regno Judæi opibus & potentia nimis excreverunt, publicis negotiis admiscentur, & Christianos divexant. §. 2. & seqq. pag. 222. & seqq. Admonentur Archiepiscopi, & Episcopi Poloni, ut eos cohibeant. §. 6. & seqq. p. 223. & seqq.

Polus, Reginaldus Cardinalis, ad reconciliandam Ecclesiæ Catholicæ Angliam missus, complura bona Ecclesiarum hæreticis occupata, iisdem ad fidem conversis, facultate a Romano Pontifice sibi tributa, condonavit. LXI. §. 26. p. 278.

Pomposiæ Præpositura sæcularis ab Innocentio VIII. erecta in Ecclesia Monasterii S. Mariæ de Pomposia. LI. p. 232. Vid. *Præpositus.*

Ponentes duo Consultæ adduntur, qui sint Ponentes Gubernii Urbis, & Assessores Gubernatoris. IX. cap. 1. §. 2. p. 41.

Pons, qui dicitur *Sixtus*, in Urbe quando, & qua de causa ædificatus. XVI. §. 13. p. 68.

Pontifex. Vid. *Romanus Pontifex.*

Pontificiæ functiones omnes antiquitus in Ecclesiis, & Basilicis Urbis celebrabantur; nunc autem pleræque in Pontificio Sacello peraguntur. VI. §. 3. & 4. pag. 27. Vid. *Sacellum.*

Pontificales Functiones in Vaticana Basilica ab ipsius Archipresbytero, tam per se ipsum, quàm per suum Vicarium Episcopum, sive per alios Episcopali charactere insignitos de gremio Capituli, aut his deficientibus, per extraneos Antistites peragi possunt. LXIII. §. 8. pag. 282. Nec non de licentia solius Capituli, vacante Archipresbyteratus dignitate; exceptis tamen Ordinationibus, & collatione Sacramenti Confirmationis. *ibid.*

Pontificalium usus non competit Dignitatibus, & Canonicis Urbinatensibus in Missis Defunctorum, & in certis aliis Functionibus. LVIII. §. 4. ad 10. & 11. p. 261. & 262. Nec in aliis quibusdam, sine consensu Archiepiscopi. *ibid.* ad 9.

Porta Capena Romæ. Vid. *Capena.*

Portæ Sanctæ Anno Jubilæi in pervigilio Nativitatis Domini ex veteri disciplinâ aperiuntur, earumque prima solemnis aperitio ad Alexandrum VI. referenda videtur. XX. §. 13. p. 86. & XXIV. §. 1. p. 147. Omnibus ad pœnitentiam aperiuntur, earumque aperitionis ritus ex pluribus capitibus laudabilis est. XXIV. §. 3. p. 147.

Portam Sanctam Basilicæ Vaticanæ Summus Pontifex aperit, nisi impeditus sit. XXIV. §. 4. p. 147. Ad alias aperiendas Cardinales de Latere Legati eliguntur, licèt aliquando alii quàm Cardinales designati fuerint. §. 5. p. 147. Eos Benedictus XIV. in Consistorio elegit, nominavit, & laudavit, quamvis alibi aliquando electi fuerint. §. 7. & 8. p. 148.

Portas Sanctas Basilicarum Lateranensis, & Liberianæ, Cardinales earumdem Archipresbyteri aperiunt; illam S. Pauli aperit Cardinalis Decanus, nisi ob impedimentum alius subrogandus sit, ut aliquando contigit. §. 6. p. 147. & 148. His Legatis facultates quædam circa aperitionem dantur, & procedendi modus præscribitur. §. 9. p. 148.

Per Portas Sanctas non est necesse ut quis ingrediatur, aut exeat, in visitandis Basilicis Anno Sancto. XXII. §. 81. p. 140. & 141.

Portas Sanctas ut claudant, exeunte Jubilæi Anno, Legati designantur, cum quibusdam facultatibus, ac designato proficiscendi modo. XXVII. *tot.* pag. 152. Impedito Cardinali Decano, alter subrogatur. pag. 152.

Portocarrero, Joachimo S. R. E. Cardinali, in Ordine Equestri S. Joannis Jerosolymitani Professo, indeque ad Patriarchatum, & ad Cardinalatum assumpto significatur, licere ipsi Crucem octogonam, tamquam proprium sui Ordinis habitum, super Mozzettam gestare. LXVIII. *tot.* p. 306. & seqq.

Portugalliæ Reges Fidem Catholicam tueri, & propagare non destiterunt, & in hoc Joannis V. zelus enituit. I. §. 1. & seqq. p. 1. & 2. & II. *tot.* pag. 2. & 3. Ideo a Summis Pontificibus cumulati magnis honoribus, & Fidelissimi titulum consecuti fuerunt, *ibid.*

Sebastianus Portugalliæ Rex. Vid. *Sebastianus.*

Possessio ut usucapionem inducere valeat, de jure Canonum, juncta esse debet *bonæ fidei*, non solùm initio, sed etiam in progressu, & in fine. LXI. §. 1. p. 276.

De Prades, Martinus, Theses quasdam in Sorbona defendendas proposuit, quæ censurâ notantur. LXII. p. 280.

Præceptor Archihospitalis S. Spiritus. Vid. *Banchum.* Vid. *S. Spiritus.*

Præcepto audiendi Missam diebus Festis, qui satisfaciant in privatis Oratoriis. XLIX. §. 12. & seqq. p. 218. & seqq.

Præcepto Communionis Paschalis in quibus Ecclesiis satisfaciendum sit. §. 21. & 22. p. 219.

Præcepta carceratis intimentur a Notariis eodem die, quo fiunt. IX. cap. 3. §. 3. p. 46.

Præcepta fœminis non diffamatis haud fiant sine sufficientibus probationibus, & admonitionibus. §. 4. p. 46.

Præcepta in transgressores quoscumque non repetantur, sed ad pœnæ executionem procedatur. *ibid.* Si quis se probaverit innocentem, præceptum gratis, aut modicâ expensa deleatur, isque adversùs calumniatores possit reclamare. A denegata verò, aut retardata justitia recurrere possit ad Judices superiores, servando interim præceptum. *ibid.* pag. 46. & 47.

Præfectus Congregationis Fabricæ Basilicæ Vaticanæ semper est ejusdem Basilicæ Archipresbyter. LVI. §. 3. p. 245.

Præfectus Missionum Ægypti potest Sacramentum Confirmationis ministrare. XXXI. §. 4. p. 166.

Prælati inferiores. Vid. *Ordinarii.*

Præmonstratenses Canonici Regulares, Ecclesias Parochiales, etiam sæculares, & Vicarias obtinere, & retinere perpetuò possunt, sine Apostolicâ dispensatione. XXXIV. §. 1. & seqq. p. 174. & seqq.

Prænestinus, Joannes Petrus Aloysius, Magister Cappellæ in Basilica Vaticana, Ecclesiastici cantus rationem ad pietatem accommodare optime noverat. IV. §. 5. p. 14.

Præpositus Generalis Congregationis Piorum Operariorum, Romæ, & Neapoli alternatim resideat. LXIV. §. 2. p. 299.

Præpositi S. Mariæ de Pomposia territorium separatum, ac jurisdictionem spiritualem activam in quædam Loca, & Ecclesias prætendunt, contradicentibus Episcopis Comaclensibus. LI. *in ult. Litt. Apostol.* §. 1. p. 232.

Pontifex, sine præjudicio jurium ambarum partium, tam in petitorio, quam in possessorio, ad hujusmodi locorum, & Ecclesiarum regimen, Apostolicum Vicarium deputat Episcopum Comaclensem pro tempore. *ibid.* §. 4. & seqq. p. 233. & seqq.

Præscriptio non inducitur, nisi per continuatam bonam fidem. LXI. §. 23. p. 276.

Præscriptio contrà Romanam Ecclesiam, & Basilicam Vaticanam, non currit, nisi centenaria. LXIII. §. 30. p. 287.

Præsepe Domini Nostri Jesu Christi in Basilicâ Sanctæ Mariæ Majoris a Theodoro Pontifice probabilibus collocatum fuit. XXXV. §. 2. p. 176.

Preces in Basilicarum visitationibus Anno Sancto vocales potissimùm præscribuntur; quibus addi laudabiliter potest oratio mentalis. XXI. §. 51. p. 101. & XXII. §. 83. p. 141.

Earum nimia modicitas reprehenditur. *ibid.*

Principes Catholici rogantur, ut Jubilæi progressum faveant. XVIII. §. 14. p. 75.

Iidem Principes Sæculares debent esse Fidei defensores, & Ecclesiæ protectores. Eorum opera imploratur, adversùs damnatas *de' Liberi Muratori* societates. XLVIII. §. 9. p. 214.

Privilegia Clericalia amittunt Clerici non servantes ea, quæ Sacri Canones observari præcipiunt, ut quis iisdem Privilegiis fruatur. III. §. 15. pag. 7. Privilegia civilia amittunt transfugæ, ac perduelles. *ibidem.*

Privilegium Altaris portatilis, & celebrandi Missam in domibus suæ habitationis, & hospitii, habent Episcopi, certis tamen legibus circumscriptum Clem. XI. Decreto. XLIX. §. 3. & seqq. p. 215. & seqq.

Privilegiis præjudicium affert abusus. XLIX. §. 6. pag. 216. & §. 27. p. 220.

Privilegiis *in corpore Juris* clausis sæpe derogatum est a Concilio Tridentino sine expressa eorum mentione, sed contrarium simpliciter statuendo. XLIX. §. 30. p. 220.

Privilegia extrahendi frumentum, aliasque segetes, extra Statum Ecclesiasticum, quæ usque ad diem primam Junii 1745. exhibita, aut verificata non fuerunt, nullius roboris in posterum fore declarantur. IX. §. 9. p. 40.

Privilegia hujuſmodi habentes, extrahere non poſſunt, niſi quantitatem frumenti, aliorumque ſegetum denunciaverint Cardinali Legato, ſeu Præſidi, aut Gubernatori Provinciæ, & denunciationis documentum reportaverint. *ibidem.* §. 7. p. 40. Nec privilegio uti poſſunt per eos menſes, quibus ſuſpenditur quotannis mutuum commercium inter Provincias ditionis Eccleſiaſticæ. *ibid.* §. 8. p. 40. Nec ullo modo, ſi annonæ caritas in Provincia fuerit, *ibid.* pag. 40.

Processio generalis totius Cleri Urbis in Solemnitate Corporis Chriſti apud Baſilicam Vaticanam facienda eſt, etiam Sede vacante. LXIII. §. 22. p. 28. Et ſingulis annis in Feſto S. Marci Evangeliſtæ. §. 23. pag. 286.

Proceſſionibus in eâdem Baſilica faciendis occaſione ſolemnis expoſitionis Sanctiſſimi Sacramenti, totum Capitulum, & Clerus Baſilicæ intereſſe debet. §. 34. pag. 288.

In Proceſſionibus circa ambitum Eccleſiarum Filialium peragendis, uti poſſunt Cappis hiberno tempore. §. 38. p. 289.

In Proceſſionibus Sanctiſſimi Sacramenti non licet Canonicis habentibus uſum Mitræ, eamdem in capite geſtare. LVIII. §. 4. ad XIII. p. 261. & 262.

Professiones Fidei in Baſilicâ Vaticanâ fieri conſueverunt. LXIII. §. 19. p. 285.

Profeſſio Religioſa duplex: tacita, & expreſſa: hæc irrita eſt, niſi poſt decimumſextum ætatis, & integrum probationis annum, emittatur. XXXI. §. 9. & ſeqq. p. 166. & 167. Quid de tacita. *ibid.*

Profeſſio a puellis degentibus in locis Epiſcopo ſubjectis, in manus ejuſdem, aut alterius Perſonæ ab ipſo deputatæ, emittenda eſt. VIII. §. 18. p. 36.

Protonotariis Apoſtolicæ Sedis adnumerantur omnes Canonici Baſilicæ Vaticanæ. LXIII. §. 38. p. 289.

Psalmodia. Vid. *Canonici in Choro.*

Pueri Communionis incapaces quomodo Jubilæum, & alias Indulgentias conſequi poſſint. XXII. §. 80. pag. 140.

Purgatorii animas conſuetis, aliiſque Indulgentiis juvari poſſe Anno Jubilæi, nonnulli Pontifices voluerunt. §. 23. & 24. p. 112. & ſeqq.

Q

Quæstores eleëmoſynarum, qui etiam *Quæſtuarii* appellabantur, in Conciliis Lateranenſi & Viennenſi ob plures abuſus damnati, demum a Concilio Tridentino penitùs proſcripti ſunt. VIII. §. 9. pag. 33. Non ideo vetitum, ut aliqui eleemoſynas conquirant pro Monaſteriis, Hoſpitalibus, &c. dummodo leges obſervent ab Urbano VIII. præſcriptas, & *petitores* ſimpliciter dicantur. *ibid.* §. 10. pag. 33. & 34.

Quindennia, aliaque onera, non ſolvit Capitulum Vaticanum pro nonnullis Monaſteriis Menſæ Capitulari unitis, ex titulo oneroſo, & privilegio Pii IV. Conſtitut. LXIII. §. 53. pag. 294. Quod confirmatur. §. 60. p. 296.

R

Radulphus Monachus nimio zelo abreptus, Judæos delendos eſſe prædicabat. L. §. 4. p. 223.

Rapina eſt quidquid in bello injuſto occupatur, ideo reſtituendum eſt. LXI. §. 4. p. 268.

Reconciliare Baſilicam Vaticanam forte pollutam licet Canonico Altariſtæ, aut Seniori Presbytero, cum aqua tamen ab Epiſcopo benedicta. LXIII. §. 8. p. 282.

Reductiones Anniverſariorum, onerum, & ſervitiorum communium Capitulo, & Clero Vaticano aliàs conceſſæ, approbantur. LXIII. §. 35. p. 288.

Reges, & Reginæ, ſi Romæ ſint, in Baſilica Vaticana coronandi ſunt, & ungendi. §. 18. pag. 285. Vid. *Principes.* Vid. *Portugalliæ Rex.*

Regulare Inſtitutum. Vid. *Religio approbata.*

Regulares, ex veteri Canonum jure, poterant Eccleſiis Parochialibus præfici; verum ex recentiori diſciplina Parochialem curam aſſumere nequeunt ſine diſpenſatione Apoſtolica, non concedenda, niſi inſtante Epiſcopo, pro neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ. LIII. §. 1. p. 241.

Regulares in Indiis Occidentalibus omnes Parochias & Officia ad animarum curam ſpectantia obtinebant, ex Conſtit. S. Pii V. per ſubſequentes Pontifices confirmata. LIII. *init.* p. 240. Pontifex, inſtantibus Rege Catholico, & Epiſcopis Indiarum, ejuſmodi Conſtitutionibus derogat; ac Parochias, aliaque Officia Curata, Sæcularibus Clericis, ſeu Presbyteris conferri permittit. *ibid.* §. 4. pag. 241. & ſeqq.

Regulares animarum curam aſſumere nequeunt, ſine prævio Epiſcopi examine, & approbatione. LIII. §. 7. p. 242.

Regulares animarum curam exercentes, quibus in rebus ſubſint Epiſcopo, aut proprio Superiori Regulari, & a quo removeri poſſint. §. 5. p. 242.

Regularibus non licet audire Confeſſiones Sacramentales in privatis domibus, extra caſus a jure permiſſos. XLIX. §. 20. p. 218.

Regularibus non licet Euchariſtiam in ſuis Eccleſiis Populo diſtribuere, die Paſchatis. XLIX. §. 21. pag. 219. Hoc tamen ipſis permittitur aliis diebus intra terminum Paſchalem comprehenſis, dummodo Fideles ſciant, ſe nihilominus teneri Præceptum Communionis Paſchalis in propria Parochiali Eccleſia adimplere. *ibid.* §. 22. p. 219.

Regularium Privilegia pro uſu Altaris portatilis a Concilio Tridentino abrogata fuerunt. XLIX. §. 29. p. 220. Unde interdicta ipſis eſt celebratio Miſſæ in domibus Laicorum, ubi non adeſt Indultum Apoſtolicum, ſeu præter Indulti terminos, & ſine opportunis licentiis. *ibid.* & §. 33. p. 221. Et in decreto Clem. XI. p. 221. De Epiſcoporum facultate circa obſervantiam hujuſmodi Decretorum. Vid. *Epiſcopi.* Vid. *Exempti.*

Regularibus nonnullis poſt Concilium Tridentinum de novo conceſſum fuit Privilegium Altaris Viatici; ſed pro locis dumtaxat, in quibus Eccleſiæ deſunt, & Hæretici Catholicos opprimunt. XLIX. §. 31. & 32. pag. 221.

Regularibus non licet exorcizare ſine licentia Epiſcopi. *ibid.* §. 34. p. 221.

Regularibus quorundam Ordinum vetitum eſt, etiam occaſione Jubilæi, extraneis Confeſſariis, ſine Superiorum licentia, confiteri. XXII. §. 35. p. 118. Plures tamen Auctores putant, licitum ſemper iis eſſe Confeſſionem peragere apud Pœnitentiarios Apoſtolicos in Baſilicis Urbis conſtitutos, utpote approbatos, & deputatos a Pontifice, qui omnium Fidelium proprius eſt Paſtor. §. 36. p. 118. & ſeq.

Pontifex Anno Jubilæi 1750. Regularibus quibuslibet expreſſe permittit, ut Pœnitentiariis tunc deputatis peccata confiteri, & ab illis abſolvi poſſint. XXI. §. 4. p. 98. & XXII. §. 36. pag. 118. Idemque decernit pro Regularibus impeditis, qui eodem Anno extra Urbem Jubilæum conſequi poterunt. XXV. §. 8. pag. 150. Similiter in extenſione ejuſdem Jubilæi ad Univerſum Orbem Catholicum. XXVIII. §. 4. pag. 154.

Regularibus Superioribus facultates abſolvendi ſuos Subditos Regulares Anno Sancto præſervantur. XIX. §. 2. pag. 77. & XXII. §. 25. p. 113. Aliæ facultates abſolvendi a caſibus reſervatis, ſive ob cauſam Indulgentiarum, ſive ex alio titulo illis aliàs conceſſæ, eodem Anno ſuſpenſæ remanent. XIX. §. 3. p. 77. & XXII. a §. 26. ad 32. p. 113. & ſeqq.

Regulares Anno Sancto Romam absque Superiorum facultate venientes peccant, sed si pœniteant, Jubilæum consequi possunt. XXII. §. 68. p. 132.

Regularibus Confessariis in Urbe a Cardinali Vicario ad Sæcularium Confessiones approbatis conceduntur Anno Jubilæi facultates omnes, quoad suos Correligiosos, quæ aliis Confessariis specialiter pro Anno Sancto deputatis tributæ sunt; addita facultate dispensandi super occulta Irregularitate ob censurarum violationem contracta. XXI. §. 41. p. 100.

